municatione partium.

## Ad ſextū ſic procedit

Videť ꝙ filius dei aſſumpſerit naturā hūanā mediante
gratia. Per gratiā enī vnimꝰ deo. ſed humana natura in
chriſto maxime fuit vnita deo ergo illa vnio fuit ꝑ gratiā
¶ Pre. Sicut corpus vnitur per animā que eſt eius ꝑ-
fectio ita anima per gratiam. ſed humana natura reddiť
congrua ad aſſumptionē per gratiam. ergo filius dei aſſū-
pſit animam mediante gratia. ¶ Pre. Aug. dicit. xv. de
trini. ꝙ verbum incarnatum eſt ſicut verbum noſtrū in
voce. ſed verbum noſtrum vnitur voci mediante ſpiritu.
ergo verbū dei vnitur carni mediāte ſpūſancto. ⁊ ita me
diante gratia que ſancto ſpiritui attribuiť. ſm illud. i. Co
rinth. xij. diuiſiones gratiarū ſunt. idem autem ſpiritus.
¶ Sed contra eſt. ꝙ gratia eſt quoddam accidenſ anime
vt in ſecūda parte habitum eſt. vnio autem verbi ad hu-
manam naturā eſt facta ſm ſubſiſtentiā ⁊ non ſm accidēſ
vt ex ſupradictis patet. ergo natura humana non eſt aſſū-
pta mediante gratia. ¶ Rñ. dōm ꝙ in chriſto poniť gra-
tia vnionis ⁊ gratia habitualis. Gratia ergo non pōt in-
telligi vt medium in aſſumptiōe humane nature. ſiue lo-
quamur de gratia vnionis ſiue habituali. Gratia enim
vnionis eſt ipſum eſſe pſonale qḋ gratis diuinitꝰ dať hu
mane nature in perſona verbi. quod quidem eſt terminꝰ
aſſumptionis. Gratia aūt habitualis pertinenſ ad ſpecia
lem ſanctitatē illius hoīs eſt effectꝰ quidē ꝯſequēs vnio-
nem ſm illud Ioh. i. vidimus gloriam eius quaſi vnige
niti a patre plenū gratie ⁊ veritatiſ. per qḋ dať intelligi.
ꝙ hoc ipſo ꝙ ille homo eſt vnigenitꝰ a patre qḋ habꝫ per
vnionē habet plenitudinē gratie ⁊ veritatiſ. Si vō intel-
ligať gratia ipſa voluntas dei gratis aliqḋ faciens vel do-
nans. ſic vnio facta eſt per gratiā non ſicut ꝑ mediū ſed ſi
cut ꝑ cauſam efficientē. ¶ Ad. i. ergo dōꝫ ꝙ vnio noſtra
ad deū eſt ꝑ opationē. inq̄ntū. ſ. eū cognoſcimꝰ ⁊ ama-
mus. ⁊ ideo talis vnio eſt ꝑ gratiā habitualē. inq̄ntū ope
ratio pfecta ꝓcedit ab habitu. ſꝫ vnio nature humane ad
verbū dei eſt ſm eſſe pſonale. qḋ non dependet ab aliquo
habitu ſed īmediate ab ipſa natura. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ aīa
eſt pfectio ſubalis corpis. gratia vō ē pfectio aīe accidēta-
lis. ⁊ ideo gratia nō pōt ordinare aīam ad vnionē pſona
lem que nō eſt accidentalis ſicut aīa ad corpꝰ. ¶ Ad. iij.
dōm ꝙ vbū noſtrū vniť voci mediante ſpū. non quidem
ſicut medio formali. ſed ſicut ꝑ mediū mouens. nā ex ver
bo ꝯcepto interius ꝓcedit ſpiritus ex quo formať vox ⁊ ſi
militer ex verbo eterno ꝓcedit ſpiritusſanctꝰ qui forma-
uit corpus chriſti vt infra patebit. non aūt ex hoc ſequiť ꝙ
gratia ſpūſancti ſit formale mediū in vnione predicta.

¶ Queſtio VII

## Deinde ꝯſiderandū

eſt de coaſſumptis in hūana natura a dei filio
Et p̄º de his q̄ ptinēt ad pfectionē. 2º de hisq̄
ptinēt ad defectū. ¶ Circa primū ꝯſiderāda ſūt tria. p̄º d
grā chriſti. 2º de ſciā eius. 3º de potētia ipſiꝰ ¶ De grā aūt
chriſti ꝯſiderandū eſt dupliciť. p̄º quidē de grā eꝰ ſm ꝙ ē
ſingularis hō. 2º de grā eius ſm ꝙ eſt caput eccleſie. naꝫ de
gratia vnionis iam dictum eſt. ¶ Circa primū querūtur
tredecim. p̄º vtrū in anima chriſti ſit aliqua gratia habi-
tualis. 2º vtrum in chriſto fuerūt virtutes. 3º vtrum fue-
rit in eo fides. 4º vtrum fuerit in eo ſpes. 5º vtrum in chri
ſto fuerūt dona. 6º vtrū in chriſto fuerit donū timoris. 7º
vtrū in chriſto fuerūt gratie gratis date. 8º vtrū in chri-
ſto fuerit ꝓphetia. 9º vtrū in eo fuerit plenitudo gratie. 10º
vtrum talis plenitudo ſit ꝓpria chriſti. 11º vtrꝫ chriſti gra
tia ſit infinita. 12º vtrum poterat augeri. 13º qualiter hec
gratia ſe habeat ad vnionem.

## Ad primū ſic proceditur

Videtur ꝙ in anima aſſumpta a verbo non fuerit gratia
habitualis. Gratia enī eſt quedam participatio diuinitatiſ
ī creatura rationali ſm illḋ. ij. Pe. i. per quā magna ⁊ p̄-
cioſa nobis promiſſa donantur. vt diuine ſimus conſorteſ
nature. chriſtus autem deus eſt non participatiue ſed ſm

veritatem. ergo in eo non fuit gratia habitualis. ¶ Præ. gratia ad hoc homini eſt neceſſaria vt per eam bene operetur ſm illud. ij. Cor. xv. Habundantius omnibus laboraui. non autem ego ſed gratia dei mecum. ⁊ etiã ad hoc ꝙ homo conſequatur vitam eternã. ſm illud ad Roma. vi. Gratia dei vita eterna. ſed chriſto ex hoc ſolo ꝙ erat naturalis filius dei debebatur hereditas vite eterne. et ex hoc etiam ꝙ erat verbum per quod facta ſunt omnia aderat ei facultas omnia bona operandi. non ergo ſm humanam naturam indigebat alia gratia. niſi vnione ad verbũ ¶ Præ. illud quod operatur per modum inſtrumenti nõ indiget habitu ad proprias operationes. ſed habitus fundatur in principali agente. humana autem natura in chriſto fuit ſicut inſtrumentum diuinitatis. vt dicit Da. in iij. libro. ergo in chriſto non debuit eſſe aliqua gratia habitualis. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Eſa. xi. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. qui quidem dicitur eſſe in homine per gratiam habitualem. vt in prima parte dictũ eſt. ergo in chriſto fuit gratia habitualis. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ neceſſe eſt ponere in chriſto gratiam habitualem propter tria. Primo propter vnionem anime illius ad verbum dei. quanto enim aliquod receptiuum propinquius eſt cauſe influenti tanto magis participat de influentia ipſius. influxus autem gratie eſt a deo ſm illud ps. Gratiam ⁊ gloriam dabit dominus. ⁊ ideo maxime oportuit vt anima illa reciperet influxum diuine gratie. Secũdo propter nobilitatem illius anime. cuius operationes oportebat propinquiſſime attingere ad deum per cognitionem ⁊ amorem. ad quem neceſſe eſt eleuari humanam naturam per gratiam. Tertio propter habitudinem ipſius chriſti ad genus humanum. Chriſtus enim inq̃tum homo mediator dei ⁊ hominum eſt. vt dicitur. i. Thimo. ij. ⁊ ideo oportebat ꝙ haberet gratiam. etiam in alios redundantem. ſm illud Johan. i. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. ¶ Ad primum ergo dicẽdum ꝙ chriſtus eſt verus deus ſm perſonam ⁊ naturam diuinam. ſed quia cum vnitate perſone remanet diſtinctio naturarum vt ex dictis patet. anima autem chriſti nõ eſt per ſuam eſſentiam diuinam. vnde oportet ꝙ fiat diuina per participationem que eſt ſm gratiam. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ chriſto ſm quod eſt naturalis filius dei debetur hereditas eterna. que eſt ipſa beatitudo increata. per increatum actum cognitionis ⁊ amoris dei. eundem. ſ. q̃ pater cognoſcit ⁊ amat ſeipſum. cuius actus anima capax non erat. propter differentiam nature. vnde oportebat ꝙ attingeret ad deum per actum fruitionis creatum. qui quidem eſſe non poteſt niſi per gratiam. Similiter etiam inq̃tum eſt verbum dei habuit facultatem omnia bene operandi operatione diuina. ſed quia preter operationẽ diuinam oportet ponere operationem humanã vt infra patebit ĝ oportuit in eo eſſe habitualem gratiã. per quã hmõi operatio eſſet in eo pfecta. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ humanitas chriſti eſt inſtrumentũ diuinitatis. non quidem ſicut inſtrumentum inaĩatum. quod nullo mõ agit ſed ſolum agit. ſed eſt tanquã inſtrumentũ aĩatum anima rõnali. quod ita agit ꝙ etiã agit. ⁊ ideo ad cõuenientiã actionis oportuit eum habere gratiam habitualem.

## Ad ſecundum ſic pceditur

Videtur ꝙ in chriſto non fuerunt virtutes. xp̃s enim habuit habundantiam gratie. ſed gratia ſufficit ad oĩa recte agendum. ſm illud. ij. Cor. xij. Sufficit tibi grã mea. ĝ i xp̃o non fuerunt virtutes. ¶ Præ. ſm phm. vij. ethi. Virtus diuiditur contra quendã heroycũ ſiue diuinũ habitum. q̃ attribuitur hoibꝫ diuinis. hoc aũt maxime ꝯuenit xp̃o. ĝ xp̃us non habuit virtutes. ¶ Præ. ſicut in. ij. pte dictũ eſt virtutes oẽs ſimul habentur. ſed in xp̃o non fuit ꝯueniẽs habere ſil' oẽs virtutes. ſicut patet de liberalitate ⁊ magnificẽtia. que hñt actum ſuũ circa diuicias. quas xp̃s ꝯtempſit ſm illud Mat. viij. Filius hoĩs non hꝫ vbi caput reclinet. tẽperantia aũt ⁊ ꝯtinentia ſunt circa ꝯcupiſcẽtias prauas. q̃ i xp̃o non fuerunt. ĝ chriſtꝰ nõ habuit oẽs virtutes. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ ſup illud ps. ſed in lege dñi voluntas eiꝰ dicit glo. hic oñdit xp̃s plenus oĩ bono. ſed bona qualitas mẽtis eſt virtus. ĝ xp̃s fuit oĩ virtute plenus. ¶ Rñ dd' ꝙ ſicut in ſcda pte habitum eſt. ſicut gratia reſpicit eſſentiã aĩe ita virtus reſpicit eius potentiã. vñ oportet ꝙ ſicut potentie aĩe deriuantur ab eius eẽntia. ita virtutes ſunt quedã diriuatiões grẽ. quanto aũt aliqđ principiũ eſt pfectius tanto magis imprimit ſuos effectus. vñ cum grã xp̃i fuerit pfectiſſima ꝯſequẽs eſt ꝙ ex ipa pceſſerunt virtutes. ad pficiendũ ſinglas aĩe potẽtias. q̃tũ ad oẽs aĩe actus. ⁊ ita xp̃s habuit oẽs virtutes. ¶ Ad. i. ĝ dd' ꝙ gratia ſufficit homini q̃tum ad oĩa quibus ordinatur ad beatitudinẽ hoĩ tñ quedam pficit gratia immediate p ſeipam. ſic gratum facere deo ⁊ alia hmõi. quedam aũt mediantibꝫ virtutibus. que ex gratia procedunt. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ habitus ille heroycus vel diuinus non differt a virtute cõmuniter dicta. niſi ſm perfectiorem modum. inq̃tum ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quoddam altiori modo. quam communiter omnibus competat. ¶ Vnde per hoc non oſtenditur ꝙ chriſtus non habuerit virtutes ſed quod habuit eas perfectiſſime. vltra communem modum ſic ⁊ Plotinus poſuit quendam ſublimem modum virtutum quas eſſe dixit purgati animi. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ liberalitas ⁊ magnificentia commendantur circa diuicias. inq̃tum aliquis nõ tantum appreciatur diuicias ꝙ velit eas retinere ꝑtermittendo id quod fieri oportet. Ille aũt minime diuicias appreciatur qui penitus eas contempnit ⁊ abijcit. propter perfectionis amorem. ⁊ ideo in hoc ipſo ꝙ chriſtus oẽs diuitias contempſit oſtendit i ſe ſummum gradũ liberalitatis ⁊ magnificentie. quã etiam liberalitatis actũ exercuit ſm ꝙ ſibi conueniens erat. faciendo pauperibus erogari que ſibi dabantur. vnde dominus dixit Jude Johannis. xiij. Quod facis fac citius. diſcipuli intellexerunt dominum mandaſſe ꝙ egenis aliquid daret. ¶ Concupiſcẽtias aũt prauas chriſtus omnino non habuit ſicut infra patebit. propter hoc tamen non excluditur quin habuit temperantiam. que tanto perfectior eſt in homine q̃to magis prauis concupiſcentijs caret. vnde ſm philoſophum. vij. ethico. Temperatus in hoc differt a continente ꝙ temperatus non habet prauas concupiſcentias. quas continens patitur. vnde ſic capiendo cõtinentiam ſicut phũs accipit ex hoc ipſo quod chriſtꝰ habuit omnem virtutem non habuit continentiam. que nõ eſt virtus ſed aliquid minus virtute.

## Ad tertium ſic procedit

Videtur ꝙ in xp̃o fuerit fides. fides enim eſt nobilior virtus quam virtutes morales. puta temperantia. ⁊ liberalitas huiuſmodi autem virtutes fuerunt in xp̃o. vt dictum ẽ. ĝ mlto magis fuit i eo fides ¶ Præ. xp̃s nõ docuit virtutes q̃s ipe nõ hũit. ſm illd' Act. i. cepit Jhs facere ⁊ docere. ſꝫ de xp̃o dr ad Heb. xij. ꝙ ẽ actor ⁊ ꝯſumator fidei. ergo in

eo maxime fuit fides. ¶ Pre. quicquid eſt imꝑfectionis excludit̄ a beatis. ſed in beatis eſt fides. naꝫ ſuꝑ illud Ro. i. Juſticia dei reuelat̄ in eo ex fide in fidē dicit glo. de fide verboꝝ ⁊ ſpei. in fidem rerum ⁊ ſpeciei. ergo videt̄ ꝙ etiaꝫ in xp̄o fuerit fides. cum nihil imꝑfectionis importat. Sed ꝯtra eſt qđ dicit̄ ad Hebre. xi. ꝙ fides eſt argumentum non apparentiū. ſed in xp̄o nihil fuit non apparēs ſ꞉ꝫ illud qđ dicit ei Petrus Jo. vi. Tu oīa noſti. ergo in xp̄o nō fuit fides. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut in ſcd̄a pte dictum eſt obiectū fidei ē res diuina non viſa. habitus aūt virtutꝫ ſic ⁊ q̄libet alius recipit ſpēm ab obiecto. Et ideo excluſo ꝙ res diuina nō ſit viſa excludit̄ ratio fidei. xp̄s aūt in primo inſtanti ſue cōceptionis plene vidit deum ꝑ eſſentiā vt infra patebit. vñ fides in eo eſſe nō potuit. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ fides eſt nobilior virtutibꝫ moralibꝫ. q꞉ eſt circa nobilioreꝫ materiā. ſed tñ importat quendā defectum in compatione ad illā materiā. qui defectus in xp̄o non fuit. ⁊ ideo nō potuit in eo eſſe fides. licet in eo fuerūt virtutes morales q̄ in ſui rōne hmōi defectum non importāt ꝑ compationem ad ſuas materias. ¶ Ad. ii. dicendum ꝙ meritū fidei ꝯſiſtit ī hoc ꝙ hō ex obedientia dei aſſentit iſtis que nō videt. ſcḋm illud Roma. i. ad obediendū fidei in oībꝫ gentibus in nomie eius. obedientiā aūt ad deū pleniſſime habuit xp̄us ſcḋm illud ad Phil. ii. Factus obediēs vſqꝫ ad mortē. ⁊ ſic nihil ad meritū ptinens decuit. qđ ipſe excellentius nō īpleret. ¶ Ad. iii. dicendum ꝙ ſicut glo. ibidem dicit fides proprie eſt qua credunt̄ que nō vident̄. ſed fides que eſt rerū viſarum improprie dicit̄ ſcḋm quandā ſimilitudinē. quātum ad certitudinem aut firmitatē inheſionis.

## Ad quartū ſic proceditur

Videt̄ ꝙ in xp̄o fuerit ſpes. dicit̄ enī in p̄s ex pſona chriſti ſcḋm glo. in te dn̄e ſperaui. ſed virtus etiā ſpei eſt qua hō ſperat in deū. ergo virtus ſpei fuit in xp̄o. ¶ Pre. Spes eſt expectatio future btitudinis. vt in ſcd̄a pte habitū eſt. ſed xp̄s aliqđ expectabat ad beatitudinē ptinens. vīꝫ gloriaꝫ corꝑis. ergo videt̄ ꝙ in eo fuit ſpes. ¶ Pre. quiſq꞉ pōt ſperare id quod ad eius pfectionē ptinet ſi ſit futurū. ſed aliquid erat futurum qđ ad pfectionem xp̄i pertinet. ſcḋm illđ ad Ephe. iiii. Ad cōſumationem ſanctoꝝ in opus myſterii. in edificationē corꝑis chriſti. ergo videt̄ ꝙ chriſto competebat habere ſpem. ¶ Sed ꝯtra eſt quod dicitur ad Ro. viii. qđ videt quiſqꝫ quid ſperat. Et ſic pꝫ ꝙ ſicut fides ē de nō viſis ita ⁊ ſpes. ſed fides nō fuit in xp̄o ſicut dictum eſt. ergo nec ſpes. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut de rōne fidei eſt ꝙ aliquis aſſentiat his q̄ non videt ita de rōne ſpei eſt ꝙ aliq꞉s expectet id qđ nondū habet. ⁊ ſicut fides inq̄ꝫtum eſt virtus theologica non eſt de quocunqꝫ non viſo ſed ſoluꝫ de deo ita etiā ſpes inq̄ꝫtū eſt virtus theologica hꝫ ꝓ obiecto ipſam dei fruitionē. quā principaliter hō expectat ꝑ ſpei virtutē. Sed ex conſequenti ille qui habet virtutē ſpei etiam pōt in aliis. diuinū auxilium expectare. ſicut ⁊ ille qui habet virtutem fidei non ſolum credit deo de rebus diuinis ſed de quibuſcunqꝫ aliis ſibi diuinitus reuelatis. chriſtus aūt a principio ſue conceptionis plene habuit fruitioneꝫ diuinam vt infra dicetur. ⁊ ideo virtutem ſpei non habuit. tamen reſpectu aliquorum habuit. que nondū erat adeptus. licet non habuerit fideꝫ reſpectu quorumcunqꝫ. q꞉ licet plene cognoſceret oīa per quod totaliter fides excludebat̄ ab eo non tamen adhuc plene habuit omīa que ad eius perfectionem ptinebant. puta immortalitatem ⁊ gloriam corporis. quā poterat ſperare. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ hoc non dicitur de chriſto ſcḋm ſpem que eſt virtus theologica ſed ſcḋm ꝙ quedam alia ſperauit. nondum habita ſicut dictum eſt. ¶ Ad. ii. dicendum ꝙ gloria corporis non pertinet ad beatitudinem ſicut in quo beatitudo principalit̄ conſiſtit. ſed ꝑ quandam redundantiam a gloria anime. vt in ſecunda pte dictum eſt. Unde ſpes ſcḋm ꝙ eſt virtus theologica non reſpicit beatitudinem corporis ſed beatitudinem anime que in diuina fruitione conſiſtit. ¶ Ad. iii. dicendum ꝙ edificatio eccleſie ꝑ conuerſionem fidelium non ptinet ad perfectionem chriſti. qua in ſe perfectus eſt ſed ſcḋm ꝙ alios ad participationem ſue perfectionis inducit. ⁊ quia ſpēs dicitur proprie reſpectu alicuius quod expectatur ab ipſo ſperante habendum non proprie poteſt dici ꝙ virtus ſpei ipſo conueniat ratione inducta.

## Ad quintum ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ in chriſto non fuerunt dona. ſicut enī dicitur cōmuniter dona dantur in adiutorium virtutū. ſed illud qđ eſt in ſe pfectum non indiget exteriori auxilio. cum ergo ī xp̄o ſunt pfecte virtutes videt̄ ꝙ in eo non fuerunt dona. ¶ Pre. non videt̄ eſſe eiuſdem dare ⁊ recipe. q꞉ dare eſt habentis. recipere aūt non habentis. ſed chriſto cōuenit dare ſcḋm illud p̄s. dedit dona hoībus. ergo xp̄o non conuenit accipe dona ſpūſſancti. ¶ Pre. quattuor dona vident̄ ptinere ad cōtemplationē vie. ſ. ſapīa. ſcīa. intellectus. ⁊ cōſilium quod ptinet ad prudentiam. vñ ⁊ phūs. vi. ethi. numerat iſta inter virtutes intellectuales. ſed xp̄s habuit cōtemplationē prudentie. ergo non habuit hmōi dona. ¶ Sed ꝯtra eſt qđ dicit̄ Eſa. iiii. Apprehēdent ſeptē mulieres virū vnum dicit glo. i. ſeptem dona ſpūſſancti xp̄m. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut in ſecunda parte dictum eſt dona ꝓprie ſunt quedam perfectiones potentiarum anime ſcḋm ꝙ ſunt nate moueri a ſpiritusſancto. manifeſtum eſt autem ꝙ anima chriſti pfectiſſime a ſpiritusſācto mouebatur. ſcḋm illud Luce. iiii. Jeſus plenus ſpiritusſancto regreſſus eſt a iordane. ⁊ agebatur a ſpiritu in deſerto. vnde manifeſtum eſt ꝙ in chriſto fuerunt excellentiſſime dona. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ omne perfectum ſcḋm ordinem ſue nature indiget adiuuari ab eo quod eſt altioris nature. ſicut hō quātumcunqꝫ pfectus indiget auxilio dei. ⁊ hoc modo virtutes indigent adiuuari per dona. que perficiunt potentias anime. ſcḋm ꝙ ſunt mote a ſpiritusſancto. ¶ Ad. ii. dicendū ꝙ chriſtus non ſcḋm idem eſt recipiens ⁊ dans dona ſpiritusſancti. ſed dat ſcḋm ꝙ deus. ⁊ accipit ſcḋm ꝙ homo. vnde Grego. dicit. ii. moral. ꝙ ſpiritusſanctus humanitatē xp̄i nunquā deſeruit. ex cuius deitate procedit. ¶ Ad. iii. dicendum ꝙ in xp̄o non ſolum fuit cognitio patrie ſed etiā cognitio vie vt infra dicetur. ⁊ tamen in patria ſunt ꝑaliquem modum dona ſpiritusſancti. vt in ſecunda parte habitum eſt.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videt̄ ꝙ in chriſto non fuit donum timoris. ſpes enī potior eſt q̄ꝫ timor. nam ſpei obiectum eſt bonum. timoris vero malum. vt in ſecunda parte habitum eſt. ſed in chriſto non fuit virtus ſpei vt ſupra dictum eſt. ergo etiam non fuit in eo donum timoris. ¶ Preterea. dono timoris timet aliquis vel ſeparationem a deo. quod pertinet ad timorem caſtum. vel puniri ab ipſo. quod pertinet ad timorem ſeruilem. vt Auguſtinus dicit ſuper canonicam Johannis. ſed Chriſtus non timuit ſeparari per peccatum. neqꝫ puniri ab eo propter culpam.

ſuam. quia impoſſibile erat eum peccare vt infra dicetur
timor aūt non eſt de impoſſibili. ergo in xp̄o nō fuit donū
timoris. ¶ Pre. i. Jo. iiij. dicit̄ ꝑfecta charitas foras mit
tit timorem. ſed in xp̄o ꝑfectiſſima fuit charitas. ſm̄ illud
ad Ephe. iij. Supeminentem ſcie charitatē xp̄i. ergo in
xp̄o non fuit donum timoris. ¶ Sed contra eſt ꝙ dicit̄
Eſa. xi. Repleuit eum ſpūs timoris dn̄i. ¶ Rn̄. dōm ꝙ
ſicut in ſc̄da parte dictū eſt timor reſpicit duo obiecta. quoꝝ
vnum eſt malum terribile. aliud eſt ille cui⁹ poteſtate po-
teſt malū inferri. ſicut aliquis timet regē. inq̄ꜩtum h꞉ po-
teſtatem occidendi. non aūt timeret̄ ille qui h꞉ poteſtatē
niſi haberet quandā eminentiā poteſtatis. cui de facili re-
ſiſti non poſſet. ea eni que in ꝓmpto habemus repellere
non timemus ⁊ ſic patet ꝙ aliquis non timet̄ niſi propter
ſuā eminentiā. Sic ergo dicendū eſt ꝙ in xp̄o fuit timor
dei non quidē ſm̄ ꝙ reſpicit malū ſeꝑationis a deo ꝑ cul-
pam nec ſm̄ ꝙ reſpicit malū punitionis ꝓ culpa. ſed ſm̄
ꝙ reſpicit ipſam diuinam eminentiā. put. ſ. anima chriſti
quodā affectu reuerētie mouebat̄ in deum. a ſpū ſancto a-
cta. vn̄ ad Hebre. v. dicit̄ ꝙ in oībus exauditus eſt ꝓ ſua re
uerentia. hunc eni affectum reuerentie ad deum xp̄s ſm̄
quod eſt hō p̄ ceteris habuit pleniorem. ⁊ ideo ei attribu-
it ſcriptura plenitudinē doni timoris. ¶ Ad. i. ergo dōm
ꝙ habitus virtutū ⁊ donoꝝ ꝓprie ⁊ ꝑ ſe reſpiciunt bonum
malum aūt ex conſequenti. ꝑtinet eni ad habitum virtu-
tis vt opus bonū reddat. vt dicit̄ in. ij. Ethi. ⁊ ideo de ra-
tione doni timoris non eſt illud malum qđ reſpicit timor.
ſed eminentia illius boni. ſ. diuini cuius poteſtate aliqđ
malum infligitur. Spes a. t ſm̄ ꝙ eſt virtus reſpicit non
ſolum actorē boni ſed etiam ipm̄ bonū inq̄ꜩtum eſt nō ha
bitum ⁊ ideo xp̄o q꞉ iam habebat ꝑfectum beatitudīs bo-
num non attribuit̄ virtus ſpei. ſed donū timoris. ¶ Ad. ij
dōm ꝙ ratio illa ꝓcedit de timore ſm̄ ꝙ reſpicit obiectum
qđ eſt malum. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ꝑfecta charitas foraſ mit
tit timorē ſeruilem. qui reſpicit principalr̄ penam. ſic aūt
timor non fuit in chriſto ⁊c̄.

## Ad ſeptimum ſic procedi

tur. Videt̄ ꝙ in xp̄o non fuerunt grē gratis date. ei eni q̄
habet aliquid ſm̄ plenitudinem non competit illud habe
re ſm̄ participationem. ſed xp̄s habuit grām ſm̄ plenitu
dinē. ſm̄ illud Jo. i. Plenum gratie ⁊ veritatis. gratie au
tem gratis date eſſe vident̄ quedā ꝑticipatōes diuine. di
uiſim ⁊ ꝑticulariṫ diuerſis attribute ſm̄ illud. i. Cor. xij.
diuiſiones grāꝝ ſunt. ergo videt̄ ꝙ in xp̄o non ſunt gratie
gratis date. ¶ Pre. qđ debet̄ alicui non videt̄ eē gratis
ei datū. ſed datū erat hoī xp̄o ꝙ ſermone ſapīe ⁊ ſcīe habū
daret. ⁊ potēs eſſet in virtutibꝫ faciendis. ⁊ alia hmōi. q̄
ꝑtinent ad gratias gratis datas. cum ipe ſit dei virtus ⁊
dei ſapīa vt dicit̄. i. Cor. i. ḡ non fuit conueniens habere
grās gratis datas. Pre. gratie gratis date ordinantur ad
vtilitatē fideliū. ſm̄ illud. i. Cor. xij. Unicuiq꞉ dat̄ mani-
feſtatio ſpūs ad vtilitatē. nō aūt videt̄ ad vtilitatē ꝑtinere
habitus aut quecunq꞉ diſpoſitio ſi hō non vtat̄. ſm̄ illud
Eccli. i. Sapīa abſcōdita ⁊ theſaur⁹ nō viſus. q̄ vtilitas
in vtriſq꞉. xp̄s aūt non legit̄ vſus fuiſſe oībꝫ donis gratis
datis. preſertim q̄ꜩtum ad genera linguarum. ḡ non oēs
gratie gratis date in xp̄o fuerunt. ¶ Sed ꝯtra eſt. quod
Augu. dicit in epl̄a ad Dardanum ꝙ ſicut in xp̄o fuerūt
oēs ſenſus ita in xp̄o fuerunt oēs gratie. ¶ Rn̄. dō ꝙ ſic
in ſc̄da pte habitum eſt gratie gratis date ordinant̄ ad fi-
dei ⁊ ſpūalis doctrine manifeſtationem. oportet aūt eum

qui docet habere omnia ea ꝑ que ſua doctrina manifeſte-
tur. aliter ſua doctrina eſſet inutilis. Spiritualis aūt do-
ctrine ⁊ fidei primus ⁊ principalis doctor eſt xp̄s. ſm̄ illō
ad Hebre. ij. Cum initium accepiſſet a dn̄o enunciari ꝑ
eos qui audierunt in nos confirmata eſt conteſtante deo
ſignis ⁊ prodigijs ⁊c̄. vnde manifeſtum eſt ꝙ in chriſto fu
erunt excellentiſſime omnes gratie gratis date. ſicut ī pri
mo ⁊ principali doctore fidei. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ ſicut
gratia gratum faciens ordinatur ad actus meritorios taꝫ
interiores q̄ꝫ exteriores ita gratia gratis data ordinatur
ad quoſdam actus exteriores fidei manifeſtationis. ſicut
eſt miraculorum opatio ⁊ alia huiuſmodi. in vtraq꞉ autē
gratia chriſtus plenitudinem habuit. inq̄ꜩtum eni diuini
tati erat vnita eius anima plenam efficaciam habebat ad
omnes actus ꝑficiendos. ſed alij ſancti qui mouebantur
a deo ſicut inſtrumenta non vnita ſed ſeparata particula-
riter efficaciā recipiunt ad hos vel illos actus ꝑficiendos.
⁊ ideo in alijs ſanctis hmōi gratie diuidunt̄. non aūt ī xp̄o.
¶ Ad. ij. dōm ꝙ xp̄s dicit̄ dei virtus ⁊ dei ſapīa inq̄ꜩtuꝫ
eſt eternus dei filius. ſic aūt non competit ſibi habere gra
tiam. ſed potius eſſe gratie largitorē. competit aūt ſibi gra
tiam habere. ſm̄ humanam naturā. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ do-
num linguaꝝ datum eſt apoſtolis. q꞉ mittebant̄ ad docen
das oēs gentes. xp̄s autē in vna ſola iudeoꝝ gente voluit
ꝑſonaliter predicare. ſm̄ ꝙ ipſe dicit Mat. xv. Non ſuꝫ
miſſus niſi ad oues qui pierant domus iſrael. ⁊ Apl̄s di-
cit ad Roma. xv. Dico xp̄m miniſtrum fuiſſe circumciſi
onis. ⁊ ideo non oportuit ꝙ loqueretur pluribus linguiſ
nec tn̄ defuit ei oīm linguarum noticia. cum etiam occul-
ta cordium non eſſent ei abſcondita. vt infra dicet̄. quorū
voces quecunq꞉ ſunt ſigna. nec tamen inutiliter hanc no-
ticiam habuit. ſicut non inutiliter habet habitum qui eo n̄
vtit̄ quando non eſt oportunum.

## Ad octauuꝫ ſic proceditur

Videt̄ ꝙ in chriſto non fuerit ꝓphecia. ꝓphecia eni impor-
tat quandam obſcuram ⁊ imperfectam noticiaꝫ. ſm̄ illud
Numeri. xij. Si quis fuerit inter vos propheta domini
ꝑ ſomnum aut in viſione loquar ad eum. ſed chriſtus ha
buit plenam ⁊ perfectam noticiam multomagis q̄ꝫ moy-
ſes. de quo ibi ſubditur ꝙ palam ⁊ non per enigmata de
um vidit. non ergo debet in chriſto poni prophecia.
Preterea. ſicut fides eſt eorum que non videntur. ⁊ ſpes
eorum que non habentur ita prophecia eſt eorum que
non ſunt preſentia ſed diſtant. nam propheta dicitur
quaſi procul fans. ſed in chriſto non ponitur fides. neq꞉
ſpes. vt ſupra dictum eſt. ergo etiam prophecia non debet
poni in chriſto. ¶ Preterea. propheta eſt inferioris ordi-
nis q̄ꝫ angelus. vnde ⁊ de moyſe qui fuit prophetarum
ſupremus. vt dictum eſt in. ij. parte. ⁊ Actuū. vij. dici-
tur ꝙ locutus eſt cum angelo in ſolitudine. ſed chriſtus
non eſt minoratus ab angelis ſm̄ noticiam anime ſed ſo-
lum ſm̄ corporis paſſionem. vt dicitur ad Hebre. ij. Er-
go videtur ꝙ chriſtus non fuerit propheta. ¶ Sed
contra eſt ꝙ dicitur Deutero. xvi. Prophetam ſuſcita-
bit vobis deus de fratribus veſtris. ⁊ ipſe đ ſe dicit. Mat
xiij. et Johan. iiij. Non eſt propheta ſine honore. niſi in
patria ſua. ¶ Rn̄. dōm ꝙ propheta dicitur quaſi procul
fans vel procul videns. inq̄ꜩtum. ſ. cognoſcit ⁊ loquitur
que ſunt procul ab hominum ſenſibꝫ ſicut etiam Auguſti-
nus dicit. xxi. contra fauſtum. Eſt autem conſiderandum
ꝙ non poteſt dici aliquis propheta ex hoc ꝙ cognoſcit et

annunciat ea que ſunt alijs procul. cum quibꝰ ipſe nō eſt. Et hoc eſt manifeſtum ſm locum ⁊ tempus. ſi enī aliqs in gallia exiſtens cognoſceret ⁊ annunciat alijs in gallia exiſtentibꝰ ea que in ſyria tūc agerent̃, ꝓpheticū eſſet. ſicut heliſeus de giezi dixit. iiij. Reg. v. Nō vir de ſcēdebat de curru ⁊ occurrerat ei. ſi vō aliquis in ſyria exiſtēs ea que ſunt ibi annūciaret non eſſet hoc ꝓpheticū. Et idē apparet ſm tempus. ꝓpheticum enī fuit ꝙ Eſaias ꝓnunciauit ꝙ Cyrus pſaꝝ rex templū dei eſſet reedificaturus. vt ptꝫ Eſa. xliiij. non aūt fuit ꝓpheticum. ꝙ Eſdras hoc ſcripſit. cuius tpe hoc factū eſt. Sic ḡ cum deus aut angeli vł etiam bti cognoſcunt ⁊ annūciant ea q̄ ſunt procul a nr̄a noticia non ptinet ad ꝓphetiā. q2 in nullo ſtatum noſtrū attingunt. xp̄s aūt ante paſſionē ſtatum noſtꝝ attingebat inq̄ꝫtum non ſolū erat cōprehenſor ſed etiā viator. ⁊ idō ꝓpheticum erat ꝙ ea que erāt ꝓcul ab alioꝝ viatorum noticia. ⁊ cognoſcebat ⁊ annūciabat. ⁊ hac rōne dicit̃ in eo fuiſſe ꝓphecia. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ ꝑ illa verba non oñdit̃ eſſe de rōne ꝓphecie enigmatica cognitio. que. ſ. eſt ꝑ ſomnium ⁊ in viſione qua ꝑceperūt diuina quo ad moyſen. q̄ palā ⁊ non ꝑ enigmata deū vidit qui tn̄ ꝓpheta eſt dictus ſm illud Deutero. vl. Nō ſurrexit vltra ꝓpheta ī iſrł ſicut moyſes. Pōt tn̄ dici ꝙ ⁊ ſi xp̄s habuit plenā ⁊ aptā noticiam q̄ꝫtū ad ptem intellectiuā. habuit tn̄ in pte imaginatiua quaſdā ſimilitudines in quibꝰ etiā poterat ſpeculari diuina. inq̄ꝫtum non ſolum erat compꝛehenſor ſed etiam viator. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ fides eſt eoꝝ que non videntur ab ipſo credente. ſilr̄ ſpes ⁊ eoꝝ que non habent̃ ab ipō ſperante. ſed ꝓphecia eſt eoꝝ que ſunt procul a cōmuni hoīuꝫ ſenſu cum quibꝰ ꝓpheta cōuerſat̃. ⁊ cōmunicat ī ſtatu vie. Et ideo fides ⁊ ſpes repugnant ꝑfectioni btitudinis xp̄i. non aūt ꝓphecia. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ angelus. cum ſit cōprehenſor eſt ſup ꝓphetā qui eſt purus viator. non aūt ſupra xp̄m. qui ſimul fuit viator ⁊ cōprehenſor.

## Ad nonū ſic proceditur

Videt̃ ꝙ non fuerit in xp̄o gratie plenitudo. a grā enī xp̄i deriuant̃ virtutes. vt in ſcd̄a pte dictum eſt. ſed in chꝛiſto nō fuerūt oēs virtutes. non enī fuit in eo fides neq3 ſpes. vt oñſū eſt. ḡ in xp̄o non fuit gratie plenitudo. ¶ Pre. ſicut ptꝫ ex his que in ſcd̄a pte dicta ſunt grā diuidit̃ in opantē ⁊ cooꝑantem. opans aūt gratia dicit̃ ꝑ quam iuſtificat̃ impius qd̄ quidē non habuit locū in xp̄o. qui nunq̄ꝫ ſubiacuit alicui peccato. ergo in chꝛiſto non fuit gratie plenitudo. ¶ Pre. Iaco. i. d2. Omne datū optimū ⁊ oē donū ꝑfectum deſurſum eſt deſcendēs a prē luminū ſed qd̄ deſcendit habet̃ ꝑticulr̄ ⁊ non plene. ḡ nulla creatura nec etiā aīa xp̄i pōt habere plenitudinē donoꝝ gratie. ¶ Sꝫ ꝯtra eſt qd̄ dicit̃ Io. i. Vidimus eū plenū gratie ⁊ veritatis. ¶ Rñ. dōm ꝙ plene d2 hri qd̄ totalr̄ ⁊ ꝑfecte habet̃. Totalitas aūt ⁊ ꝑfectio pōt attendi duplr̄. Vno mō q̄ꝫtum ad quantitatē eius intenſiuā. puta ſi dicam aliqueꝫ plene hr̄e albedinē ſi habeat eam quātumcunq3 nata eſt haberi. Alio modo ſm virtutem. puta ſi aliquis dicat̃ plene habere vitam. q2 habet eam ſm oēs effectus vel opa vite. ⁊ ſic plene habet vitam hō. non aūt brutum aīal vł plāta. Vtroq3 aūt mode xp̄s habuit plenitudinē gratie. Primo quidem. quia habuit eam in ſummo ſm perfectiſſimum modum qui poteſt haberi. Et hoc quidem apparet primo ex propinquitate anime chꝛiſti ad cauſam gratie. dictum eſt enī ꝙ quanto aliquod receptiuum ꝓpinquius eſt cauſe influenti habundantius recipit. ⁊ ideo anima chꝛiſti que propius coniungitur deo inter omnes creaturas rationales recipit maximam influentiam gratie eius. Scd̄o ex compatione eius ad effectum. ſic enī recipiebat aīa xp̄i gratiam vt ex ea quodammodo transfunderetur ī alios. ⁊ ideo opoꝛtuit ꝙ haberet gratiam maximam ſicut ignis qui eſt cauſa caloꝛis in oībus calidis eſt maxime calidus. Similr̄ etiam q̄ꝫtum ad virtutē gratie plene habuit gratiā. q2 habuit eam ad oēs opationes vel effectus gratie. ⁊ hoc ideo. q2 conferebat̃ ei gratia tanquā cuidam vniuerſali pꝛincipio in genere hñtiū gratias. virtꝰ aūt pꝛimi pꝛincipij alicuius generis vniuerſaliter ſe extendit ad oēs effectus illiꝰ generis. ſicut ſol q̄ eſt vniuerſalis cauſa generationis. vt dicit Dio. iiij. ca. de di. no. eius virtꝰ extendit ſe ad oīa que ſub generatōe cadūt. Et ſic ſcd̄a plenitudo grē attendit̃ in xp̄o inq̄ꝫtū ſe extēdit eiꝰ grā ad oēs grē effectus. q̄ ſunt virtutes ⁊ dona ⁊ alia hmōi. ¶ Ad. i. ḡ dōm ꝙ fides ⁊ ſpes nominant effectus grē cum quodā defectu q̄ eſt ex pte recipiētis grām. inq̄ꝫtum. ſ. fides eſt de nō viſis. ⁊ ſpes de non habitis. Vñ nō optet ꝙ in xp̄o qui eſt actoꝛ grē fuerint defectus. quos impoꝛtāt fides et ſpes. ſed quicq̄d eſt ꝑfectionis in fide ⁊ ſpe eſt in xp̄o multo ꝑfectius. ſicut in igne non ſunt oēs modi caloꝛis defectiui ex defectu ſubiecti. ſed q̄cquid ꝑtinet ad ꝑfectionem caloꝛis. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ad grām opantem ꝑ ſe pertinet facere iuſtū. ſed ꝙ iuſtū faciat ex impio hoc accidit ei ex pte ſubiecti. in quo pctm̄ inuenit̃. aīa ḡ xp̄i iuſtificata eſt ꝑ grām opantē. inq̄ꝫtum ꝑ eam facta eſt iuſta ⁊ ſancta a pꝛincipio ſue conceptionis. non aūt ꝙ fuerit peccatrix aut etiā non iuſta.

## ¶ Ad decimū ſic proceditur

Videtur ꝙ plenitudo grē non ſit ꝓpꝛia xp̄i. quod enī eſt ꝓpꝛium alicui ſibi ſoli cōuenit. ſed eſſe plenum grā quibuſdā alijs attribuit̃. dicit̃ enī Lu. ij. beate virgini. Aue gratia plena dñs tecum. dicit̃ etiam Actuū. vi. Stephanus aūt plenus gratia ⁊ foꝛtitudine. ḡ plenitudo gratie non eſt ꝓpꝛia xp̄i. ¶ Pre. illud qd̄ poteſt cōmūicari alijs ꝑ chꝛiſtum non videtur ꝓpꝛium chꝛiſto. ſed plēitudo gratie pōt cōmunicari alijs per xp̄m. dicit enī Apls. Impleamini in omni plenitudine dei ad Ephꝫſi. iij. ḡ plenitudo gratie non eſt ꝓpꝛia chꝛiſto. ¶ Pre. ſtatus vie videt̃ pꝛopoꝛtionari ſtatui patrie. ſed in ſtatu patrie erit quedā plenitudo. quia in illa celeſti patria vbi eſt plenitudo omnis boni licet quedam data ſint excellenter nihil tamen poſſidetur ſingulariter. vt patet per Grego. in omelia. decentum ouibus. ergo in ſtatu vie gratie plenitudo habetur ab omnibus ſingulis. Et ita plenitudo gratie non eſt pꝛopꝛia chꝛiſto. ¶ Sed contra eſt ꝙ plenitudo gratie attribuitur chꝛiſto inq̄ꝫtum eſt vnigenitus a patre. ſm illud Iohannis. i. Vidimus eum quaſi vnigenitum a patre, plenum gratie et veritatis. ſed eſſe vnigenitum a patre eſt pꝛopꝛium chꝛiſto. ergo ⁊ ſibi pꝛopꝛium eſt plenuꝫ gratie ⁊ veritatis. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ plenitudo gratie poteſt attendi dupliciter. vno modo ex parte ipſiꝰ gratie. alio modo ex parte habentis gratiam. Ex parte quidem gratie dicitur eſſe plenitudo ex eo ꝙ aliquis pertingit ad ſummum gratie. ⁊ q̄ꝫtum ad eſſentiam ⁊ q̄ꝫtum ad virtutem quia ſcilicet habet gratiam ⁊ in maxima excellētia qua haberi pōt. ⁊ in maxima extenſione ad omnes gratie effectus. ⁊ talis gratie plenitudo eſt pꝛopꝛia chꝛiſto. Ex parte autem habentis dicitur eſſe plenitudo quando aliquis habet plene gratiam ſm ſuam conditionem.

ſiue ſm intenſionem. prout in eo eſt intenſa gratia vſq3 ad terminum ei prefixum a deo. ſm illud ad Ephe. iiij. Unicuiq3 noſtrum data eſt gratia ſm menſuram donationis xpi. ſiue etiã ſm virtutem. in q̃tum. ſ. habet facultatem gratie ad oĩa que ptinent ad ſuum ſtatum. ſiue officium ſicut Apl's dicebat ad Ephe. iij. Mihi aũt oĩm ſanctorum minimo data eſt gratia hec. illuminare hoĩes. Et talis plenitudo grẽ non eſt ꝓpria xp̃o. ſed cõmunicat̃ alijs ꝑ xp̃m. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ beata virgo dicit̃ plena gratia non ex pte ipſius gratie. q2 non habuit grãm in ſumma excellentia qua põt haberi. nec ad oẽs effectus gratie. Sz dicit̃ fuiſſe plena gratia ꝑ comparationem ad ipſam. q2. ſ. habebat gratiam ſufficientem ad ſtatum illum ad quez erat electa a dõ. vt. ſ. eſſet mater dei. Et ſimiliter ſtephanus dr̃ plenus gratia. q2 habebat gratiam ſufficientem ad hoc ꝙ eſſet idoneus miniſter ⁊ teſtis dei. ad quod erat electus. Et eadem rõne dõm eſt, d' alijs. Harum aũt plenitudinũ vna eſt plenior alia. ſm ꝙ aliquis eſt diuinit' ꝓordinatus ad altiorẽ vel inferiorẽ ſtatum. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ Apl'us loquit̃ de illa plenitudine grẽ que accipit̃ ex parte ſubiecti in cõparatione ad id ad quod hõ eſt diuinitus preordinatus. quod quidem eſt vel aliquid cõmune ad qđ preordinant̃ oẽs ſancti. vel aliquid ſpeciale. quod ptinet ad excellentiam aliquoꝝ. ⁊ ſm hoc quedam plenitudo gratie eſt oĩbus ſanctis cõmunis. vt. ſ. habeant gratiam ſufficientẽ ad merendum vitam eternam. que in plena dei fruitione conſiſtit. ⁊ hanc plenitudinem optauit Apl's fidelibus quibus ſcribit. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ illa dona que ſunt cõmunia in patria. ſ. viſio. comprehenſio. ⁊ fruitio. ⁊ alia hmõi ſunt quedam dona ſibi corrñdentia in ſtatu vie. que etiam ſũt cõmunia ſanctis. ſunt tamẽ quedam ꝓrogatiue ſanctoꝝ in patria ⁊ in via que non habentur ab omnibus.

## ¶ Ad vndecimum ſic procedit̃ur

Uidet̃ ꝙ gratia chriſti ſit infinita. oẽ enĩ immenſũ eſt infinitũ. ſed gratia xp̃i eſt immenſa. dicit̃ enĩ Jo. iij. nõ enĩ ad menſuram dat ſpm̃ſctm̃ deus xp̃o. g̃ gratia xp̃i eſt ĩfinita. ¶ Pre. effectus infinitus demonſtrat virtutẽ infinitã. ſed effectus xp̃i eſt infinitus. extendit enĩ ſe ad ſalutẽ totius humani generis. ipſe enĩ ꝓpitiatio eſt pro peccatis totius mundi. vt dicit̃. i. Jo. i. ergo gratia chriſti eſt infinita. ¶ Pre. omne finitũ ꝑ additionez põt ꝑuenire ad quãtitatẽ cuiuſcunq3 rei finite. ſi ergo gratia xp̃i eſt finita poſſet alterius hoĩs gratia tm̃ creſcere ꝙ ꝑueniret ad equalitatem grẽ xp̃i. contra quod dicit̃ Job. xxviij. Non adeq̃bit̃ ei aurum vel vitrũ ſm ꝙ Grego. ibi exponit. g̃ gratia xp̃i eſt infinita. ¶ Sed contra eſt ꝙ grã xp̃i eſt quoddam creatũ in aĩa. ſed oẽ creatum eſt finitum. ſm illud Sap. xi. Oĩa in numero pondere ⁊ menſura diſpoſuiſti. g̃ grã xp̃i non eſt infinita. ¶ Rñ. dõ. ꝙ ſicut ex ſupra dictis ptz in xp̃o poteſt duplex grã conſiderari. Una quidẽ eſt ratio vnionis. q̃ ſicut ſupra dictũ eſt. eſt ipm̃ vniri ꝑſonaliter filio dei. qđ eſt gratis cõceſſum humane nature. ⁊ hãc gratiam conſtat eſſe infinitã ſm ꝙ ipſa ꝑſona verbi eſt infinita. Alia võ eſt gratia habitualis. que quidẽ dupl'r poteſt cõſiderari. Uno modo ſm qđ eſt quoddã ens. ⁊ ſic neceſſe ẽ ꝙ ſit ens finitũ. eſt enĩ in aĩa xp̃i ſicut in ſubiecto. aĩa aũt chriſti eſt creatura quedã. habẽs capacitatem finitaz. vnde eſſe gratie cum non excedat ſubiectũ ſuum non põt eſſe infinitũ. Alio modo põt conſiderari ſm ꝓpriam rõem gratie. ⁊ ſic gratia chriſti põt dici infinita eo ꝙ non limitatur. q2. ſ. habet quicquid põt ꝑtinere ad rõnem gratie. ⁊ nõ datur ei ſm aliquam creatã menſuraz id quod ad rationem gratie pertinet. eo ꝙ ſm ꝓpoſitum gratie dei cuius eſt gratiam menſurare confert̃ gratia aĩe chriſti. ſicut vniuerſali cuidam principio gratificationis in humana natura. ſm illud ad Ephe. i. gratificauit nos in dilecto filio ſuo. ſicut ſi dicamus lucem ſolis eſſe infinitam non quidem ſm ſuum eſſe ſed ſm rõnez lucis. q2 habet q̃cq̃d põt ad rõnem lucis ꝑtinere. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ illud qđ dicitur pater non dat ad menſuram ſpm̃ filio. vno modo exponitur de dono quod deus pater ab eterno dedit filio. ſ. diuinam naturam. que eſt donũ infinitum. vñ quedã gloſa dicit ibidem vt tantus ſit filius quantus ⁊ pater. Alio modo põt referri ad donum quod datum eſt humane nature. vt vniat̃ diuine ꝑſone. quod eſt donum infinitum. vnde glo. ibidem dicit ſicut pater plenũ ⁊ ꝑfectum genuit verbum ſic plenum ⁊ ꝑfectum vnitum eſt humane nature. Tertio modo poteſt referri ad gratiam habitualẽ. in q̃tum gratia chriſti ſe extendit ad oĩa que ſunt gratie. vñ Augu. hoc exponens dicit. menſura quedam diuiſio donorum eſt. alij enĩ dat̃ ꝑ ſpm̃ ſermo ſapie. alij ſermo ſcie. ſed xp̃s qui dat non ad menſurã accipit. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ gratia xp̃i hz infinitum effectum. tum ꝓpter infinitatem predictam gratie. tum ꝓpter vnitatez diuine perſone. cui anima chriſti eſt vnita. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ minus ꝑ augmentum põt peruenire ad quantitatem maioris in his que hñt quantitatem vnius rationis. ſed gratia alterius hominis compat̃ ad xp̃i grãz ſicut quedã virtus ꝑticularis ad vniuerſalẽ. vñ ſicut virtus ignis quãtumcũq3 creſcat nõ põt adequari virtuti ſolis. ita grã alteri' hoĩs quãtumcunq3 creſcat non poteſt adequari gratie chriſti.

## ¶ Ad duodecimum ſic procedit̃

Uidetur ꝙ gratia chriſti potuerit augeri. omĩ enĩ finito põt fieri additio. ſed gratia chriſti finita fuit vt dictũ eſt. ergo potuit augeri. ¶ Pre. augmentum gratie fuit ꝑ virtutẽ diuinam. ſm illud. ij. Cor. ix. Potẽs eſt de' oẽm grãm habundare facere in vobis. ſed virt' diuina cum ſit infinita nullo termino coartat̃. g̃ videt̃ ꝙ gratia xp̃i potuerit eſſe maior. ¶ Pre. Luce. ij. dicit̃ ꝙ puer Jeſus ꝓficiebat etate ⁊ ſapientia ⁊ gratia. apud deum ⁊ hoĩes. ergo gratia chriſti potuit augeri. ¶ Sed contra eſt ꝙ dicit̃ Jo. i. Uidimus eum quaſi vnigenitum a patre. plenum gratie ⁊ veritatis. Sed nihil poteſt eſſe vel intelligi maius q̃3 ꝙ aliquis ſit vnigenitus a patre. ergo non poteſt eſſe vel intelligi maior gratia q̃3 illa qua chriſtus fuit plenus. Rñ. dicendum ꝙ aliquã formam non poſſe augeri contingit dupliciter. Uno modo ex parte ipſi' ſubiecti. Alio modo ipſius forme. Ex parte quidem ſubiecti. quoniam ſubiectum attingit ad vltimum in participatione ipſius forme ſm ſuum modum. ſicut ſi dicatur ꝙ aer non poteſt creſcere in caliditate. quando ꝑtingit ad vltimum gradum caloris. qui poteſt ſaluari in natura aeris. licet poſſit eſſe maior calor in rerum natura. qui eſt calor ignis. Ex parte autem forme excluditur poſſibilitas augmenti. quando aliquod ſubiectum attingit ad vltimam perfectionem qua poteſt talis forma haberi. ſicut ſi dicam' ꝙ calor ignis non poteſt augeri quia non poteſt eſſe perfectior gradus caloris q̃3 ille ad quem pertingit ignis. Sicut autem aliarum formarum eſt ex diuina ſapientia determinata ꝓpria menſura ita ⁊ gratie. ſm illud Sap. xi. oĩa in pondere ⁊ mẽſura diſpoſuiſti. menſura autem vniuſcuiuſq3 forme ꝑfigit̃ ꝑ comparationẽ ad ſuum finẽ. ſicut nõ ẽ

maior grauitas terre.quia non poteſt eſſe inferior locus loco terre finis aūt gratie eſt vnio creature rōnal' ad deū ꝗ̄ poteſt aūt eſſe nec intelligi maior vnio creature rationalis ad deum ꝗ̄ que eſt in pſona. ⁊ ideo grā xpi ptingit vſqꝫ ad ſummā menſuram grē. Sic ġ manifeſtū eſt ꝙ gratia xpi non potuit augeri ex pte ipſius gratie.ſed neqꝫ etiam ex pte ipſius ſubiecti.qꝛ chriſtus ſm ꝙ hō a principio in inſtanti ſue conceptiōis fuit verus ⁊ plenus cōprehēſor vñ in eo non potuit eſſe grē augmentū.ſicut nec in alijs beatis quoꝝ grā augeri non pōt.eo ꝙ ſunt in termino. Hominū vero qui ſunt puri viatores grā pōt augeri ex pte forme.qꝛ non attingit ſummū gradū gratie.⁊ etiā ex pte ſubiecti.qꝛ nondum puenerunt ad terminū. ¶ Ad.i.ġ dōm ꝙ ſi loquamur de quātitatibꝫ mathematice cuilibꝫ finite quātitati pōt fieri additio.qꝛ ex pte quātitatis finite non eſt aliquid ꝙ repugnet additioni. Si vero loquamur de quātitate naturali ſic pōt eſſe repugnantia ex pte forme cui debet̄ determinata quātitas ſicut ⁊ alia accidētia determinata.vñ ⁊ phūs dicit.ij.de aīa.ꝙ oīm natura cōſtantium eſt terminus ⁊ rō magnitudinis ⁊ augmēti.⁊ inde eſt ꝙ quantitati totius celi nō pōt fieri additio.multo ġ magis in ipſis formis cōſiderat̄ aliquis terminus vltra quē nō tranſgrediunt̄ ⁊ ꝓpter hoc non oportuit ꝙ gratie chriſti poſſet fieri additio.quāuis ſit finita ſm ſui eēntiā. ¶ Ad ij.dō.ꝙ licet virtus diuīa poſſet aliquid facere maius et melius ꝗ̄ ſit habitualis grā xpi non tñ poſſet facere ꝙ ordinaret̄ ad aliq̄d maius ꝗ̄ ſit vnio pſonalis ad filiū vnigenitū a prē.cui vnioni ſufficient correſpōdet talis menſura grē.ſm diffinitionē diuine ſapīe. ¶ Ad.iij.dōm ꝙ in ſapientia ⁊ grā aliquis pōt pficere dupl'r. Uno mō ſm ipſos habitus ſapīe ⁊ gratie augmētatos.⁊ ſic xpē in eis nō pficiebat. Alio mō ſm effectus.inq̄tū.ſ.aliquis ſapiētiora ⁊ virtuoſiora opa facit.⁊ ſic xpūs pficiebat ſapīa ⁊ gratia ſic ⁊ etate.qꝛ ſm pceſſum etatis pfectiora opa faciebat.vt ſe verum hoīem demonſtraret.⁊ in his que ſunt ad deū ⁊ in his que ſunt ad homines.

## ¶ Ad decimūtertiū ſic procedit̄.

Uidet̄ ꝙ gratia habitualis in xpō non ſubſequat̄ vnionē.idem enī non ſequit̄ ad ſeipm̄.ſed hec grā habitualis videt̄ eſſe eadē cum gratia vnionis. dicit enī Augu.in li.de predeſti.ſan.ea gratia fit ab initio fidei ſue hō quicunqꝫ xpianus qua gratia hō ille ab initio ſuo factus eſt xpūs.quoꝝ primū ptinet ad gratiā habitualē. ſcḋm ad gratiam vnionis.ġ videt̄ ꝙ gratia habitualis nō ſubſequitur vnionē. ¶ Pre.diſpoſitio p̄cedit pfectionē tpe vel ſaltem intellectu.ſed grā habitualis videt̄ eſſe ſicut quedā diſpoſitio humane nature ad vnionē pſonalem.ġ videtur ꝙ gratia habitualis non ſubſequat̄ vnionē.ſed magis p̄cedat. ¶ Pre.cōmune eſt proprio prius.ſed gratia habitualis eſt cōmunis xpō ⁊ alijs hoībus.gratia aūt vnionis eſt propria xpō.ġ prior eſt ſm intellectū gratia habitualis ꝗ̄ ipſa vnio. ¶ Sed contra eſt qḋ dicitur Eſa.xlij. Ecce ſeruus meus.ſuſcipiam eum.⁊ poſtea ſequit̄. dedi ſpm̄ meum ſup eum.quod quidem ptinet ad donū gratie habitualis.vnde relinquit̄ ꝙ ſuſceptio humane nature in vnione pſone p̄cedat gratiam habitualem in xpō.

¶ Rñ. dōm ꝙ vnio humane nature ad diuinā pſonā quā ſupra diximus eſſe ipſam gratiam vnionis precedit gratiam habitualem in xpō.non ordine tempis.ſed nature.et intellectus. Et hoc triplici ratiōe. Primo quidē ſm ordinem principioꝝ vtriuſqꝫ.principium enī vnionis ē pſona filij aſſumens humanā naturam.que ſm hoc dicitur miſſa eſſe in mundum.ꝙ humanā naturam aſſumpſit.principium autem gratie habitualis que cum charitate datur eſt ſpūſſanctus.qui ſm hoc dicitur mitti ꝙ p charitatem mentem inhabitat.miſſio autem filij ſm ordinē nature eſt prior gratia habituali.ſm quam intelligit̄ miſſio ſpiritusſancti. Scḋo accipit̄ ratio huius ordinis ex habitudine gratie ad ſuam cauſam.gratia enī cauſat̄ in homine ex preſentia deitatis.ſicut lumen in aere ex preſentia ſolis. vnde Ezech.xliij.dicit̄. Gloria dei iſrael egrediebat̄ p viam orientalem.⁊ terra ſplendebat a maieſtate eius. Preſentia aūt dei in chriſto intelligitur ſm vnionem humane nature ad diuinam pſonam.vnde gratia habitualis chriſti intelligit̄ vt conſequens hanc vnionem. ſicut ſplendor ſolem. Tertia ratio huius ordinis poteſt ſumi ex fine gratie.ordinat̄ enī ad bene agendum.actiones aūt ſunt ſuppoſitorum ⁊ indiuiduorum.vnde actio ⁊ p conſequens gratia ad ipſam ordināѕ preſupponit hypoſtaſim operantem.hypoſtaſis aūt non preſupponit̄ in hūana natura ante vnionē vt ex ſupra dictis patet. Et ideo gratia vnionis ſm intellectum precedit grām habitualem.

¶ Ad.i.ergo dōm ꝙ Augu. ibi gratiā nominat gratuitam dei voluntatem.gratis beneficia largientē.⁊ propter hoc eadem gratia dicit hominem quemcunqꝫ fieri chriſtianū qua gratia factus eſt chriſtus homo.quia vtrunqꝫ gratuita dei voluntate abſqꝫ meritis factum eſt. ¶ Ad.ij.dōm ꝙ ſicut diſpoſitio in via generationis p̄cedit pfectionem ad quā diſponit in his q̄ ſucceſſiue perficiuntur.ita naturaliter pfectionem ſequit̄.quam aliquis iam cōſecutus eſt ſicut calor qui fuit diſpoſitio ad formā ignis eſt effectus pfluens a forma ignis iam p̄exiſtentis.humana aūt natura in xpō vnita eſt pſone verbi a principio.abſqꝫ ſucceſſione.vnde gratia habitualis non intelligit̄ vt p̄cedens vnionem.ſed vt conſequens eam.ſicut quedam ꝓprietas naturalis.vnde ⁊ augu.dicit in enchi.ꝙ gratia eſt quodammodo hoī chriſto naturalis. ¶ Ad.iij.dōm ꝙ cōmune ē ꝓprio prius.ſi vtrunqꝫ ſit eiuſdē generis.ſed in his que ſunt diuerſoꝝ generꝝ nihil phibet ꝓpriū prius eē cōmūi. grā aūt vnionis nō eſt in genere grē habitual'.ſꝫ eſt ſuper oē gen⁹.ſicut ⁊ ipa diuīa pſona.vñ hoc ꝓpriū nihil phibet eē pri⁹ cōmuni qꝛ nō ſe hꝫ p additōē ad cōmūe.ſꝫ potiꝰ ē principiū ⁊ origo eius qḋ ē cōmūe. ¶ Qō VIII.

## Deinde cōſiderandū

eſt de grā xpi ſm ꝙ ē caput eccl'ie. Et circa hoc querunt̄ octo. Prīo vtꝝ chriſt⁹ ſit caput eccleſie. Scḋo vtꝝ ſit caput hoīm.ꝗ̄tū ad corp⁹ vl' ſolū ꝗ̄tū ad aīam. Tertio vtꝝ ſit caput oīm hoīm. Quarto vtrū ſit caput angelorum. Quinto vtrum gratia ſm quam eſt caput eccleſie ſit eadem cum habituali eius ſm ꝙ eſt quidam homo ſingularis. Sexto vtrum eſſe caput eccleſie ſit proprium chriſto. Septimo vtrum diabolus ſit caput omnium malorum. Octauo vtrum antichriſtus etiam poſſit dici caput omnium malorum.

## ¶ Ad primum ſic proceditur

Uidetur ꝙ chriſto ſm ꝙ eſt homo non competat eſſe caput eccleſie.caput enim influit ſenſum ⁊ motum in membra. ſed ſenſus aut motus ſpiritualis qui eſt p gratiā nō influit̄ nobis a chriſto hoīe.quia ſicut dicit Augu.xv.de tri.nec etiam chriſt⁹ ſm ꝙ eſt homo dat ſpiritumſanctū ſed ſolum inquantum eſt deus. ergo ei ſecundum ꝙ eſt

homo non competitur eſſe caput eccleſie. ¶ Prete. capi/tis non videtur eſſe aliud caput. ſꝫ chriſti ſm ꝙ eſt homo caput eſt deus. ſm illud. i. Cor. xi. Caput xpi deus. ergo ipſe xps non eſt caput. ¶ Pre. caput in hoīe eſt quoddã ꝑticulare membꝝ influentiã recipiẽs a corde. ſed xps eſt vniuerſale pricipiũ totius eccl'ie. ğ nõ eſt eccl'ie caput.

¶ Sed cõtra eſt qđ dicit' ad Ephe. i. Ipm dedit caput ſuꝑ oẽm eccleſiam. ¶ Rñ. dõm ꝙ ſicut nrã eccl'ia dicit' vnũ corpus myſticũ ꝑ ſimilitudinẽ ad naturale corpus hoīs ſm ꝙ diuerſa mẽbra hñt diuerſos actus vt Apl'us dicit ad Ro. xij. ⁊ i. Co. ⁊ xij. ita xps dicit' caput eccl'ie ſm ſimilitudinem hũani capitis. in q̃ tria poſſumus cõſiderare ſ. ordinẽ. ꝑfectionẽ. ⁊ virtutẽ. Ordinẽ q2 caput eſt prĩa ꝑs hoīs incipiẽdo a ſuꝑiori. Et inde eſt ꝙ oẽ principium ꝯſueuit vocari caput ſm. illud Ezech. xvi. ad oẽ caput vie poſuiſti lupanar tibi. Perfectõꝫ aũt q2 in capite vi/gent oẽs ſenſus. ⁊ interiores ⁊ exteriores. cũ ĩ ceteris mẽbris ſit ſolus tact9. ⁊ inde eſt qđ dicit' Eſa. ix. ſenex ⁊ honorabilis ipſe caput ẽ. Virtutẽ vero. q2 virtus ⁊ motus cete/roꝝ membroꝝ ⁊ gubernatio eoꝝ in ſuis actib9 eſt a capite ꝓpter vim ſenſitiuã ⁊ motiuã ibi dñantem. vñ ⁊ rector dr caput ppli. ſm illud. i. Ro. xvi. Cum eſſes puulus ĩ oculis tuis caput in tribub9 iſrl' factus es. Hec aũt tria con/ueniunt xpo ſpũaliter. Primo enĩ ſm ꝓpinquitatẽ ad deũ gr̃a eius altior ⁊ prior eſt ⁊ ſi non tpe. q2 oẽs alij acceperũt gr̃am ꝑ reſpectũ ad gr̃am ipſius ſm illud ad Ro. viij. qs ꝑſciuit hos ⁊ ꝑdeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui vt ſit ipſe primogenitus in multis frib9. Scđo vero ꝑfe/ctionẽ hꝫ q̃tum ad plenitudinẽ oĩm gratiarũ. ſm illud Jo. i. Vidimus eum plenũ gratie ⁊ veritatis. vt ſuꝑ oſtẽſum ẽ. Tertio ꝟtutẽ habuit influẽdi gr̃am ad oĩa mẽbra eccleſie. ſm illud Jo. i. De plenitudine eius oẽs accepim9. ⁊ ſic ptꝫ ꝙ ꝯuenienter dicit' xps caput eccleſie. ¶ Ad. i. ğ dõm ꝙ dare gr̃am aut ſpm̃ſctm̃ cõuenit xpo ſm ꝙ deus auctoritatiue. ſed inſtrumẽtalr ei ꝯuenit ſm ꝙ eſt hõ. in/q̃tum ſ. eius hũanitas fuit inſtrumẽtũ diuinitatis ei9. et ita actiones ipſius ex virtute diuinitatis fuerũt nobis ſa/lutifere. vtpote gr̃am in nobis cauſãtes. ⁊ ꝑ meritũ ⁊ ꝑ ef/fectũ ſiue efficaciam quandã Augu. aũt negat xpm ſm ꝙ eſt hõ dare ſpm̃ſctm̃ auctoritatiue. inſtrumẽtalr aũt ſiue myſterialiter etiam alij ſancti dicunt' dare ſpm̃ſanctum. ſm illud ad Gal'. iij. Qui tribuit vobis ſpm̃ſctm̃. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ in methaphoricis locutionib9 nõ oportet attẽdi ſimilitudinẽ q̃tum ad oĩa. ſic enĩ non eẽt ſimilitudo. ſed veritas. capitis ğ naturalis non eſt aliud caput. q2 cor/pus humanũ non eſt ꝑs alterius corporis ſed corpus ſimilitudinarie dictũ. ſ. aliqua multitudo ordinata eſt ꝑs alterius multitudinis. ſicut multitudo domeſtica eſt ꝑs multitudinis ciuilis. ⁊ ideo paterfamilias qui eſt caput mul/titudinis domeſtice habet ſuꝑ ſe caput rectorem ciuitatis ⁊ ꝑ hunc modum nihil ꝓhibet caput chriſti eſſe deum. cũ tñ ipſe ſit caput eccleſie. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ caput hꝫ manifeſtã eminentiam reſpectu ceteroꝝ membroꝝ. ſed cor ha/bet quandã influẽtiam occultã. ⁊ ideo cordi compat' ſpũſ ſanctus. qui inuiſibiliter eccl'iaꝫ viuificat ⁊ vnit. capiti enĩ compat' xps. ſm viſibilem naturam. qua homo hoībus preferetur. ⁊c.

## ¶ Ad ſecundum ſic ꝓceditur

Videt' ꝙ xps nõ ſit caput hoĩm q̃tum ad corpa. xps enĩ dicit' caput eccleſie inq̃tum influit ſpũalẽ ſenſum ⁊ mo/tum gr̃e in eccleſiam. ſed huiõi ſpũalis ſenſus ⁊ motus capax non eſt corpus. ergo non eſt caput hoĩm ſm corpa. ¶ Pre. ſm corpa cõmunicamus cum brutis. ſi ergo xps eſſet caput hoĩm q̃tum ad corpora ſequeret' ꝙ etiã eſſet caput brutoꝝ aĩalium quod eſt inconueniens. ¶ Pre. corpus ſuum xps ab alijs hoībus traxit. vt patet Math. i. et Luce. iij. ſed caput eſt primũ inter cetera membra vt di/ctum eſt. ergo xps non eſt caput eccleſie q̃tũ ad corpa.

latitudinē.quia ergo infinitum non eſt ſubſtantia quedaȝ
ſed accidit rebus que dicuntur infinite. vt dicitur in.iij.
phyſi.ſicut infinitū multiplicat̄ ſm diuerſas ſubſtantias
ita neceſſe eſt φ ꝓprietas infiniti multiplicet̄.ita φ conue
niat vnicuiq̄ȝ eorum ſm illud ſubiectum. eſt autȝ quedā
ꝓprietas infiniti φ infinito non ſit aliqd̄ mai⁹. ſic ergo ſi
accipiamus vnam lineam infinitam in illa non eſt aliq̄d
maius infinito.⁊ ſimiliter ſi accipiam⁹ quamcūq̄ȝ aliaruȝ
linearum infinitarū.manifeſtū eſt tamen φ vniuſcuiuſq̄ȝ
partes earum partes ſunt infinite. oportet ergo φ omni/
bus illis infinitis non ſit aliquid maius in illa linea.tm̄
in alia linea ⁊ in tertia erunt plures etiam partes infinite
preter iſtas. Et hoc etiam videtur in numerꝭ accidere. nā
ſpecies numeroꝝ parium ſunt infinite.⁊ ſimiliter ſpecies
numeroꝝ imparium.⁊ tamen etiam numeri pares ⁊ im/
pares ſunt plures q̄ȝ pares. Sic ergo dicendū eſt φ infi/
nito ſimpliciter quo ad oīa nihil eſt maius. infinito autē
ſm aliquod determinatum non eſt aliquid maius in illo
ordine poteſt tamen aliquid maius accipi extra illum or/
dinem. Per hunc ergo modum infinita ſunt in potentia
creature.⁊ tamen plura ſunt in potētia dei q̄ȝ infinita ſcīe
tia ſimplicis intelligentie.plura tamen ſcit deus ſm hūc
intelligentie modum.

## Ad quartuȝ ſic procedit.

Videtur ꝙ anima chriſti non perfectius videat verbum
ꝗ̃ quelibet alia creatura. Perfectio eni̅ cognitio̅is eſt ſ̅ȝ
modum cognoſcendi. ſicut perfectior eſt cognitio que ha
betur per mediu̅ ſylogiſmi demonſtratiui ꝗ̃ que habetur
per medium ſylogiſmi dyalectici. ſed omnes beati vide̅t
i̅mediate verbum per ipſam diuina̅ eſſentia̅. vt in prima
parte dictum eſt. ergo anima chriſti non perfectius vidȝ
verbum ꝗ̃ quelibet alia creatura. ¶ Pre. Perfectio vi-
ſionis non excedit potentiam viſiua̅. ſed potentia rationa-
lis anime qualis eſt anima chriſti eſt infra potentia̅ intellecti-
uam angeli vt patet per Diony. iiij. c. de cele. hierarch. ergo
anima chriſti non perfectius videt verbum ꝗ̃ angeli.
¶ Pre. Deus in infinitum videt verbum ſuu̅ perfectius
ꝗ̃ anima. ſunt ergo infiniti gradus medij inter modum quo
deus videt verbum ſuu̅ ⁊ inter modum quo anima chri-
ſti videt ipſum. ergo non eſt aſſerendu̅ ꝙ anima chriſti p-
fectius videat verbum vel eſſentiam diuina̅ ꝗ̃ quelibet
alia creatura. ¶ Sed contra e̅ qd̕ apoſtolus dic̅ ad Ephe.
i. ꝙ deus conſtituit chriſtum in celeſtibus ſuper oe̅m prin-
cipatum ⁊ poteſtatem ⁊ virtutem ⁊ dn̅atione̅ ⁊ oe̅ nome̅
quod noia̅t non ſolum in hoc ſeculo ſed etiam in futuro.
ſed in celeſti gloria tanto aliquis eſt ſuperior q̅nto perfe-
ctius cognoſcit deum. ergo anima chriſti perfectius videt
deum ꝗ̃ aliquis alia creatura. ¶ Rn̅. dd̅m ꝙ diuine e̅e̅n-
tie viſio conuenit omnibus beatis ſ̅m participatione̅ lumi-
nis deriuati ad eos a fonte v̅bi dei. ſ̅m illud Eccl. i. fons
ſapientie verbum dei in excelſis. hoc autem v̅bo dei ꝓpin-
quius coniungitur anima chriſti que eſt vnita verbo in per-
ſona ꝗ̃ queuis alia creatura. ⁊ ideo plenius recipit influe̅-
tiam luminis in quo deus vide̅t ab ipſo verbo ꝗ̃ quecu̅ꝗ̃
alia creatura. ⁊ ideo pre ceteris creaturis perfectius vidȝ
ipſam prima̅ veritateȝ. que eſt dei eſſentia. ⁊ ideo dicitur
Joh. i. vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a patre.
plenu̅ gratie non ſolum gratie ſed ⁊ veritatis. ¶ Ad. i. ergo
dd̅m ꝙ perfectio cognitio̅is q̅ntum eſt ex parte cogniti at-
tenditur ſ̅m mediu̅. ſed q̅ntuȝ eſt ex parte cognoſcentis at-
tenditur ſ̅m potentiam vel habitu̅. ⁊ inde eſt ꝙ etiam inter
hoies per vnu̅ mediu̅ vnus perfectius cognoſcit aliquaȝ
concluſionem ꝗ̃ alius. ⁊ per hunc modum anima chriſti que
abu̅dantiori impletur lumine perfectius cognoſcit diui-
nam eſſentiam ꝗ̃ alij beati. licet omnes eſſentia̅ dei vide-
ant per ſeipſam. ¶ Ad. ij. dd̅m ꝙ viſio diuine eſſentie ex-
cedit naturalem potentia̅ cuiuſlibet creature. vt in prima
parte dictum eſt. ⁊ ideo gradus in ipſa attendu̅t magis
ſ̅m ordinem gratie in quo chriſtus eſt excellentiſſimus ꝗ̃
ſ̅m ordinem nature ſ̅m qua angelica natura prefer̅t hu-
mane. ¶ Ad. iij. dd̅m ꝙ ſicut ſup̅ dictum eſt ꝙ non po̅t
eſſe maior gratia ꝗ̃ gratia chriſti per reſpectu̅ ad vnioneȝ
verbi. idem etiam dicendu̅ eſt de ꝑfectione diuine viſio-
nis. licet abſolute conſidera̅do poſſȝ e̅e̅ aliq̅s gradus ſubli-
mior ſ̅m infinitate̅ di̅ne potentie. ¶ Queſtio XI

## Deinde conſiderandu̅

eſt de ſcie̅tia indita vel infuſa anime chriſti
Circa hoc queru̅t̅ ſex. p° vtru̅ per hanc ſcien-
tiam chriſt9 ſciat oi̅a. 2° vtru̅ hac ſcie̅tia vti poterit no̅ con-
uerte̅do ſe ad fantaſmata. 3° vtru̅ hec ſcie̅tia fuerit collati-
ua. 4° de co̅paratione huius ſcie̅tie ad ſcie̅tia̅ angelicaȝ. 5°
vtrum fuerit ſcie̅tia habitualis. 6° vtrum fuerit diſtincta
per diuerſos habitus.

## Ad primu̅ ſic proceditur

Videtur ꝙ ſ̅m hanc ſcientia̅ chriſtus non cognouit oi̅a.
Hec eni̅ ſcientia indita eſt chriſto ad ꝑfectione̅ intellect9
eius. ſed intellectus poſſibilis ai̅e humane non vide̅t e̅e̅
in potentia ad oi̅a ſimplicit̅. ſed ad illa ſola in que po̅t re-
duci in actum per intellectu̅ agentem qui eſt ꝓprius actus
e̅i̅ ipſius. que quide̅ ſunt cognoſcibilia ſ̅m ratione̅ natu-
ralem. ergo ſ̅m hanc ſcie̅tiam non cognouit ea que natu-
ralem rationem excedu̅t. ¶ Pre. Fantaſmata ſe habent
ad intellectum hu̅anu̅ ſicut colores ad viſum. vt dicit̅. iij.
de anima. ſed non pertinet ad ꝑfectione̅ virtutiſ viſiue co-
gnoſcere ea que ſunt oi̅no abſqȝ colore. ergo nec ad perfe-
ctione̅ intellectus hu̅ani pertinet cognoſcere ea quoꝝ no̅
poſſunt eſſe fantaſmata. ſicut ſunt ſubſta̅tie ſeparate. ſic igi-
tur cum hmo̅i ſcientia fuerit in chriſto ad perfectione̅ ani-
me intellectiue ipſius videtur ꝙ ꝑ hmo̅i ſcientia̅ non co-
gnouerit ſubſtantias ſeparatas. ¶ Pre. Ad perfectioneȝ
intellectus non pertinet cognoſcere ſingularia. videtur ergo
ꝙ per hmo̅i ſcientia̅ ai̅a chriſti non cognouerit ſingularia
¶ Sed contra eſt quod dic̅t Eſa. xi. ꝙ repleuit eum ſpiri-
tu ſapientie ⁊ intellectus ſcientie ⁊ conſilij. ſub quib9 co̅-
prehenduntur oi̅a cog̅ſcibilia. namqȝ ad ſapientia̅ perti-
net cognitio oi̅um i̅materialiu̅. ad ſcientia̅ au̅t pertinet co-
gnitio oi̅um concluſionu̅. ad conſiliu̅ autem cognitio oi̅uȝ agi-
bilium. ergo videtur ꝙ chriſtus ſ̅m ſcientia̅ ſibi inditaȝ ꝑ
ſpiritu̅ ſanctum habuit oi̅um cognitione̅. ¶ Rn̅. dd̅m ꝙ
ſicut prius dictu̅ eſt conueniens fuit vt chriſti ai̅a per oi̅a eſ-
ſet perfecta. per hoc ꝙ oi̅s eius pote̅tialitas ſit reducta ad
actum. Eſt au̅t conſiderandu̅ ꝙ in ai̅a humana ſicut in qua-
libet creatura conſideratur duplex potentia paſſiua. vna qui-
dem per co̅paratione̅ ad agen̅ſ naturale. alia v̅o ꝑ compa-
rationem ad agens primu̅. qd̕ poteſt quamlibet creatura̅
reducere in actum aliquem altiorem in quem non reduci-
tur per agens naturale. ⁊ hec conſueuit vocari pote̅tia obe-
dientie in creatura. Vtraqȝ au̅t pote̅tia ai̅e chriſti fuit re-
ducta in actum ſ̅m hanc ſcientia̅ diuinit9 inditam. ⁊ ideo
ſ̅m eam ai̅a chriſti primo quide̅ nouit quecu̅qȝ ab hoie co-
gnoſci pn̅t per virtute̅ luminis intellect9 agentis. ſic ſunt
quecu̅qȝ pertinent ad ſcientias hu̅anas. Secu̅do v̅o per
hanc ſcientiam cognouit chriſtus oi̅a illa que ꝑ reuelatio-
nem diuina̅ hoibus innoteſcu̅t. ſiue pertineant ad donuȝ
ſapientie. ſiue ad donu̅ ꝓphecie. ſiue ad quodcu̅qȝ donum
ſpu̅ſſancti. Oi̅a eni̅ iſta abu̅danti9 ⁊ pleni9 ceteris cogno-
uit ai̅a chriſti ipſam ta̅ dei eſſentia̅ ꝑ hanc ſcientia̅ no̅ cog-
uit ſed ſolu̅ per prima̅ de qua ſupra dictu̅ eſt. ¶ Ad. i. er-
go dd̅m ꝙ illa ratio procedit de actione naturali anime in-
tellectiue. que ſcilicet eſt per co̅parationem ad agen̅ſ natu-
rale qd̕ eſt intellectus agens. ¶ Ad. ij. dd̅m ꝙ hu̅ana ani-
ma in ſtatu huius vite q̅n̅ quoda̅modo eſt ad corpus ob-
ligata vt ſine fantaſmate intelligere non poſſit no̅ poteſt
intelligere ſubſtantias ſeparatas. ſed poſt ſtatum huius vi-
te anima ſeparata poterit aliqualiter ſeparatas ſubſtantias
per ſeipſam cognoſcere vt in illa parte dictum eſt. Et hoc
precipue manifeſtum eſt circa animas beatoꝝ. Chriſtus
autem ante paſſionem non ſolum fuit viator ſed etiam co̅-
prehenſor. vnde anima eius poterit cognoſcere ſubſtan-
tias ſeparatas per modum quo cognoſcit anima ſeparata.
Ad. iij. dd̅m ꝙ cognitio ſingulariu̅ non pertinet ad perfe-
ctionem anime intellectiue ſ̅m cognitione̅ ſpeculatiua̅ ſ̅ȝ
pertinet tamen ad perfectionem eius ſ̅m cognitione̅ pra-
cticam que non perficitur abſqȝ cognitione ſingulariu̅. in

quibus eſt operatio vt dicitur.vi.ethi.vnde ad prudenti
am requiritur memoria preteritoꝝ cognitio preſentie ⁊ pro
uidentia futuroꝝ.vt Tullius dicit in ſua rhetorica.quia
igitur chriſtus habuit plenitudinē prudētie ſ₃ donū con⁄
ſilij conſequens eſt vt cognouerit oīa ſingularia preterita
preſentia ⁊ futura.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Uidetur ꝙ anima chriſti non potuerit intelligere ſm hāc
ſcientiam niſi ꝯuertendo ſe ad fantaſmata.Fantaſmata
enī comparantur ad animā intellectiuā.ſicut colores ad
viſum.vt dicitur.iij.de anima.ſed potentia viſiua chriſti
non potuit exire in actum niſi ꝯuertendo ſe ad colores.er
go etiam videtur ꝙ anima eius intellectiua non potuerit
aliquid intelligere niſi ꝯuertēdo ſe ad fantaſmata.¶Pre
te.Anima chriſti eſt eiuſdem nature cū aīabus noſtris.ali
quando ipſa non eſſet eiuſdē ſpeciei nobiſcu₃.iuxta illud
qđ apoſtolus dicit ad Philip.ij.in ſimilitudine hoīum
factus eſt.ſed anima noſtra non poteſt intelligere niſi con
uertendo ſe ad fantaſmata.ergo nec etiam anima chriſti.
¶Pre.Senſus dati ſunt hoī vt deſeruiant intellectum
ſi ergo aīa chriſti intelligere potuit abſ₃ ꝯuerſiōe ad fan
taſmata que per ſenſus accipiunt̄ ſequeretur ꝙ ſenſus fru
ſtra fuiſſet in anima chriſti.videtur ergo ꝙ anima chriſti
non potuerit intelligere niſi ꝯuertendo ſe ad fantaſmata.
¶Sed contra eſt qđ anima chriſti cognouit que₃ ꝑ fan
taſmata cognoſci non poſſunt ſcilicet ſubſtantias ſeparatas
potuit ergo intelligere non ꝯuertendo ſe ad fantaſmata.
Rñ.dđ₃ ꝙ chriſtus in ſtatu ante paſſionē fuit ſimul via
tor ⁊ comphenſor vt infra magis patebit.⁊ ꝓcipue quidē
ꝯdictiones viatoris habuit ex parte corporis inqntū fuit
paſſibile.conditiones vō comphenſoris maxime habu⁄
it ex parte intellectiue anime.eſt aute₃ hec ꝯdictio anime
comphenſoris vt nullo modo ſubdatur ſuo corpori.vt ab
eo dependeat ſed totaliter ei dñetur vnde ⁊ poſt reſurre⁄
ctionem ex anima gloria redūdabit in corpus.ex hoc autē
anima hoīs viatoris indiget ad fantaſmata ꝯuerti qui eſt
corpori obligata ⁊ quodāmodo ei ſubiecta ⁊ ab eo depen⁄
dens.⁊ ideo anime beate ⁊ ante reſurrectionē ⁊ poſt in⁄
telligere poſſunt abſ₃ ꝯuerſione ad fantaſmata.⁊ hoc q̄
dem oportet dicere de anima chriſti.que plene habuit fa⁄
cultatem comphenſoris.¶Ad.i.ergo dđm ꝙ ſimilitudo
illa quā phūs ponit non attenditur qntum ad oīa.mani⁄
feſtum eſt enim ꝙ finis potentie viſiue eſt cognoſcere co⁄
lores.finis autem potentie intellectiue non eſt cognoſce⁄
re fantaſmata.ſed cognoſcere ſpecies intelligibiles.quas
apprehendit a fantaſmatibꝰ ⁊ in fantaſmatibꝰ ſm ſtatum
preſentis vite.eſt ergo ſimilitudo qntum ad hoc ꝙ aſpici
tur vtra₃ potentia.non aūt qntum ad hoc in qđ vtriuſ₃
potentie ꝯditio terminatur.nihil autem prohibet ſm di⁄
uerſos ſtatus ex diuerſis rem aliquā ad ſuū finē tendere.
finis autē ꝓpriꝰ alicuius rei ſemꝑ eſt vnus.⁊ ideo lic₃ vi⁄
ſus nihil cognoſcat abſ₃ colore.intellectus tamen ſ₃ ali
quem ſtatum poteſt cognoſcere abſ₃ fantaſmate ſed non
abſ₃ intelligibili ſpecie.¶Ad.ij.dđm ꝙ lic₃ anima chri
ſti fuerit eiuſde₃ nature cum animabus noſtris tamē ha⁄
buit aliquem ſtatum que₃ anime noſtre non habent nūc
in re ſed ſolum in ſpe.ſcilicet ſtatum comphenſiōis.¶Ad
iij.dđm ꝙ licet anima chriſti potuerit intelligere non cō⁄
uertendo ſe ad fantaſmata poterat tamē intelligere ſe ad
fantaſmata conuertendo.⁊ ideo ſenſus non fuerunt fru⁄
ſtra in eo preſertim cum ſenſus non dentur homini ſolu₃
ad ſciam intellectiuā.ſed etiā ad neceſſitatē vite aīalis.

## Ad tertium ſic procedit.

Uidetur ꝙ anima chriſti non habuit ſcientiam hanc per
modum collationis.Dicit enī Damaſc.in.iij.li.In chri
ſto non dicimus conſilium ne₃ electionem non autem re
mouentur hec a chriſto niſi inqntum importent collatio⁄
nem ⁊ diſcurſum.ergo videtur ꝙ in chriſto non fuerit ſci
entia collatiua vel diſcurſiua.¶Prete.Hoc indiget col
latione ⁊ diſcurſu rationis ad inquirenda ea que ignorat.
ſed anima chriſti cognouit oīa.vt ſupra dictum eſt.nō er
go fuit in eo ſcientia diſcurſiua vel collatiua.¶Prete.
Scientia anime chriſti ſe habuit per modum comphen
ſorum qui angelis conformantur.vt dicitur Math.xxij.
ſed in angelis non eſt ſcientia collatiua vel diſcurſiua.vt
pa₃ ꝑ Diony.vij.c.de di.no.non ergo in anima chriſti
fuit ſcientia diſcurſiua ſeu collatiua.¶Sed contra.Chri
ſtus habuit animam rationalem vt ſupra habitum eſt.ꝓ
pria autem operatio anime rationalis eſt cōferre ⁊ diſcur
rere ab vno in aliud.ergo in chriſto fuit ſcientia diſcurſi⁄
ua vel collatiua.¶Rñ.dđm ꝙ aliqua ſcientia poteſt eē
diſcurſiua vel collatiua dupliciter.Uno modo qntum ad
ſcientie acquiſitionem ſicut accidit in nobis.qui procedi⁄
mus ad cognoſcendū vnum per aliud.ſicut effectus ꝑ cau
ſas ⁊ econuerſo.⁊ hoc modo ſcientia anime chriſti nō fu⁄
it diſcurſiua vel collatiua quia hec ſcientia de qua nūc lo⁄
quimur fuit ſibi diuinitus indita.non per inueſtigationē
rationis acquiſita.Alio modo poteſt dici ſcientia diſcur⁄
ſiua vel collatiua qntum ad vſum.ſicut ſcientes interdu₃
ex cauſis ꝯcludunt effectus.non vt de nouo addiſcant ſed
volentes vti ſcientia quā iam habent ⁊ hoc modo ſcien⁄
tia anime chriſti poterat eſſe collatiua vel diſcurſiua.po⁄
terat enī ex vno in aliud concludere.ſicut ſibi placebat.ſi
cut Matth.xvij.cum dñs queſiuiſſet a Petro a quibus
reges terre tributu₃ acciperent a filijs ſuis an ab alienis?
Petro reſpōdēte ꝙ ab alienis concluſit ꝙ liberi ſunt filij
¶Ad.i.ergo dđm ꝙ a chriſto excluditur conſilium quod
eſt cum dubitatione ⁊ per conſequens electio que in ſui
ratione tale conſilium includit.non autem a chriſto exclu
ditur vſus conſiliandi.¶Ad.ij.dđm ꝙ ratio illa proce⁄
dit de diſcurſu ⁊ collatione prout ordinatur ad ſcientiam
acquirendam.¶Ad.iij.dđm ꝙ beati conformātur an⁄
gelis qntum ad dona gratiarum.manet tamen differen⁄
tia que eſt ſm naturam.⁊ ideo vti collatione ⁊ diſcurſu ē
connaturale animabus beatoꝝ.non autem angelis.

## Ad quartu₃ ſic procedit.

Uidetur ꝙ in chriſto huiuſmodi ſcientia fuerit minor q̄₃
in angelis.Perfectio enī ꝓportionatur ꝑfectibili.ſ₃ ani⁄
ma humana ſm ordinem nature eſt infra naturam an⁄
gelicam.Cum ergo ſcientia de qua nunc loquimur ſit in
dita anime chriſti ad perfectionem ipſius videtur ꝙ hu⁄
iuſmodi ſcientia fuerit infra ſcientiam qua perficitur natu
ra angelica.¶Pre.Scientia anime chriſti fuit aliq̄ mo
do collatiua ⁊ diſcurſiua.que non poteſt dici de ſcientia
āgeloꝝ.ergo ſcientia anime chriſti fuerit inferior ſcientia
angeloꝝ.¶Pre.qnto aliqua ſcientia eſt magis imateria
lis tanto eſt perfectior ſed ſcientia angelorum eſt imate⁄
rialior q̄₃ ſciēia anime chriſti.quia anima chriſti ē actus
corporis.⁊ habet ꝯuerſionē ad fantaſmata ꝙ de angelis
dici nō pōt.ergo ſciētia angeloꝝ eſt potior ſciētia aīe chri⁄
ſti.¶S₃ ꝯ̄ ē qđ dr̄ ad Heb.ij.eū q̄ i modico q̄₃ āgeli mi⁄

ſiozat⁹ ē vidim⁹ ieſū xp̄m ꝓpꝰ paſſionē moꝛtꝭ glīe ⁊ hono
re coronatū. Ergo apparet ꝙ ꝓpꝰ ſolā paſſionē moꝛtꝭ dica
tur xp̄s ab angelis minoꝛatus. non ḡ ꝓpter ſcientiam.
Rñ. dōm ꝙ ſcientia anime xp̄i indita pōt conſiderari du
pliciter. Uno modo ſm illud qd̓ habuit a cauſa influen
te. alio modo ſm illud quod habuit ex ſubiecto recipiente
Quātum ergo ad pꝛimum ſcientia anime xp̄i indita fuit
excellentioꝛ ꝙ̄ ſcientia angeloꝝ. ⁊ ꝙ̄tum ad multitudinē
cognitoꝝ. ⁊ ꝙ̄tum ad ſcientie certitudinem. qꝛ lumen ſpi
rituale quod eſt inditum aīe xp̄i eſt multo excellentius ꝙ̄
lumen qd̓ ꝑtinet ad naturam angelicā. Quantum aūt ad
ſecundum. ſcientia indita aīme xp̄i infra ſciam eſt angelicā
ſcꝫ ꝙ̄tum ad modum cognoſcendi. qui eſt naturalis aīe
humane qui. ſ. eſt per conuerſionem ad fantaſmata. ⁊ per
collationē ad diſcurſū. Et ꝑ hoc patꝫ reſponſio ad obiecta

## Ad quintum ſic procedit

Videt̄ ꝙ in chꝛiſto non fuit habitualis ſcientia. dictum
eſt enī ꝙ animā xp̄i decuit maxima perfectio. ſed maioꝛ eſt
ſcientia exiſtentis perfectio in actu quam preexiſtentis in
habitu. ergo conueniens fuiſſe videtur ꝙ omnia ſciret in
actu. ergo non habuit habitualem ſcientiam. Pre. cuꝫ
habitus oꝛdinet̄ ad actum fruſtra videt̄ eſſe habitualis
ſcientia que nunꝙ̄ in actu reducitur. cum aūt xp̄s ſciuerit
oīa ſicut iam dictum eſt non potuiſſet omnia illa actu con
ſiderare. vnū poſt aliud cognoſcendo. qꝛ infinita non eſt
enumerādo ꝑtranſire. fruſtra ergo fuiſſet in eo ſcientia ha
bitualis. qd̓ eſt inconueniens. habuit ergo actualem ſciē
tiam omnium que ſciuit ⁊ non habitualem. Pre. ſcien
tia habitualis eſt quedam ꝑfectio mentis. perfectio autēꝫ
eſt nobilioꝛ ꝑfectibili. ſi ergo in anima chꝛiſti fuit aliquis
habitus ſcientie creatus ſequeretur ꝙ aliquid creatum eſ
ſet nobilius anima xp̄i. non ḡ in anima chꝛiſti fuit ſcien
tia habitualis. Sed contra eſt. ſcientia xp̄i de qua non
loquimur vniuoca fuit ſcientie noſtre. ſicut ⁊ anima eius fu
it vnius ſpeciei cum aīa noſtra ſed ſcientia noſtra eſt in ge
nere habitus. ḡ ⁊ ſcīa chꝛiſti fuit habitualis. Rñ. dōm
ꝙ ſicut ſupꝛa dictum eſt modus huius ſcientie indite ani
me xp̄i fuit conueniens ipſi ſubiecto recipienti. nam rece
ptum eſt in recipiente ꝑ modum recipientis. eſt aūt hic
modus cōnaturalis aīe humane vt quanꝙ̄ ſit intelligens
actu quanꝙ̄ in potentia. medium aūt inter purā potentiam
⁊ actū completū eſt habitus ⁊ ſic patet ꝙ modus connatu
ralis aīe humane eſt vt recipiat ſcientiam ꝑ modum habi
tus. ⁊ ideo dicendum eſt ꝙ ſcientia indita anime xp̄i fuit
habitualis. poterat enī ea vti qñ volebat. Ad .i. ergo di
cendū ꝙ in aīa xp̄i fuit duplex cognitio. ⁊ vtraꝗ ſuo mo
do ꝑfectiſſima. Una quidē excedens modum humane na
ture. qua. ſ. dei eſſentiā videt. ⁊ alia ī ipā. ⁊ hec fuit ꝑfectiſ
ſima ſimplr̄. ⁊ talis cognitio non fuit habitualis ſed actu
alis reſpectu oīm que hoc modo cognouit. Alio modo ſi
ue alia cognitio fuit in xp̄o ſm modum ꝓpoꝛtionatum hu
mane nature. put. ſ. cognouit res ſibi ꝑ ſpecies diuinitus
inditas. de qua cognitione nunc loquimur. ⁊ hec cognitō
non fuit ſimplr̄ ꝑfectiſſima. ſed ꝑfectiſſima in genere cogni
tionis hūane. vñ non opoꝛtuit ꝙ ſemꝑ eſſet ī actu. Ad
ij. dōm ꝙ habitus reducit̄ in actum ad imperium volun
tatis. nam habitus eſt quo quis agit cum voluerit. volun
tas aūt ſe hꝫ ad infinita indeterminate. ⁊ hoc tñ nō eſt fru
ſtra licet nō actualr̄ in oīa tendat. dūmodo tēdat in id actu
aliter qd̓ conuenit loco ⁊ tpi. ⁊ ideo habitus etiam non ē
fruſtra, licet non omnia reducantur in actum que habitui
ſubiacent. dummodo reducatur in actum id quod cōgru
it ad debitum finem voluntatis. ſm exigentiam negocio
rum ⁊ tempoꝛis. Ad. iij. dōm ꝙ bonum ⁊ ens dicit̄ dupli
citer. Uno modo ſimpliciter. ⁊ ſic bonū ⁊ ens dicit̄ ſubſtā
tia. que in ſuo eſſe ⁊ in ſua bonitate ſubſiſtit. Alio modo
dicit̄ ens actu. non quia ipſa habeat bonitatem. ſed quia
eius ſubiectum eſt ens ⁊ bonum. ſic ergo ſcientia habitua
lis non eſt ſimpliciter melioꝛ ⁊ dignioꝛ ꝙ̄ anima xp̄i. ſed
ſm quid. nam tota bonitas habitualis ſcientie cedit in bo
nitatem ſubiecti.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videt̄ ꝙ in aīa xp̄i non fuerit niſi vnus habitus ſciē. quā
to enī ſcientia eſt ꝑfectioꝛ tanto eſt magis vnita. vñ ⁊ an
geli ſupioꝛes ꝑ foꝛmas magis vniuerſales cognoſcunt vt
in pꝛima ꝑte dictum eſt. ſed ſcīa chꝛiſti fuit ꝑfectiſſima. ḡ
fuit maxime vna. non ḡ fuit diſtincta ꝑ plures habitus.
Pre. fides noſtra deriuat̄ a ſcientia xp̄i. vñ dicit̄ He
bre. xij. Aſpicientes in auctoꝛem fidei ⁊ conſummatoꝛē Ieſū
⁊c̄. ſed vnus eſt habitus fidei de oībus credibilibꝫ. vt in
ſcd̓a ꝑte dictum eſt. ergo multomagis in xp̄o non fuit niſi
vnus habitus ſcientie. Pre. ſciē diſtinguunt̄ ſm diuer
ſas rōnes ſcibilium. ſed aīa chꝛiſti oīa ſciuit ſm vnam ra
tionem. ſ. ſm lumen diuinitus infuſum. ḡ in chꝛiſto tan
tum fuit vnus habitus ſcientie. Sed ꝯtra eſt qd̓ zach.
iij. dicit̄. ꝙ ſuꝑ lapidem vnum. i. xp̄m ſunt ſeptem oculi.
ꝑ oculum aūt ſcientia intelligit̄. ergo videt̄ ꝙ in xp̄o plu
res fuerunt habitus ſciē. Rñ. dōm ꝙ ſicut dictum eſt
ſcīa indita aīe xp̄i habuit modū ꝯnaturalem aīe humane.
eſt aūt connaturale aīe humane vt recipiat ſpēs in mino
ri vniuerſalitate quā angeli. ita. ſ. ꝙ diuerſas naturas ſpe
cificas ꝑ diuerſas intelligibiles ſpēs cognoſcat. ex hoc au
tem ꝯtingit ꝙ diuerſe ſpēs habitus ſciaꝝ in nobis ſunt.
qꝛ ſunt diuerſa ſcibilium genera. in ꝙ̄tum. ſ. ea reducunt̄ ī
vnum genus eodem habitu ſcientie cognoſcunt̄ ſicut di
cit̄ in pꝛimo poſte. ꝙ vna ſcientia eſt que eſt vnius gene
ris ſubiecti. ⁊ ideo ſcientia anime chꝛiſti indita fuit diſtin
cta ſm diuerſos habitus. Ad. i. ergo dōm ꝙ ſicut ſu
pꝛa dictum eſt. ſcientia anime chꝛiſti eſt perfectiſſima. et
excedens ſcientiam angeloꝛum. ꝙ̄tum ad id quod conſi
deratur in ea ex parte dei influentis. eſt tamen infra ſciam
āgelicā ꝙ̄tū ad modū recipiētis ⁊ ꝙ̄tū ad hmōi modum
ꝑtinet ꝙ ſcīa illa ꝑ multos habit⁹ diſtinguat̄. ꝗſi ꝑ ſpeci
es magis particulares exiſtentes. Ad. ij. dōm ꝙ fides
noſtra innitit̄ pꝛime veritati. ⁊ ideo xp̄s eſt auctoꝛ fidei nr̄e.
ſm diuinā ſcientiam. q̄ eſt ſimplr̄ vna. Ad. iij. dōm ꝙ
lumen diuinitus infuſum eſt ratio intelligēdi cōmunis.
ea que diuinitus reuelant̄. ſicut ⁊ lumen intellectus eoꝝ
que naturaliter ꝯgnoſcunt̄. ⁊ ideo opꝫtuit in aīa xp̄i ſpēs
ſingularium rerū ponere ad cognoſcendum ꝯgnitione ꝓpꝛia
vnumquodꝗ. ⁊ ſm hoc opꝫtuit eſſe diuerſos habitus ſciē
in aīa xp̄i vt dictum eſt. Queſtio XII

## Deinde ꝯſiderandū

eſt de ſcientia aīe xp̄i acquiſita vel experimētali
Et circa hoc q̄runt̄ quattuoꝛ. Pꝛimo vtꝝ ſm
hanc ſcientiam xp̄s nouit oīa. Scd̓o vtrū in hac ſcīa ꝓfe
cerit. Tertio vtꝝ aliquid ab hoīe didicerit. Quarto vtꝝ
acceperit aliquid ab angelis.

## Ad pꝛimum ſic proceditur

Videt̄ ꝙ ſm hāc ſciaꝫ xp̄s non oīa cognouerit. hmōi enī

ſcia per experientiam acquirit᷑. ſed xp̄s non oīa expertus eſt. non ergo omnia ſm hanc ſcientiam ſciuit. ¶ Pre. ſcientia acquirit᷑ ꝑ ſenſum. ſed non omnia ſenſibilia ſenſibꝰ corporalibus chriſti fuerunt ſubiecta. non ergo ſcd̄m hanc ſcientiam oīa cognouit. ¶ Pre. quantitas ſcientie attendit᷑ ſm ſcibilia. ſi ergo ſm hanc ſcientiā xp̄s omnia ſciuiſſet eſſet in eo ſcīa acquiſita equalis ſcientie infuſe ⁊ ſcientie beate. qḋ eſt inconueniens. non ergo ſm hanc ſcientiā xp̄s omnia ſciuit. ¶ Sed contra eſt quod nihil imꝑfectū fuit in chriſto q̄ntum ad animam. fuiſſet aūt imꝑfecta hec eius ſcientia ſi ſm eam non ſciuiſſet omnia. qꝛ imperfectū eſt cui poteſt fieri additio. ergo ſm hanc xp̄s omnia ſciuit. ¶ Rñ. dd̄m ꝙ ſcientia acquiſita ponitur in anima chriſti vt ſupra dictum eſt propter conuenientiam intellectuſ agentis. ne eius actio ſit ocioſa. que facit intelligibilia actu. ſicut ⁊ ſcientia indita vel in infuſa ponit᷑ in anima chriſti. ad ꝑfectionem intellectus poſſibilis. ſicut aūt intellectus poſſibilis eſt quo eſt omnia fieri ita intellectus agenſ eſt quo eſt omnia facere. vt dicit᷑ in. iij. de aīa. et ideo ſicut per ſcientiam inditam ſciuit anima chriſti omnia illa ad que intellectus poſſibilis eſt quocunq̄ modo in potentia ita ꝑ ſcientiam acquiſitam ſciuit oīa illa que pn̄t fieri ꝑ actionē intellectus agentis. ¶ Ad. i. ergo dd̄m ꝙ ſcīa rerū acq̄ri poteſt non ſolum ꝑ experientiam ipſarum. ſed etiam ꝑ experientiam quarundam aliarum. cum ex virtute luminis intellectus agentis poſſit homo intelligere vel ꝓcedere ad intelligendum effectus ꝑ cauſas. ⁊ cauſas ꝑ effectus. ⁊ ſimilia ꝑ ſimilia. ⁊ contraria per contraria. ſic ergo licet chriſtus non fuerit omnia expertus ex his tamen que expertus eſt in omnium deuenit noticiam. ¶ Ad. ij. dd̄m ꝙ licet corporalibus ſenſibus chriſti nō fuerint ſubiecta omnia ſenſibilia. fuerunt tamen ſenſibus eius ſubiecta aliqua ſenſibilia. ex quibus propter excellentiſſimam vim rationis eius potuit in noticiam aliorum deuenire ꝑ modum predictum. ſicut videndo corpora celeſtia potuit comprehendere eorum virtutes ⁊ effectus. quos habent ī iſtis inferioribus. qui eius ſenſibus non ſubiacebant. et eadem ratione ex quibuſcunq̄ aliis in aliorum noticiam deuenire potuit. ¶ Ad. iij. dd̄m ꝙ ſm iſtam ſcientiā anima chriſti non ſimpliciter cognouit omnia. ſed illa omnia que per lumen intellectus agentis hominis ſunt ꝯgnoſcibilia. vnde ꝑ hanc ſcientiam non cognouit eſſentias ſeparatarum ſubſtantiarum. nec etiam ſingularia preterita vl̄ futura. que tamen cognouit per ſcientiam inditam vt ſupra dictum eſt.

## Ad ſecundum ſic ꝓceditur

Videt᷑ ꝙ ſm hanc ſcientiam chriſtus non profecerit. ſicut enī ſm ſcientiam beatitudinis vel ſm ſcientiam infuſam chriſtus cognouit omnia ita ſm hanc ſcientiam acquiſitam vt ex dictis patet. ſed ſm illas ſcientias non profecit. ergo nec ſm iſtam. ¶ Pre. proficere eſt imperfecti. quia ꝑfectum additionem non recipit. ſed in chriſto non eſt ponere ſcientiam imperfectam. ergo ſm hanc ſcientiam xp̄s non profecit. ¶ Pre. Da. dicit. qui proficere dicunt chriſtum ſapientia ⁊ gratia. vt additamentum ſenſus ſuſcipientem non venerant᷑ vnionē. non venerari aūt vnionem eſt impium. ergo impium eſt dicere. ꝙ ſcientia eius additamentum acceperit. ¶ Sed contra eſt qḋ habet᷑ Luce. ij. ꝙ Jeſus proficiebat ſcientia ⁊ etate ⁊ gratia apud deum ⁊ hoīes. Et Ambro. dicit ꝙ proficiebat ſm ſapiam humanam. humana aūt ſapīa eſt que humano modo acquirit᷑ ſ. ꝑ lumen intellectus agentis. g̃ chriſtus ſm hanc ſciam profecit. ¶ Rñ. dd̄m ꝙ duplex eſt profectus ſapīe. Unus quidem ſm eſſentiam. prout. ſ. ipſe habitus ſcientie augetur. Alius aūt eſt ſm effectum. puta ſi aliquis ſm eundē ⁊ equalem ſcientie habitum. primo minora aliis demonſtret. ⁊ poſtea maiora ⁊ ſubtiliora. Hoc aūt ſcd̄o mō manifeſtum eſt ꝙ xp̄s in ſcīa ⁊ gratia ꝓfecit ſicut ⁊ ī etate. qꝛ ſcꝫ ſm augmentū etatis opa maiora faciebat. que maiorē ſapiam ⁊ gradum demonſtrabāt. ſed q̄ntum ad ipm̄ habitum ſcīe manifeſtū eſt ꝙ habitus ſcīe infuſe in eo non eſt augmentatus. cum a ꝓncipio plenarie ſibi fuerunt oēs ſcientie infuſe ⁊ multominus ſcīa beata in eo augeri poterat. de ſcientia aūt diuina ꝙ non poſſit augeri ſupra in prima pte dictū eſt. Si g̃ preter habitum ſcīe infuſum non ſit in aīa xp̄i habitus aliquis ſcientie acquiſite. vt quibuſdam videt᷑. ⁊ inde aliquando viſum eſt nulla ſcīa in xp̄o augmentata fuit ſm ſuam eſſentiā. ſed ſolum ſm experientiam. i. ꝑ conuerſionem ſpecierum intelligibiliū inditarum ad fantaſmata. ⁊ ſm hoc dicunt ꝙ ſcientia xp̄i profecit ſm experientiam. ꝯuertendo. ſ. ſpecies intelligibiles inditas ad ea que de nouo ꝑ ſenſum accepit. Sed quia inconueniēs videt᷑ ꝙ aliqua naturalis actio intelligibilis xp̄o deeſſet cum extrahere ſpecies intelligibiles a fantaſmatibus ſit quedam naturalis actio hoīs ſm intellectū agētem conueniens videt᷑ hanc etiam actionem in xp̄o ponere ⁊ ex hoc ſequit᷑ ꝙ in aīa xp̄i aliquis habitus ſcīe fuit qui ꝑ hmōi abſtractionē ſpecierum potuerit augmentari ex hoc ſ. ꝙ intellectus agens poſt primas ſpēs intelligibiles abſtractas a fantaſmatibꝰ poterat etiam alias abſtrahere ¶ Ad. i. ergo dd̄m ꝙ tam ſcīa infuſa aīe xp̄i q̄ꝫ ſcientia beata fuit effectus agentis infinite virtutis qui poteſt ſimul totum operari. et ita in neutra ſcientia chriſtus profecit. ſed a principio habuit eam perfectam. ſed ſcientia acquiſita ē tantum ab intellectu agente. qui non ſimul totum operatur ſed ſucceſſiue. et ideo ſm hanc ſcientiam chriſtus non a principio ſciuit omnia ſed paulatim ⁊ poſt aliquod tempus. ſcilicet in perfecta etate. quod patet ex hoc. ꝙ euangeliſta ſimul dicit eum profeciſſe ſcientia et etate ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ hec ſcientia in chriſto fuit etiā perfecta ſm tempus licet non erit perfecta ſimpliciter ⁊ ſm numerum. et ideo potuit habere augmentum. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ verbum Damaſceni intelligitur q̄ntuꝫ ad illos qui dicunt ſimpliciter factam fuiſſe additionem ſcientie chriſti. ſm quamcunq̄ eius ſcientiam. et precipue ſm infuſam. que cauſatur in anima chriſti ex vnione ad verbum. non autem intelligitur de augmento ſcientie q̄ ex naturali agente cauſatur.

## Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus aliquid ab hominibus didicerit. dicitur enim Luce. ij. ꝙ inuenerunt eum in templo in medio doctorum. interrogantem illos et reſpondentem. interrogare vero et reſpondere eſt addiſcentis. ergo chriſtus ab hominibus aliquid didicit. ¶ Preterea acquirere ſcientiam ab homine docente videtur eſſe nobilius q̄ꝫ acquirere a ſenſibus. quia in aīa docentis hominis ſunt ſpecies intelligibiles in actu. in rebus aūt ſenſibilibꝰ ſūt ſpecies intelligbiles ſolum in potentia. ſed xp̄s accipiebat ſcientiam experimentalem ex rebus ſenſibilibus vt dictum eſt. ergo multomagis poterat accipere ſcientiam addiſcendo ab hominibus. ¶ Preterea. chriſtus ſm ſcientiam experimentalem a principio non omnia ſciuit ſed

in ea proficiet. vt dictum eſt. ſed quilibet audiens ſermonem ſignificatiuum alicuius pôt addiſcere quod neſcit. ergo xp̄s potuit ab hoībus aliqua addiſcere que ſm hanc ſcientiam neſciebat. ¶ Sed ꝯtra eſt qḋ dicit Eſa. lv. Ecce teſtem ꝑplis dedi eum ducem ⁊ ꝑceptorem gentium. ꝑceptoris autem non eſt doceri ſed docere. ḡ xp̄s non accepit aliquā ſcientiam ꝑ doctrinam hoīs. ¶ Rñ. dōm ꝙ in q̄libet genere motus id qḋ ē primū mouens nō mouetur ſm illam ſpeciem motus. ſicut primum alterans non alteraf. chriſtus aūt conſtitutus eſt caput eccleſie. quinimo oīm hominum. vt ſupra dictum eſt. vt non ſolum hoīes ꝑ ipm̄ gratiam acciperent ſed etiam vt hoīes ab eo doctrinā veritatis reciperent. vnde ipſe dicit Jo. xvi. In hoc natus ſum. ⁊ ad hoc veni in mundū. vt teſtimonium ꝑhibeā veritati. ⁊ ideo non fuit ꝯueniens eius dignitati. vt a quocū ꝗ hoīm doceret. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ ſicut origenes dicit ſup Lucā. Dñs interrogabat non vt aliquid diſceret. ſed vt interrogatus erudiret. ex vno quippe doctrine fonte manat ⁊ interrogare ⁊ reſpondere ſapienter. vñ ⁊ ibidē ī euāgelio ſequit ꝙ ſtupebant oēs qui eum audiebant ſuꝑ prudentia ⁊ rñſis eius. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ille qui addiſcit ab hoīe non accipit immediate ſciām a ſpeciebꝫ intelligibilibꝫ que ſunt in mente ipſius. ſed mediantibꝫ ſenſibilibꝫ vocibus tanq̄ ſignis intellectualium conceptionū. ſicut aūt voces ab hoīe formate ſunt ſigna intellectualis ipſius ſcientie. ita creature a deo condite ſunt ſigna ſapiētie eius. vnde. Eccli. i. dicit ꝙ deus effudit ſapientiam ſuam ſuꝑ omnia opa ſua. ſicut ergo digniꝰ eſt doceri a deo q̄ ab hoīe ita etiam dignius eſt accipere ſcientiam ꝑ ſenſibiles creaturas q̄ ꝑ hominis doctrinam. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ Jeſus ꝓficiebat in ſcientia experimentali ſicut etiam in etate vt dictū eſt. ſicut aūt etas optima requirit ad hoc ꝙ hō accipiat ſciām ꝑ inuentionem ita etiā ad hoc ꝙ accipiat ſcientiam ꝑ diſciplinā. dñs aūt nihil fecit quod nō congrueret eius etati. ⁊ ideo audiendis doctrine ſermonibꝫ nō accomodauit auditum. niſi illo tp̄e quo poterat etiam ꝑ viam experientie talem ſcientie gradū attigiſſe. vñ Grego. dicit ſuper Ezech. omel. xij. duodecimo āno etatis ſue dignatus eſt homines interrogare in terra. q2 iuxta rationis vſum doctrine ſermo non ſuppetit. niſi in etate ꝑfecta

## Ad tertium ſic procedit

Videt ꝙ chriſtus ab angelis ſcientiam acceperit. dicitur enī Luc. xxij. ꝙ apparuit chriſto angelus de celo confortās eum. ſed confortatio fit ꝑ verba exhortatoria docentis. ſm illud Job. iiij. ecce docuiſti plurimos. ⁊ manus laſſas roboraſti. vacillantes confirmauerūt ſermones tui. ergo chriſtus ab angelis doctus eſt. ¶ Pre. Diony. dicit. iiij. ca. cele. ierar. video enī ꝙ ipſe Jeſus ſupercaeleſtium ſubſtantiarum ſuperſubſtantiali ſubſtantia ad noſtram intranſmutabiliter veniens obedienter ſubijcitur patris ⁊ dei ꝑ angelos formationibꝫ. videtur ergo ꝙ ipſe xp̄s ordinationi legis diuīe ſubijci voluerit per quā homines mediātibꝫ angelis erudiuntur. ¶ Pre. ſicut corpus humanum naturaliter ſubijcitur corporibus celeſtibus ita etiam humana mens angelicis mentibus. ſed corpus chriſti ſubiectū fuit impreſſionibus celeſtium corporum. paſſus eſt enim calorem in eſtate. ⁊ frigus in hyeme. ſicut ⁊ alias humanas paſſiones. ergo ⁊ eius mens humana ſubiacebat illuminationibus ſupercaeleſtium ſpirituum. ¶ Sed contra eſt qḋ Diony. dicit. vij. ca. cele. ierar. ꝙ ſupremi angeli ad ipſum Jeſum queſtionem faciunt. et ipſius diuine operationis pro nobis ſcientiam diſcunt. ⁊ eos ipſe Jeſus ſine medio docet. non autem eſt eiuſdem docere ⁊ doceri. ergo chriſtus non accepit ſcientiam ab angelis. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ anima humana ſicut eſt media inter ſubſtantias ſpirituales ⁊ res corꝑales. ita duobus modis nata eſt ꝑfici. vno quidem modo per ſcientiam acceptam ex rebus ſenſibilibus. alio modo per ſcientiam inditā ſiue impreſſam ex illuminatione ſpiritualium ſubſtantiarum. vtroq̄ autem modo anima chriſti fuit perfecta. Ex ſenſibilibus quidem ſm ſcientiam experimentalē. ad quā quidē non requiritur lumen angelicum. ſed ſufficit lumen intellectus agentis. Ex impreſſione vero ſuperiori ſm ſcientiā infuſam quā eſt immediate adeptus a deo. ſicut enī ſupra omnem modum creature anima illa vnita eſt verbo in vnitate perſone. ita ſupra communem modum hominū immediate ab ipſo dei verbo repleta eſt ſcientia ⁊ gratia. non aūt mediantibus angelis. qui etiā ex influentia verbi rerum ſcientiam in ipſo principio acceperunt ſicut dicit Augu. ij. li. ſuper Geñ. ad litteram. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ illa confortatio angeli non fuit per modum inſtructionis. ſed ad demonſtrandam proprietatem hūane nature. vnde Beda dicit ſuꝑ Lucam. in documento vtriuſq̄ nature ⁊ angeli ei miniſtraſſe ⁊ eum confortaſſe dicuntur. creator enim ſue creature non eguit preſidio. ſꝫ homo factꝰ ſicut propter nos triſtis eſt ita propter nos cōfortatur. vt. ſ. in nobis fides incarnationis ſue confirmet. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ Diony. dicit chriſtum angelicis informationibus fuiſſe ſubiectum. non ratione ſuipſius ſed ratione eorum que circa eius incarnationem agebant. circa miniſtrationem in infantili etate conſtituti. vnde ibidem ſubdit. ꝙ ꝑ medios angelos nunciat Joſeph a patre diſpenſata Jeſu ad egiptum receſſio. ⁊ ruṙſum ad iudeā de egipto tranſductio. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ filius dei aſſumpſit corpus paſſibile vt infra dicet. ſed aīa ꝑfectum ſcientia ⁊ gratia. ⁊ ideo corpus fuit ꝯuenienter ſubiectū impſſioni celeſtium corꝑm. aīa vero eius non fuit ſubiecta impreſſioni celeſtiū ſpūum. ¶ Queſtio XIII

## Deinde ꝯſiderandū

eſt de potentia aīme chriſti. Et circa hoc queruntur quattuor. Primo vtrū habuit omnipotentiā ſimplr̄. Secundo vtrum habuit omnipotentiā reſpectu corꝑaliū creaturarū. Tertio vtꝝ habuit oīpotētiam reſpectu proprij corꝑis. Quarto vtrum habuit omnipotentiam reſpectu executionis proprie voluntatis.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ anima chriſti habuit omnipotentiā. dicit enī Ambro. ſuper Lucam potentiam quā dei filius naturaliter habet homo erat ex parte accepturꝰ. ſed hoc precipue videtur eſſe ſm animam que potior pars hominis. cum ergo filius dei ab eterno omnipotentiam habuit videtur ꝙ anima chriſti ex tempore omnipotentiam accepit. ¶ Prete. ſicut potentia dei eſt infinita ſic etiam eius ſcientia. ſed anima chriſti habet omnium ſcientiam eorum q̄ ſcit deus quodamodo vt ſupra dicum eſt. ergo etiam habet oīpotentiā ⁊ eſt ita omnipotens. ¶ Pre. aīa xp̄i habet oēm ſciām. ſed ſciarum q̄dam eſt practica quedam ſpeculatiua. ḡ habet eorum que ſcit ſcientiā practicā vt ſcꝫ ſciat facere que ſcit. et ſic videtur ꝙ omnia facere poſſit.

¶ Sed contra eſt quod proprium eſt dei non poteſt alicui creature conuenire. ſed proprium eſt dei eſſe omni

potentē ſm illud Exo.xv. Iſte deꝰ meꝰ ⁊ glorificabo eū. et
poſtea ſubdit. oīpotens nomen eius. ergo aīa xpi cum ſit
creatura non habet omnipotentiam. ¶ Rñ. dicendū ꝙ
ſicut ſupra dictum eſt in myſterio incarnationis ita facta
eſt vnio in pſona. qꝺ tñ remāſit diſtinctio naturarū. vtra
qꝫ. ſ. natura retinente id qꝺ ſibi eſt proprium. potentia aūt
actiua cuiuſlibet rei ſequit̃ formam ipſius que eſt principi
um agendi. forma aūt vel eſt ipa natura rei. ſicut in ſimpli
cibus. vel eſt ꝯſtituēs ipſam rei naturam ſicut in his que
ſunt compoſita ex materia ⁊ forma. vnde manifeſtum eſt
ꝙ potentia actiua cuiuſlibet rei conſequitur naturam ipſiꝰ
⁊ ꝑ hunc modum omnipotentia conſequenter ſe habet ad
diuinam naturam. quia enī natura diuina eſt ipſum eſſe
dei incircumſcriptum vt ꝑ Diony. iiij. ca. de diui. no. in-
de eſt ꝙ hꝫ potentiam actiuā reſpectu omnium que poſ-
ſunt habere rationem entis. quod eſt habere omnipotenti
am. ſicut ⁊ quelibet alia res habet potentiam actiuam reſpe
ctu eorum ad que ſe extendit ꝑfectio ſue nature. ſicut cali-
dum ad calefaciendum. cum ergo anima chriſti ſit ps hu
mane nature impoſſibile eſt ꝙ habeat omnipotentiam.
¶ Ad. i. ergo dꝺm ꝙ hō accepit ex tempe omnipotentiā
quam filius dei habuit ab eterno ꝑ ipſam vnionem perſo
ne. ex qua factum eſt. vt ſicut homo dicitur deus. ita dicat̃
omnipotens. non quaſi ſit alia omnipotentia hominis qꝫ
filij dei. nec alia diuinitas. ſed eo ꝙ eſt vna pſona dei ⁊ ho
minis. Ad. ij. dꝺm ꝙ alia rō eſt de ſcientia ⁊ de potentia
actiua ſicut qdam dicunt. Nam potentia actiua conſe-
quitur naturam rei. eo ꝙ conſideratur actio vt egre-
diens ab agente. ſcientia autem non ſemper habetur per
ipſam eſſentiam ſcientie. ſed poteſt haberi ꝑ aſſimilationē
ſcientis ad res ſcitas. ſm ſimilitudines ſuſceptas. Sꝫ hec
ratio non videtur ſufficere. quia ſicut aliquis poteſt co-
gnoſcere ꝑ ſimilitudinem ſuſceptam ab alio ita etiam po
teſt agere ꝑ formam ab alio ſuſceptam ſicut aqua vel fer-
rum calefacit per calorem ſuſceptum ab igne. non ergo ꝑ
hoc prohibetur quin ſicut anima chriſti per ſimilitudi-
nes omnium rerum ſibi a deo inditas poteſt omnia
cognoſcere. ita per eaſdem ſimilitudines poſſit ea facere.
Eſt ergo vlterius conſiderandum ꝙ id quod a ſuperiori
natura in inferiori recipitur habetur per inferiorem mo
dum non enim calor in eadem perfectione ⁊ virtute re-
cipitur ab aqua qua eſt in igne. quia ergo anima chriſti in
ferioris nature eſt qꝫ diuina natura ſimilitudines rerum
non recipiuntur in ipſa anima chriſti ſm eandem perfecti
onē ⁊ virtutē ſm quaꝫ ſunt in natura diuīa. ⁊ inde eſt ꝙ
ſcientia anime chriſti eſt inferior diuina ſcientia. qꝫtum
ad modum cognoſcendi. quia deus perfectius cognoſcit
qꝫ anima chriſti. ⁊ etiam qꝫtum ad numerum ſcitorum.
quia anima chriſti non cognoſcit omnes res quas deus
poteſt facere. que tamen deus cognoſcit ſcientia ſimplicis
intelligentie. licet non cognoſcat omnia preſentia. prete-
rita. ⁊ futura que deus cognoſcit ſcientia viſionis. ⁊ ſimi-
liter ſimilitudines rerum anime chriſti indite nō adequāt
virtutem diuinam in agendo. vt. ſ. poſſit omnia agere
que deus poteſt. vel etiam eo modo agere quo deus agit.
qui agit per virtutem infinitam. cuius creatura non eſt ca
pax. nulla autem res eſt ad cuius cognitionem aliquali-
ter habendaꝫ requiratur virtus infinita. licet aliquis mo
dus cognoſcendi ſit virtutis infinite. quedam tamē ſunt
que non poſſunt fieri niſi a virtute infinita. ſicut creature
⁊ huiuſmodi alia. vt patet ex his que in prima parte dicta
ſunt. ⁊ ideo anima chriſti cum ſit creatura eſt virtutis fini

te poteſt quidem omnia cognoſcere ſed non per omnem
modum. non aūt poteſt omnia facere que pertinent ad ra
tionem omnipotentie. ⁊ inter cetera manifeſtum eſt ꝙ nō
poteſt creare ſeipſam. ¶ Ad. iij. dꝺm ꝙ anima chriſti ha
buit ⁊ ſcientiam practicam ⁊ ſpeculatiuam. non tamen o-
portuit ꝙ omnium illorum habeat ſcientiam practicam.
quorum habuit ſcientiam ſpeculatiuam. Ad ſcientiā eniꝫ
ſpeculatiuam habendā ſufficit ſola conformitas vel aſſimi
latio ſcientis ad rem ſcitam. Ad ſcientiam autem practi-
cam requiritur ꝙ forme rerum que ſunt in intellectu ſint
factiue. plus autem eſt habere formam ⁊ imprimere for-
mam habitam in alterum qꝫ ſolum habere formam. ſicut
plus eſt lucere ⁊ illuminare. qꝫ ſolum lucere. ⁊ inde eſt ꝙ
anima chriſti habet quidem ſpeculatiuam ſcientiam creā
di. ſcit enī qualiter deus creat. ſed non habet huiuſmodi
ſcientiam practicam. quia non habet ſcientiam creationis
factiuam.

## ¶ Ad ſecundum ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ anima chriſti habeat omnipotentiā reſpectu im
mutationis creaturarum. dicit enī ipſe Math. vl. Data
eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra. ſed nomine celi et
terre intelligit̃ oīs creatura. vt pꝫ cum dicitur Geñ. i. In
principio creauit deus celum ⁊ terram. ergo videt̃ ꝙ aīa
chriſti habeat omnipotentiam reſpectu immutationis cre
aturarum. ¶ Pre. aīma chriſti eſt perfectior qualibet crea
tura. ſed quelibet creatura pōt moueri ab aliqua alia crea
tura. dicit enī Augu. in. iij. de tri. ſicut corpora groſſiora ⁊
inferiora ꝑ ſubtiliora ⁊ potentiora quodam ordine regunt̃
ita omnia corpora ꝑ ſpiritum vite rationalem pium ⁊ iu-
ſtum. aīa aūt chriſti etiaꝫ ipſos ſupremos ſpiritus mouet
illuminando eos. vt Diony. dicit. vij. ca. cele ierar. ergo
videt̃ ꝙ anima xpi habeat oīpotentiam reſpectu immuta
tionis creaturarū. ¶ Pre. aīa xpi habuit pleniſſime gra-
tiam miraculoꝝ ⁊ virtutum. ſicut ⁊ ceteras gratias. ſꝫ oīs
immutatio creature pōt ad gratiā miraculorum ptinere.
cum etiam miraculoſe corpa celeſtia ſuo ordine immuta-
ta fuerunt. ſicut ꝓbat Dyoni. in epl̄a ad policar. ḡ anima
chriſti habuit oīpotentiam reſpectu immutationis creatu
rarum. ¶ Sed ꝯtra eſt qꝺ eiuſdem eſt trāſmutare crea-
turas cuius eſt ꝯſeruare eas. ſed hoc eſt ſolius dei. ſm illꝺ
Hebre. i. Portās oīa verbo ſue virtutis. ḡ ſolius dei ē ha
bere oīpotentiā reſpectu immutatōis creaturaꝝ. non ḡ hoc
conuenit aīe xpi. Rñ. dꝺm ꝙ hic duplici diſtinctione eſt
opus. quaꝝ prima eſt ex pte tranſmutationis creaturarū.
que triplex eſt. Una quidē eſt naturalis que. ſ. fit a ꝓprio
agente ſm ordinē nature. Alia vo eſt miraculoſa. q̄ fit ab
agente ſupnaturali. ſupra ꝯſuetū curſū nature. ſicut reſu-
ſcitatio mortuoꝝ. Tertia aūt eſt ſm ꝙ oīs creatura verti-
bilis eſt in nihil. Secunda diſtinctio eſt accipienda ex p-
te anime chriſti. que dupliciter conſiderari poteſt. vno mo
do ſm propriam naturam ⁊ virtuteꝫ ſiue. naturalem ſiue
gratuitam. alio modo prout eſt inſtrumentum verbi dei.
ſibi perſonaliter vniti. Si ergo loquamur de anima chri-
ſti ſm propriam naturam ⁊ virtutem ſiue naturalem ſi-
ue gratuitam potentiam habuit ad illos effectus facien-
dos qui ſunt anime conuenientes. puta ad gubernanduꝫ
corpus. et ad diſponendum actus humanos. ⁊ etiam ad
illuminandum ꝑ gratie ⁊ ſciētie plenitudinem omnes cre
aturas rationales. ab eius perfectione deficientes per
modū quo eſt conueniens naturali creature. Si autem
loquamur de anima chriſti ſcꝺm ꝙ eſt inſtrumentum

verbi ſibi vniti ſicut habuit inſtrumentalē virtutē ad oēſ
immutationes miraculoſas faciendas ordinabiles ad in-
carnationis finem. que eſt iſtaurare omnia. ſiue que in ce
lis ſiue que in terra ſunt. Immutationes vero creaturarū
que ſunt vertibiles in nihil correſpondent creationi rerū.
prout. ſ. producunt ex nihilo. et ideo ſicut ſol9 deus poteſt
creare ita ſolus poteſt creatas in nihilum redigere. qui eti
am ſolus eas in eſſe conſeruat ne in nihilum decidant. ſic
ergo dicendum eſt ꝙ anima chriſti non habet omnipoten
tiam. reſpectu immutationis creaturarum. ¶ Ad .i. ergo
dicendum ꝙ ſicut dicit Piero. Illi poteſtas data eſt qui pau-
lo ante crucifixus et ſepultus in tumulo. qui poſtea reſur
rexit. idem xp̄s ſcd̄m ꝙ homo dicitur ſibi data poteſtas re-
ſpectu vnionis. ꝑ quam factum eſt vt homo eſſet omnipo
tens. vt ſupra dictum eſt. et q̄uis hoc ante reſurrectionem
innotuerit angelis poſt reſurrectionē aūt innotuit oībus
hominibus vt remigius dicit. tunc aūt dicunt res fieri q̄n
innoteſcūt. et ideo poſt reſurrectionē dn̄s dicit ſibi poteſta
tem eſſe datā in celo et in terra ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ licet oīs
creatura ſit mutabilis ab alia creatura p̄ter ſupremum ā-
gelum qui tn̄ poteſt illuminari ab anima chriſti nō tamē
omnis immutatio que poteſt fieri circa creaturam pōt fie
ri a creatura. ſed quedam immutationes pn̄t fieri a ſolo
deo. quecunq3 tamen immutationes poſſunt fieri ꝑ crea-
turas poſſunt etiam fieri ꝑ animam chriſti ſcd̄m ꝙ eſt inſtru
mentum verbi. non aūt ſcd̄m propriam naturam et virtutē
quia quedam hmōi immutationum non ꝑtinent ad animā
neq3 q̄ntum ad ordinem nature. neq3 q̄ntum ad ordinem
gratie. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ſicut in ſcd̄a parte dictum
eſt. gratia virtutum ſeu miraculorum datur anime alicu-
ius ſancti non vt propria virtute eius ſed vt ꝑ virtutem
diuinam huiuſmodi miracula fiant. et hec quidem gratia
excellentiſſime eſt data anime chriſti. vt. ſ. non ſolum ipſe
miracula faceret. ſed etiam vt hanc gratiam in alios trāſ-
funderet. vnde dicitur Matth. x. ꝙ conuocatiſ duodecim
diſcipulis dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorū
vt eijcerent eos. et curarent omnem languorem et omnem
infirmitatem.

## Ad tertium ſic procedit

Videt ꝙ anima chriſti habuit omnipotentiam reſpectu
proprij corpis. dicit eni da. in. iij. li ꝙ omnia naturalia
fuerūt xp̄o volūtaria. volēs eni eſuriuit. volēs ſitiuit. volēs
timuit. volens mortuus eſt. ſed ex hoc dicitur omnipotēs
quia omnia illa quecunq3 voluit fecit. ergo videt ꝙ ani-
ma chriſti habuit omnipotentiam reſpectu naturaliū ope
rationum proprij corporis. ¶ Pre. in chriſto fuit ꝑfectius
humana natura q̄3 in adam. in quo ſcd̄m originalem iuſti-
ciam quā habuit in ſtatu innocentie corpus habebat om
nino anime ſubiectum. vt nihil in corꝑe poſſet accidere cō
tra anime voluntatē. ergo multo magis anima chriſti ha-
buit oīpotentiam reſpectu ſui corpis. ¶ Pre. ad imagina
tionem anime naturaliter corpus immutatur. et tanto ma
gis q̄nto aīa fuit fortioris imaginatiōis. vt ī prima ꝑte ha
bitum eſt. ſed anima xp̄i habuit virtutē ꝑfectiſſimā. et q̄n-
tum ad imaginem et q̄ntum ad alias virtutes. ergo aīa
xp̄i fuit oīpotens in reſpectu ad corpus proprium. ¶ Sz
ↄtra eſt quod dicitur ad Hebre. ij. ꝙ debuit ꝑ omnia fra
tribus aſſimilari. et ad conditionem nature humane.
ſed ad conditionem humane nature pertinet ꝙ valitu-
do corporis et eius nutritio et augmentum imperio rati-
onis ſeu voluntatis nō ſubdantur. quia naturalia ſoli deo
qui eſt actor nature ſubduntur. ergo non in chriſto ſubdē
bantur. non ergo anima chriſti fuit omnipotens reſpectu
proprij corporis. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt.
anima chriſti poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo
ſcd̄m propriam naturam et virtutem. et hoc modo ſicut non
poterat immutari exteriora corpora curſu et ordine nature
ita etiam non poterat immutare proprium corpus a na-
turali diſpoſitione. quia anima chriſti ſcd̄m propriam natu
ram habet determinatam proportionem ad corpus ſuū.
Alio mō poteſt ↄſiderari aīa chriſti ſcd̄m ꝙ eſt inſtrumētū
vnitū vbo dei ī ꝑſona. et ſic ſubdebat ei9 poteſtati totaliter
omnis diſpoſitio proprij corporis. q2 tamen virtus actio
nis non proprie attribuit inſtrumento ſed principali agē
ti talis omnipotentia attribuitur magis ipſi verbo dei q̄3
anime chriſti. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ verbum dama. eſt in-
telligendum q̄ntum ad voluntatem diuinā chriſti. quia
ſicut ipſe dicit in precedenti capitulo beneplacito diuine
voluntatis permittebatur carne pati. et quedā propria ope
rari. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ non ꝑtinebat hoc ad originalē iu-
ſticiam quā adam habuit in ſtatu innocētie ꝙ anima ho-
minis haberet virtutem trāſmutandi corpus proprium ī
quamcunq3 formam. ſed ꝙ poſſet ipſum obſeruare abſq3
nocumento. et hanc etiam naturam chriſtus aſſumere po-
tuiſſet ſi voluiſſet. ſed cum ſint tres ſtatus hominum ſci-
licet. innocentie. culpe. et glorie. ſicut de ſtatu glorie aſſum-
pſit comprehenſionem. et de ſtatu innocentie immunita-
tem a peccato. ita et de ſtatu culpe aſſumpſit neceſſitatem
ſubiacendi penalitatibus huius vite. vt infra dicetur.
Ad .iij. dicendum ꝙ imaginationi ſi fortis fuerit obedit natura
liter corpus. q̄ntum ad aliqua. puta q̄ntum ad cauſam de
trabe in alto poſita. q2 imaginatio nata eſt eſſe principium
motus localis vt dictum eſt. iij. de anima. ſimiliter etiā q̄n-
tum ad alterationem. que eſt ſcd̄m calorē et frigus. et alia cō
uenientia. eo ꝙ imaginationi ↄſequenter nate ſunt conſe
qui paſſiones aīe ſcd̄m quas mouet cor. et ſic ꝑ cōmotionē
ſpirituum totum corpus alterat. alie vero diſpoſitiōes na
turales q̄ non hn̄t ordinem naturalē ad imaginationem
non tranſmutant ab imaginatione q̄ntumcunq3 ſit fortiſ
puta figura manus vel pedis. vel aliquid ſimile.

## Ad quartū ſic proceditur

Videtur ꝙ anima chriſti non habuit omnipotentiā reſpe
ctu executionis proprie voluntatis. dicitur eni Matthe.
vij. ꝙ ingreſſus domū neminem voluit ſcire. ſed non po
tuit latere. non ergo potuit exequi in omnibus propoſitū
ſue voluntatis. ¶ Prete. preceptum eſt ſignum volunta
tis vt in prima parte dictum eſt. ſed dominus quedam fa
cienda precepit. quorum contraria acciderunt. dicit enim
Matt. ix. ꝙ cecis illuminatis cōminatus eſt Ieſus dicēs
videte ne aliquis ſciat. illi aūt egreſſi diffamauerūt illū ꝑ
totam terram illam. non ergo in omnibus potuit exequi
propoſitum ſue voluntatis. ¶ Prete. illud quod aliquis
poteſt facere non petit ab alio. ſed dominus petiuit a pa
tre orando illud quod fieri volebat. dicitur enim Lu. vi.
ꝙ exiuit in montem orare. et erat pernoctans in oratione
dei. ergo non potuit exequi in omnibus ſue voluntatis
propoſitum. ¶ Sed cōtra eſt qd̄ Augu. dicit in libro de
queſtionibus noui et veteris teſtamentorum. impoſſibile
eſt vt ſaluatoris voluntas non impleat. neq3 poteſt velle
quod ſcit fieri non debere. ¶ Reſponſio. dicendum ꝙ ani-
ma chriſti dupliciter aliquid voluit. Vno modo quaſi ꝑ
ſe implendum. et ſic dicendum eſt ꝙ quicquid volu-

potuit. nō enī conueniret ſapientie eius vt aliquid vellet per ſe facere quod ſue voluntati nō ſubiaceret. Alio modo voluit aliquid vt implendū virtuti diuine. ſicut reſurrectionē ꝓprij corporis. ⁊ alia hmōi miraculoſa opa. q̄ quidē nō poterat ꝓpria virtute. ſed ſm ꝙ erat inſtrumentū diuinitatis. vt dictū eſt. ❡ Ad. i. g̃ dōm ꝙ ſicut dicit Augu. in li. de queſtionibꝯ noui ⁊ veteris teſtamentoꝝ ꝙ factū hoc voluiſſe dicēdus eſt xp̄s. aduertendū eſt enī ꝙ illud ī ſinibꝯ geſtum eſt gentiliū. quibꝯ adhuc tp̄s p̄dicandi non erat. vltro tamē venientes ad fidē nō ſuſcipe inuidie erat. a ſuis g̃ voluit predicari. requiri aūt ſe voluit. ⁊ ita factū eſt. Uel pōt dici ꝙ hec voluntas xp̄i non fuit de eo ꝙ p eū faciendū erat. ſed de eo qđ erat fiendū p alios. qđ non ſubiacebat humane voluntati ipſius. vñ in ep̄la agatonis pape q̄ eſt recepta in. vi. ſynodo legit. g̃ ne ille oīm conditor ⁊ redemptor in terris latere volens nō potuit niſi hoc ad humanā eius voluntatē quā tpaliter dignatus eſt aſſumere redigat. ❡ Ad. ij. dōm ꝙ ſicut dicit Grego. xix. mo. p hoc ꝙ dñs p̄cepit taceri virtutes ſuas ſeruis ſe ſequentibus exemplū dedit. vt ipſi quidē ſuas virtutes occultari deſiderent. ⁊ tñ vt alij eorū in exemplo proficiant ꝓdant ī uiti. Sic ergo p̄ceptū illud deſignabat voluntatē ipſius. qua humanam gl'iā refugiebat. ſm illud Jo. viij. ego gloriam meam non quero. volebat tñ abſolute p̄ſertim ſm diuinā voluntatem vt publicaret miraculum factū. ꝓpter aliorum vtilitatem. ❡ Ad. iij. dōm ꝙ xp̄s orabat ⁊ pro his que virtute diuina erant. ⁊ p his etiā que humana volūtate erat facturus. qꝛ virtus ⁊ opatio anime chriſti dependebat a deo. qui opatur in oībꝯ velle ⁊ pficere. vt dicit ad Phil'. ij.

❡ Queſtio XIIII

# DEinde ꝯſiderandū

eſt de defectibꝯ. quos xp̄s in humana natura aſſumpſit. Et primo de defectibꝯ corpis. Secundo de defectibꝯ aīe. ❡ Circa primū querunt quattuor Primo vtrū filius dei aſſumere debuerit ī humana natura corpis defectꝯ. Scđo vtrū aſſumpſerit neceſſitatē his defectibꝯ ſubiacendi. Tertio vtrum hos defectus contraxerit. Quarto vtrum oēs hmōi defectus aſſumpſerit.

## Ad primum ſic proceditur

Uidet ꝙ filius dei non debuit aſſumere humanā naturā cum corpis defectibꝯ. ſicut enī anima vnita eſt verbo dei pſonaliter ita ⁊ corpus ſed aīma xp̄i habuit oīmodam pfectionem ⁊ q̄ꝫtum ad gratiā ⁊ q̄ꝫtum ad ſciam. vt ſupra dictū eſt. g̃ etiam debuit eſſe ipm corpus oībus modis pfectū. nullum in ſe hñs defectum. ❡ Pre. aīa chriſti videbat verbum dei. ea viſione qua beati vident vt ſupra dictum eſt. ⁊ ſic anima chriſti erat beata. ſed ex beatitudine anime glorificatur corpus. dicit enī Augu. ī ep̄la ad dyoſcorum tam potenti natura deus fecit animā. vt ex eiꝰ pleniſſima beatitudine redundet etiam in inferiorē naturā que eſt corpus. non beatitudo que fruentis ⁊ intelligētis eſt propria. ſed plenitudo ſanitatis. ⁊ incorruptionis vigor. corpus g̃ chriſti fuit incorruptibile ⁊ abſq3 omni defectu. ❡ Pre. pena ꝯſequit culpam. ſed in chriſto non fuit aliqua culpa. ſm illud. i. Pe. ij. Qui pctm̄ non fecit. ergo nec defectus corpales qui ſunt penales in eo eſſe debuerunt. ❡ Pre. ſapiens non aſſumit id quod impedit illū a proprio fine. ſed propter huiuſmodi defectꝰ corporales multipliciter videtur impediri finis incarnationis. Primo quidem quia propter huiuſmodi infirmitates homines ab eius cognitione impediebantur. ſm illud Eſa. liij. deſiderauimus eum deſpectum ⁊ nouiſſimum virorum virum dolorum ⁊ ſcientem infirmitatem. ⁊ quaſi abſconditus ē vultus eius ⁊ deſpectus. vnde ne reputemus eū. Scđo quia ſanctorum patrum deſiderium non videtur impleri. ex quarum pſona dicitur Eſa. li. Conſurge conſurge induere fortitudinem brachium domini. Tertio quia congruentius per fortitudinem q̄ꝫ per infirmitatem videbatur poteſtas diaboli poſſe ſuperari. ⁊ humana infirmitas poſſe ſanari. non ergo videtur conueniens fuiſſe ꝙ filius dei humanam naturam aſſumpſerit cum corpalibꝯ infirmitatibꝯ ſiue defectibus. ❡ Sed contra eſt quod dicit ad Hebre. ij. In eo in quo paſſus eſt ipſe ⁊ temptatꝰ potens eſt ⁊ eis qui temptantur auxiliari. ſed ad hoc venit vt nos adiuuaret. vnde ⁊ Dauid dicebat. Leuaui oclos meos in montes vnde venit auxilium mihi. ergo conueniēs fuit ꝙ filius dei carnem aſſumpſerit infirmitatibꝯ humanis ſubiacentem. vt in ea poſſit pati ⁊ temptari. ⁊ ſic auxilium nobis ferre. ❡ Rñ. dicendum ꝙ conueniens fuiſſe corpus aſſumptum a filio dei humanis infirmitatibus et defectibus ſubiacere. ⁊ precipue propter tria. Primo quidem quia ad hoc filius dei carne aſſumpta venit in mundum. vt pro peccato humani generis ſatiſfaceret. vnus autem pro pctō alterius ſatiſfacit dum penam peccato alterius debitam in ſeipſum ſuſcipit. huiuſmodi autem defectꝰ corporales. ſ. mors. fames. ⁊ ſitis ⁊ huiuſmodi ſunt pena peccati quod in mundum eſt p adam introductum. ſm illud Roma. v. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. ⁊ p peccatum mors. vnde cōueniens fuit q̄ꝫtum ad finem incarnationis ꝙ huiuſmodi penalitates in carne noſtra ſuſciperet. vice noſtra. ſm illud Eſa. lv. Uere languores noſtros ipſe tulit. Secundo propter fidem incarnationis aſtruendam. cum enim natura humana non aliter eēt nata hominibꝯ niſi prout huiuſmodi corporalibus defectibus ſubiaceret ſi niſi his defectibus filius dei humanam naturam aſſumpſiſſet videretur non fuiſſe verus homo. nec veram carnem aſſumpſiſſe. ſed fantaſticā vt manichei dixerunt. ⁊ ideo vt dicitur ad Phil'. ij. Exinaniuit ſemetipſum. formam ſerui accipiens. in ſimilitudinem hominum factus eſt. ⁊ habitu inuentus vt homo. vnde ⁊ Thomas per aſpectum vulnerum ad fidem ē reuocatus. vt dicitur Johannis. xxiij. Tertio propter exemplum patientie. quod nobis exhibet paſſiones ⁊ defectus humanos fortiter tollerando. vnde dicitur ad Hebre. xij. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſus ſemetipſum contradictionē. vt non fatigemini animis veſtris deficientes. ❡ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſatiſfactio pro peccatis alterius habet quidē quaſi materiam penas quas aliquis pro peccato alterius ſuſtinet. ſed pro principio habet habitum anime. ex quo inclinatur ad ſatiſfaciendum pro alio volens. et ex quo ſatiſfactio efficatiam habet. non enim eſſet ſatiſfactio efficax niſi ex charitate procederet. vt infra dicetur. et ideo oportuit animam chriſti perfectam eſſe. q̄ꝫtum ad habitū ſcientiarum ⁊ virtutum vt haberet facultatem ſatiſfaciendi. et ꝙ corpus eius eſſet ſubiectum infirmitatibus. vt ei ſatiſfactionis materia non deeſſet ❡ Ad ſecundum dicendum ꝙ ſm naturalem habitudinem que eſt inter animam et corpus ex gloria anime redundat gloria in corpus. ſed hec naturalis habitudo in chriſto ſubiacebat voluntati diuinitatis ipſius. ex qua factum eſt vt beatitudo ſcꝫ remaneret in anima ⁊ non deriuaretur.

ad corpus. ſed caro pateretur que conueniunt nature paſſibili. ſm id ꝙ dicit Da. ꝙ beneplacito diuine voluntatis ꝑmittebatur carni pati. ⁊ operari quedam ꝓpria. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ pena ſemper ſequitur culpam actualem vel originalem. quandoque quidem eius qui punitur. quandoque autem alterius ꝓ quo ille qui patitur penas ſatiſfacit ⁊ ſic accidit in xp̄o ſm illud Eſa. liij. Ipſe vulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras. attritus eſt ꝓpter ſcelera noſtra. ¶ Ad .iiij. dicendum ꝙ infirmitas aſſumpta in chriſto non impediebat finem incarnationis. ſed maxime promouit vt dictum eſt. Et quamuis per huiuſmodi infirmitates abſconderetur eius diuinitas manifeſtabatur tamen humanitas. que eſt via ad diuinitatem ꝑueniendi. ſm illud ad Ro. v. Acceſſum habemus ad deum per Ieſum xp̄m. deſiderabant autem antiqui patres in chriſto non quidem fortitudinem corporalem. ſed ſpiritualem. per quam ⁊ diabolum vicit. ⁊ humanam infirmitatem ſanauit.

## Ad ſecundum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ chriſtus ex neceſſitate his defectibus non ſubiacuerit. dicit enim Eſa. liij. Oblatus eſt quia ipſe voluit. ⁊ loquitur de oblatione ad paſſionem. ſed voluntas opponitur neceſſitati. ergo chriſtus non ex neceſſitate ſubiacuit corporis defectibus. ¶ Preterea. Da. dicit in .iij. li. nihil coactum in xp̄o conſideretur ſed omnia voluntaria. ſed quod eſt voluntarium non eſt neceſſarium. ergo huiuſmodi defectus non fuerunt ex neceſſitate in xp̄o ¶ Preterea. neceſſitas infertur ab aliquo potentiori. ſed nulla creatura eſt potentior quam anima chriſti. ad quam pertinebat corpus ꝓprium conſeruare. ergo huiuſmodi defectus ſeu infirmitates non fuerunt ex neceſſitate in chriſto.

¶ Sed contra eſt quod Apoſtolus dicit ad Ro. viij. Miſit deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. ſed condictio carnis peccati eſt ꝙ habet neceſſitatem moriendi ⁊ ſuſtinendi alias paſſiones. ergo talis neceſſitas ſuſtinendi hos defectus fuit in carne chriſti. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ duplex eſt neceſſitas. Vna quidem coactionis. que fit ab agente extrinſeco. ⁊ hec quidem neceſſitas contrariatur ⁊ nature ⁊ voluntati. quorum vtrumque eſt principium intrinſecum. Alia autem eſt neceſſitas naturalis. que conſequitur principia naturalia. puta formam. ſicut eſt neceſſarium ignem calefacere vel materiam. ſicut neceſſarium eſt corpus ex contrarijs compoſitum diſſolui. Secundum ergo hanc neceſſitatem que conſequitur materiam corpus chriſti ſubiectum fuit neceſſitati mortis ⁊ aliorum huiuſmodi defectuum. quia ſicut dictum eſt beneplacito diuine voluntatis chriſti carni permittebatur agere ⁊ pati quedam propria. hec autem neceſſitas cauſatur ex principijs humane nature vt dictum eſt. Si autem loquamur de neceſſitate coactionis ſm ꝙ repugnat nature corporali ſic iterum corpus chriſti ſm conditionem proprie nature neceſſitati ſubiacuit. ⁊ claui perforantis ⁊ flagelli percutientis. ſm vero ꝙ neceſſitas talis repugnat voluntati manifeſtum eſt ꝙ in chriſto non fuit neceſſitas horum defectuum. nec per reſpectum ad voluntatem diuinam. nec per reſpectum ad charitatem humanam chriſti abſolute prout ſequitur rationem deliberatiuam. ſed ſolum ſm naturalem motum voluntatis. prout ſcilicet naturaliter refugit mortem. ⁊ corporis nocumenta. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ chriſtus dicitur oblatus quia voluit ⁊ voluntate diuina; ⁊ voluntate humana deliberata. licet mors contra naturalem motum voluntatis humane eſſet. vt Da. dicit. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ reſponſio patet ex dictis. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ nichil fuit potentius quam anima chriſti abſolute. nihil tamen prohibet aliquid fuiſſe potentius quantum ad hunc effectum. ſicut clauus ad perforandum. ⁊ hoc dico ꝙ ſm animam chriſti conſideratur ſm virtutem propriam.

## Ad tertium ſic procedit

Videtur ꝙ chriſtus defectus corporales contraxit. illud enim contrahere dicimur quod ſimul ex natura ⁊ origine contrahimus. ſed chriſtus ſimul cum natura humana defectus ⁊ infirmitates corporales per ſuam originem contraxit a matre. cuius caro huiuſmodi defectibus ſubiacebat. ergo videtur ꝙ hos defectus contraxit. ¶ Preterea. id quod ex principijs nature cauſatur ſimul ex natura trahitur ⁊ ſimul contrahitur. ſed huiuſmodi penalitates cauſantur ex principijs humane nature. ergo xp̄s eas contraxit. ¶ Preterea. ſm defectus alijs hominibus ſimulatur. vt dicitur ad Hebre. ij. Sed alij homines huiuſmodi defectus contraxerunt ergo videtur ꝙ etiam chriſtus huiuſmodi defectus contraxit.

¶ Sed contra eſt ꝙ huiuſmodi defectus ex peccato contrahuntur. ſm illud ad Roma. v. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. ⁊ per peccatum mors. ſed in chriſto non habuit peccatum locum. ergo huiuſmodi defectus chriſtus non contraxit. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ in verbo contrahendo intelligitur ordo effectus ad cauſam. vt ſcilicet dicatur contrahi quod ſimul cum ſua cauſa ex neceſſitate trahitur. cauſa autem mortis ⁊ horum defectuum in humana natura eſt peccatum. quia per peccatum mors intrauit in mundum. vt dicitur ad Roma. v. ⁊ ideo illi proprie dicuntur hos defectus contrahere. qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. xp̄s autem hos defectus non habuit ex debito peccati. quia vt dicit Augu. exponens illud Io. iij. Qui de ſurſum venit ſuper omnes eſt. deſurſum venit chriſtus. i. de altitudine humane nature quam habuit ante peccatum primi hominis accepit enim naturam humanam abſque peccato in illa puritate in qua erat in ſtatu innocentie. ⁊ ſimili modo potuiſſet aſſumere humanam naturam abſque defectibus. Sic ergo patet ꝙ xp̄s non contraxit defectus. quaſi ex debito peccati eos ſuſcipiendo. ſed ex propria voluntate. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ caro virginis fuit concepta in originali peccato. ⁊ ideo hos defectus contraxit. ſed caro xp̄i ex virgine aſſumpſit naturam abſque culpa. ⁊ ſimiliter potuiſſet naturam aſſumere abſque pena. ſed voluit ſuſcipere penam ꝓpter opus noſtre redemptionis implendum. ⁊ ideo habet huiuſmodi defectus. non contrahendo. ſed voluntarie aſſumendo. ¶ Ad .ij. ergo dicendum ꝙ cauſa mortis ⁊ aliorum corporalium defectuum in humana natura eſt duplex vna quidem remota, que accipitur ex parte principiorum materialium humani corporis. inquantum eſt ex contrarijs compoſitum. ſed hec cauſa impediebatur per originalem iuſticiam ⁊ ideo proxima cauſa mortis ⁊ aliorum defectuum eſt per quod eſt ſubtracta originalis iuſticia ⁊ propter hoc quia chriſtus fuit ſine peccato dicitur non contraxiſſe huiuſmodi defectus. ſed voluntarie aſſumpſiſſe ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ chriſtus in huiuſmodi defectibus aſſimulatus eſt alijs hominibus. quantum ad qualitatem defectuum. non autem quantum ad cauſam. ⁊ ideo non contraxit huiuſmodi defectus. ſicut ⁊ alij.

## Ad quartum ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus omnes defectus corporales hominum aſſumere debuit. dicit enim Da. quod eſt in aſſumptibile eſt incurabile. ſed chriſtus venerat omnes defectus noſtros curare. ergo omnes defectus noſtros debuit aſſumere. ¶ Preterea. dictum eſt ꝙ ad hoc ꝙ chriſtus pro nobis ſatiſfaceret debuit habere habitus perfectiſſimos in anima et defectus in corpore. ſed ipſe ex parte anime aſſumpſit plenitudinem omnis gratie. ergo ex parte corporis debuit aſſumere omnes defectus

¶ Pre. inter oēs defectus corporales precipuum locum
tenet mors. ſed xp̄s aſſumpſit mortem. ḡ multo mag' om
nes defectus alios aſſumere debuit. ¶ Sed ɔtra eſt quod
ɔtraria non pn̄t ſimul fieri in eodem. ſed quedā infirmita
tes ſunt ſibijnuicē ɔtrarie vtpote ex principijs contrarijs
cauſate. ḡ non potuit eſſe ꝙ xp̄s oēs infirmitates huma-
nas aſſumeret. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut dictū eſt xp̄s huma-
nos defectus aſſumpſit ad ſatiſfaciendū ꝓ peccato huma-
ne nature. ad qđ requirebat̄ ꝙ ꝑfectionem grē ⁊ ſcientie
haberet in aīa. illos ḡ defectus xp̄s aſſumere debuit qui cō
ſequunt̄ ex peccato cōmuni totius nature. nec tamen repu
gnant ꝑfectioni ſcientie ⁊ gratie. ſic ergo non fuit conueni
ens vt oēs defectus ſeu infirmitates humanas aſſumeret.
Sunt enim quidam defectus qui repugnant ꝑfectioni
ſcientie ⁊ gratie. ſicut ignorantia. ꝓnitas ad malum. ⁊ dif
ficultas ad bonum. Quidam aūt defectus ſunt qui nō cō
ſequunt̄ communiter totam humanam naturam. ꝓpt̄ pec-
catum primi hoīs. ſed cauſant̄ in aliquibus hoīb9 ex qui-
buſdam particularibꝫ cauſis. ſicut lepra. ⁊ morbꝫ caduc9
⁊ alia huiōi que quidem defectus qn̄qꝫ cauſant̄ ex defectu
hoīs. puta ex inordinatione victus. qn̄qꝫ aūt ex defectu v̄
tutis formatiue. quoꝝ neutrum ɔtingit in xp̄o. q2 caro ei9
eſt de ſpūſancto concepta. qui quidem eſt infinite ſapie ⁊
virtutis. errare ⁊ deficere non valens. ⁊ ip̄e nihil inordina
tum in regimine ſue vite exercuit. Sunt aūt tertij defec-
qui in oībus hoībus cōmuniter inueniunt̄ ex pctō primi
parentis ſicut. mors. fames. ſitis. ⁊ alia huiōi. ⁊ hos defe-
ctus oēs chriſtus ſuſcepit. quos da. vocat naturales ⁊ in
detractabiles paſſiones. naturales quidem q2 cōſequunt̄
cōmuniter totam humanā naturā. indetractabiles q2 de-
fectum ſcīe ⁊ gratie non important. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ
oēs particulares defectus hoīm cauſant̄ ex corruptibilita
te ⁊ paſſibilitate corp̄is. ſuꝑadditis quibuſdā particulari
bus cauſis. ⁊ ideo dum xp̄s curauit corruptibilitatē ⁊ paſ
ſibilitatem corp̄is noſtri ꝑ hoc ꝙ eam aſſumpſit. ex cōſe-
quenti oēs alios defectus curauit. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ple-
nitudo oīs gratie ⁊ ſciētie anime xp̄i ſm̄ ſe debebat̄. ex hoc
ipſo ꝙ erat a verbo dei aſſumpta. ⁊ ideo abſolute oēm ple
nitudinem ſcīe ⁊ gratie xp̄s aſſumpſit. ſed defectus nr̄os
diſpenſatiue aſſumpſit vt ꝓ peccato noſtro ſatiſfaceret. nō
quia ei ſm̄ ſe competerent. ⁊ ideo non oportuit ꝙ oēs aſ-
ſumeret. ſed ſolū illos qui ſufficiebant ad ſatiſfaciendum
ꝓ peccato totius humane nature. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ mors
in oēs hoīes deuenit ex peccato primi parentis. nō aūt q
dā alij defect9. licꝫ ſint morte miores. Qō XV

# Deinde ɔſiderandū

eſt de defectibus ꝑtinentibus ad animam. Et
circa hoc queruntur decem. Primo quidē vtrū
in chriſto fuerit peccatum. Scđo vtrum in eo fuerit fomes
peccati. Tertio vtrum in eo fuerit ignorantia. Quarto
vtrum aīa eius fuerit paſſibilis. Quinto vtrū in eo fuerit
dolor ſenſibilis. Sexto vtrum in eo fuerit triſticia. Septi
mo vtrum in eo fuerit timor. Octauo vtrum in eo fuerit
admiratio. Nono vtrum in eo fuerit ira. Decimo vtrum
ſimul fuerit viator ⁊ comprehenſor.

## Ad primum ſic proceditur

Videt̄ ꝙ in chriſto fuerit pctm̄. dicit̄ eni in ps. Deus de9
meus vt quid dereliquiſti me. longe a ſalute mea verba
delictoꝝ meorum. hec aūt verba dicunt̄ ex ꝑſona chriſti. vt
patet ex hoc ꝙ ip̄e ea in cruce protulit. ergo videt̄ ꝙ i xp̄o
fuerunt delicta. ¶ Pre. ad Roma. v. dicit Apl's ꝙ ī adā
oēs peccauerunt. ſcꝫ q2 in eo originaliter fuerunt. ſed etiā
xp̄s originaliter fuit in adam. ḡ in eo peccauit. ¶ Prete.
Apl's dicit ad Hebre. ij. ꝙ in eo in quo paſſus ⁊ tempta
tus potens eſt ⁊ his qui temptant̄ auxiliari. ſed maxime ī
digebamus auxilio eius contra pctm̄. ergo videt̄ ꝙ in eo
fuerit pctm̄. ¶ Pre. ij. ad Coꝛ. v. dicit̄ ꝙ de9 eum qui nō
nouerat pctm̄. ſ. chriſtum pro nobis fecit peccatum. ſed il-
lud vere eſt qđ a deo factum eſt. ḡ in xp̄o vere fuit pctm̄.
¶ Pre. ſicut Augu. dicit in li. de ago. xp̄ia. ꝙ in hoīe xp̄o
ſe nobis ad exemplum ꝓbuit filius dei. ſed hō indiget exē
plo non ſolum ad recte viuendum ſed etiam ad hoc ꝙ pe-
niteat de peccatiſ. ergo videt̄ ꝙ in xp̄o debuit eſſe peccatū
vt de peccatis penitendo penitentie nobis daret exemplū
¶ Sed ɔtra eſt qđ ipſe dicit Jo. viij. Quis ex vobis ar-
guet me de pctō. ¶ Rñ. dō ꝙ ſicut ſupra dictum ē chri-
ſtus ſuſcepit defectus nr̄os vt ꝓ nobis ſatiſfaceret. ⁊ verita
tem humane nature comprobaret. ⁊ vt nobis exemplū
virtutis fieret. ſm̄ que tria manifeſtū eſt ꝙ defectum pec-
cati aſſumere non debuit. Primo eni pctm̄ nihil operat̄
ad ſatiſfactionem. quinimmo virtutē ſatiſfactionis impedit
q2 vt dicit̄ Eccli. xxxiiij. dona iniquorum non probat altiſ
ſimus. Similiter etiam ex peccato non demonſtrat̄ veri-
tas humane nature. quia peccatum non ꝑtinet ad huma
nam naturā cū ſit ꝑ ſeminationē diaboli introductū v. da.
dicit. Tertio peccando exempla virtutis prebere non po-
tuit. cum peccatum ɔtrariet̄ virtuti. ⁊ ideo xp̄s nullo mo-
do aſſumpſit defectum peccati. nec originalis nec actual'.
ſm̄ illud qđ dicit̄. i. Pet. ij. Qui pctm̄ non fecit. nec in-
uentus eſt dolus in ore eius. ¶ Ad. i. ḡ dōm ꝙ ſicut dicit
da. in. iij. li. aliquid dicit̄ de xp̄o. Uno mō ſm̄ ꝓprietatem
naturalem ⁊ hypoſtaticam. ſicut dicit̄ ꝙ factus eſt homo
⁊ ꝙ pro nobis paſſus eſt. Alio mō ſm̄ ꝓprietatem ꝑſona
lem ⁊ habitudinalem. put. ſ. aliqua dicunt̄ de ipſo in ꝑſo
na noſtra. que ſibi ſm̄ ſe nullo modo conueniunt. vnde ⁊
inter ſeptem regulas triconij quas ponit Augu. in. iij. de
doc. xp̄ia. prima ponit̄ de dn̄o ⁊ eius corpe. cum. ſ. chriſti ⁊
eccleſie vna ꝑſona eſtimatur. ⁊ ſm̄ hoc chriſtus ex ꝑſona
membrorum ſuorum loquens dicit. verba delictorum me
orum. non ꝙ in ipſo capite delicta fuerunt. ¶ Ad. ij. dō
ꝙ Augu. dicit. x. ſup̄ Gen̄. ad litteram. non omni modo
chriſtus fuit in adam ⁊ in alijs patribus quo nos ibi fui-
mus. nos eni fuimus in adam ſm̄ rationem ſeminalem ⁊
ſm̄ corpulentam ſubſtantiam. quia. ſ. vt ipſe ibidem dic
cū ſit ī ſemīe iuiſibil' corpulētia ⁊ īuiſibil' rō vtrūqꝫ currit
ex adā. ſed chriſtus viſibilē carnis ſubſtantiam de carne
virginis ſumpſit. ratio vero conceptionis eius non a ſe-
mine virili. ſed longe aliter ac deſuper venit. vnde non fu
it in adam ſm̄ ſeminalem rationem ſed ſolum ſm̄ corpu
lentam ſubſtantiam. ⁊ ideo chriſtus nō accepit actiue ab
adam naturam humanam. ſed ſolum materialiter. actiue
vero a ſpirituſancto. ſicut ⁊ ipſe adam materialiter ſum-
pſit corpus ex limo terre. actiue vero a deo. ⁊ ꝓpt̄ hoc xp̄us
non peccauit in adam. in quo fuit ſolum ſm̄ materiam.
¶ Ad. iij. dōm ꝙ chriſtus ſua temptatione ⁊ paſſiōe no-
bis auxilium tulit. pro nobis ſatiſfaciendo. ſed peccatum
non cooperatur ad ſatiſfaciendum. ſed magis ipſam ſa-
tiſfactionē impedit. vt dictū eſt. ⁊ ideo nō oportuit vt pec
catum in ſe haberet. ſed ꝙ omnino purus a peccato eſſet.
alioquin pena quā ſuſtinuit fuiſſet ſibi debita pro peccato
proprio. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ deus fecit chriſtum pec
catum nō quidem vt in ſe aliquod haberet. ſed q2 fecit eū

hoſtiam pro peccato. ſicut dicitur Oſee. iiij. peccata populi mei comedent ſcilicet ſacerdotes qui ſm legem comedebant hoſtias pro peccato oblatas. ⁊ ſm hunc modum dicitur Eſa. liij. ꝙ dñs poſuit in eo iniq̃tates oium noſtꝝ quia ſcilicet eum tradidit vt eſſet hoſtia pro peccatis omnium hominũ. Vel fecit eum peccatum. id eſt. habentẽ ſimilitudinem carnis peccati. vt dicitur ad Roma. viij. et hoc ꝓpter corpus paſſibile ⁊ mortale quod aſſumpſit.

Ad. v. dõm ꝙ penitentib⁹ laudabile exemplum dare poteſt. non ex eo ꝙ peccauit. ſed in hoc qḋ ſuſtinuit penam voluntarius pro peccato. vnde chriſtus dedit maximũ exemplum penitentib⁹. dum non pro peccato ꝓprio ſed ꝓ peccatis aliorum voluit penam ſubire.

## Ad ſecundũ ſic procedit.

Videtur ꝙ in chriſto fuerit fomes peccati. ab eodem principio deriuatur fomes peccati ⁊ paſſibilitas corporis ſiue mortalitas. ſcilicet ex ſubtractione originalis iuſticie per quam ſimul ſubdebantur inferiores vires anime rationi ⁊ corpus anime ſed in chriſto fuit paſſibilitas corporis et mortalitas. ergo etiam in eo fuit fomes peccati. Pret. Sic dicit Damaſ. in. iij. li. beneplacito diuine voluntatis permittebaf caro chriſti pati ⁊ operari quedam ꝓpria ſed ꝓprium eſt carni vt ꝯcupiſcat delectabilia ſibi. cum ergo fomes nihil aliud eſt q̃ꝫ ꝯcupiſcentia vt dicitur in glo. ad Roma. vij. videtur ꝙ in chriſto fuerit fomes peccati. Pre. ratione fomitis caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpiritum vt dicitur ad Gal. v. ſed tanto ſpiritus oſtenditur eſſe fortior ⁊ magis dignus corona q̃nto magis ſuper hoſtem ſcilicet ꝯcupiſcentiã carnis dñatur ſm illud. ij. ad Corinth. ij. non coronabif niſi qui legitime certauerit. chriſtus autem habuit fortiſſimũ ⁊ victorioſiſſimũ ſpiritũ ⁊ maxime corona dignũ. ſm illud Apoc. vi. data eſt illi corona. ⁊ exiuit vincẽs vt vinceref. videtur ergo ꝙ in chriſto debuit eſſe maxime fomes peccati. Sed ꝯtra eſt quod dicitur Matth. i. qḋ in ea natum eſt. de ſpiritu ſancto eſt. ſed ſpiritus ſanctus peccatũ excludit ⁊ inclinationẽ peccati que importatur noĩe fomitis. ergo in chriſto non fuit fomes peccati. Reſ. dõm ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt. chriſtus ꝑfectiſſime habuit gratiam ⁊ oẽs virtutes. virtus autẽ moralis que eſt in irrationali parte aĩe eam fecit rationi eſſe ſubiectam. ⁊ tanto magis q̃nto perfectior fuerit ꝟtus. ſicut temperantia ꝯcupiſcibilẽ ⁊ fortitudo iraſcibilẽ vt in. ij. parte dictum eſt. ad rationem aũt fomitis ꝑtinet inclinatio ſenſualis appetitus in id quod eſt contra rationẽ. ſic ergo patet ꝙ q̃nto virtus fuerit magis in aliquo ꝑfecta tanto magis debilitaf in eo vis fomitis. cum ergo in chriſto fuerit virtus ſm ꝑfectiſſimũ gradum. ꝯſequens eſt ꝙ in eo fomes peccati non fuerit. cum etiam iſte defectus non ſit ordinabilis ad ſatiſfaciendũ ſed potius inclinat ad ꝯtrariuꝫ ſatiſfactioni. Ad. i. ergo dõm ꝙ inferiores vires pertinentes ad ſenſibile appetitum naturalif ſunt obedibiles rationi. non autem vires corporales vel humanoꝝ corporalium. vel etiam ipſius anime vegetabilis. vt patet i. ethi. ⁊ ideo perfectio virtutis que eſt ſm rationem rectam non excludit paſſibilitatẽ corporis. excludit autem fomitem peccati. cuius ratio ꝯſiſtit in reſiſtentia appetitus ad rationem. Ad. ij. dõm ꝙ caro naturaliter ꝯcupiſcit illḋ quod eſt ſibi delectabile. ꝯcupiſcẽtia appetitus ſenſitiui. ſꝫ caro hominis qui eſt animal rationale hoc ꝯcupiſcit ſm modum ⁊ ordinem rationis. ⁊ hoc modo caro chriſti ꝯcupiſcentia appetitus ſenſitiui naturaliter appetebat eſcam et potum ⁊ ſomnũ ⁊ alia huiuſmodi. que ſm rationẽ rectam appetuntur. vt patet per Damaſce. in. iij. li. ex hoc autem non ſequitur ꝙ in chriſto fuerit fomes peccati q̃ importat ꝯcupiſcentiam delectabiliũ preter ordinem rõnis. Ad. iij. dõm ꝙ fortitudo ſpiritus aliqualiter oſtenditur ex hoc ꝙ reſiſtit ꝯcupiſcentie carnis ſibi ꝯtrarianti. ſed maior fortitudo ſpiritus oſtenditur ſi per eius virtutem totaliter comprimatur ne contra ſpiritum ꝯcupiſcere poſſit. ⁊ ideo hoc competebat chriſto cuius ſpiritus ſummũ gradum fortitudinis attingebat. ⁊ licꝫ nõ ſuſtinuit impugnationem interiorem ex parte fomitis. ſuſtinuit tamẽ exteriorem impugnationẽ ex parte mundi ⁊ diaboli quos ſuperando victorie coronam promeruit.

## Ad tertium ſic procedit

Videtur ꝙ in chriſto fuerit ignorãtia. Illud eñi vere fuit in chriſto qḋ ſibi competit ſm humanam naturam. licꝫ non competat ſm diuinam ſicut paſſio ⁊ mors. ſed ignorantia conuenit chriſto ſm humanam naturam. Dic eñi Damaſ. in. iij. li. ꝙ ignorantem ⁊ ſeruilem aſſumpſit naturam. ergo ignorantia vere fuit in chriſto. Pre. Aliqs dicitur ignorans per noticie defectum. ſed aliqua noticia defuit chriſto. Dicit eñi apoſtolus. ij. ad Corinth. v. eum qui non nouit peccatum pro nobis peccatum fecit. ergo ĩ chriſto fuit ignorantia. Pre. Eſa. viij. dicitur ꝙ añ q̃ꝫ ſciat puer vocare patrem ſuũ ⁊ matrem ſuam auferet fortitudo Damaſci. Puer autem ille eſt chriſt⁹. ergo ĩ chriſto fuit aliquarum rerum ignorantia. Sed contra Ignorantia per ignorantiam non tollitur. chriſtus auteꝫ ad hoc venit vt ignorantias noſtras auferret. venit eñi illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedent. ergo in chriſto ignorantia non fuit. Reſ. dõm ꝙ ſicut in chriſto fuit plenitudo gratie ⁊ virtutis. ita in chriſto fuit plenitudo omnis ſcientie vt ex premiſſis patet. ſicut autẽ in chriſto plenitudo gratie ⁊ virtutis excludit fomiteꝫ peccati ita plenitudo ſcientie excludit ignorantiam que ſcientie opponitur. vnde ſicut in chriſto non fuit fomes peccati. ita in eo non fuit ignorantia. Ad. i. ergo dõm ꝙ natura a chriſto aſſumpta poteſt dupliciſ ꝯſiderari. Vno modo ſm rationem ſue ſpeciei. ⁊ ſm hoc dicit Damaſ. eam eſſe ignorantem ⁊ ſeruilem vnde ſubdit. nam ſerua eſt q̃dem hominis natura eius qui fecit ipſam dei ⁊ non habꝫ futuroꝝ cognitionem. Alio modo poteſt conſiderari ſm illud quod habet ex vnione ad hypoſtaſim diuinam. ex qua habet plenitudinẽ ſcientie ⁊ gratie. ſm illud Joh. i. vidimus eum quaſi vnigenitum a patre. plenũ gratie et veritatis. ⁊ hoc modo natura humana in chriſto ignorantiam non habuit. Ad. ij. dõm ꝙ chriſtus non dicitur nouiſſe peccatum quia neſciuit per experientiam. ſciuit autem per ſimplicem noticiaꝫ. Ad. iij. dõm ꝙ ꝓpheta ibi loquitur ḋ humana chriſti ſcientia. dicit ergo anteq̃ꝫ ſciat puer ſcilicet ſm humanitatem vocare patreꝫ ſuũ Joſeph qui pater fuit putatiue ⁊ matrem ſuam ſcilicet Mariam auferetur fortitudo Damaſci. qḋ non eſt ſic intelligendũ quaſi aliquando fuerit homo ⁊ hoc neſciuerit. ſed anteq̃ꝫ ſciat. id eſt. anteq̃ꝫ fiat homo ſcientiaꝫ habens humanam auferetur vel ad litteram fortitudo Damaſci. ⁊ ſpolia ſamarie per regem aſſyriorum auferenf. vel ſpũalif q̃ nondum natus populum ſuũ ſola inuocatiõe ſaluabit vt glo. Hieronymi exponit. Aug⁹. autem in ſermone ḋ epyphania dicit hoc eſſe completum in adoratione magoruꝫ ait eñi anteq̃ꝫ per humanam carnem hũana verba ꝓferre

accepit virtutem Damaſci. ſcilicet diuitias in quibꝰ Damaſcus pſumebat. in diuitijs autem principatꝰ auro deſertur. ſpolia ꝯo ſamarie idem ipſi erant, ſamaria nāqꝫ p idolatria ponitur. illic enī populus ad idola colenda uerſus eſt. hec ergo prima ſpolia puer idolatrie detraxit. ⁊ ſꝫ hoc intelligitur anteqꝫ ſciat puer. id eſt, anteqꝫ oſtendat ſe ſcire.

## Ad quartuz ſic procedit.

Videtur ꝙ anima chriſti non fuerit paſſibilis. Nihil enī patitur niſi a fortiori. quia agens eſt pſtantius a patiente. vt patet per Aug. xij. ſuper Geñ. ad litterā. ⁊ per phm̄. iij de anima. ſed nulla creatura fuit pſtantior qꝫ anima chriſti. ergo anima chriſti non potuit ab aliqua creatura pati. et ita nō fuit paſſibilis. fruſtra enī in eo fuiſſet potētia patiendi. ſi a nullo pati potuiſſet. ¶ Prete. Tullius in li. de tuſculanis queſtionibꝰ dicit. ꝙ paſſiōes aīe ſunt quedam egritudines. ſed in aīa chriſti nō fuit aliqua egritudo. nā egritudo aīe ſequit peccatum. vt patet per illud ps. Sana aīam meam quia peccaui tibi. ergo in chriſto non fuerunt aīe paſſiones. ¶ Prete. paſſiones aīe videnī idem eē cum fomite peccati. vnde apls ad Roma. vij. vocat eas paſſiones peccatoꝝ. ſed in chriſto non fuit fomes peccati vt ſupra dictū eſt. ergo videt ꝙ non fuerūt in eo paſſiones aīe. ⁊ ita aīa chriſti non fuit paſſibilis ¶ Sed ꝯtra eſt qđ in ps dicit ex pſona chriſti. repleta eſt malis aīa mea. non quidem peccatis ſed humanis malis. id eſt. dolorib9. vt glo. ibidem exponit. ſic ergo aīa chriſti fuit paſſibilis.

Rñ. dicendū ꝙ aīam in corpe ꝯſtitutam dupliciī ꝯtingit pati. vno modo paſſione corpali. alio modo paſſione animali. Paſſione quidem corpali patit per corpis leſiones. cū enī aīa ſit forma corpis ꝯſequens eſt ꝙ vnuz eſt eē anime et corpis. ⁊ ideo corpe ꝑturbato per aliquā corporeā paſſionem neceſſe eſt ꝙ aīa per accidens perturbet. ſ. qntum ad eſſe qđ habet in corpe. quia ergo corpꝰ chriſti fuit paſſibile ⁊ mortale. vt ſupra habitū eſt. neceſſe fuit vt etiam ipſa aīa eius hoc modo paſſibilis eſſet. Paſſione autē aīali pati dicitur aīa ſm opationē. que vel eſt ꝓpria anime vel eſt principalꝰ aīe qꝫ corporis. ⁊ qꝫuis etiam ſm intelligere ⁊ ſentire dicatur anima hoc modo aliquid pati. tamen ſicut in. ij. parte dictum eſt, ꝓpriſſime dicunī paſſiones anime affectiones appetitus ſenſitiui. qui ī chriſto fuerat ſicut ⁊ cetera que ad naturā hoīs pertinēt. Unde Augu. dicit. xiiij. de ciui. dei. Ipſe dñs in forma ſerui agere vitam dignatus humanitas adhibuit eas vbi adhibēdas eſſe iudicauit. neqꝫ enī in quo verum erat hoīs corpus et verus hoīs animus falſus erat humanꝰ affectus. Sciendum autem ꝙ hmōi paſſiones aliter fuerunt in chriſto qꝫ in nobis. qntum ad tria. Primo quidem qntum ad obiectum. qꝛ ī nobis plerūqꝫ huiuſmodi paſſiones feruntur ad illicita. que in chriſto non fuerunt. Secundo qntū ad principium. quia huiuſmodi paſſiones frequenter in nobis preueniunt contra iudiciū rationis. ſed in chriſto oēs motus ſenſitiui appetitus oriebanī ſm rationis diſpoſitionem. Unde Aug. dicit. xiiij. de ciui. dei. qđ hos motus certiſſime diſpenſationis gratia. ita cum voluit chriſtꝰ ſuſcepit animo hūano. ſicut cum voluit factus eſt hō. Tertio qntum ad effectum. quia in nobis quandoqꝫ huiuſmodi motus non ſiſtunt in appetitu ſenſitiuo ſed trahūt rationem ꝙ in chriſto non fuit. quia motus naturaliī humane carni ꝯuenientes ſic ex eius diſpoſitiōe in appetitu ſenſitiuo manebant ꝙ ratio ex his nullo modo impediebatur facere que ꝯueniebant. Unde Hierony. dicit ſuper Matth. ꝙ dñs noſter vt veritatem aſſumpti probarꝫ hominis vere quidem ꝯtriſtatus eſt. ſed ne paſſio in animo illius dñaretur per ꝓpaſſionem dicitur; ꝙ cepit ꝯtriſtari. vt paſſio perfecta intelligatur quādo paſſio animo. id eſt rationi dñatur. ꝓpaſſio autem que quaſi eſt inchoata ī appetitu ſenſitiuo. ſed vlterius ſe non extendit. ¶ Ad. i. ergo dicendū ꝙ anima chriſti poterat quidē reſiſtere paſſionibus vt non ei ſubuenirent preſertim ꝯtute diuina. ſed ꝓpria voluntate ſe paſſionibꝰ ſubijciebat tam corpalibꝰ qꝫ animalibꝰ. ¶ Ad. ij. dicendū ꝙ Tullius ibi loquit ſm opinionem ſtoycorum. qui non vocabat paſſiōes quoſcūqꝫ motus appetitus ſenſitiui ſed ſolum inordinatoſ. tales autem paſſiones manifeſtum eſt in chriſto non fuiſſe ¶ Ad iij. dicendū ꝙ paſſiones peccatoꝝ ſunt motus appetitus ſenſitiui in illicita tendentes ꝙ non fuit ī chriſto ſicut nec fomes peccati.

## Ad quintum ſic procedit.

Videtur ꝙ in chriſto non fuerit verꝰ dolor ſenſibilis. Dicit enī Hylarius. i. de trini. cum pro chriſto mori vita ſit: quid ipſe in mortis ſacramēto doluiſſe eſtimādus eſt. qui pro ſe morientibꝰ vitam rependit. ⁊ ideo dicit vnigenitꝰ deus hominū naturā non deficiens a ſe deus ſumpſit. in quo qꝫuis aut ictus incideret aut vulnus deſcenderet aut nodi ꝯcurrerent aut ſuſpenſio eleuaret afferrent quidem hec impetum paſſionis non tamen dolorem inferrent. nō ergo in chriſto fuit verus dolor. ¶ Prete. Hoc ꝓpriū videtur eſſe carni in peccato ꝯcepte ꝙ neceſſitati doloris ſubiaceat. ſed caro chriſti non eſt cum peccato ꝯcepta. ſed de ſpūſancto ex vtero virginali. non ergo ſubiacuit neceſſitati patiendi dolorem. ¶ Prete. Delectatio ꝯtemplatiōis diuinoꝝ diminuit ſenſum doloris. vnde ⁊ martyres in paſſionibus ſuis tolerabiliꝰ paſſionem ſuſtinuerūt ex ꝯſideratione diuini amoris. ſed anima chriſti ſumme delectabatur in ꝯtemplatione dei quem per eſſentiaꝫ videbat vt ſupra dictum eſt. non ergo poterat ſentire aliquem dolorem. ¶ Sed contra eſt quod Eſa. liij. dicit. vere languores noſtros ipſe tulit. ⁊ dolores noſtros ipſe portauit.

Rñ. dicendū ꝙ ſicut patet ex his que in. ij. parte dicta ſunt. ad veritatem doloris ſenſibilis requiritur leſio corporis. et ſenſus leſionis. corpus autem chriſti ledi poterat. quia erat paſſibile ⁊ mortale. vt ſupra habituꝫ eſt. nec defuit ei ſenſus leſionis cum anima chriſti perfecte haberet omēs potentias naturaleſ. vnde nulli dubium debet eſſe quin in chriſto fuerit verus dolor. ¶ Ad. i. ergo dicendū ꝙ in omnibꝰ illis ꝟbis ⁊ ſilibꝰ Hylarꝰ a carne chriſti non veritatem doloris ſed neceſſitatem excludere intendit. vñ poſt premiſſa verba ſubdit. neqꝫ enim cum ſitiuit aut eſuriuit aut fleuit bibiſſe dñs aut manducaſſe aut doluiſſe mōſtratus eſt. ſed ad demonſtrandā corporis veritatem corporꝭ ꝯſuetudo ſuſcepta eſt ita vt nature noſtre ꝯſuetudine cōſuetudini ſit corporis ſatiſfactum. vel cum potum vel cibum accepit non ſe neceſſitati corporis ſed ꝯſuetudini tribuit. ⁊ accepit neceſſitate per compationem ad cauſam primam horum defectuū. que eſt peccatum vt ſupra dictum eſt. vt ſcilicet ea ratione dicatur caro chriſti non ſuiacuiſſe neceſſitati horum defectuū quia non fuit in eo peccatuꝫ vnde ſubdit. Habuit enī corpus chriſti ſm originis ſue ꝓpoſitum. neqꝫ ex vitijs humane ꝯceptionis exiſtens. ſed in forma corporis noſtri ſue virtutis puritate ſubſiſtens. Quantū tamen ad cauſam ꝓpinquam horum defectuuꝫ

que eſt compoſitio ↄtrarioꝝ caro chriſti ſubiacuit neceſſitati horum defectuū. vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad .ij. dōm. ꝙ caro in peccato ↄcepta ſubiacet dolori. non ſoluꝫ ex neceſſitate naturaliū principioꝝ. ſed etiam ex reatus peccati neceſſitate. que quidem neceſſitas in chriſto non fuit ſꝫ ſolum neceſſitas naturaliū principioꝝ. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt virtute diuinitatis chriſti diſpenſatiue ſic beatitudo in anima ↄtinebat̃ ꝙ non deriuabat̃ ad corpus. vt eius paſſibilitas ⁊ mortalitas tolleretur. ⁊ eadeꝫ ratione delectatio ↄtemplationis ſic ↄtinebat̃ in mente ꝙ non deriuabat̃ ad vires ſenſibiles. vt per hoc dolor ſenſibilis excluderetur.

## Ad ſextuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ in chriſto non fuerit triſticia. Dicitur enīꝫ de chriſto Eſa. xlij. non erit triſtis neqꝫ turbulent᷒. ¶ Pre. Prouerb. xij. dicitur non ↄtriſtabit iuſtum quicqd ei acciderit. ⁊ huius rationē ſtoyci aſſignant quia nullus ↄtriſtatur niſi de amiſſiōe bonoꝝ ſuoꝝ. iuſtus autem non reputat bona ſua niſi iuſticiam ⁊ veritatē quas non poteſt amittere. alioqn ſubiaceret iuſtus fortune. ſi pro amiſſione bonoꝝ fortune triſtaretur. ſed chriſtus maxime fuit iuſtus ſm illud Hiere. xxiij. hoc eſt nomen qd̓ vocabūt eū dn̄s iuſtus noſter. ergo in eo non fuit triſticia. ¶ Preterea phūs dicit. vij. ethi. ꝙ oīs triſticia eſt malū ⁊ fugiendū. ſꝫ nullum malū vel fugiendū fuit in chriſto. ergo in chriſto non fuit triſticia. ¶ Pre. ſicut Aug. dicit. xiiij. de ciui. dei. triſticia eſt de his que nobis nolentib᷒ accidunt. ſed nihil paſſus eſt chriſtus ↄtra ſuam voluntatē. Dicit̃ enī Eſa. liij. oblatus eſt quia ipſe voluit. ergo in chriſto nō fuit triſticia. ¶ Sed ↄtra eſt quod dicit dn̄s Matth. xxvi. triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Et Ambroſ. dicit. ij. de trinita. vt homo triſticiā habuit ſuſcepit enī triſticiā meam ↄfidenter triſticiam nomino qui crucē predico. ¶ Rn̄. dōm. ꝙ ſicut dictum eſt delectatio diuine ↄtemplatiōis ita per diſpenſationē diuine virtutis retinebat̃ in mente chriſti. ꝙ non deriuabat̃ ad vires ſenſitiuas vt per hoc dolor ſenſibilis excluderet̃. ſicut enī dolor ſenſibilis eſt in appetitu ſenſitiuo ita ⁊ triſticia. ſed differētia eſt ſꝫ motiuū ſiue obiectum. nam obiectum ⁊ motiuū doloris eſt leſio ſenſu tactus percepta ſicut aliquis vulnerat̃. obiectum autem ⁊ motiuū triſticie eſt nociuū ſeu malū interius apprehenſuꝫ ſiue per rationem ſiue per imaginationē vt in .ij. parte habitum eſt. ſicut cum aliquis triſtatur de amiſſione gratie vel pecunie. potuit autem aīa chriſti interius apprehendere aliquid vt nociuū ⁊ qntuꝫ ad ſe. ſicut paſſio ⁊ mors eius fuit ⁊ qntum ad alios. ſicut peccatū diſcipuloꝝ vel etiam iudeoꝝ occidentiū ipſum. ⁊ ideo ſicut in chriſto potuit eſſe verus dolor ita in eo potuit eſſe vera triſticia. Alio tamen modo quā in nobis eſt ſm illa tria que ſunt aſſignata ſupra. cum cōmuniter de chriſti paſſione loquerem̄. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ triſticia remouet̃ a chriſto ſm paſſionem perfectam. fuit tamen in eo initiata ſm ꝓpaſſionem. Unde dicitur Matth. xxvi. cepit triſtari ⁊ meſtus eſſe. aliud enī eſt ↄtriſtari. aliud incipere ↄtriſtari. vt Hieronymus ibidem dicit. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ſicut Aug. dicit. xiiij. de ciui. dei pro trib᷒ ↄturbatiōib᷒ ſcilicet cupiditate leticia ⁊ timore. ſtoyci tres eupacias. id eſt. bonas paſſiones in anima ſapientis poſuerūt. ſcilicet pro cupiditate volūtatem. pro leticia gaudiū. pro metu timorem. ſed pro triſticia negauerūt aliquid poſſe eſſe in animo ſapientis. qꝛ triſticia eſt de malo qd̓ iam accidit. nullum autem maluꝫ eſtimant poſſe accidere ſapienti. Et hoc ideo quia nō credebant aliquid eſſe bonū niſi honeſtum qd̓ hoīes bonos facit. nec aliquid eſſe malū niſi inhoneſtū per qd homīes mali fiunt. Quamuiſ autem honeſtum ſit principale hominis bonum ⁊ inhoneſtum principale hominis maluꝫ quia hec pertinent ad ipſam rationem. que eſt principalis in homine ſunt tamen quedam ſecundaria hoīs bona que pertinent ad ipſum corpus. vel etiā ad exteriores res corpori deſeruientes. ⁊ ſm hoc poteſt in animo ſapientis eſſe triſticia qntum ad appetitum ſenſitiuū ſm apprehenſionem huiuſmodi maloꝝ. non tamen ita ꝙ iſta triſticia ꝑturbet rationem. ⁊ ſm hoc etiam intelligit̃ ꝙ non ↄtriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit. quia ſcilicet ex nullo accidentiū eius ratio ꝑturbatur. ⁊ ſm hoc triſticia fuit ī chriſto ſm ꝓpaſſionem non ſm paſſionem. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ hoīs triſticia malum eſt pene non tamen ſemper eſt malum culpe ſed ſolum qn̄ ex inordinato affectu ꝓcedit. vnde Aug. dicit. xiiij. de ciui. dei. cum rectam rationē ſequāt̃ iſte affectiones ⁊ qn̄ ⁊ vbi oportet adhibent̃ quis eas tūc morbidas aut vitioſas audeat dicere. ¶ Ad .iiij. dōꝫ ꝙ nihil prohibet aliqd̓ eſſe ↄtrariū voluntati ſm ſe qd̓ tamen eſt volitum ratione finis. ad quem ordinant̃ ſicut medicina amara non eſt ſm ſe volita ſed ſolum ſm ꝙ ordinatur ad ſanitatem. ⁊ hoc modo mors chriſti ⁊ eiuſ paſſio fuit ſꝫ ſe ↄſiderata inuolūtaria triſticiam cauſans. licet fuerit voluntaria in ordine ad finem ⁊ redemptionē hūani generis

## Ad ſeptimū ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ in chriſto non fuerit timor. Dicitur enī Prouerb. xxviij. iuſtus quaſi leo ↄfidens abſqꝫ timore erit. ſed chriſtus maxime fuit iuſtus. ergo in chriſto non fuit aliqs timor. ¶ Pre. Hylarius dicit in. x. de trini. interrogo eos qui hoc eſtimant an ratione ſubſiſtant vt mori timuit qui ab apoſtolis oēm mortis timorem expellens ad gloriam eos ſit martyrij exhortat᷒. nō ergo in chriſto rationale eſt fuiſſe timorem. ¶ Pre. Timor non videtur niſi de malo qd̓ non poteſt homo vitare. ſed chriſt᷒ poterat vitare malum pene qd̓ paſſus eſt ⁊ malum culpe qd̓ aliꝭ accidit. ergo in chriſto non fuit aliquis timor. ¶ Sed ↄtra eſt quod dicitur Lu. xiiij. cepit Jeſus tedere ⁊ pauere. ¶ Rn̄. dōꝫ ꝙ ſicut triſticia cauſatur ex apprehenſione mali preſentis ita ⁊ timor cauſat̃ ex apprehenſione mali futuri. apprehenſio autem mali futuri ſi oīmodam certitudinē habeat nō inducit timorem. Unde phūs dicit in .ij. rheto. ꝙ timor nō eſt niſi vbi eſt ſpes euadendi. nam quando nulla ſpes eſt euadendi apprehendit̃ malum vt preſens. ⁊ ſic magꝭ cauſat triſticiam qꝫ timorem. Sic ergo timor poteſt ↄſiderari qntum ad duo. Uno modo qntum ad hoc ꝙ appetitus ſenſitiuus naturalit̃ refugit corporis leſionem. ⁊ per triſticiam ſi ſit preſens. ⁊ per timorem ſi ſit futura. ⁊ hoc modo timor fuit in chriſto ſicut ⁊ triſticia. Alio modo poteſt ↄſiderari ſm incertitudinē futuri euentus. ſicut qn̄ nocte timemus ex aliquo ſonitu quaſi ignorantes quid hoc ſit. et qntum ad hoc timor non fuit in chriſto vt Damaſ. dicit in .iij. li. ¶ Ad .i. ergo dicendū ꝙ iuſtuſ dicit̃ eſſe abſqꝫ timore ſm ꝙ timor importat perfectam paſſionem auertentem hominem a bono quod eſt rationis. ⁊ ſic timor non fuit in chriſto ſed ſolum ſm paſſionem. ⁊ ideo dicitur ꝙ cepit Jeſus pauere ⁊ tedere ſm ꝓpaſſionē. vt Hierony. exponit. ¶ Ad .ij. dicendū ꝙ Hylarius eo modo excludit a chriſto timorem quo excludit triſticiam. ſcilicet qꝫ ad neceſſitatem timendi. ſed tamen quo ad comproban-

dam veritatem hūane nature voluntarie timorē aſſūpſit ſicut ⁊ triſticiam. ¶ Ad .iiij. dōm ꝙ licet chriſtus potuerit vitare mala futura ſm diuinitatꝫ virtutem erant tamē ineuitabilia vel nō defacili vitabilia ſꝫ īfirmitatē carnis

## ¶ Ad octauuꝫ ſic. ꝓceditur

Uidetur ꝙ in chriſto non fuerit admiratio. Dicit enī philoſophus in .i. metaphy. ꝙ admiratio cauſatur ex hoc qđ aliquis videt effectum ⁊ ignorat cauſam. ⁊ ſic admirari non eſt niſi ignorantis. ſed in chriſto non fuit ignorantia vt dictum eſt. ergo in chriſto non fuit admiratio. ¶ Prete. Damaſce. dicit in .iij. li. ꝙ admiratio eſt timor ex magna imaginatione. ⁊ ideo phūs dicit .iiij. ethi. ꝙ magnanimus non eſt admiratiuus. ſed chriſtus fuit maxime magnanimꝰ. ergo in chriſto non fuit admiratio. ¶ Pre. nullus admiratur de eo qđ ipſe facere poteſt. ſed chriſtus facere potuit quicquid magnū erat in rebus. ergo videtur ꝙ de nullo admirabatur. ¶ Sed contra eſt qđ Matth. viij. dicitur. audiens ſcilicet Jeſus verba Centuriōis miratus eſt. ¶ Rñ. dōm ꝙ admiratio eſt ꝓprie de aliq̄ nouo inſolito. in chriſto autem non poterat eſſe aliquod nouum vel inſolitum q̄ntum ad ſcientiam diuinam. nec etiam q̄ntum ad ſcientiam humanā qua cognoſcebat res in verbo. vel qua cognoſcebat res per ſpecies inditas. potuit tamen aliquid nouū ⁊ inſolitum eſſe ſibi ſm ſcientiā experimentalem. ſm quam ſibi poterāt quotidie aliqua noua occurrere. Et ideo ſi loquimꝰ de chriſto q̄ntum ad ſcientiam diuinam vel beatam vel etiam infuſam non fuit in chriſto admiratio. Si autem loquamur de eo q̄ntum ad ſcientiam expimentalē. ſic admiratio eſſe potuit ī eo. Et aſſumpſit hunc effectum ad noſtram inſtructionē. vt ſcilicet doceat eſſe mirandū qđ etiam ipſe mirabaṫ. Unñ Augu. dicit in .i. ſuper Gen̄. contra manicheū. qđ miraṫ dñs nobis mirandum eſſe ſignat. quibus ad hoc opus eſt ſic moueri. omnes ergo tales motus eius nō perturbati animi ſigna ſunt ſed docentis magiſterij. ¶ Ad .i. ergo dōꝫ ꝙ licet chriſtus nihil ignoret. poterat tamen de nouo aliquid occurrere expimentali eius ſcientie ex quo admiratio cauſaretur. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ chriſtus admirabaṫ de fide Centurionis. non ea ratione ꝙ eſſet magna q̄ntum ad ipſum. ſed quia erat magna q̄ntum ad alios. ¶ Ad .iij. dicendū ꝙ ipſe poterat facere oīa ſm virtutē diuinam ſm quam in eo admiratio non erat. ſed ſolum ſm humanam ſcientiam expimentalem vt dictum eſt.

## ¶ Ad nonuꝫ ſic procedītur

Uideṫ ꝙ ī chriſto non fuerit ira. Ira enī viri iuſticiā dei non operatur. vt dicitur Jaco. i. ſed quicquid fuit in chriſto ad iuſticiam dei pertinuit. ipſe enī factus eſt nobis iuſticia a dō vt dicitur .i. ad Corinth. i. ergo videtur ꝙ ī chriſto non fuerit ira. ¶ Prete. Ira manſuetudini opponiṫ. vt patet. iiij. ethi. ſed chriſtus maxime fuit manſuetus. ergo in chriſto non fuit ira. ¶ Prete. ſicut dicit Grego. v. moral. ira per vitium excecat mentis oculum. ira vo ꝑ zelum ipſum turbat. ſed in chriſto mentis oculus non fuit ira per vitiū neq̧ ira per zelum turbatꝰ. ergo in chriſto nō fuit ira per vitium neq̧ ira per zelum. ¶ Sed contra eſt quod Joh. ij. dicitur de eo eſſe impletū qđ in pſ legitur zelus domus tue comedit me. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut in .ij. parte dictum eſt. ira eſt effectus triſticie. ex triſticia enim alicui illata ꝯſequitur in eo circa ſenſitiuā partem appetitus repellendi illatam iniuriam. vel ſibi vel alijs. ⁊ ſic ira eſt paſſio compoſita ex triſticia ⁊ appetitu vindicte. dictū eſt autem ꝙ in chriſto triſticia eſſe potuit. appetitus autē vindicte quandoq̧ eſt cum peccato. quando ſcilicet aliquis vindictam querit ſibi abſq̧ ordine rationis. ⁊ ſic ira in chriſto eſſe non potuit. hec enī dicitur ira per vitiū. qñ vo talis appetitus eſt ſine peccato laudabilis eſt ira. puta cum aliquis appetit vindictaꝫ ſm ordinem iuſticie. ⁊ hec vocatur ira per zelum. Dicit enī Augu. ſuper Johan. ꝙ zelo domus dei comeditur qui oīa peruerſa que videt cupit emendare. ⁊ ſi emendare non poſſit tolerat ⁊ gemit. ⁊ talis ira fuit in chriſto. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ ſicut dicit Grego. v. moral. ira dupliciter ſe habet in hoīe quādoq̧ enī preuenit rationem ⁊ trahit eam ſecum ad opandum. et tunc ꝓprie ira dicitur operari. nam operatio attribuiṫ principali agenti. ⁊ ſm hoc intelligitur ꝙ ira viri iuſticiaꝫ dei non operatur. quandoq̧ ira ſequiṫ rationem ⁊ eſt q̄ſi inſtrumentū ipſius. ⁊ tunc operatio que eſt iuſticie nō attribuitur ire ſed rationi. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ira que trāſgreditur ordinem rationis manſuetudini opponiṫ. non autē ira que eſt moderata ⁊ in mediū reducta per rationē. naꝫ manſuetudo medium tenet in ira. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ī nobis ſm naturalem ordinem potentie anime mutuo ſe impediunt. ita ſcilicet ꝙ cum vnius potentie operatio fuerit intenſa alterius operatio debilitetur. ⁊ ex hoc ꝓcedit ꝙ motus ire etiam ſi ſit ſm rationem moderatus vtcūq̧ impedit oculum anime contemplantis. ſed in chriſto per moderationem diuine virtutis vnicuiq̧ potentie permittebaṫ agere quod erat ei ꝓprium. ita ꝙ vna potentia ex alia nō impediebaṫ. ⁊ ideo ſicut delectatio mentis contemplantis non impediebat triſticiam vel dolorem inferioris partis ita ſcilicet econuerſo paſſiones inferioris partis in nullo impediebant actum ratiōis.

## ¶ Ad decimuꝫ ſic procediṫ

Uidetur ꝙ chriſtus non fuerit ſimul viator ⁊ comp̄henſor. Uiatori enī competit moueri ad finem beatitudinis comp̄henſori autem competit in fine quieſcere. ſed nō poteſt ſimul eidem ꝯuenire qđ moueatur a fine ⁊ qđ quieſcat in fine. ergo non potuit ſimul eſſe ꝙ chriſtus eſſet viator ⁊ comp̄henſor. ¶ Prete. Moueri ad beatitudinē aut eam obtinere non competit hoī ſm corpꝰ ſed ſm animaꝫ. Unde Augꝰ. in epiſtola ad Dyoſcorꝫ dicit. ꝙ ad inferiorem naturam que eſt corpus redundat ab anima beatitudo que ꝓprie eſt fruentis ⁊ intelligentis. ſed chriſtus licet haberet corpus paſſibile tn̄ ſm mentē plene fruebaṫ deo non ergo chriſtus fuit viator ſed purus comp̄henſor. ¶ Prete. Sancti quorꝫ anime ſunt in celo ⁊ corpora in ſepulcris fruuntur quidē btītudine ſm animam. q̄uis eorꝫ corpora morti ſubiaceant. ⁊ tamen non dicunṫ viatores. ſed ſolum comp̄henſores. ergo pari ratiōe licet corpꝰ chriſti fuit mortale. quia tamen mens eius deo fruebaṫ. videtur ꝙ fuerit purus comp̄henſor ⁊ nullo modo viator. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Hiere. xiiij. quaſi colonus futurus es in terra. ⁊ quaſi viator declinanſ ad manendū ¶ Rñ. dōm ꝙ aliquis dicitur viator ex eo ꝙ tendit in btītudinem. comp̄henſor dicitur ex hoc qđ iam btītudinem obtinet. ſm illud .i. Corinth. ix. ſic currite vt comp̄hendatis. ⁊ .ij. ad Timoth. iij. ſequor autem. ſi quo modo comp̄hendam. hoīs autem beatitudo perfecta conſiſtit in anima ⁊ corpore. vt in .ij. parte habitum eſt. in anima quidē q̄ntum ad illud qđ eſt ei ꝓprium. ꝙ quidem mens videt et fruitur deo. in corpore vo ſm qđ corpus reſurget im

paſſibile ⁊ in virtute ⁊ in gloria ⁊ in corruptione. vt dicit i. Corinth. xv. chriſtus autem ante paſſionem ſm mentem plene videbat deum ⁊ ſic habebat btitudinem quantum ad illud quod eſt ꝓprium anime. ſed quantum ad alia deerat ei beatitudo. quia ⁊ anima eius erat paſſibilis ⁊ corpus paſſibile ⁊ mortale vt ex ſupra dictis patet. ⁊ ideo ſimul erat comprehenſor inquantum habebat btitudinem anime ꝓpriam. ⁊ ſimul viator inquantum tendebat in beatitudinē ſm illud quod ei de btitudine deerat. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ impoſſibile eſt moueri ad finem ⁊ quieſcere in fine ſm idem ſed ſm diuerſa nihil prohibet hoc. ſicut aliquis homo ē ſimul ſciens quantum ad ea que iam nouit. ⁊ addiſcens quantum ad ea que nondum nouit. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ beatitudo principaliter ⁊ ꝓprie ꝯſiſtit in anima ſm mentem. ſecundario tamen ⁊ quaſi inſtrumentaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. ſicut philoſophus dicit in .i. ethi. ꝙ exteriora bona organa ſunt ⁊ deſeruiunt btitudini. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ non eſt eadem ratio de animabus ſanctorum defunctorum ⁊ de chriſto ꝓpter duo. Primo quidem quia anime ſanctorum non ſunt paſſibiles ſicut fuit anima chriſti Secundo quia corpora non agunt aliquid per quod in btitudinem tendant. ſicut chriſtus ſm corporis paſſiones in beatitudinē tendebat quantum ad gloriam corporis.

¶ Queſtio XVI

# Deinde ꝯſiderandū

eſt de his que conſequuntur vnionem. Et primo quantum ad ea que conueniūt chriſto ſm ſe. 2° de his que conueniūt chriſto per comparationem ad patrē 3° de his que conueniūt chriſto quantum ad nos. ¶ Circa primum duplex ꝯſideratio occurrit. p° quidem de his que conueniunt chriſto ſm eſſe ⁊ fieri. 2° de his que conueniūt in chriſto ſm rationem vnitatis. ¶ Circa primū queruntur duodecim. p° vtrum hec ſit vera deus eſt homo. 2° vtrum hec ſit vera. homo eſt deus. 3° vtrum chriſtus poſſit dici homo diuinus. 4° vtrum ea que conueniūt filio hominis poſſunt predicari de filio dei ⁊ econuerſo. 5° vtrum ea que conueniūt filio hominis poſſunt predicari de diuina natura et de humana natura ⁊ de humana ea que conueniūt filio dei. 6° vtrum hec ſit vera. filius dei factus eſt homo. 7° vtrum hec ſit vera. homo factus eſt deus. 8° vtrum hec ſit vera. chriſtus eſt natura. 9° vtrum hec ſit vera iſte homo demōſtrato chriſto incepit eſſe vel fuerit ſemper. x° vtrum hec ſit vera chriſtus ſm ꝙ homo eſt creatura. xi° vtrum hec ſit vera chriſtus ſm quod homo eſt deus. 12° vtrum hec ſit vera chriſtus ſm ꝙ homo eſt hypoſtaſis vel perſona.

## Ad primū ſic proceditur

Uidetur ꝙ hec ſit falſa deus eſt homo. Omnis enim ꝓpoſitio affirmatiua in materia remota eſt falſa. quia forme ſignificate per ſubiectum ⁊ predicatum ſunt maxime diſtantes Cum ergo predicta ꝓpoſitio ſit affirmatiua videtur ꝙ ſit falſa. ¶ Preterea. Magis conueniūt tres perſone adinuicē quam humana natura ⁊ diuina. ſed in myſterio trinitatis vna perſona non predicatur de alia. non enim dicimus ꝙ pater ē filius. vel econuerſo. ergo videtur ꝙ nec humana natura poſſit de eo predicari. vt dicatur deus eſt homo. ¶ Preterea. Athanaſius dicit ꝙ ſicut anima ⁊ caro vnus eſt homo ita deus et homo vnus eſt chriſtus. ſed hec eſt falſa anima eſt corpus. ergo ⁊ hec deus eſt homo. ¶ Preterea. ſicut in prima parte habitum eſt quod predicatur de deo non relatiue ſed abſolute conuenit toti trinitati ⁊ ſingulis perſonis. ſed hoc nomen homo non eſt relatiuum ſed abſolutum. ſi ergo vere predicatur de deo ſequitur ꝙ tota trinitas ⁊ quelibet perſona eſt homo quod patet eſſe falſum. ¶ Sed contra eſt quod dicitur ad Philip. ij. qui cum in forma dei eſſet exinaniuit ſemetipſum. formam ſerui accipiens. in ſimilitudinē hominum factus ⁊ habitu inuentus vt homo. ⁊ ſic ille qui eſt in forma dei eſt homo. ſed ille qui eſt in forma dei ē deus. ergo deus eſt homo. ¶ Reſpondeo dicendum. ꝙ iſta ꝓpoſitio deus eſt homo ab omnibus chriſtianis conceditur. non tamen ab omnibus ſm eandem rationem. Quidam enim hanc ꝓpoſitionem concedunt non ſm ꝓpriam acceptionem terminorum. nam manichei verbum dei dicunt eſſe hominē nō quidem verum ſed ſimilitudinarium. inquantum dicunt filium dei corpus fantaſticū aſſumpſiſſe. vt ſic dicatur deus eſt homo ſicut cuprum ſignatum dicitur aurum. quia habet ſimilitudinē auri. Similiter etiam illi qui poſuerūt ꝙ in chriſto anima ⁊ corpus non fuerunt vnita non poſuerunt ꝙ deus ſit verus homo. ſed ꝙ dicatur homo figuratiue ratione partium. ſed vtraque harum opinionum improbata eſt. Alij vero econuerſo ponunt veritatem ex parte hominis. ſed negant veritatem ex parte dei. dicunt enim chriſtum qui eſt deus eſſe deum non naturaliter ſed participatiue ſcilicet per gratiam. ſicut etiam dicimus quod ſancti viri dicuntur dij. excellentius tamen chriſtus pre alijs ꝓpter gratiam abundantiorē. ⁊ ſm hoc cum dicitur deus eſt homo li deus non ſupponit verum ⁊ naturalem deum. ⁊ hec eſt hereſis fotini. que ſupra improbata eſt. Alij vero concedunt hanc ꝓpoſitionē cum veritate vtriuſque etiam ponentes chriſtum ⁊ verum deum eſſe ⁊ verum hominē. ſed tamen veritatem predicationis non ſaluant. dicunt enim ꝙ homo predicatur de deo per quandā ꝯiunctionē vel dignitatis vel auctoritatis vel etiam affectionis aut inhabitationis. Et ſic poſuit Neſtorius deū eſſe hominem. vt per hoc nihil aliud ſignificetur quam ꝙ deus eſt homini ꝯiunctus tali ꝯiunctione ꝙ homo inhabitetur a deo ⁊ vniatur ei ſm affectum et ſm participationē auctoritatis ⁊ honoris diuini. Et in ſimilem errorem incidunt qui ponunt duas hypoſtaſes vel duo ſuppoſita in chriſto. quia nō eſt poſſibile intelligi ꝙ duorum que ſunt ſm ſuppoſitum vel hypoſtaſim diſtincta vnum ꝓprie predicetur de alio. ſed ſolum ſm quandam figuratiuam locutionē inquantum in aliquo ꝯiunguntur. puta. ſi dicamus Petrum eſſe Iohannem quia habent aliquam ꝯiunctionē adinuicem ⁊ he etiam opiniones ſupra reprobate ſunt vnde ſupponendū eſt ſm veritatem catholice fidei. quia vera natura diuina vnita eſt cum vera natura humana. non ſolum in perſona ſed etiam in ſuppoſito vel hypoſtaſi. omnes enim dicunt eſſe veram hanc ꝓpoſitionem ⁊ ꝓpriam deus eſt homo non ſolum ꝓpter veritatem terminorum quia ſcilicet chriſtus eſt deus ⁊ verus homo. ſed etiam ꝓpter veritatem predicationis. nomen enim ſignificans naturam cōmunem in concreto poteſt ſupponere pro quolibet ꝯtentorum in natura cōmuni. ſicut hoc nomen homo poteſt ſupponere pro quolibet homine ſingulari. ita hoc nomen deus ex ipſo modo ſignificationis ſue poteſt ſupponere pro perſona filij dei. vt in prima parte habitum eſt de quolibet autem ſuppoſito alicuius nature poteſt vere et ꝓprie predicari nomen ſignificans illam naturam in concreto. ſicut de ſorte ⁊ platone ꝓprie ⁊ vere predicatur homo. quia ergo perſona filij dei pro qua ſupponit hoc nomen deus eſt ſuppoſitum humane nature vere ⁊ ꝓprie hoc nomen homo poteſt predicari de hoc nomine deus ſm ꝙ ſupponit pro perſona filij dei. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ quando

forme diuerſe non poſſunt ꝯuenire in vnum ſuppoſitum tunc oportet ꝙ ꝓpoſitio ſit in materia remota. cuius ſubiectum ſignificat vnam illarum formarum ⁊ predicatum aliam. ſed quando due forme poſſunt ꝯuenire in vnum ſuppoſitum non eſt materia remota ſed naturalis vel contingens. ſicut cum dico album eſt muſicum. natura autem diuina ⁊ humana quamuis ſunt maxime diſtantes tamē ſūt per incarnatiōis myſteriū in vno ſuppoſito cui neutra harum ineſt per accidens ſed ſm ſe. ⁊ ideo hec ꝓpoſitio deus eſt homo non eſt in materia remota neque in materia ꝯtingenti ſed in materia naturali. ⁊ predicatur homo de deo nō per accidens ſed per ſe ſicut de ſua hypoſtaſi. non quidem ratione forme ſignate per hoc nomen deus ſed ratiōe ſuppoſiti qḋ eſt hypoſtaſis humane nature. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ tres perſone diuine ꝯueniunt in natura diuina diſtinguuntur tamen in ſuppoſito. ⁊ ideo non predicantur de ſe inuicem. in myſterio autem incarnationis nature quidem quia diſtincte ſunt de ſe inuicem non predicantur ſm qḋ ſignificantur in abſtracto. non enī natura diuina eſt humana. ſed quia ꝯueniunt in ſuppoſito predicant̄ de ſe inuicem in concreto. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ anima ⁊ caro ſignificant̄ vt in abſtracto ſicut diuinitas ⁊ humanitas. in concreto vero dicuntur animatū ⁊ carneum ſiue corporeum. ſicut ex alia parte deus ⁊ homo. vnde vtrobique abſtractum non predicat̄ de abſtracto ſed ſolum concretum de ꝯcreto. ¶ Ad .iiij. dicendū ꝙ hoc nomen homo predicatur de deo ratiōe vnionis importate. que quidem vnio relationem importat. et ideo non ſequitur regulam eorum nominū que abſolute predicantur de deo ab eterno.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Videtur ꝙ hec ſit falſa homo eſt deus. Deus enī eſt nomen incōmunicabile. Sed Sap. xiiij. reprehendunt̄ idolatre de hoc qḋ illud nomen deus qḋ eſt incōmunicabile lapidib⁹ ⁊ lignis impoſuerūt. ergo pari ratione videtur eſſe incōueniens ꝙ hoc nomen deus predicetur de homine. ¶ Preterea. Quicquid predicat̄ de predicato predicatur de ſubiecto. ſed hec eſt vera deus eſt pater vel deus eſt trinitas. ſi ergo hec ſit vera homo eſt de⁹. videtur etiam ꝙ hec ſit vera homo eſt pater vel homo eſt trinitas. quas quidem patet eſſe falſas. ergo et prima. ¶ Preterea. in pſ. dicitur non erit in te deus recens. ſed homo eſt quoddam recens. non enī chriſtus ſemper fuit homo. ergo hec ē falſa homo eſt deus. ¶ Sed contra eſt qḋ dicitur Roma. ix. ex quibus eſt chriſtus ſm carnem. qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. ſed chriſtus ſm carnem eſt homo ergo hec eſt vera homo eſt deus. ¶ Rn̄. dicendū ꝙ ſuppoſita veritate vtriuſque nature diuine ſcilicet ⁊ hūane ⁊ vnione in perſona ⁊ hypoſtaſi hec eſt vera ⁊ ꝓpria homo ē de⁹ ſicut ⁊ iſta deus eſt homo. hoc enī nomē homo poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi humane nature. ⁊ ita poteſt ſupponere pro perſona filij dei quā dicimus eſſe hypoſtaſim humane nature. manifeſtum eſt autem ꝙ de perſona filij dei vere ⁊ ꝓprie predicatur hoc nomen deus vt in prima parte habitum eſt. vnde relinquitur ꝙ hec ſit vera et ꝓpria homo eſt deus. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ idolatre attribuebant nomen deitatis lapidibus ⁊ lignis ſm ꝙ in ſua natura ꝯſiderantur. quia putabant in illis aliquid numinis eſſe. nos autem non attribuimus naturam deitatis homini ſm hūanam naturam. ſed ſm ſuppoſitum eternū. qḋ eſt etiam per vnionem ſuppoſitum humane nature vt dictum eſt. ¶ Ad .ij. dicendū ꝙ hoc nomen pater predicat̄ de hoc nomine deus. ſm qḋ hoc nomen deus ſupponit pro perſona patris. ſic autem non predicatur de perſona filij. quia perſona filij non eſt perſona patris. ſic ⁊ per ꝯſequens nō oportet ꝙ hoc nomen pater predicetur de hoc nōie homo de quo predicatur hoc nomen deus inquantum ſcilicet homo ſupponit pro perſona filij. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ licet humana natura in chriſto ſit quoddam recens tamen ſuppoſitum humane nature non eſt recens ſed eternū. ⁊ quia hoc nomen deus non predicatur de homine ratiōe humane nature ſed ratione ſuppoſiti non ſequitur ꝙ ponam⁹ deū recentem. Sequeretur autem ſi poneremus ꝙ homo ſupponit ſuppoſitum creatum ſm ꝙ oportet dicere eos qui in chriſto ponūt duo ſuppoſita.

## Ad tertium ſic procedit

Videtur ꝙ chriſtus poteſt dici homo dn̄icus. Dicit enī Aug. in li. lxxxiij. q. monendū eſt vt illa bona expectentur que fuerunt in illo hoīe dn̄ico. loquitur autem de chriſto. ergo videtur ꝙ chriſtus ſit homo dn̄icus. ¶ Preterea. Sicut diuinū conuenit chriſto ratione diuine nature ita ⁊ hūanitas pertinet ad humanam naturam. ſed deus dicitur humanatus vt patet per Damaſ. in .iij. li. vbi dicit ꝙ hūanatio eſt cauſa ꝙ ad hominē copulationē demonſtrat. ergo pari ratione poteſt denoīatiue dici ꝙ homo iſte ſit dn̄icus. ¶ Preterea. Sicut dn̄icus denoīatiue dicitur a dn̄o ita diuinus dicitur denoīatiue a deo. ſed diabolus denoīat chriſtū diuiſſimū Jeſū. ergo pari ratione pōt dici ꝙ chriſtus ſit homo dn̄icus. ¶ Sed contra eſt qḋ Aug. dicit in li. retractationū. Non video vtrum recte dicatur homo dn̄icus Jeſus chriſtus cum ſit vtique dn̄s. ¶ Rn̄. dicendū ꝙ ſicut ſupra dictum eſt cum dicitur homo chriſtus Jeſus ſuppoſitum eternū deſignatur. qḋ eſt perſona filij dei, ꝓpter hoc qḋ vnū ſuppoſitum eſt vtriuſque nature. de perſona aūt filij dei predicatur deus ⁊ dn̄s eſſentialiter. ⁊ ideo non debet predicari denoīatiue. quia hoc derogat veritati vnionis. vnde cum dn̄icus dicatur denoīatiue a dn̄o non poteſt vere ⁊ ꝓprie dici ꝙ homo ille ſit dn̄icus ſed magis ꝙ ſit dn̄s. Si autem per hoc qḋ dicitur homo chriſtus Jeſus deſignaretur ſuppoſitum aliquod creatum ſm illos qui ponūt in chriſto duo ſuppoſita poſſet dici homo ille dn̄icus inquantum ſumitur ad ꝑticipationē honoris diuini ſicut neſtoriani poſuerunt. ⁊ hoc etiam modo humana natura non dicitur eſſentialiter dea ſed deificata. non quidem per ꝯuerſionem ipſius in diuinam naturam ſed per ꝯiunctionem ad diuinam naturam in vnā hypoſtaſim. vt patet per Damaſ. in .iij. li. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ Aug. illa verba ⁊ ſimilia recitat in .ij. retractationū. vbi poſt ꝓmiſſa verba libri retractationū ſubdit. vbicunque hoc dixi ſcilicet ꝙ chriſtus Jeſus ſit dn̄icus dixiſſe me nollem. poſtea quippe vidi non eſſe dicendū. quamuis nonnulla ratione poſſet defendi. quia ſcilicet poſſet aliquis dicere ꝙ dicitur homo dn̄icus ratione humane nature quā ſignificat hoc nomen homo. non autem ratione ſuppoſiti. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ illud vnū ſuppoſitum qḋ eſt diuine ⁊ humane nature. primo quidem fuit diuine nature ſcilicet ab eterno. poſtea autē ex tempore per incarnationē factum eſt ſuppoſitum hūane nature. ⁊ hac ratione dicitur humanatū. non quia aſſumpſerit hominem. ſed quia aſſumpſit humanam naturam non autem ſic eſt econuerſo. ꝙ ſuppoſitum humane nature aſſumpſerit diuinam naturā. vnde non poteſt dici homo deificatus vel dn̄icus. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ hoc nomē diuinus conſueuit predicari etiam de his de quibus ꝓdicat̄

eſſentialiť hoc nomen deus. dicimus enī ꝙ diuina eſſen-
tia eſt deus ratione identitaťꝫ. ⁊ ꝙ eſſentia eſt dei ſiue di-
uina ꝓpter diuerſum modum ſignificandi. ⁊ verbum di-
uinū cum tamen verbum ſit deus. ⁊ ſimiliter dicim⁹ per
ſonam diuinam ſicut ⁊ perſonam Platonis ꝓpter diuer-
ſum modum ſignificādi. Sed dñicus non diciť de his d̄
quibus dñs predicatur. non enī ꝯſueuit dici ꝙ aliq̄s ho-
mo qui eſt dñs dicatur dñicus. ſed illud qd̄ qualitercūq̄ꝫ
eſt dñi dñicū dicitur. ſicut dñica voluntas vel dñica ma
nus vel dñica paſſio. ⁊ ideo ipſe homo chriſtuſ qui eſt do
minus non poteſt dici dñicus. ſed poteſt dici caro eius do
minica caro ⁊ paſſio eius dñica paſſio.

## Ad quartuꝫ ſic procediť.

Videtur ꝙ ea que ſunt humane nature nō poſſunt dici d̄
deo. Impoſſibile eſt enī oppoſita de eodem predicari. ſed
ea que ſunt humane nature ſunt ꝯtraria his que ſunt pro
pria dei. deus enī eſt increatus īmutabilis ⁊ eternus. ad
humanā autem creaturam pertinet vt ſit creata tempalis
et mutabilis. non ergo ea que ſunt humane nature poſ-
ſunt dici de deo. Prete. Attribuere deo ea que ad defe-
ctum pertinent videtur derogari diuino honori ⁊ ad blaſ
phemiam pertinere. ſed ea que ſunt nature humane defe-
ctum quendam ꝯtinent. ſicut mori pati ⁊ alia huiuſmodi
ergo videtur ꝙ nullo modo ea que ſunt humane nature.
de deo dici poſſunt. Pre. Aſſumi ꝯuenit humane na-
ture non autem ꝯuenit deo. non ergo ea que ſunt huma-
ne nature de deo dici poſſunt. Sed contra eſt qd̄ Da-
maſ. dicit in. iij. li. ꝙ deus ſuſcepit ea que ſunt carnis idio-
mata. id eſt. ꝓprietates dum deus paſſibilis noīatur ⁊ de⁹
glorie crucifixus eſt. Rñ. dōm ꝙ de hac queſtione di-
uerſitas fuit inter neſtorianos ⁊ catholicos. Neſtoriani
enī voces que dicuntur de chriſto diuidere volebant hoc
modo. vt ea que pertinent ad humanam naturaꝫ non di-
cerentur de deo. nec ea que pertinent ad diuinā naturā di-
cerentur de hoīe. Unde Neſtorius dixit. ſi quis dei verbo
temptat paſſiones tribuere anathema ſit. ſi que vero noīa
ſunt que pertinent ad vtranq̄ꝫ naturam de talib⁹ predica-
bant ea que ſunt vtriuſq̄ꝫ nature. ſicut hoc nomen chriſt⁹
vel dñs. vnde ꝯcedebant chriſtum eſſe natuꝫ de virgine
non tamen ꝯcedebant vel deum natum de virgine. vel ho
minem ab eterno fuiſſe. Catholici vero poſuerunt huiuſ-
modi que dicuntur de chriſto ſiue ſm̄ diuinā naturā ſiue
ſm̄ humanam dici poſſe tam de deo q̄ꝫ de hoīe. vnde Cy
rillus dixit. Siquis duabus perſonis ſeu ſubſtantijs. id
eſt. hypoſtaſibus ea que in euangelicis ⁊ apoſtolicis ſunt
ꝯſcriptionib⁹ diuidit voces vel ea que de chriſto a ſanctiſ
dicuntur vel ab ipſo chriſto de ſemetipſo ⁊ aliquas qui-
dem ex his hoī applicandas crediderit aliquas ſolum ver
bo deputauerit anathema ſit. Et huiuſmodi eſt ratio. q2
cum ſit eadem hypoſtaſis vtriuſq̄ꝫ nature eadem hypo-
ſtaſis ſupponitur noī vtriuſq̄ꝫ nature. ſiue ergo dicať ho-
mo ſiue deus ſupponitur hypoſtaſis diuine ⁊ hūane na-
ture. ⁊ ideo de hoīe dici poſſunt ea que ſunt diuine natu
re. ⁊ de deo dici poſſunt ea que ſunt humane nature. Sci-
endum tamen ꝙ in ꝓpoſitione in qua aliquid de aliquo
predicatur non ſolum attenditur quid ſit illud de quo p̄-
dicatur predicatum. ſed etiam ſm̄ quid de illo predicetur
q̄uis ergo non diſtinguanť ea que predicantur de chri-
ſto. diſtinguunť tamen q̄ntum ad id ſm̄ qd̄ vtrunq̄ꝫ p̄-
dicatur. nam ea que ſunt diuine nature predicanť de chri
ſto ſm̄ naturam diuinam. ea autem que ſunt humane na-
ture predicantur de eo ſm̄ humanam naturaꝫ. vnde Au-
guſti. dicit in. i. de trini. diſtinguim⁹ qd̄ in ſcripturis ſo-
nat ſm̄ formā dei ⁊ qd̄ ſm̄ formaꝫ ſerui ⁊ infra quid ꝓpť
quid ⁊ ſm̄ quid dicatur prudens ⁊ diligens ⁊ pius lector
intelligit. Ad. i. ergo dōm ꝙ oppoſita predicari de eo-
dem ſm̄ idem eſt impoſſibile. ſed ſm̄ diuerſa nihil prohi-
bet. ⁊ hoc modo predicanť oppoſita de chriſto. nō ſm̄ idē
ſed ſm̄ diuerſas naturas. Ad. ij. dōm ꝙ ſi ea que ad de
fectum pertinent deo attribuanť ſm̄ diuinā naturā eſſet
blaſphemia quaſi pertinens ad diminutionē honoris ip
ſius. non autem pertinet ad dei iniuriam ſi attribuantur
ei ſm̄ naturam aſſumptam. Unde in quodam ſermone
epheſini concilij dicitur nihil putat deuſ iniuriā qd̄ eſt oc
caſio ſalutis hoībus. nihil enī abiectoꝝ que elegit ꝓpť noſ
iniuriam facit illi nature que non poteſt eſſe ſubiecta in-
iurijs. ꝓpria vero facit inferiora. vt ſaluet naturam noſtram
quando vero obiecta ⁊ vilia ſunt diuinā naturam non iniu
riant. ſed ſalutem hoībus operantur. quō dicis ea q̄ cau-
ſa noſtre ſalutis ſūt iniurie occaſioni dei fuiſſe. Ad. iij
dōm ꝙ aſſumi ꝯuenit humane nature non ratione ſuppo
ſiti ſed ratione ſuppoſitꝰ. ⁊ ideo non ꝯuenit deo.

## Ad quintum ſic procediť.

Videtur ꝙ ea que ſunt humane nature poſſunt dici de
diuina natura. Ea enī que ſunt humane nature predican
tur de filio dei ⁊ de deo. ſed deus eſt ſua natura. ergo ea
que ſunt humane nature poſſunt predicari de diuina na
tura. Pre. Caro pertinet ad naturam humanā. ſed ſi-
cut dicit Damaſ. in. iij. li. dicimus naturam verbi incar-
natam eſſe ſm̄ beatos Athanaſiū et Cyrillum. ergo vide
tur ꝙ pari ratione ea que ſunt humane nature poſſunt di
ci de diuina natura. Pret. Ea que ſunt diuine nature
ꝯueniunt humane nature in chriſto ſicut cognoſcere futu
ra. ⁊ habere ſaluiferam virtuteꝫ. ergo videtur ꝙ pari ra
tione ea que ſunt humane nature poſſunt dici de diuina
natura. Sed contra eſt quod Damaſ. dicit in. iij. li. di
uinitatem quidem dicentes non noīamus de ea que hūa
nitatis ideomata. id eſt. ꝓprietates. non enī dicimus dei-
tatem paſſibilem vel creabilem. deitas autem eſt diuina
natura. non ergo ea que ſunt humane nature poſſunt di-
ci de diuina natura. Rñ. dōm ꝙ ea que ſūt ꝓprie vni⁹
non poſſunt vere de aliquo predicari niſi d̄ eo. qd̄ eſt ideꝫ
illi. ſicut riſibile non ꝯuenit niſi ei qd̄ eſt homo. in myſte-
rio autem incarnationis non eſt eadem diuina natura et
humana. ſed eſt eadeꝫ hypoſtaſis. vtriuſq̄ꝫ nature. ⁊ ideo
ea que ſunt vnius nature non poſſunt de alia predicari ſꝫ
qd̄ in abſtracto ſignantur. noīa vero concreta ſupponūt hy
poſtaſim nature. ⁊ ideo indifferenť predicari poſſunt ea q̄
ad vtranq̄ꝫ naturaꝫ pertinent de noībus cōcretis. ſiue il-
lud nomen de quo dicunť det intelligere vtranq̄ꝫ natu-
ram ſicut hoc nomen chriſtus in quo intelligitur ⁊ diui-
nitas vngens ⁊ humanitas vncta. ſiue ſolum diuinā na-
turam ſicut hoc nomen deus vel filius dei. ſiue ſolam hu
manam naturam. ſicut hoc nomen homo vel Jeſus. Un
de Leo papa dicit in epiſtola ad paleſtinos. Non intereſt
ex qua chriſtus ſubſtantia noīetur cum inſeparabiliť manē
te vnitate perſone idem ſit ⁊ totus hoīs filiuſ ꝓpter carnē
et totus dei filius ꝓpter vnam cuꝫ patre diuinitatē. Ad
i. ergo dōm ꝙ in diuinis realiter eſt idem perſona cum na
tura. ⁊ ratione huius identitaťꝫ diuina natura predicať
de filio dei. non tamen eſt idem modus ſignificadi. ideo
quedam dicuntur de filio dei que non dicuntur de diuina

natura ſicut dicimus ꝙ filius dei eſt genitus. non tamen dicimus ꝙ diuina natura ſit genita. vt in prima parte habitum eſt. ⁊ ſimiliter in myſterio incarnatiõis dicim⁹ ꝙ filius dei eſt paſſus. non tamen dicimus ꝙ diuina natura ſit paſſa. Ad .ij. dicendum ꝙ incarnatio magis importat vnionem ad carnem quã carnis ꝓprietatem. vtraq; autem natura eſt vnita alteri in chriſto in perſona. ratione cuius vnionis ⁊ natura diuina dicitur incarnata ⁊ humana natura deificata vt ſupra dictũ eſt. Ad .iij. dicendum ꝙ ea que ſunt diuine nature dicunt̃ de humana natura non ſm ꝙ eſſentialiter competunt diuine nature. ſed ſm participatiue deriuantur ad humanã naturam. vnde ea que participari non poſſunt a natura humana ſicut eſſe increatũ aut oĩpotentem nullo modo de humana natura dicunt̃. diuina autem natura nihil ꝑticipatiue recipit ab humana natura. ⁊ ideo ea que ſunt humane nature nullo modo poſſunt dici de diuina natura.

## Ad ſextũ ſic procedítur

Uidetur ꝙ hec ſit falſa deus factus eſt homo. Cum enim homo ſignificat ſubſtantiã fieri hoĩem eſt fieri ſimplicit̃. ſed hec eſt falſa deus factus eſt ſimpliciter. ergo hec eſt falſa deus factus eſt homo. Pre. Fieri hoĩem eſt mutari ſed deus non poteſt eſſe ſubiectum mutationis ſm illud. Malach. iij. ego dñs ⁊ non mutor. ergo videtur ꝙ hec ſit falſa deus factus eſt homo. Pre. Homo ſm ꝙ de chriſto dicitur ſupponit ꝑſonam filij dei. ſed hec eſt falſa deus eſt factus perſona filij dei. ergo hec eſt falſa deus factus ẽ homo. Sed ↄtra. qđ dicitur Iohan. i. verbum caro factum eſt. ⁊ ſic Athanaſius dicit in epiſtola ad Epitethũ. ꝙ dicere verbum caro factum eſt. ſimile eſt ac ſi diceret̃. homo factus eſt. Rñ. dicendum ꝙ vnũquodq; dicitur eẽ factum illud qđ de nouo incipit predicari de ipſo. eſſe autẽ hominẽ vere predicatur de deo ſicut dictum eſt. ita tamẽ ꝙ non conuenit deo eſſe hominẽ ab eterno. ſed ex tempore per aſſumptionẽ humane nature. ⁊ ideo hec iſt vera deus factus eſt homo. diuerſimode tamẽ intelligit̃ a diuerſis. ſicut ⁊ hec deus eſt homo vt ſupradictum eſt. Ad .i. ergo dicendum ꝙ fieri hominẽ eſt fieri ſimpliciter in omnibus his in quibus humana natura incipit eſſe in ſuppoſito de nouo creato. Sed deus dicitur factus homo ex eo ꝙ humana natura incipit eſſe in ſuppoſito diuine nature ab eterno preexiſtente. ideo deum fieri hominẽ non eſt deum fieri ſimpliciter. Ad .ij. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt. fieri importat ꝙ aliquid predicetur de nouo de altero. vnde quandocunq; aliquid de nouo predicatur de altero cum mutatione eius de quo dicitur tunc fieri eſt mutari. ⁊ hoc ↄuenit omnibus que abſolute dicuntur non enĩ poteſt albedo vel nigredo de nouo aduenire alicui niſi per hoc qđ de nouo mutatur ad albedinẽ vel nigredinẽ. ea vero que relatiue dicuntur poſſunt de nouo predicari de aliquo abſq; eius mutatione. ſicut hõ de nouo fit dexter abſq; ſua mutatione per motum illius qui fit ei ſiniſter. vnde in talib⁹ non oportet omne qđ dicitur fieri eſſe mutatum. quia hoc poteſt accidere ꝑ mutationẽ alterius. ⁊ per hunc modum deo dicim⁹. dñe refugiũ factus es nobis. Eſſe aũt hoĩem ↄuenit deo ratione vnionis que ẽ relatio quedã. ⁊ ideo eẽ hoĩem predicat̃ de nouo de deo abſq; eius mutatiõe per mutationẽ nature hũane que aſſumit̃ in diuinã ꝑſonam. et ideo cum dicitur deus factus eſt homo non intelligitur aliqua mutatio ex parte dei. ſed ſolum ex parte hũane nature. Ad .iij. dicendum ꝙ homo ſupponit perſonam filij dei non nudam ſed prout ſubſiſtit ĩ humana natura. ⁊ q̃uis hec ſit falſa deus factus eſt perſona filij. eſt tamen hec vera deus factus eſt homo. ex eo ꝙ vnitus eſt humane nature.

## Ad ſeptimũ ſic ꝓcedítur

Uidetur ꝙ hec ſit vera homo factus eſt deus. Dicit̃ enĩ Roma. i. qđ ante promiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnem. ſed chriſtus ſm ꝙ homo eſt ex ſemĩe Dauid ſm carnem. ergo homo factus eſt filius dei. Pre. Aug. dicit in .i. de trini. talis erat illa ſuſceptio que deũ hoĩem faceret ⁊ hoĩem deũ. ſed ratione illius ſuſceptiõis hec eſt vera deus factus eſt homo. ergo ſimiliter hec eſt vera homo factus eſt deus. Pre. Grego. nazãzen⁹ dicit in epiſtola ad Elidomũ. Deus quidem hũanat⁹ eſt homo aũt deificatus vel quõlibet aliter noĩauerit. ſed deus ea ratione dicitur humanatus quia eſt homo factus. ergo homo ea ratione dicit̃ deificat⁹ quia eſt deus factus. ⁊ ita hec ẽ vera homo fact⁹ eſt deus. Pre. cũ dicit̃ deus factus eſt homo. ſubiectũ factiõis vel vnitionis non eſt deus ſed humana natura. quã ſignificat hoc nomẽ homo. ſed illud videtur eſſe ſubiectũ factionis cui factio attribuit̃. ergo hec magis eſt vera homo fact⁹ eſt deus. q̃ hec. deus fact⁹ eſt homo. Sed ↄtra eſt qđ dicit Damaſ. in .iij. li. nõ hominem deificatũ dicimus ſed deũ hũanatũ. idem autem eſt fieri deũ qđ deificari. ergo hec eſt falſa. homo factus ẽ deus. Rñ. dicendum ꝙ ꝓpoſitio iſta. homo fact⁹ eſt de⁹. tripliciter poteſt intelligi. Uno mõ ita ꝙ hoc participiũ factus determinet abſolute vel ſubiectũ vel ꝑdicatum. ⁊ in hoc ſenſu eſt falſa. q: neq; homo ille de quo prediat̃ eſt factus. neq; deus eſt factus. vt infra dicet̃. ⁊ ſub eodem ſenſu hec eſt falſa. deus factus eſt homo. ſed ſub hoc ſenſu non querit̃ hic de iſtis ꝓpoſitiõib⁹. Alio modo poteſt intelligi vt li fact⁹ determinet compoſitionẽ. vt ſit ſenſus. homo factus eſt deus. id eſt. factũ eſt. vt homo ſit deus. et ſub hoc ſenſu vtraq; eſt vera. ⁊ homo fact⁹ eſt deus. ⁊ deus fact⁹ eſt homo. ſed hic non eſt ꝓprius ſenſus harũ locutionũ. niſi forte intelligat̃ ꝙ li homo non habet ꝑſonalem ſuppoſitionẽ ſed ſimplicem. licet enĩ hic homo non ſit factus deus. q: hoc ſuppoſitũ perſona filij dei ab eterno fuit deus. tamen homo cõiter loquendo non ſemper fuit deus. Tertio mõ ꝓprie intelligit̃ ſm ꝙ hoc participiũ factus poſſit fieri circa hoĩem reſpectu ad deum ſicut ad terminũ factionis. ⁊ in hoc ſenſu ſuppoſito ꝙ in chriſto ſit eadem perſona ⁊ hypoſtaſis ⁊ ſuppoſitũ dei ⁊ hoĩs vt ſupra oſtenſum eſt. iſta ꝓpoſitio falſa eſt. quia cũ dicitur homo factus eſt deus. li homo habet ꝑſonalẽ ſuppoſitionẽ non enĩ eſſe deum verificat̃ de hoĩe ratione humane nature. ſed ratiõe ſui ſuppoſiti. ſuppoſitũ autem illud hũane nature de quo verificat̃ eſſe deum eſt idẽ qđ hypoſtaſis ſeu perſona filij dei. qui ſemper fuit deus. vnde non poteſt dici ꝙ iſte homo incipit eſſe deus. vel qđ fiat deus. aut qđ factus ſit deus. Si vero eſſet aliqua ꝑſona vel alia hypoſtaſis dei ⁊ hoĩs ita ꝙ eſſe deum predicaret̃ de hoĩe ⁊ ecõuerſo per quandam ↄiũctionem ſuppoſitorum vel dignitatis perſonalis vel affectionis vel inhabitatiõis vt neſtoriani dixerunt. tunc pari ratione poſſet dici ꝙ homo factus eſt deus. id eſt. ↄiunctus deo. ſicut ꝙ deus factus eſt homo id eſt. ↄiunctus hoĩ. Ad .i. ergo dicendum ꝙ in verbis illis apoſtoli hoc relatiuũ qui qđ refert pro perſona filij non debet intelligi ex parte predicati. quaſi aliquis exiſtẽs ex

ſemine dauid ſm̄ carnem ſit factus filius dei. in quo ſenſu obiectio procedebat. ſed debet intelligi ex parte ſubiecti vt ſit ſenſus. ꝙ filius dei factus. ſ. ad honorem patris vt gloſa exponit exiſtens ex ſemīe dauid ſm̄ carnem. ac ſi diceret filius dei habens carnem ex ſemine dauid ob honorem dei. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ verbum Augu. eſt intelligendū in illo ſenſu ſm̄ ꝙ ex illa ſuſceptione incarnationis factū eſt vt homo eſſet deus. ⁊ deus eſſet homo. ī quo ſenſu. ambe locutiones ſunt vere. vt dictum ē. Et ſimiliter dicendū eſt ad tertium. nam deificari idem eſt qđ fieri deum.

¶ Ad .iiij. dōm ꝙ terminus in ſubiecto poſitus tenet᷑ materialiter. i. pro ſuppoſito poſitus vero ꝑ predicato tenet᷑ formaliter. i. pro natura ſignata. ⁊ ideo cum dicitur homo factus eſt deus ipſum fieri non attribuit᷑ humane nature. ſed ſuppoſito humane nature quod eſt ab eterno deus. et ideo non conuenit ei fieri deum. cum aūt deus factus ē homo factio dicitur terminari ad ipſam humanam naturā ⁊ ideo ꝓprie loquendo hec eſt vera. deus factus eſt homo. ſed hec eſt falſa homo factus eſt deus. ſicut ſi ſortes cū prius fuerit homo poſtea factus eſt albus. demonſtrato ſorte hec eſt vera. hic homo hodie factus eſt albus. hec tñ eſt falſa hoc albū hodie factum eſt homo. Si tamen ex pte ſubiecti poneret᷑ aliquod nomē ſignificans naturā humanaꝫ in abſtracto poſſet hoc modo ſignificari vt ſubiectum factionis. puta ſi dicatur ꝙ natura humana facta eſt filius dei.

## Ad octauū ſic proceditur

Videt᷑ ꝙ hec ſit vera xp̄s eſt creatura. dicit enī Leo papa noua ⁊ inaudita conuentio. deus qui eſt ⁊ erat fit creatura. ſed illud poteſt predicari de xp̄o qđ filius dei factus ē ꝑ incarnationem. ergo hec ē vera chriſtus eſt creatura.

¶ Pre. ꝓprietates vtriuſqꝫ nature poſſunt predicari de hypoſtaſi communi vtriuſqꝫ nature quocunqꝫ nomīe ſignificet᷑ vt ſupra dictum eſt. ſed ꝓprietas hypoſtaſis humane nature eſt eſſe creaturam. ſicut proprietas diuine nature eſt eſſe creatorem. ergo vtrunqꝫ poteſt dici de xp̄o. ſ. ꝙ ſit creator. ¶ Pre. principalior ps hominis eſt anima ꝙ̄ corpus. ſed xp̄s ratione corporis qđ de virgine traxit dicit᷑ ſimplr̄ eſſe natus de virgine. ergo rōne anime que creata eſt a deo debet ſimpliciter dici ꝙ ſit creatura.

¶ Sed contra eſt qđ dicit Ambro. in li. de tri. nunquid dicto factus eſt xp̄s. nunquid mandato creatus eſt chriſtus quaſi diceret non. vnde ſubdit quō aūt creatura in deo eē poteſt. etenī deus nature ſimplicis eſt non coniuncte. ergo hec non eſt concedenda xp̄s eſt creatura. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut Hiero. dicit ex verbis inordinate prolatis incurrit᷑ hereſis. vnde cum hereticis nec nomina debemus habē cōmunia. ne eorum errori fauere videamur. arriani aūt heretici xp̄m dixerunt creaturam eſſe ⁊ patre minorem. nō ſolum ratione humane nature. ſed etiam ratione ꝑſone diuine. ⁊ ideo nō ē abſolute dicendum ꝙ chriſtus ſit creatura. vel minor patre. ſed cum determinatione. ſ. ſm̄ humanam naturam. ea vero de quibus ſuſpicari non poteſt ꝙ diuine ꝑſone conueniant ſm̄ ſeipſam poſſunt ſimpliciter dici de chriſto ratione humane nature. ſicut ſimplicit᷑ dicimus chriſtum eſſe paſſum mortuum ⁊ ſepultum. ſicut etiam in rebus corporalibus ⁊ humanis ea que in dubitationem venire non poſſunt an conueniant toti vel parti ſi inſunt alicui parti non attribuimus toti ſimpliciter. i. ſine determinatione. non enī dicimus ꝙ ethiops ſit albus. ſed ꝙ eſt albus ſm̄ dentes. dicimus autem abſqꝫ determinatione ꝙ eſt criſpus. quia hoc non poteſt ei conuenire niſi ſm̄ capillos. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ aliquando ſancti doctores cauſa breuitatis determinatione obmiſſa nomine creature vtuntur circa chriſtum. eſt tñ in eorum dictis ob intelligenda determinatio inꝗ̄tum homo.

Ad .ij. dōm ꝙ omnes proprietates humane ſicut ⁊ diuine poſſunt aliqualiter dici de chriſto. vnde ⁊ Dama. dicit. in .iij. li. ꝙ chriſtus qui deus ⁊ homo dicitur creabilis eſt ⁊ increabilis. ⁊ partibilis ⁊ impartibilis. ſed tamen illa que dubitationem habent circa alterutram naturam nō ſunt dicenda abſqꝫ determinatione. vnde ⁊ ipſe ſubdit poſtea alibi. ipſa vna hypoſtaſis ſcꝫ chriſti ⁊ increata eſt in deitate. ⁊ creata humanitate. Sicut ⁊ econuerſo non eēt dicendum ſine determinatione ꝙ chriſtus eſt incorporeus vel impaſſibilis. ad euitandum errorem manichei. q̄ poſuit chriſtum veruꝫ corpus non habuiſſe. nec vere paſſum eſſe. ſed dicendum eſt cum determinatione. ꝙ chriſtus ſm̄ deitatem eſt incorporeus ⁊ impaſſibilis. ¶ Ad iij. dōm ꝙ de natiuitate ex virgine nulla dubitatio eē poteſt ꝙ conuenit ꝑſone filij dei. ſicut poteſt eſſe de creatiōe Et ideo non eſt ſimilis ratio vtrobiqꝫ.

## Ad nonuꝫ ſic proceditur

Videt᷑ ꝙ ille homo demonſtrato xp̄o incepit eſſe. dicit enī Augu. ſuper Jo. Prius quā mūdus eſſet nec nos eramꝰ nec ipſe mediator dei ⁊ hominum homo xp̄s Jeſus. ſed illud qđ non ſemper fuit incepit eſſe. ergo ille homo demōſtrato xp̄o incepit eſſe. ¶ Pre. chriſtus incepit eſſe homo ſꝫ eē hoīeꝫ ē eſſe ſimplr̄. ergo ille hō īcepit eē ſimplr̄. ¶ Pre. hō īportat ſuppoſitū hūane nature. ſꝫ xp̄s non ſꝑ fuit ſuppoſitum humane nature. ergo homo ille incepit eſſe.

Sed contra eſt quod dicit᷑ ad Hebre. vl. ꝙ Jeſus xp̄us heri ⁊ hodie ipſe ⁊ in ſecula. ¶ Rñ. dōm ꝙ non eſt dicendum ꝙ ille homo demonſtrato xp̄o incepit eſſe. ſi nihil addatur duplici ratione. Primo quidem q2 locutio eſt ſimpliciter falſa ſm̄ ſententiam fidei chatolice. qua ponimꝰ in xp̄o vnum ſuppoſitum ⁊ vnam hypoſtaſim. ſicut ⁊ vnā ꝑſonam. ſm̄ hoc enī oportet ꝙ in hoc ꝙ dicitur iſte homo demonſtrato chriſto deſignet᷑ ſuppoſitum eternum. cuius eternitati repugnat incipere eſſe. vnde hec eſt falſa hic homo incepit eſſe. nec obſtat ꝙ incipere eſſe conuenit humane nature. que ſignificat᷑ ꝑ hoc nomen homo. q2 terminꝰ in ſubiecto poſitus non tenetur formaliter pro natura. ſꝫ magis materialiter pro ſuppoſito vt ſupra di[illegible]tum eſt. Scđo quia etiam ſi eſſet vera tamen non eſſe[illegible] vtendū abſqꝫ determinatione. ad euitandam hereſim arrij qui ſicut perſone filij dei attribuit ꝙ eſſet creatura et ꝙ eſſet minor patre ita attribuit ei ꝙ eſſe incepit. dicens ꝙ erat qñ non erat. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ auctoritas illa eſt intelligenda cum determinatione. vt ſic dicamus ꝙ homo Jeſus chriſtus non fuit anteqꝫ mundus eſſet ſm̄ humanitatem. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ cum hoc verbo incipit non ſequitur augmentum ab inferiori ad ſuperius. non enim ſequitur ꝙ hoc incepit eē albū. ergo incipit eſſe coloratum. et hoc ideo. quia incipere importat nunc eſſe et non prius. non autem ſequitur hoc non erat prius album. ergo non erat prius coloratum eſſe autem ſimpliciter eſt ſuperius ad eſſe hominem. vnde non ſequitur chriſtus incepit eſſe homo. ergo incepit eſſe. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ hoc nomen homo ſm̄ ꝙ accipitur pro chriſto licet ſignificet humanam naturā que incepit eſſe tñ ſupponit ſuppoſitum eternum.

quod eſſe non incepit. ⁊ ideo quia ſm ꝙ ponitur in ſubiecto tenet̄ pro ſuppoſito ſm aūt ꝙ ponit̄ in p̄dicato refert̄ ad naturam. ⁊ ideo hec eſt falſa homo incepit eſſe. ſed hec vera xp̄s incepit eſſe homo.

## Ad decimuꝫ ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ hec ſit falſa xp̄s ſm ꝙ homo eſt creatura vel incepit eſſe. nihil enī in xp̄o eſt creatum niſi humana natura. ſed hec eſt falſa xp̄s ſm ꝙ homo eſt humana natura. ergo etiā hec ē falſa xp̄s ſm ꝙ hō ē creatura. ¶ Pre. p̄dicatū magis p̄dicat̄ de termino in reduplicatione poſito ꝙ̄ de ſubiecto ꝓpoſitionis. ſicut ſi dicat̄ corpus ſm ꝙ coloratū eſt viſibile. ſequit̄ ꝙ coloratum ſit viſibile. ſed hec non ē abſolute ſicut dictum eſt concedenda homo xp̄s eſt creatura. ergo etiam nec̄ hic homo xp̄s ſm ꝙ homo eſt creatura. ¶ Pre. quicquid p̄dicat̄ de quocū̄ homine ſm ꝙ homo p̄dicat̄ de eo ꝑ ſe ⁊ ſimpliciter. idē enī eſt ꝑ ſe ⁊ ſm ꝙ ipſum. vt dicit̄ in. v. metha. ſed hec eſt falſa xp̄s ē ꝑ ſe ⁊ ſimpliciter creatura. ergo hec etiam eſt falſa xp̄s ſm ꝙ homo eſt creatura. ¶ Sed contra eſt omne qd̄ ē vel ē creator vel creatura. ſed hec eſt falſa xp̄s ſm ꝙ homo ē creator. ergo hec eſt vera xp̄s ſm ꝙ homo ē creatura. ¶ Rn̄. dōm ꝙ cum dicit̄ xp̄s ſm ꝙ homo hoc nomen homo pōt reſumi in reduplicatione vel ratione ſuppoſiti vel ratiōe nature. ſi quidem reſumat̄ ratione ſuppoſiti. cum ſuppoſitum humane nature in xp̄o ſit eternum ⁊ increatum hec erit falſa xp̄s ſm ꝙ homo eſt creatura. Si vero reſumat̄ ratione humane nature ſic eſt vera. quia ratione humane nature ſiue ſm humanam naturam conuenit ſibi eſſe creaturam vt ſupra dictum eſt. ¶ Sciendum tamē ꝙ nomen ſic reſumptum in reduplicatione magis ꝓprie tenet̄ pro natura ꝙ̄ pro ſuppoſito. reſumitur enim in vi p̄dicati. qd̄ tenet̄ formaliter. idem eſt enī dictum xp̄us ſm ꝙ homo ac ſi diceret̄ xp̄s ſm quod eſt. ⁊ ideo hec ē magis concedenda ꝙ̄ neganda. xp̄s ſm ꝙ homo eſt creatura ſi tamen adderetur aliquid per quod cōtraheretur ad ſuppoſitum eſſet propoſitio magis neganda ꝙ̄ concedenda. puta ſi diceretur xp̄s ſm ꝙ hic homo eſt creatura. ¶ Ad. i ergo dōm ꝙ licet xp̄s non ſit humana natura. eſt tamen habens humanam naturam. nomen aūt creature natum eſt p̄dicari non ſolum de abſtractis ſed etiam de concretis. dicimus enī ꝙ humanitas eſt creatura. ⁊ ꝙ homo ē creatura. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ li homo ſm ꝙ ponit̄ in ſubiecto magis reſpicit ſuppoſitum. ſm autem ꝙ ponitur in reduplicatione magis reſpicit naturam. vt dictum eſt ⁊ quia natura eſt creata. ſuppoſitum vero increatum. ideo licet non concedat̄ iſta ſimpliciter iſte homo ē creatura cōcedit̄ tamen iſta xp̄s ſm ꝙ homo eſt creatura. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ cuilibet homini qui eſt ſuppoſitum ſoli⁹ humane nature competit ꝙ non habeat eſſe niſi ſm humanam naturam. ⁊ ideo de quolibet tali ſuppoſito ſequitur ſi ſm ꝙ eſt homo ē creatura ꝙ ſit creatura ſimpliciter. ſed xp̄s non ſolum eſt ſuppoſitum humane nature. ſed etiam diuine. ſm quā habet eſſe increatum. ⁊ ideo nō ſequit̄ ſi ſcdm ꝙ homo ē creatura ꝙ ſimpliciter ſit creatura.

## Ad vndecimū ſic ꝓcedit̄.

Videtur ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo ē deus. xp̄s enim ē deus per gratiam vnionis ſed xp̄s ſm ꝙ homo habet gratiam vnionis. ergo chriſtus ſm ꝙ homo eſt deus. ¶ Pre. dimittere peccata eſt proprium dei. ſm illud Eſa. liij. ego ipſe ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. ſed chriſtus ſm ꝙ homo dimittit peccata. ſm illud Math. ix. vt aūt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. ⁊c. ergo chriſtus ſm ꝙ homo ē deus. ¶ Pre. xp̄s non eſt homo communis ſed eſt iſte homo ꝑticularis ſed xp̄s ſm ꝙ eſt iſte homo ē deus. quia in iſto homine deſignatur ſuppoſitum eternum. qd̄ naturaliter ē deus. ergo xp̄s ſm ꝙ homo eſt deus. ¶ Sed contra illud qd̄ conuenit xp̄o ſm ꝙ homo conuenit cuilibet homini. ſi ergo xp̄s ſm ꝙ homo eſt deus ſequitur ꝙ omnis homo ſit deus. qd̄ patet eſſe falſum. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ille termin⁹ homo in reduplicatione poſitus poteſt dupliciter accipi. Uno modo ꝙ̄tum ad naturam. ⁊ ſic non eſt verum ꝙ ſm ꝙ homo ſit deus. quia humana natura eſt diſtincta a diuina. ſm differentiam nature. Alio modo poteſt accipi ratione ſuppoſiti. ⁊ ſic cum ſuppoſitum nature humane in chriſto ſit perſona filij dei cui per ſe conuenit eſſe deum verum eſt ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo ſit deus. Quia tamen terminus in reduplicatione poſitus magis ꝓprie tenetur ꝓ natura ꝙ̄ pro ſuppoſito vt ſupra dictum eſt. ⁊ ideo magis ē iſta neganda xp̄s ſm ꝙ homo eſt deus ꝙ̄ ſit affirmanda. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ non ſm idem conuenit alicui moueri ad aliud ⁊ eſſe illud. nam moueri conuenit alicui ratione materie vel ſubiecti. eſſe aūt in actu ratione forme. ⁊ ſimiliter non ſm ideꝫ conuenit xp̄o ordinari ad hoc ꝙ ſit deus per gratiam vnionis ⁊ eſſe deum. ſed conuenit primum ſibi ſm humanam naturam. ſecundum vero ſm diuinam naturam. ⁊ ideo hec eſt vera xp̄s ſm ꝙ homo habet gratiam vnionis. non tamē iſta chriſtus ſm ꝙ homo eſt deus. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ filius hominis habet in terra poteſtatem dimittendi peccata. non virtute humane nature ſed diuine. in qua quidem natura diuina conſiſtit poteſtas dimittendi peccata ꝑ auctoritatem. in hūana autem natura conſiſtit inſtrumentaliter ⁊ ꝑ miſterium vnde Chriſo. ſuper Mattheum exponens hoc dicit. ſignāter dixit in terra dimittendi peccata. vt oſtenderet ꝙ humane nature poteſtatem diuinitati vniuit indiuiſibili vnione. quia ⁊ ſi factus eſt homo tamen dei verbum permanſit. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ cum dicitur iſte homo hoc pronomen demonſtratiuū trahit hoc nomen homo ad ſuppoſitum. ⁊ ideo magis eſt hec vera xp̄s ſm ꝙ ille homo eſt deus ꝙ̄ iſta chriſtus ſm ꝙ homo ē deus.

## Ad duodecimū ſic ꝓcedit̄

Videtur ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo ſit hypoſtaſis vel perſona. illud quod cuilibet homini cōuenit conuenit chriſto ſm ꝙ homo. eſt enim alijs hominibus ſimilis. ſm illud Phil. ij. in ſimilitudinem hominum factus eſt. ſed omnis homo eſt perſona. ergo chriſtus ſm ꝙ homo eſt perſona. ¶ Preterea chriſtus ſm ꝙ homo eſt ſubſtantia rationalis nature. non autem ſubſtantia vniuerſalis. ergo ſubſtantia indiuidua. ſed nihil aliud eſt perſona ꝙ̄ rationalis nature indiuidua ſubſtantia. vt dicit Boetius in libro de duabus naturis. ergo chriſtus ſm ꝙ homo eſt perſona. ¶ Preterea chriſtus ſm ꝙ homo eſt res humane nature. et ſuppoſitum et hypoſtaſis eiuſdem nature. ſed omnis hypoſtaſis ⁊ ſuppoſitum ⁊ res humane nature eſt perſona. ergo chriſtus ſm ꝙ homo eſt perſona. ¶ Sed contra eſt chriſtus ſm ꝙ homo non eſt perſona eterna. ſi ergo ſm ꝙ homo eſt perſona ſequit̄ ꝙ in chriſto ſint due perſone. vna temporalis ⁊ alia eterna. quod eſt erroneum. vt ſupra dictum eſt. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ille terminus homo in reduplicatione poſitus

poteſt accipi vel ratione ſuppoſiti vel ratione nature. cum
ergo dicitur chriſtus ſm ꝙ homo eſt pſona ſi accipitur
ratione ſuppoſiti manifeſtum eſt ꝙ xp̄s ſm ꝙ homo eſt
pſona. q2 ſuppoſitum humane nature nihil aliud eſt ꝙ̄ p
ſona filij dei. Si aūt accipiaꝛ rōne nature. ſic pōt intelligi
dupliciter. Uno modo ꝙ intelligaꝛ ꝙ nature humane cō
petat eſſe in aliqua pſona. ⁊ hoc etiā modo verū eſt. oīne
enī qḋ ſubſiſtit in humana natura eſt pſona. Alio modo
pōt intelligi vt nature humane in xp̄o propria pſonalitaſ
debeatur. cauſata ex principijs humane nature. ⁊ ſic xp̄us
ſm ꝙ hō nō eſt pſōa. quia humana natura nō eſt p ſe ſe
orſum exiſtens a diuina natura. qḋ requiriꝛ ratiōe pſone
Ad. i. ergo dōm ꝙ omni homini ꝯuenit eſſe pſona
ſm ꝙ omne ſubſiſtens in natura humana eſt pſona. ſed
hoc eſt proprium homini xp̄o ꝙ perſona ſubſiſtens in hu-
mana natura eius. nō ſit cauſata ex principijs humane na
ture ſed ſit eterna ⁊ ideo vno modo eſt pſona ſm ꝙ homo
alio modo non ſicut dictum eſt. Ad. ij. dōm ꝙ ſubſtātia
indiuidua que poniꝛ in diffinitione pſone importat ſub-
ſtantiam completam. p ſe ſubſiſtentem ſepatim ab alijs
alioquin manus hominis poſſet dici pſona. cum ſit ſub-
ſtantia quedam indiuidua. q2 tamen eſt ſubſtantia indi-
uidua ſicut in alio exiſtens non pōt dici pſona ⁊ eadē ra-
tione nec natura humana in xp̄o. que tamen poteſt dici ī
diuiduum vel ſingulare quoddaꝫ. Ad. iij. dōm ꝙ ſicut
pſona ſignificat qḋ completum ⁊ per ſe ſubſiſtens in natu
ra rationali, ita hypoſtaſis ⁊ ſuppoſitum ⁊ res humāe na
ture in genere ſubſtantie ſignificant quoddam p ſe ſubſi-
ſtens. vnde ſicut humana natura non eſt p ſe ſeorſum a p
ſona filij ita etiam non eſt p ſe hypoſtaſis vel ſuppoſitum
vel res humane nature. ⁊ ideo in ſenſu in quo negaꝛ iſta
xp̄s ſm ꝙ homo eſt perſona oportet ⁊ negari omnes alias

Queſtio XVII

# DEinde ꝯſiderādum

eſt de his que pertinent ad vnitatem in xp̄o ī
communi. nam de his que pertinent ad vnita
tem vel pluralitatem in ſpeciali ſuis locis determinanduꝫ
eſt ſicut ſupra determinatum eſt ꝙ in chriſto non eſt tan-
tum vna ſcientia. ⁊ infra determinabitur ꝙ in xp̄o vna tā
tum eſt natiuitas. Conſiderandum eſt ergo. Primo
de vnitate xp̄i ꝙ̄tum ad eſſe. Sc̄do ꝙ̄tum ad velle. Ter-
tio ꝙ̄tum ad operari. Circa primum queruntur duo. Pri-
mo vtrum xp̄s ſit vnum vel duo. Sc̄do vtrum in xp̄o ſit
tantum vnum eſſe.

## Ad primū ſic proceditur.

Uideꝛ ꝙ xp̄s non ſit vnum ſed duo. dicit enī Augu in. i.
de tri. ꝙ forma dei accepit formam ſerui. vtrunqꝫ deus p
pter accipientē deum. vtrunqꝫ hō ꝓpter accipientem ho
minem. ſed vtrunqꝫ dici non pōt vbi non ſunt duo. ergo
xp̄s eſt duo. Pre. vbicūqꝫ eſt aliud ⁊ aliud ibi ſūt duo
ſed chriſtus eſt aliud ⁊ aliud. dicit enim Augu. in enche
ridion. cum in forma dei eſſet formā ſerui accepit. vtrūqꝫ
vnus. ſed aliud ꝓpter verbū. ⁊ aliud ꝓpter hoīem. ḡ xp̄s eſt
duo. Pre. xp̄s non eſt tm̄ hō. quia ſi purus hō eſſet ñ
eēt deus. ergo eſt aliquid aliud ꝙ̄ homo. ⁊ ita in xp̄o eſt
aliud ⁊ aliud. ergo xp̄s eſt duo. Pre. xp̄s eſt aliquid qḋ
eſt pater. ⁊ eſt aliquod qḋ non eſt pater. ergo chriſtus eſt
aliquid ⁊ aliquid. ergo chriſtus eſt duo. Pre. ſicut in
myſterio trinitatis ſunt tres perſone in vna natura. ita in
myſterio incarnationis ſunt due nature in vna perſona. ſꝫ
propter vnitatem nature non obſtante diſtinctione perſo
ne pater ⁊ filius ſunt vnum. ſm illud Jo. x. Ego et pater
vnum ſumus. ergo non obſtante vnitate perſone propter
dualitatem naturarum chriſtus eſt duo. Prete. philo
ſophus dicit. in. iij. phiſicorum. ꝙ vnum ⁊ duo denomina
tiue dicuntur. ſed chriſtus habet dualitatem naturarum.
ergo chriſtus eſt duo. Prete. ſicut forma accidentalis
facit alterum. ita forma ſubſtantialis aliud. vt porphiri-
us dicit. ſed in chriſto ſunt due nature ſubſtantiales. hu-
mana ſcilicet ⁊ diuina. ergo chriſtus eſt aliud ⁊ aliud. er
go eſt duo. Sed contra eſt quod boetius dicit in libro
de duabus naturis. omne quod eſt inꝙ̄tum eſt vnum eſt
ſed chriſtum eſſe confitemur. ergo chriſtus eſt vnum.

Reſponſio dicendum ꝙ natura ſm ſe conſiderata prout
in abſtracto ſignificatur non poteſt vere predicari de ſup
poſito ſeu perſona. niſi in deo. in quo non differt quod ē
et quo eſt. vt in prima parte habitum eſt. in chriſto auteꝫ
cum ſint due nature. diuina ſcilicet ⁊ humana altera eorū
ſcilicet diuina poteſt de deo predicari. et in abſtracto ⁊ in
concreto. dicimus enim ꝙ filius dei qui ſupponitur in hoc
nomine chriſtus eſt diuina natura. et eſt deus. ſed huma-
na natura non poteſt predicari de chriſto ſm ſe in abſtra-
cto. ſed ſolum in concreto. prout ſcilicet ſignificatur in ſup
poſito. non enim poteſt vere dici ꝙ chriſtus ſit humana
natura. quia natura humana non ē nata predicari de ſuo
ſuppoſito. dicitur autē ꝙ chriſtus eſt homo. ſicut ⁊ ꝙ chri
ſtus eſt deus. Deus autem ſignificat deitatem habentem
⁊ homo ſignificat habentem humanitatem. aliter tamen
habens humanitatem ſignificatur per hoc nomen homo.
⁊ aliter per hoc nomen Jeſus vel petrus. nam hoc nomē
homo importat habentem humanitatem indiſtincte. ſicut
⁊ hoc nomen deus indiſtincte importat habentem deitatē
hoc tamen nomen Petrus vel Jeſus importat diſtincte
habentem humanitatem. ſcilicet ſub determinatis ⁊ indi
uidualibus proprietatibus. ſicut ⁊ hoc nomen filius dei
importat habentem deitatem ſub determinata proprieta-
te perſonali. Numerus autem dualitatis in xp̄o ponitur
circa ipſas naturas. ⁊ ideo ſi ambe nature in abſtracto pre
dicarentur de xp̄o ſequeretur ꝙ xp̄s eſſet duo. ſed quia due
nature non predicantur de xp̄o niſi prout ſignificantur ī
ſuppoſito. oportet ſm rationem ſuppoſiti predicari de xp̄o
vnum vel duo. Quidam aūt poſuerunt in xp̄o duo ſup-
poſita ſed vnam perſonam. que quidem videtur ſe habe-
re ſm eorum opinionem tanqꝫ ſuppoſitum completum vl
tima completione ⁊ ideo quia ponebant in xp̄o duo ſuppo
ſita dicebant eſſe xp̄m duo neutraliter. ſed quia ponebāt
vnam perſonam dicebant xp̄m eſſe vnum in maſculino
nam neutrum genus ſignificat quoddam informe ⁊ im-
perfectum. genus aūt maſculinum ſignificat quoddā for
matum ⁊ perfectū. neſtoriani autem ponentes in chriſto
duas pſonas. dicebāt xp̄m nō ſolū eſſe duo neutralr̄. ſed
etiā duos maſculine. Quia vo nos ponim⁹ in xp̄o vnaꝫ
pſonā ⁊ vnū ſuppoſitū vt ex p̄dictis pꝫ. ſequiꝛ ꝙ dicam⁹
ꝙ ñ ſolū xp̄s ē vn⁹ maſculine ſꝫ etiā vnū neutralr̄. Ad
i. ḡ dōm ꝙ verbum illud Augu. nō eſt ſic intelligendū ꝙ
li vtrūqꝫ teneaꝛ ex pte p̄dicati. quaſi diceret ꝙ xp̄s ſit vtrū
qꝫ ſed teneꝛ ex pte ſubiecti. ⁊ tunc li vtrunqꝫ teneꝛ nō qua
ſi pro duobus ſuppoſitis ſed pro duobus nominibus ſi-
gnificantibus duas naturas in concreto. poſſum enī dice
re ꝙ vtrunqꝫ ſcꝫ deus ⁊ homo ē deus. propter accipien-
tem deum. ⁊ vtrunqꝫ ſcꝫ deus ⁊ homo ē homo. propter
accipientem hominem. Ad ſecundum dicendum ꝙ

cum dicitur chriſtus eſt aliud ⁊ aliud locutio eſt exponē/
da vt ſit ſenſus hñs aliā ⁊ aliā naturam. ⁊ hoc mō expo/
nit Augu. in libro contra felicianum. vbi cum dixiſſet in
mediatore dei ⁊ hominum aliud dei filius aliud hominis
filius. ſubdit aliud inꝗ̃ ꝓ diſcretione ſubſtantie. non au
tem ꝓ vnitatem pſone. Et Grego. nazanzenus in epiſto
la ad elidonum. ſi oportet compendioſe dicere aliud quid
⁊ aliud ea ex quibꝰ ſaluator eſt. ſiquidē non idem eſt inui
ſibile viſibili. ⁊ ꝙ abſqꝫ tpe ei qđ ſub tpe. non aũt aliud ⁊
alius abſit. hec enī ambo vnum. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ hec eſt
falſa. xp̄s eſt tm̄ homo. quia non excludit aliud ſuppoſitū
ſed aliam naturā. eo ꝙ termini in predicato poſiti tenenť
formaliter. ſi vero adderetur quid ꝑ qđ traheretur ad ſuppoſi/
tum eſſet vera locutio. puta xp̄s eſt tantum id qđ eſt ho/
mo. non tamen ſequeretur ꝙ ſit aliquid aliud ꝗ̃ homo. qa
li aliud cum ſit relatiuū diuerſitatis ſubſtantie ꝓprie re/
ferretur ad ſuppoſitum. ſicut ⁊ oīa relatiua facientia pſona/
lem relationē. ſequitur aũt. ergo habet aliam naturā. ¶ Ad
iiij. dđm ꝙ cum dicitur xp̄s eſt aliquid qđ eſt pater li aliqd
tenetur pro natura diuina que etiam in abſtracto ꝑdicatur
de patre ⁊ filio. ſed cum dicitur chriſtus eſt aliquid qđ non
eſt pater. li aliquid non tenetur pro ipa natura humana ſm
qđ ſignificatur in abſtracto ſed ſm ꝙ ſignificatur in cōcreto. ñ
qdē ſm ſuppoſitū diſtinctū. ſꝫ ſm ſuppoſitū idiſtinctū. ꝑ
ut. ſ. ſubſtat nate. ñ aũt ꝓprietatibꝰ īdiuiduātibꝰ. ⁊ iō nō
ſequitur ꝙ chriſtus ſit aliud ⁊ aliud. vel ꝙ ſit duo. qꝛ ſuppo/
ſitum humane nature in chriſto qđ eſt perſona filij dei ñ
ponit in numerum cum natura diuina que predicatur đ pa
tre ⁊ filio. ¶ Ad. v. dđm ꝙ in myſterio diuine trinitatis
natura diuina predicatur in abſtracto de tribus pſonis. ⁊ iō
ſimplr̄ poteſt dici ꝙ tres pſone ſint vnum. ſed in miſterio
incarnationis non predicantur ambe nature in abſtracto de
chriſto. ⁊ ideo non poteſt ſimpliciter dici ꝙ chriſtꝰ ſit duo
¶ Ad. vi. dđm ꝙ duo dicitur quaſi habens dualitatem. nō
quidem in aliquo alio. ſed in ipſo de quo predicatur. fit
aũt predicatio de ſuppoſito qđ importatur ꝑ hoc nomē chri/
ſtus. ꝗ̃uis ergo xp̄s habeat dualitatem naturarum qꝛ ta
men non habet dualitatem ſuppoſitorum non poteſt dici
eſſe duo. ¶ Ad. vij. dđm ꝙ ꝙ alterum importat diuerſi/
tatem accidentis. ⁊ ideo diuerſitas accidentis ſufficit ad
hoc ꝙ aliquid ſimpliciter alterum dicatur. ſed aliud impor/
tat diuerſitatem ſubſtantie. ſubſtantia aũt dicitur non ſolū
natura ſed etiam ſuppoſitum. vt dicitur in. v. metha. ⁊ iō
diuerſitas nature non ſufficit ad hoc ꝙ aliquid ſimplr̄ di
catur aliud. niſi ſit diuerſitas ſm ſuppoſitum. ſed diuerſi
tas nature facit aliud ſm quid. id eſt ſm naturam. ſi non
aſſit diuerſitas ſuppoſiti.

## ¶ Ad ſecunduꝫ ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ in chriſto non ſit tantum vnum eſſe ſed duo. di
cit enī Dama. in. iij. li. ꝙ ea que conſequuntur naturam in
chriſto duplicantur. ſed eſſe conſequitur naturaꝫ. eſſe enī
eſt a forma. ergo in chriſto ſunt duo eſſe. ¶ Pre. eſſe filij
dei eſt ipſa diuina natura. ⁊ eſt eternum. eſſe aũt hominis
chriſti non eſt diuina natura. ſed eſt eſſe temporale. ergo in
chriſto nō eſt tm̄ vnuꝫ eſſe. ¶ Pre. in trinitate ꝗ̃uis ſint
tres pſone eſt tamen vnum eſſe. propter vnitatem nature
ſed in chriſto ſunt due nature. ꝗ̃uis ſit vna pſona. ergo in
chriſto non eſt tantum vnum eſſe ſed duo. ¶ Pre. in chri
ſto anima dat aliquod eſſe corpori. cum ſit forma eius. ſꝫ
non dat ſibi eſſe diuinum cum ſit increatum. ergo in chri
ſto eſt aliquod eſſe preter eſſe diuinum ⁊ ſic in chriſto nō
eſt tantum vnum eſſe. ¶ Sed contra eſt vnumquodqꝫ
ſm ꝙ dicitur ens dicitur vnum. qꝛ vnum ⁊ ens conuer/
tuntur. ſi ergo in chriſto duo eſſent eē ⁊ non tantum vnū
chriſtus eſſet duo ⁊ non vnum. ¶ Rñ. dđ ꝙ quia ī chri/
ſto ſunt due nature ⁊ vna hypoſtaſis neceſſe eſt ꝙ ea que
ad naturaꝫ ꝑtinent in chriſto ſunt duo. que aũt ꝑtinent
ad hypoſtaſim in chriſto ſint vnum tantum. eſſe auteꝫ ꝑ
tinet ad hypoſtaſim ⁊ ad naturam. ad hypoſtaſim quideꝫ
ſicut ad id qđ habet eſſe. ad naturam aũt ſicut ad id quo a/
liquid habet eſſe. natura enī ſignificatur ꝑ moduꝫ forme
que dicitur ens. ex eo qꝛ ea aliquid eſt. ſicut albedine eſt
aliquid album. ⁊ humanitate eſt aliquis homo. Eſt aũt
conſiderandum ꝙ ſi aliqua forma aut natura eſt que non
pertinet ad eſſe pſonale hypoſtaſis ſubſiſtentis illud eſſe
non dicitur eē illius perſone ſimpliciter ſed ſm quid. ſicut
eſſe album eſt eſſe ſortis. non inꝗ̃tum eſt ſortes. ſed inꝗ̃/
tum eſt album. ⁊ hmōi eſſe nihil prohibet multiplicari in
vna hypoſtaſi vel pſona. aliud enī eſt eſſe quo ſortes eſt
albus ⁊ qui ſortes eſt muſicus. ſed illud eſſe qđ pertinet
ad ipſam hypoſtaſim vel perſonam. ſm ſe impoſſibile eſt
in vna hypoſtaſi vel pſona multiplicari. qꝛ impoſſibile ē
ꝙ vnius rei non ſit vnum eſſe. ſi ergo humana natura ad
ueniret filio dei non hypoſtatice vel pſonaliter ſed accidē
taliter. ſicut quidam poſuerunt. oporteret ponere in chri/
ſto duo eſſe. vnum quidem ſm quod eſt deus. aliud
aũt ſm ꝙ eſt homo. ſicut in ſorte ponitur eſſe aliquid ſm ꝙ
eſt album. ⁊ aliud ſm ꝙ eſt hō. qꝛ eſſe album non ꝑtinet
ad ipm̄ eſſe pſonale ſortis. eſſe aũt capitatum ⁊ eſſe corpo/
reum ⁊ eſſe animatum totum ꝑtinet ad vnam pſonaꝫ ſor
tis. ⁊ ideo ex oībus his non fit niſi vnum eſſe in ſorte. ⁊ ſi
contingeret ꝙ poſt conſtitutionē pſone ſortis aduenirent
ſibi manus vel pedes vel oculi ſicut accidit in ceco nato ex
his non accreſceret ſorti aliquid eſſe. ſed ſoluꝫ relatio que
dam ad huiuſmodi. qꝛ ſortes diceretur eē non ſolum ſm ea
q̄ priꝰ hēbat ſꝫ etiā ſm ea q̄ ſibi poſtmodū aduenīūt. Sic
ḡ cū hūana natura coniungatur filio dei hypoſtatice vľ pſonalr̄
vt ſupra dictum eſt. ⁊ non accidentaliter conſequēs eſt ꝙ
ſm humanam naturam non adueniat ſibi nouum eſſe ꝑ/
ſonale. ſed ſolum noua habitudo eſſe perſonalis preexi/
ſtentis ad naturam humanam. vt ſcꝫ perſona illa iam di/
catur ſubſiſtere. non ſolum ſm naturam diuinam. ſed eti
am humanaꝫ. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ eſſe cō
ſequitur naturam non ſicut habentem eſſe. ſed ſicut quo
aliquid eſt. perſonam autem ſiue hypoſtaſim conſequitur
ſicut habentem eſſe. ⁊ ideo magis retinet vnitatem ſm ꝑ
ſonam ſiue hypoſtaſim ꝗ̃ habeat dualitatem ſm duali/
tatem nature. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ illud eſſe e/
ternum filij dei qđ eſt diuina natura fit eſſe hominis. in/
ꝗ̃tum diuina natura aſſumitur a filio dei in vnitate per/
ſone. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſicut in prima parte di
ctum eſt quia perſona diuina eſt idem cum natura in per/
ſonis diuinis non eſt aliud eſſe preter eſſe nature. ⁊ ideo
tres perſone non habent niſi vnum eſſe. haberent autem
triplex eſſe ſi in eis eſſet aliud eſſe perſone ⁊ aliud eē na/
ture. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ anima in chriſto dat
eſſe corpori. inꝗ̃tum facit ipſum actu animatum. quod ē
dare ei complementum nature ⁊ ſpeciem. Sed ſi intelli/
gatur corpus perfectum per animam abſqꝫ hypoſtaſi ha
bentem vtrunqꝫ hoc totum compoſitum ex anima et cor/
pore prout ſignificatur nomine humanitatis non ſignifi
catur vt qđ eſt ſed vt quo aliqd eſt. Et ideo ipm̄ eē eſt pſōe
ſubſiſtētis ſm ꝙ habet habitudinem ad talem naturam.

cuius habitudinis cauſa eſt anima. in q̄ꝛtum perfecit hu-
manam naturam. informando corp⁹. ¶ Q̄ XVIII.

# DEinde ꝯſiderādum

eſt de vnitate q̄ꝛtum ad voluntatem. Et circa
hoc queruntᷣ ſex. Primo vtrum in chriſto ſit
alia voluntas diuina ⁊ alia humana. Secundo vtrum in
humana natura chriſti ſit alia volūtas ſenſualitatis ⁊ alia
rationis. Tertio vtrum in chriſto ex parte rationis fuerit
plures voluntates. Quarto vtrum in chriſto fuerit liberū
arbitrium. Quinto vtrum humana voluntas chriſti fue-
rit omnino conformis diuine voluntati in volito. Sexto
vtrum in chriſto fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

## Ad primū ſic proceditur.

Videtur ꝙ in chriſto non ſint due voluntates vna diuina
⁊ alia humana. voluntas enī eſt primum mouens ⁊ impe-
rans in vnoquoqꝫ volente. ſed in chriſto primum moueſ
⁊ imperans fuit diuina voluntas. quia omnia humana ī
xp̄o mouebantur ſm voluntatem diuinam. ergo videſ ꝙ
in chriſto non fuerit niſi vna voluntas diuina. ¶ Pre. in-
ſtrumentum non moueſ propria voluntate ſed voluntate
mouentis. ſed natura humana in chriſto fuit inſtrumen-
tum diuinitatis eius. ergo natura humana in chriſto non
mouebaſ propria voluntate ſed diuina. ¶ Pre. illud ſo-
lum multiplicatur in chriſto quod pertinet ad naturā. vo-
luntas aūt non videtur ad naturam ptinere. quia ea que
ſunt naturalia ſunt ex neceſſitate. quod autem eſt volun-
tarium non eſt neceſſarium. ergo voluntas eſt vna tantū
in chriſto. ¶ Pre. Da. dicit in. iij. li. ꝙ aliqualiter velle
non eſt nature ſed noſtre intelligentie. i. pſonalis. ſed oīs
voluntas eſt aliqualis voluntas. q2 non eſt in genere qꝺ
non eſt in aliqua eius ſpecie. ḡ omnis voluntas ad pſonā
ptinet. ſed in xp̄o fuit tantum ⁊ eſt vna pſona. ergo ī xp̄o
eſt tm̄ vna voluntas. ¶ Sed contra eſt quod dn̄s dicit
Luce. xxij. Pater ſi vis trāſfer a me calicē iſtum. veruntn̄
non mea voluntas ſed tua fiat. Quod inducēs Ambro.
in. ij. li. ad gratianū imperatorem dicit. ſicut ſuſceperat vo-
luntatem meam ſuſcepit triſticiam meaꝫ. Et ſup Lucam
dicit voluntatem ſuam ad hoīem retulit ad patris diuini-
tatem. voluntas hoīs eſt tp̄alis. voluntas diuinitatis eter-
na. ¶ Rn̄. dm̄ ꝙ quidam poſuerūt in xp̄o eſſe vnam ſo-
lam voluntatem. ſed ad hoc ponendum diuerſimode mo-
ti eſſe videnſ. Appollinaris enī non poſuit naturā intelle-
ctualē in xp̄o. ſed ꝙ verbum eſſet loco aīe vel etiā loco intel-
lectus. vn̄ cum voluntas ſit in rōne vt phūs dicit in. iij. de
aīa ſequebaſ ꝙ in xp̄o non eſſet voluntas humana. ⁊ ita ī
eo non eſſet niſi vna voluntas. Et ſilr̄ euthices ⁊ oēs qui
poſuerunt vnā naturam compoſitā in xp̄o cogebanſ pone-
re vnā voluntatē in eo. Neſtorius etiā qui poſuit vnionē
dei ⁊ hoīs eſſe factam ſm affectum ⁊ voluntatem. vnā vo-
luntatē in xp̄o poſuit. Poſtmodū vo Macharius anthi-
ocen⁹ patriarcha. ⁊ Ciprianus allexandrinus. ⁊ Sergi⁹
conſtantinopolitanus ⁊ quidam eorum ſequaces poſue-
runt in chriſto vnam voluntatem. q̄ꝛuis ponerent duas
naturas in chriſto ſm hypoſtaſim vnitas. q2 opinabantur
ꝙ humana natura in chriſto nunq̄ꝫ mouebaſ proprio mo-
tu. ſed ſolum ſm ꝙ erat mota a deitate. vt patet in epiſto-
la ſynodi agathonis. ⁊ ideo in ſexta ſynodo apud conſtan-
tinopolitanos celebrata determinatum ē oportere dici ꝙ ī
chriſto ſint due voluntates. vbi ſic legitur iuxta ꝙ olim p-
phete de chriſto ⁊ ipſe nos erudiuit ⁊ ſanctorum patrum
nobis tradidit ſymbolum duas voluntates naturales in
eo. ⁊ duas naturales operationes predicamus. Et hoc ne-
ceſſarium fuit dici. manifeſtum eſt enim ꝙ filius dei aſ-
ſumpſit humanam naturam perfectam. vt ſupra oſtenſuꝫ
eſt. ad perfectionem autem humane nature pertinet volū-
tas. que eſt naturalis eius potentia ſicut ⁊ intellectus. vt
patet ex his que in prima parte dicta ſunt. vnde neceſſe ē
dicere ꝙ filius dei humanam voluntatem aſſumpſerit in
natura humana. per aſſumptionem autem nature huma-
ne nullam diminutionem paſſus eſt filius dei in his que
ptinent ad diuinam naturam. cui competit voluntatem
habere. vt in prima parte habitum eſt. vnde neceſſe eſt di-
cere ꝙ in chriſto ſint due voluntates. vna ſcilicet diuina.
⁊ alia humana. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ quicquid fuit
in natura humana mouebatur nutu diuine voluntatis.
non tamen ſequitur ꝙ in chriſto non fuerit motus volun-
tatis proprius nature humane. quia etiam aliorum ſan-
ctorum pie voluntates mouentur ſm voluntatem dei qui
operatur in eis ⁊ velle ⁊ perficere. vt dicitur ad Phil. ij.
licet enī voluntas non poſſit interius moueri ab aliqua
creatura, interius tamen mouetur a deo vt in prima parte
habitum eſt. ⁊ ſic etiam chriſtus ſm voluntatem ſuam ſe-
quebatur voluntatem diuinam. ſm illud pſ. Ut facerem
voluntatem tuam deus meus. ⁊c. vnde Auguſti. dicit con-
tra maximianum vbi dixit filius patri. Nō qꝺ ego volo
ſed quod tu vis. quid te adiuuat ꝙ tua verba ſubiungis
⁊ dicis. oſtendit vere ſuam voluntatem ſubiectam ſuo ge-
nitori. quaſi nos negemus hominis voluntatem volun-
tati dei debere eſſe ſubiectam. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ propri-
um eſt inſtrumenti ꝙ moueatur a principali agente. di-
uerſimode tamen ſm proprietatem nature ipſius. nam ī-
ſtrumentum inanimatum ſicut ſecuris aut ſerra mouetur
ab artifice per motum ſolum corporalem. inſtrumentum
vero animatum anima ſenſibili mouetur per appetitū ſen-
ſitiuum ſicut equus a ſeſſore. inſtrumentum vo animatū
anima rationali mouetur p voluntatem eius. ſicut per im-
perium domini mouetur ſeruus ad aliquid agendum. q̄
quidem ſeruus eſt ſicut inſtrumentum animatum. vt phꝰ
dicit in. i. pol. ſic ergo natura humana in chriſto fuit iſtru-
mentum diuinitatis. vt moueretᷣ p propriam voluntatē.
¶ Ad iij. dicendum ꝙ ipſa potentia voluntatis eſt natu-
ralis. et conſequitur naturam ex neceſſitate. ſed motus
vel actus potentie qui etiam voluntas dicitur quandoqꝫ
quidem eſt naturalis et neceſſarius. puta in reſpectu fe-
licitatis. quandoqꝫ autem ex libero arbitrio proueniens
et non neceſſarius neqꝫ naturalis. ſicut patet ex his que
in ſecunda parte dicta ſunt. et tamen ipſa ratio que ē prin-
cipium huius motus eſt naturalis. et ideo preter volun-
tatem diuinam oportet in chriſto ponere voluntatem hu-
manam. non ſolum prout eſt potentia naturalis aut pro-
ut eſt motus naturalis. ſed etiam prout eſt motus ratio-
nalis. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ per hoc qꝺ dici-
tur aliqualiter velle deſignatur determinatus motus vo-
lendi. determinatus autem motus ponitur circa ipſam
rem cuius eſt motus. Unde cum voluntas pertineat ad
naturam. ipſum etiaꝫ qꝺ eſt aliqualiter velle pertinet ad
naturam. non ſm ꝙ eſt abſolute conſiderata. ſed ſm ꝙ
eſt in tali hypoſtaſi. vnde etiam voluntas humana chri-
ſti habuit quendam determinatum motum. ex eo ꝙ fuit
in hypoſtaſi diuina. vt ſcilicet moueretur ſemper ſm nu-
tum diuine voluntatis.

## ¶ Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ in xp̄o non fuit aliqua volūtas ſenſualitat̃ p̄ter rōnis voluntatē. dicit enī phūs in. iij. de aīa ꝙ volūtas in ratione eſt. in ſenſitiuo antem appetitu iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis. ſed ſenſualitas ſignificat appetitum ſenſitiuū ergo non fuit in chriſto voluntas ſenſualitatis. ¶ Pre. voluntas ſequitur naturam vt dictum eſt. ſed in chriſto n̄ fuit niſi vna natura preter diuine. ergo in chriſto non fuit niſi vna voluntas humana. ¶ Pre. ſm̄ Augu. xij. de tri. ſenſualitas ſignificatur per ſerpentē. ſed nihil ſerpentinū fuit in chriſto. habuit enim ſimilitudinem animalis venenoſi ſine veneno. vt dicit Augu. ſuper illud Jo. iij. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in deſerto. ergo ī chriſto non fuit voluntas ſenſualitatis. ¶ Sed contra eſt quod Ambro. dicit ad Gratianum imperatorem. mea eſt voluntas q̄ ſuam dixit. q2 vt homo ſuſcepit triſticiam meaꝫ. ex quo datur intelligi ꝙ triſtitia ꝑtinet ad ſenſualitatem. vt in. ij. parte habitum eſt. ergo videtur ꝙ in chriſto ſit voluntas ſenſualitatis preter voluntatem rationis. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt filius dei humanam natura aſſumpſit cum omnibus que pertinent ad perfectionem ipſius nature humane. in humana autem natura includitur etiam natura animalis. ſicut in ſpecie includitur genus. vnde oportet ꝙ filius dei cum humanā naturam aſſumpſerit. etiam ea que pertinent ad perfectionem nature animalis. inter que eſt appetitus ſenſitiuus qui ſenſualitas dicitur. ⁊ ideo oportet dicere ꝙ in chriſto fuit ſenſualis appetitus ſiue ſenſualitas. Sciendum tamen ꝙ ſenſualitas ſiue ſenſualis appetitus inq̄tum eſt natus obedire rationi d2 rōnale per participationē. vt patet per phm̄. i. ethicorū. ⁊ quia voluntas eſt in ratione vt dictum eſt pari ratione poteſt dici ꝙ ſenſualitas ſit voluntas per participationē.

¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ ratio illa procedit de voluntate eſſentialiter dicta. que non eſt niſi in parte intellectiua. ſed voluntas participatiue dicta poteſt eſſe in parte ſenſitiua inq̄tum obedit rationi. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ vbi eſt vnum propter alterum ibi vnum tantum eſſe videtur. ſicut ſuperficiens que eſt viſibilis per colorem eſt vnum viſibile cuꝫ colore. ⁊ quia ſimpliciter ſenſualitas non dicitur volūtas niſi quia participat voluntateꝫ rationis. ſicut ergo ē vna natura humana in chriſto ita etiaꝫ ponitur vna voluntas hūana in xp̄o. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſenſualitas ſignificatur ꝑ ſerpentē. non q̄tū ad naturā ſenſualitatis quā xp̄s aſſumpſit. ſed q̄tū ad corruptionē fomitis. que ī chriſto nō fuit.

## ¶ Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ in chriſto fuerunt due voluntates q̄tum ad rationem. dicit enī Da. in. ij. li. ꝙ duplex eſt hoīs volūtas. naturalis que vocatur thelet̃. ⁊ rationalis que vocat̃ buliſis. ſed xp̄s in humana natura habuit quicquid ad ꝑfectionem humane nature pertinet. ergo vtraq; predictarum voluntatum fuit ī xp̄o. ¶ Pre. vis appetitiua diuerſificat̃ in hoīe ſm̄ diuerſitatem virtutis apprehenſiue. et ideo ſm̄ differentiam ſenſus ⁊ intellectus diuerſificatur in homine appetitus ſenſitiuus ⁊ intellectiuus. ſed ſimiliter q̄tum ad apprehenſionem rationis ponitur differentia rationis ⁊ intellectus. quorum vtrunq; fuit in chriſto ergo fuit in chriſto duplex voluntas. vna intellectualis et alia rationalis. ¶ Pre. a quibuſdam ponit̃ in chriſto voluntas pietatis. que non poteſt poni niſi ex parte rationis ergo in chriſto ex parte rationis ſunt plures voluntates.

¶ Sed contra eſt quod in quolibet ordine eſt vnum primum mouens. ſed voluntas eſt primum mouens in genere humanorum actuum. ergo in vno homine non eſt niſi vna voluntas proprie dicta. que eſt voluntas rationis chriſtus autem eſt vnus homo. ergo in chriſto eſt tantū vna voluntas humana. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut dictum eſt. voluntas quandoq; accipitur pro potentia quandoq; pro actu. Si ergo volūtas accipiatur pro actu ſic oportet ī chriſto ex parte rationis ponere duas voluntates. id eſt. duas ſpecies actuum voluntatis. voluntas enim vt in ſecunda parte dictum eſt et eſt finis. ⁊ eſt eorum que ſunt ad finem. ⁊ alio modo fertur in vtrunq; nam in finem fertur ſimpliciter ⁊ abſolute ſicut in id qđ eſt ſm̄ ſe bonum. in id autem qđ eſt ad finem fertur cum quadaꝫ cōparatiōe. ſm̄ ꝙ habet bonitatem ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rationis eſt actus voluntatis ſm̄ ꝙ fertur in aliquid ſm̄ ſe volitum vt voluntas que a Da. vocatur theleſis. i. ſimplex voluntas. ⁊ a magiſtris vocatur vt natura. ⁊ eſt alterius rationis. ⁊ eſt actus voluntatis ſm̄ ꝙ fertur in aliq̄d quod eſt volitum ſolum ex ordine ad alterū ſicut eſt ſumptio medicine. quem quideꝫ voluntatis actum Dama. vocat buliſim. id eſt. conſiliatiuam voluntatem. a magiſtris autem vocatur voluntas vt ratio. Hec aūt diuerſitas actus non diuerſificat potentiam quia vterq; act⁹ attenditur ad vnam rationem communem obiecti qđ ē bonum. ⁊ ideo dicendum eſt. ꝙ ſi loquamur đ potentia voluntatis in chriſto eſt vna ſola voluntas humana. eſſentialiter ⁊ non participatiue dicta. ſi vero loquamur de voluntate que eſt actus ſic diſtinguitur in chriſto voluntas que eſt vt natura. que dicitur theleſis. ⁊ voluntas vt ratō que dicitur buliſis. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ille voluntates nō diuerſificātur ſm̄ potentiam ſed ſolum ſm̄ differentiam actus. vt dictum eſt. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ intellect⁹ ⁊ ratio non ſunt diuerſe potentie. vt in prima p̄te dictum eſt. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ voluntas pietatis non videtur eē aliud q̄ voluntas que conſiderat̃ vt natura. inq̄tum. ſ. refugit alienum malum. abſolute conſideratum.

## ¶ Ad quartum ſic procedit̃

Videtur ꝙ in chriſto non fuit liberum arbitrium. dic̃ enī Da. in. iij. li. gnomin aūt. i. ſententiam vel mentem vel cogitationē ⁊ prheſim. i. electionem in dño dicere impoſſibile eſt. ſi ꝓprie loqui velimus. maxime aūt que ſunt fidei eſt ꝓprie loquendum. ergo in xp̄o non fuit electio. ⁊ ꝑ conſequens nec liberum arbitrium. cuius actus eſt electio. ¶ Pre. philoſophus dicit in. iij. ethicorum ꝙ electio eſt appetitus preconſiliati. ſed conſilium non videtur fuiſſe in chriſto. quia non conſiliamur de quibus certi ſum⁹. chriſtus autem habuit certitudinem de omnibus. ergo ī chriſto non fuit electio. ⁊ ſic nec liberum arbitrium. ¶ Pre. liberum arbitrium habet ſe ad vtrunq;. ſed volūtas chriſti determinata fuit ad bonum. quia non potuit peccare. ſicut ſupra dictum eſt. ergo in chriſto non fuit liberum arbitrium. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Eſa. vij. butirum et mel comedet. vt ſciat reprobare malum et eligere bonum. quod eſt actus liberi arbitrij. ergo in chriſto fuit liberum arbitrium. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. in chriſto fuit duplex actus voluntatis. Vnus quidem quo eius voluntas ferebatur in aliq̄d ſicut ſcđm ſe volitum. quod pertinet ad rationem finis. Alius autem ſm̄ qđ eius volūtas ferebat̃ in aliquid ꝑ ordinē ad aliđ. qđ ꝑtiet ad rōeꝫ ei⁹ qđ ē ad finē. Differt aūt

vt phũs dicit.iij.ethi.electõ a voluntate in hoc ꝙ volun-
tas per ſe loquẽdo eſt ipſius finis.electio aũt eorum que
ſunt ad finem.⁊ ſic voluntas ſimplr̃ eſt idẽ ꝙ voluntas
vt natura.electio aũt eſt idem ꝙ voluntas vt ratio. et eſt
ꝓprius actus liberi arbitrij vt in prima ꝑte dictum eſt.⁊ iõ
cũ i xp̃o ponaſ voluntas vt ratio neceſſe eſt ibi ponere ele
ctionẽ.⁊ ꝑ conſequens liberum arbitrium.cuius actus ẽ
electio.vt in prima ꝑte habitũ eſt. ¶Ad.i.ergo dicẽdũ ꝙ
Damaſ.excludit a xp̃o electionem ſꝫm ꝙ intelligit in no-
mine electionis importari dubitationẽ. ſed tñ dubitatio
non eſt de neceſſitate electionis.q2 etiam deo competit eli-
gere.ſꝫm illud ad Ephe.i. Elegit nos in ipſo ante mundi
ꝯſtitutionẽ cum in deo nulla ſit dubitatio.accidit aũt du-
bitatio electioni.inqꝫtum eſt in natura ignorante.⁊ idem
dicendũ eſt de alijs de quibus fit mentio in auctoritate ꝓ
dicta. ¶Ad.ij.dicẽdũ ꝙ electio preſupponit conſilium.nõ
tñ ſequitur ex conſilio niſi iam determinato ꝑ iudicium.
illud enĩ qđ iudicamus agendũ poteſt inquiſitionẽ conſi
lij eligimus.vt dicit.iij.ethi.⁊ ideo ſi aliquid iudiceſ vt a-
gendum abſqꝫ dubitatione ⁊ inquiſitione ꝓcedẽte hoc ſuf
ficit ad electionẽ.⁊ ſic patet ꝙ dubitatio ſiue inquiſitio nõ
per ſe ꝑtinet ad electionem.ſed ſolum ſꝫm ꝙ eſt in natura
ignorante. ¶Ad.iij.dicẽdũ ꝙ voluntas xp̃i licet ſit deter-
minata ad bonum.non tamen eſt determinata ad hoc vel
illud bonum.⁊ ideo ꝑtinebat ad xp̃m eligere ꝑ liberum ar
bitrium confirmatũ in bono.ſicut ad beatos.

## ¶Ad quintum ſic procedit

Videſ ꝙ voluntas humana in xp̃o non voluerit aliud qꝫ
qđ deus vult.diciſ enĩ in ps.ex ꝑſona xp̃i vt facerem vo
luntatem tuam deus meus volui.ſed ille qui vult volun
tatem alicuius facere vult qđ ille vult.ḡ videſ ꝙ volun
tas humana xp̃i nihil aliud voluerit qꝫ voluit ipſius di-
uina. ¶Pręt.aĩa chriſti habuit perfectiſſimam charitatẽ
que etiam cõprehenſionẽ noſtre ſcĩe excedit.ſꝫm illud ad
Ephe.iij.ſupeminentem ſcĩe charitatem chriſti.ſed chari
tatis eſt facere ꝙ hõ idem velit qđ deus.vnde ⁊ phũs.ix
ethi.dicit ꝙ vnũ de amicabilibꝫ eſt eadem velle ⁊ eligere.
ḡ voluntas humana in xp̃o nihil aliud voluit qꝫ diuina.
¶Pręt.chriſtus fuit verus cõprehenſor.ſed ſancti q̃ ſunt
comprehenſores in patria nihil aliud voluit qꝫ ꝙ deꝰ vult
alioquĩ non eẽnt beati.quia non haberent quicquid vel-
lent.beatus eſt enĩ qui habet quicquid vult.⁊ nihil mali
vult.vt dicit Augu.in.i.de tri.ḡ chriſtꝰ nihil aliud voluit
ſꝫm voluntatem humanã qꝫ quod voluerit voluntas diui
na. ¶Sed ꝯtra eſt qđ Augu.dicit ꝯtra maximianum in
hoc ꝙ xp̃s ait.non qđ ego volo ſꝫ qđ tu vis aliud oſten-
dit voluiſſe ſe qꝫ pater ꝙ niſi humano corde non poſſet.ni
ſi cum infirmitatẽ noſtram in ſuum non diuinũ ſed hu-
manum transfiguraret affectum. ¶Rñ.dicẽdũ ꝙ ſicut di-
ctũ eſt in xp̃o ſꝫm humanam naturam ponitur duplex vo
luntas.voluntas ſenſualitatis que ꝑticipatiue voluntas
dicitur.⁊ voluntas rationalis.ſiue cõſidereſ per modũ na
ture.ſiue conſideretur ꝑ modum rationis. Dictum ẽ aũt
ſupra ꝙ quadam diſpoſitione filius dei ante ſuam paſſio
nem ꝑmittebat carni agere ⁊ pati que ſunt ei propria. et
ſimiliter permittebat omnibus viribus anime agere que
dam propria.manifeſtum eſt aũt ꝙ voluntas ſenſualita-
tis refugit naturaliter dolores ſenſibiles ⁊ corꝑis leſionẽ
ſimiliter etiam voluntas vt natura repudiat ea que na-
ture ſunt contraria.⁊ que ſunt ſꝫm ſe mala.puta mortem ⁊
alia hmõi.hec tñ voluntas quandoqꝫ ꝑ modum rationis

eligere poteſt ex ordine ad finem.ſicut etiam in aliquo pu
ro homine ſenſualitas eius ⁊ voluntas abſolute cõſidera-
ta refugit vſtionem quã volũtas ſꝫm rationem elegit pro-
pter finem ſanitatis.voluntas aũt dei erat vt xp̃s dolores
⁊ paſſiones ⁊ mortem pateretur.nõ ꝙ iſta eſſent a deo vo
lita ſꝫm ſe.ſed ex ordine humane ſalutis.vñ patet ꝙ chri-
ſtus ſꝫm voluntatem ſenſualitatis ⁊ ſꝫm voluntatẽ ratio
nis que conſideratur per modum nature aliud poterat vel
le qꝫ deus.ſed ſꝫm voluntatem que eſt per modum ratio-
nis ſemper idem volebat quod deus.quod patet ex hoc ip
ſo quod dicit. Non ſicut ego volo ſed ſicut tu. volebat
enĩ ſꝫm rationis voluntatem diuinam voluntatem imple
ri.quamuis aliud dicat ſe velle.ſꝫm aliam eius volunta-
tem. ¶Ad.i.ergo dicendum ꝙ chriſtus volebat vt vo-
luntas patris impleretur.non autem ſꝫm voluntatem ſen
ſualitatis.cuius motus non ſe extendit vſqꝫ ad volunta-
tem dei.ſed neqꝫ per voluntatem que conſideratur ꝑ mo
dum nature.que fertur in aliqua obiecta abſolute conſide
rata.⁊ non in ordine ad diuinam voluntatem. ¶Ad.ij.
dicẽdũ ꝙ conformitas voluntatis humane ad diuinã attẽ-
ditur ſꝫm voluntatem rationis.ſꝫm quam etiã volunta-
tes amicorum concordant.inqꝫtum ſcilicet ratio conſide-
rat aliquod volitum.in ordine ad voluntatem amici.
Ad.iij.dicendum ꝙ chriſtus ſimul fuit viator ⁊ compre
henſor.inqꝫtum ſcilicet per mentem fruebatur deo.⁊ habe
bat carnem paſſibilẽ.⁊ ideo ex parte carnis paſſibilis po
terat in eo aliquid accidere quod repugnaret naturali vo
luntati ipſius.⁊ etiã appetitui ſenſitiuo.

## ¶Ad ſextum ſic proceditur

Videtur ꝙ in chriſto fuerit contrarietas voluntatum.cõ-
trarietas enim voluntatum attenditur ſꝫm contrarietatẽ
obiectorum ſicꝫ ⁊ contrarietas motuum attenditur ſꝫm cõ
trarietatem terminorum.vt patet per phm̃ in.v.phiſico-
ſed chriſtus ſꝫm diuerſas voluntates contraria volebat.
nam ſꝫm voluntatem diuinam volebat mortem.quã re
fugiebat ſꝫm voluntatem humanã.vnde athanaſius di
cit in li.aduerſus appolinarem.qñ chriſtus dixit. Pater
ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte ⁊ tamen non mea.
ſed tua voluntas fiat.⁊ iterum. Spiritus quidem prom
ptus eſt.caro aũt infirma.duas voluntates hic oſtendit.
humanam que propter infirmitatẽ carnis refugiebat paſ
ſionem.⁊ diuinam promptã ad paſſionem. ¶Pręt.ad
Gal'.v.dicitur ꝙ caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. et
ſpiritus aduerſus carnem.eſt ergo contrarietas volunta
tum quando ſpiritus concupiſcit vnum.⁊ caro aliud.ſed
hoc fuit in chriſto.nam ꝑ voluntatem charitatis quã ſpi-
ritus ſanctus in eius mente faciebat volebat paſſionẽ ſꝫm
illud Eſa.liij. Oblatus eſt quia ipſe voluit.ſꝫm autẽ car
nem paſſionem refugiebat.ergo in eo erat contrarietaſ vo
luntatum. ¶Pręt.Luc.xxij.diciſ ꝙ factus in agonia pli
xius orabat. ſed agonia videtur importare quandam
impugnationem animi in contraria tendentis.ergo vide
tur ꝙ in chriſto fuerit contrarietas voluntatum. ¶Sed
contra eſt qđ in determinatione ſexte ſynodi dicitur.predi
camus duas naturales voluntates non contrarias.iu-
xta ꝙ impij aſſerunt heretici.ſed ſequentem humanam
eius voluntatem ⁊ non reſiſtentem vel reluctantem.ſed
potius ſubiectam diuine eius atqꝫ omnipotenti volunta
ti. ¶Rñ.dicẽdũ ꝙ cõtrarietas non poteſt eẽ niſi oppoſitio
attendaſ in eodẽ et ſꝫm idem.ſi aũt ſꝫm diuerſa et in diuer
ſis exiſtat.diuerſitas nõ ſufficit hoc ad rõẽ ꝯrietatiſ.ſic nec

ad rationem contradictionis. puta ꝙ homo ſit pulcer aut ſanus ſm manum. ⁊ non ſm pedem. Ad hoc ergo ꝙ ſit ↄtrarietas voluntatum in aliquo requirit̄ primo quidem ꝙ ſm idem attendat̄ diuerſitas voluntatū. Si enī vnius voluntas ſit de aliquo fiendo ſm quandā vniuerſalem rationem ⁊ alterius voluntas ſit de eodem non fiendo ſm quandā rōnem ꝑticularem non eſt oīno contrarietas voluntatū. puta ſi rex vult ſuſpēdi latronē ī bonum reipublice. ⁊ aliꝗs eius conſanguineus velit eum nō ſuſpendi ꝓpt amorem priuatum. non erit ↄtrarietas voluntatum. niſi forte ſe in tantum extēdat voluntas boni priuati vt bonū publicum velit impedire. vt conſeruet̄ bonum priuatū. tūc enī ſm idem attenderet̄ repugnantia voluntatū. Scd̄o autē requirit̄ ad ↄtrarietatem voluntatis. ꝙ ſit circa eandē voluntatem. Si enī homo vult vnū ſm appetitum intellectiuū ⁊ aliud ſm appetitū ſenſitiuum non eſt hic aliqua cōtrarietas. niſi forte appetitus ſenſitiuus intantum preualeat ꝙ vel immutet vel ſaltem retardet appetitū rōnis. ſic enī iam ad ipām voluntatē rōnis ꝑuenit aliquid de motu ↄtrario appetitus ſenſitiui. Sic ergo dicendum eſt ꝙ licet voluntas naturalis ⁊ voluntas ſenſualitatis aliqd aliud voluerit ꝙ̄ diuina voluntas ⁊ voluntas rationis ipſius non tñ fuit ibi aliqua ↄtrarietas voluntatū. Primo quidē qꝛ neqꝫ voluntas eius naturalis neqꝫ volūtas ſenſualitatis repudiabat illam rōem ſm quā diuina volūtas ⁊ volūtas rōnis humane in xp̄o paſſionē volebant. volebat enī voluntas abſoluta in xp̄o ſalutē humani generis. ſed eius nō erat velle hoc in ordine ad aliud. motus aūt ſenſualitatis ad hoc ſe extendere nō volebat. Scd̄o qꝛ neqꝫ volūtas diuina neqꝫ voluntas rōnis in xp̄o impediebat̄ aut retardabat̄ ꝑ voluntatē naturalem aut ꝑ appetitum ſenſualitatis. ſilr̄ aūt nec ecōuerſo voluntas diuina vel voluntas rōnis in xp̄o refugiebat vel retardabat motū volūtatis naturalis humane. ⁊ motū ſenſualitatis in xp̄o. placebat enī xp̄o ſm voluntatē diuinā ⁊ ſm voluntatē rōnis vt volūtas naturalis in ip̄o ⁊ voluntas ſenſualitatis ſm ordinem ſue nature moueret̄. vñ p̄tꝫ ꝙ in xp̄o nulla fuit repugnātia vel ↄtrarietas voluntatū. Ad .i. ḡ dd̄ ꝙ hoc ip̄m ꝙ aliqua voluntas humana in xp̄o aliud volebat ꝙ̄ eius voluntas diuina, ꝓcedebat ex ip̄a voluntate diuina. cuius beneplacito natura humana ꝓprijs motibus in xp̄o mouebat̄. vt Dama. dicit. Ad .ij. dd̄m ꝙ in nobis ꝑ ↄcupiſcentiā carnis impedit̄ aut retardat̄ ↄcupiſcētia ſpūs. qd̄ in xp̄o non fuit. ⁊ ideo in xp̄o non fuit contrarietas carnis ad ſpiritum. ſicut in nobis. Ad .iij. dicendum ꝙ agonia ñ fuit in chriſto ꝗ̄tum ad partem anime rationalem. ſm ꝙ importat concertationem voluntatum ex diuerſitate rationum procedentem. puta cum aliquis ſm ꝙ ratio conſiderat vnum vult hoc. et ſm ꝙ conſiderat aliud vult contrarium. hoc enī contingit propter debilitatem rationis. q̄ non poteſt dijudicare quod ſit ſimpliciter melius quod ī chriſto non fuit. quia per ſuam rationē iudicabat eſſe ſimpliciter melius ꝙ̄ per eius paſſionem impleretur voluntas diuina, circa ſalutem humani generis. fuit tamen in chriſto agonia ꝗ̄tum ad partem ſenſitiuam. ſm ꝙ importat timorem infortunij imminentis vt dicit Damaſcenus in ſecundo libro.

## Queſtio XIX

Deinde ↄſiderādum eſt de vnitate operationis chriſti. Et circa hoc querunt̄ quattuor. Primo vtrum in chriſto ſit vna operatio diuinitatis ⁊ hūanitatis vel plures. Secundo vtrum in chriſto ſint plures operatiōes ſm humanam naturam. Tertio vtrum chriſtus ſm humanam operationem aliquid ſibi meruerit. Quarto vtrum per eam aliquid meruerit nobis.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ in chriſto ſit tantum vna operatio diuinitatis dicit enim Diony. ij. ca. de di. no. diſcreta eſt aut benigniſſima circa nos dei operatio. ꝑ hoc ꝙ ſm nos ex nobis integre natureqꝫ humanatus eſt verbum. quod eſt ſupra ſubſtantiā. ⁊ operari ⁊ pati quecunqꝫ humane eius diuineqꝫ operationi congruunt. vbi vnam operationem nominat humanam ⁊ diuinam. que in greco dicitur theandrica. i. dei virilis. videt̄ ergo eſſe vna operatio in chriſto compoſita. Pre. principalis agentis ⁊ inſtrumenti eſt vna operatio. ſed humana natura in chriſto fuit inſtrumentū diuine vt ſupra dictum eſt. ergo eadem eſt operatio diuine ⁊ humane in chriſto. Pre. cum in xp̄o due nature ī vna hypoſtaſi vel ꝑſona ſint neceſſe eſt vnum ⁊ idem eē quod ꝑtinet ad hypoſtaſim vel perſonam. ſed oꝑatio pertinet ad hypoſtaſim vel ꝑſonam. nihil enī operat̄ niſi ſuppoſitaliter ſubſiſtens. vnde ⁊ ſm phm̄ actus ſunt ſingularium. ḡ in chriſto eſt vna ⁊ eadem operatio diuinitatis ⁊ humanitatis. Pre. ſicut eſſe eſt hypoſtaſis ſubſiſtentis ita etiā ⁊ oꝑari. ſed ꝓpter vnitatem hypoſtaſis eſt in chriſto vnū eſſe vt ſupra dictum eſt. ergo ⁊ ꝑ eandem vnitatem eſt in xp̄o vna operatio. Pre. vbi eſt vnum operatum ibi eſt vna operatio. ſed idem operatum erat diuinitatis ⁊ humanitatis. ſicut ſanatio leproſi vel ſuſcitatio mortui. ergo videtur ꝙ in chriſto ſit tantum vna operatio diuinitatis et humanitatis. Sed contra eſt qd̄ Ambro. dicit in .ij. li. ad Gratianum imperatorem. quemadmodum eadem operatio diuerſe eſt poteſtatis nunquid ſic pōt minor quemadmodum maior oꝑari. aut vna oꝑatio poteſt eſſe. vbi diuerſa eſt ſubſtantia. Rñ. dd̄m ꝙ ſicut ſupra dicti heretici qui poſuerunt in chriſto vnam voluntatem poſuerunt etiam in ipſo vnam oꝑationem. Et vt eorum opinio erronea melius intelligat̄ conſiderandum eſt. ꝙ vbicunqꝫ ſūt plura agentia ordinata inferius mouet̄ a ſuꝑiori. ſicut in homine corpus mouet̄ ab anima. ⁊ inferiores vires a ratione. ſic ergo actiones ⁊ motus inferioris principij ſunt magis oꝑata quedam ꝙ̄ oꝑatiōes. illud aūt qd̄ ꝑtinet ad ſupremum principium eſt proprie operatio. puta ī hoīe ambulare quod eſt pedum ⁊ palpare quod eſt manuum ſūt quedam hominis operata. quorum vnum operat̄ anima ꝑ pedes. aliud ꝑ manus. ⁊ quia eſt eadem anima operās ꝑ vtrunqꝫ ex ꝑte ipſius operantis quod primum principium mouens eſt vna ⁊ indifferens oꝑatio eſt. ex parte aūt ipſorum operatorum differentia inuenit̄. Sicut aūt ī homine puro mouet̄ corpus ab anima ⁊ appetitus ſenſitiuus a rationali ita in dño Jeſu chriſto natura humana mouebatur ⁊ regebatur a diuina. ⁊ ideo dicebant ꝙ eadem eſt operatio ⁊ indifferens ex parte ipſius diuinitatis operantis. ſunt tamen diuerſa opera. inꝗ̄tum .ſ. diuinitas chriſti aliud agebat ꝑ ſeipſam. ſicut ꝙ portabat omnia verbo virtutis ſue. aliud aūt ꝑ naturam humanam. ſicut ꝙ corporaliter ambulabat. vnde in ſexta ſynodo inducuntur verba ſeueri heretici ſic dicentis. ea que agebant̄ ab vno chriſto multum differunt. quedam enim ſunt deo decibilia. quedam humana. veluti corporaliter vadere ſuper terraꝫ profecto humanum eſt cruribus non vexatis. ⁊ ambulare ſuꝑ terrā penitus non valentibus ſanū greſſum donare

deo decibile eſt. ſed vnū ſcilicet incarnatū verbum hoc et
illud operatum eſt. ⁊ nequaquā hoc idem hmōi hoc vero
huius eſt nature. neq ꝫ eo ꝙ diuerſa ſunt operamēta ideo
duas opatrices naturas atq ꝫ formas iuſte deferimꝰ. Sꝫ
in hoc decipiebant. quia actio eius qđ mouetur ab altero
eſt duplex. vna quidem quam habet ſm ꝓpriam formam
alia autem quā habet ſm ꝙ mouetur ab alio. ſicut ſecurꝫ
operatio ſm ꝓpriam formam eſt inciſio. ſm autem ꝙ mo
uetur ab artifice opatio eius eſt facere ſcamnū. operatio ergo
que eſt alicuius rei ſm ſuam formam eſt ꝓpria eius. nec
pertinet ad mouentē niſi ſm ꝙ vtitur huiuſmodi re ad ſu
am opationem. ſicut calefacere eſt ꝓpria opatio ignis nō
autem fabri. niſi quatenꝰ vtitur igne ad calefaciendū ferrū
ſed illa opatio que eſt rei ſolum ſm qđ mouetur ab alio.
non eſt alia preter opationē mouentis ipſum. ſicut facere
ſcamnū non eſt ſeorſum opatio ſecuris ab opatione artifi
cis. ⁊ ideo vbicunq ꝫ mouens ⁊ motum habent diuerſas
formas ſeu ꝟtutes operatiuas ibi oportet ꝙ ſit alia opa-
tio mouentis ⁊ alia ꝓpria opatio moti. licet motū partici-
pet opationem mouentis. ⁊ mouens vtatur opatione mo
ti. ⁊ ſic vtrūq ꝫ agit cum cōmunione alterꝰ. Sic ergo in
chriſto humana natura habet ꝓpriam formam ⁊ ꝟtutem
et ſimilr diuina. vnde ⁊ humana natura habꝫ ꝓpriā ope
rationem diſtincta ab opatione diuina ⁊ econuerſo. ⁊ ta-
men diuina natura vtitur opatione humane nature. ſicut
opatione ſui inſtrumenti. ⁊ ſimilr humana natura partici
pat opationem diuine nature ſicut inſtrumentuꝫ partici-
pat opationem principalis agentis. Et hoc eſt qđ dicit
Leo papa in epiſtola. ad Flauianū. agit vtraq ꝫ forma. ſcili
cet tam natura diuina q ꝫ humana in chriſto cum alterꝰ
cōmunione. ꝙ ꝓpriū eſt verbo ſcilicet operante qđ ver-
bi eſt. ⁊ carne exequēte qđ carnis eſt. Si vero eſſet tm̄ vna
operatio diuinitatꝫ ⁊ hūanitatis in chriſto. oporteret di-
cere ꝙ vel humana natura non haberet ꝓpriam formam
et virtutem. de diuina enī hoc dici eſt impoſſibile. ex quo
ſequeretr ꝙ in chriſto eſſꝫ tm̄ vna opatio. vel oporterꝫ di
cere ꝙ ex virtute diuina ⁊ humana eſſꝫ conflata in chriſto
vna virtus. quoꝝ vtrūq ꝫ eſt impoſſibile. nam per primuꝫ
horum ponitur natura humana in chriſto eſſe imperfecta
per ſecūdū vero ponitr ꝯfuſio naturarū. ⁊ ideo rationabilr
in ſexta ſynodo hec opinio eſt ꝯdemnata. in cuius determina-
tione dicitur. duas naturales opationes indiuiſe incon-
uertibilr ⁊ inconfuſe inſepabilr in eodeꝫ dño Jeſu chri
ſto vero deo noſtro glorificamꝰ. hoc eſt diuinam opatio-
nem ⁊ humanam. Ad .i. ergo dōm ꝙ Diony. ponit in
chriſto opationem theandricā. id eſt. diuinam virilem vel
diuinam humanā non per aliquam ꝯfuſionē opationuꝫ
ſeu virtutum vtriuſq ꝫ nature. ſed per hoc qđ diuina na-
tura vtitur humana eius opatione. ⁊ humana opatio pti
cipat virtutem diuine opatiōis. vnde ſicut ipſe dicit in q̄-
dam epiſtola. ſuper hoīem opabatur ea que ſunt homiſ.
qđ demonſtrat virgo ſupnaturalr concipiens. ⁊ aq̄ terre
noꝝ pedum ſuſtinens grauitatem. manifeſtuꝫ eſt enī ꝙ
concipi eſt humane nature ſimilr ⁊ ambulare. ſed vtrūq ꝫ
fuit in chriſto ſupnaturalr. ⁊ ſimiliter diuina opabatr hu-
manitus. ſicut cum ſanauit leproſum tangendo. Unde
epiſtola eadem dicit ſed deo homine facto noua quedam
dei ⁊ hoīs operatiōe. Quod autem intelligat duas opa-
tiones in chriſto vnam diuine nature aliam humene pa
tet ex his que dicit in .ij. c. de diui. no. vbi dicit ꝙ his q̄
pertinent ad humanam eius opationem pater ⁊ ſpūſſan-
ctus nulla ratione cōmunicant. niſi quis dixerit ſm beni
gniſſimam ⁊ miſericordem dei voluntatem. inq̄ntum ſci-
licet pater ⁊ ſpūſſanctꝰ ex ſua miſericordia voluerint chri
ſtum agere ⁊ pati humanam addito opationeꝫ. ſublimiſ-
ſimam ⁊ ineffabilem quā operatus eſt ſm nos. factus in-
cōmutabilis. eo ꝙ deus ⁊ dei verbum. Sic ergo pater ꝙ
alia eſt eius opatio humana in qua pater ⁊ ſpiritusſanctꝰ
non cōmunicant niſi ſm acceptionē mentis ſue. ⁊ alia eſt
eius operatio inq̄ntum eſt dei verbū. in qua cōmunicant
pater ⁊ ſpūſſanctus. Ad .ij. dōm ꝙ inſtrumentū dicitr
aliquid ex eo ꝙ mouetur a principali agente. qđ tamen ꝓ-
ter hoc poteſt habere ꝓpriam opationem ſm ſuam formā
vt de igne dictum eſt. ſic ergo actio inſtrumenti inq̄ntum
eſt inſtrumentū non eſt alia ab actione principalis agentis
poteſt tamen habere aliā opationem prout eſt res quedā
ſic ergo opatio que eſt humane nature in chriſto inq̄ntuꝫ
eſt inſtrumentū diuinitatꝫ non eſt alia ab opatione diui-
nitatis. non enī eſt alia ſaluatio qua ſaluat hūanitas chri
ſti ⁊ diuinitas eius. habet tn̄ humana natura in chriſto.
inq̄ntum eſt natura quandam ꝓpriam opationē preter di
uinam vt dictum eſt. Ad .iij. dōm ꝙ operari eſt hypo-
ſtaſis ſubſiſtentꝫ. ſed ſm formam ⁊ naturam aliqua ope-
ratio ſpeciem recipit. ⁊ ideo a diuerſitate formaꝝ ſeu natu
rarum eſt diuerſitas ſpecierum opationū. ſed ab vnitate
hypoſtaſis eſt vnitas ſm numerū q̄ntum ad opationem
ſpeciei. ſicut ignis habet duas opationes ſpecie differen-
tes. ſcilicet illuminare ⁊ calefacere. ſm differentiam lucis
et caloris. ⁊ tamen vna numero illuminatio ignis ſemel
illuminantis. ⁊ ſimiliter in chriſto oportꝫ ꝙ ſint due ope
rationes ſpecie differentes ſm eius duas naturas. queli
bet tamen opationū eſt vna numero ī chriſto ſemel facta.
ſicut vna ſaluatio ⁊ vna ambulatio. Ad .iiij. dōꝫ ꝙ eē
et operari eſt perſone a natura aliter tamen ⁊ aliter. nam
eſſe pertinet ad ipſam ꝯſtitutionem perſone. ⁊ ſic q̄ntum
ad hoc ſe habet in ratione termini. ⁊ ideo vnitas perſone
requirit vnitatem ipſius eſſe completi ⁊ perſonalis. ſed
operatio eſt quidam effectus perſone. ſm aliquam formā
vel naturam. vnde operationū pluralitas non preiudicat
vnitati perſonali. Ad .v. dōm ꝙ aliud eſt ꝓpriū ope-
ratum operationis diuine ⁊ opationis humane ī chriſto
ſicut operatum ꝓpriū diuine opationis eſt ſanatio lepro
ſi. operatum autem ꝓpriū humane nature eſt eius con-
tactus concurrūt tamen ambe operationes ad vnū opera
tum ſm ꝙ vna natura agit cum cōmunione alterius vt
dictum eſt.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Uidetur ꝙ in chriſto ſint plures humane operationes.
Chriſtus enī inq̄ntum homo cōmunicat cum plantis in
natura nutritiua. cum animalibꝰ autem in natura ſenſi-
tiua. cum angelis vero in natura intellectiua ſicut ⁊ ceteri
homines. ſed alia eſt operatio plante inq̄ntum eſt planta.
et alia animalis inq̄ntum animal eſt. ergo chriſtus inq̄n-
tum homo habet plures operatiōes. Prete. Potentie
et habitus diſtinguūtur ſm actus. ſed in anima chriſti
fuerunt diuerſe potentie ⁊ habitus. ergo diuerſe opera-
tiones. Prete. inſtrumēta debēt eſſe ꝓportionata ope
rationibus corpus autem humanū habet diuerſa mem-
bra differentia ſm formam. ergo diuerſis operationibꝰ
accomodata ſunt. ergo in chriſto diuerſe operationes ſm
humanam naturam. Sed contra eſt qđ Damaſ. dicit ī
iij. li. operatio ſequitur naturam. ſed in chriſto eſt tm̄ vna
humana natura. ergo in chriſto fuit tm̄ vna operatio.

Rñ. dñm ꝙ quia homo eſt id quod eſt ſm ratione͂ illa
operatio dicitur ſimpliciter eſſe humana que a ratione ꝓ
cedit per voluntatem que eſt rationis appetit⁹. Si q̄ aūt
operatio eſt in homine que non procedit a ratione ⁊ volū
tate non eſt ſimpliciter operatio humana. ſed ꝯuenit hoī
ſm aliquam partem hūane nature. quandoq̨ quidē ſm
ipſam naturam elementi corꝑalis. ſicut ferri deorſum q̄n
doq̨ vo ſm virtutem anime vegetabilis. ſicut nutriri et
augeri. q̄nq̨ vo ſm partem ſenſitiuā ſicut videre audire
et imaginari ⁊ memorari ꝯcupiſcere ⁊ iraſci. inter quas
operationes eſt differentia. nam operatiões ſenſitiue ani
me ſunt aliqualiť obedientes rationi. ⁊ ideo ſunt aliquali
ter rationales inq̄ntum obediunt rationi. vt patet ꝑ phm̄
in. i. ethi. operationes vo que ſequunť animā vegetati
uam vel etiam naturam elementalis corporis non ſubij
ciuntur rationi. vnde nullo modo ſunt rationales nec hu
mane ſimpliciter. ſed ſolum ſm partem humane nature
dictum autem eſt ſupra ꝙ quando agens inferius agit ꝑ
ꝓpriam formam tunc eſt alia operatio inferioris agentis ⁊
ſuperioris. quando vo agens inferius non agit niſi ſc̄ꝫ ꝙ
eſt motum. a ſepiori agente tunc eſt eadem operatio ſupe
rioris agentis ⁊ inferioris. ſic ergo in quocūq̨ hoīe puro
alia eſt operatio elementalis ⁊ anime vegetabilis ab ope
ratione voluntatis que eſt ꝓprie humana. ſimiliť etiā ope
ratio anime ſenſitiue q̄ntum ad id quod non moueť a ra
tione. ſed quantum ad id quod mouetur a ratione eſt ea
dem operatio partis ſenſitiue ⁊ rationalis. ipſius autem
anime rationalis eſt vna operatio ſi attendam⁹ ad ipſum
principium operatiōis qđ eſt ratio vel voluntas. diuerſi
ficať autem ſm reſpectum ad diuerſa obiecta. quā quide͂
diuerſitatem aliqui appellauerūt diuerſitatem operatorū
magis q̨ operationū iudicantes de vnitate operationis
ſolum ex parte operatiui principij. ſic enī nunc queritur đ
vnitate vel pluralitate operationū in chriſto. Sicut ergo
in quolibet puro homine tm̄ eſt vna operatio que ꝓprie
humana dicitur preter quā tamen ſunt in homine puro
quedam alie operationes que non ſunt ꝓprie humane ſi
cut dictum eſt. ſed in hoīe Jeſu chriſto nullus erat mot⁹
ſenſitiue partis qui non eſſet ordinatus a ratione ipſe eti
am operationes naturales ⁊ corporales aliqualiter ad ei⁹
voluntatem pertinebant. inq̄ntum voluntaris eius erat.
vt caro eius ageret ⁊ pateretur. que ſunt ſibi ꝓpria vt di
ctum eſt ſupra. ⁊ ideo multomagꝰ eſt vna operatio ī chri
ſto q̨ in quocūq̨ alio homine. Ad. i. ergo dđꝫ ꝙ ope
ratio partis nutritiue ⁊ ſenſitiue non eſt ꝓprie humana ſi
cut dictum eſt. ⁊ tamen in chriſto huiuſmodi operatiões
fuerunt magis humane q̨ in alijs. Ad. ij. dđm ꝙ po
tentie ⁊ habitus diuerſificanť per compationem ad obie
cta. ⁊ ideo diuerſitas operationū hoc modo reſpondet di
uerſis potentijs ⁊ habitibus ſicut etiam diuerſis obiectiſ
reſpondet. talem autem diuerſitatem operationū non in
tendimus excludere ab hūanitate chriſti. ſicut nec eā que
eſt ſm aliud tempus. ſed ſolum illam que eſt ſm principi
um primū actiuum. vt dictum eſt.

## Ad tertium ſic procedit

Uidetur ꝙ actio humana chriſti non potuit ei eſſe merito
ria. Chriſtus enim an̄ mortem fuit comprehenſor ſicut et
modo eſt. ſed comꝓhenſoris non eſt mereri. charitas enī
comꝓhenſoris pertinet ad premiū btītudinis cum ſm eā
attendatur fruitio. vnde non videtur eſſe principium me
rendi. cum non ſit idem meritum ⁊ premiū. ergo chriſtuſ
ante paſſionem non merebatur ſicut nec modo meretur.
Prete. Nullus meretur id quod eſt ſibi debitum. ſed
ex hoc ꝙ chriſtus eſt filius dei per naturam debeť ſibi he
reditas eterna quā alij homines per bona opera merenť.
non ergo chriſtus aliquid ſibi mereri potuit quia a prin
cipio fuit filius dei. Prete. Quicūq̨ habet id quod eſt
principale non ꝓprie meretur id qđ ex illo habito ſequitur
ſed chriſtus habuit gloriam anime ex qua ſm cōmunem
ordinem ſequitur gloria corporis. vt Aug. dicit in epiſto
la ad Dyaſcoꝝ. in chriſto tamen diſpenſatiue factum eſt
ꝙ gloria anime non deriuatur ad corpus. non ergo chri
ſtus meruit gloriam corporis. Prete. Manifeſtatio ex
cellentie chriſti non eſt bonū ipſius chriſti. ſed eorum qui
eum cognoſcunt. vnde ⁊ pro premio promittiť dilectori
bus chriſti vt eis manifeſtetur ſm illud Johan. xiiij. Si
quis diligit me. diligetur a patre meo. ⁊ ego diligam eū
et manifeſtabo ei meipſum. ergo chriſtus non meruit ma
nifeſtatione͂ ſue altitudinis. Sed contra eſt quod apo
ſtolus dicit ad Philip. ij. factus eſt obedie͂s vſq̨ ad mor
tem. ꝓpter quod ⁊ deus exaltauit eum. ergo meruit obe
diendo ſuam exaltatione͂. ⁊ ita aliq̄d ſibi meruit. Rñ.
dđm ꝙ habere aliquod bonū per ſe. eſt nobilius q̨ ha
bere illud per aliud. ſemper enī eam que eſt per ſe potior
eſt ea que per aliud eſt. vt dicitur in. viij. phyſi. hoc autē
dicitur aliquis habere per ſeipſum cuius eſt ſibi aliq̄ mo
do cauſa. Prima autem cauſa oīum bonoꝝ noſtroꝝ ꝑ au
ctoritatem eſt deus. ⁊ per hunc modū nulla creatura ha
bet aliquid boni per ſeipſam. ſm illud. i. Corinth. iiij. qđ
habes quod non accepiſti. poteſt tamen ſecundario ali
quis eſſe cauſa ſibi alicuius boni habendi. inquantum. ſ.
in hoc ipſo deo cooperatur. ⁊ ſic ille qui habet aliquid per
meritum ꝓprium habet quodāmodo illud per ſeipſū. vn
de nobilius habetur illud quod habetur per meritū quā
quod habetur ſine merito. quia autem omnis perfectio ⁊
nobilitas chriſto eſt attribuenda. conſequens eſt ꝙ ipſe ꝑ
meritum habuit illud qđ alij per meritū habent. niſi ſit
tale quid cuius carentia magis dignitati chriſti ⁊ perfe
ctioni preiudicet q̨ per meritum accreſcat. vnde nec grati
am nec ſcientiam nec btītudine͂ anime nec deitatem me
ruit. quia cum meritum non ſit niſi eius qđ nondum ha
betur. oportet ꝙ chriſtus aliquando iſtis caruiſſet quib⁹
carere magis diminuit dignitatem chriſti q̨ auget meri
tum. ſed gloria corporis vel quid aliud huiuſmodi eſt mi
nus eſt q̨ dignitas merendi que pertinet ad virtute͂ cha
ritatis. ⁊ ideo dicendū eſt ꝙ chriſtus gloriam corporꝭ et
ea que pertinent ad exteriorem eius excellentiam ſicut eſt
aſcenſio veneratio ⁊ alia huiuſmodi habuit per meritum
et ſic patet ꝙ aliquid ſibi mereri potuit. Ad. i. ergo dđꝫ
ꝙ fruitio que eſt actus charitatis pertinet ad gloriam ani
me quā chriſtus non meruerit. ⁊ ideo ſi ꝑ charitatem ali
quid meruerit. non ſequitur ꝙ idem ſit meritum ⁊ p̄mi
um. nec tamen per charitatem meruit inq̄ntum erat cha
ritas comꝓhenſoris ſed inq̄ntum erat viatoris. nam ipſe
fuit ſimul viator ⁊ comꝓhenſor. vt ſupra habitū eſt. ⁊ iō
quia nunc non eſt viator non eſt in ſtatu merendi. Ad
ij. dđm ꝙ chriſtus ſm qđ eſt deus ⁊ dei filius per naturā
debetur gloria diuina ⁊ dñium oīum. ſicut primo ⁊ ſup
mo deo. nihilomin⁹ tamen ei debetur gloria ſicut hoī bea
to. q̨ q̄ntum ad aliquid debuit habere ſine merito. ⁊ q̄n
tum ad aliquid cum merito. vt ex ſupradictꝭ patet. Ad
iij. dđm ꝙ redundātia glorie ex anima ad corpus eſt ex
diuina ordinatione ſm congruentiā humanoꝝ meritoꝝ.

vt ſcilicet ſicut homo meretur per actum anime quem ex-
ercet in corpore ita etiam remuneret̃ per gloriam anime
redundantem ad corpus. ⁊ ꝓpter hoc non ſolum gloria
anime ſed etiam gloria corporis cadit ſub merito. ſm̃ illū
ad Roma. viij. viuificabit mortalia corpora veſtra ꝓpter
inhabitantem ſpiritum eius in vobis. ⁊ ita potuit cade-
re ſub merito chriſti. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ manifeſtatio excel
lentie chriſti pertinet ad bonū eius ſm̃ eſſe qđ habet ĩ no
ticia aliorum. q̃uis principalius pertineat ad bonū eorū
qui eum cognoſcunt ſm̃ eſſe qđ habēt in ſeipſis. ſed hoc
ipſum refertur ad chriſtum inq̃ntum ſunt mēbra eius.

## Ad quartū ſic proceditur.

Videtur ꝙ chriſtus alijs mereri non potuit. Dicit̃ eniꝫ
Ezech. xviij. anima que peccauerit ipſa morietur. ergo pa
ri ratione anima que meretur ipſa premiabit̃. non eſt er-
go poſſibile ꝙ chriſtus alijs meruit. ¶ Prete. De pleni
tudine gratie chriſti omnes accipiunt vt dicitur Johā. i.
ſed alij homines habentes gratiam chriſti non poſſunt
alijs mereri. Dicitur enī Ezech. xiiij. ꝙ ſi fuerit in ciuita-
te Noe Daniel et Job. filium ⁊ filiam non liberabunt.
ſed ipſi iuſticia ſua liberabant animas ſuas. ergo nec chri
ſtus potuit aliquid nobis mereri ¶ Prete. Merces q̃̄
uis meretur ſm̃ iuſticiam debetur ⁊ non ſm̃ gratiā. vt pa-
tet ad Roma. iiij. ſi ergo chriſtus meruerit ſaluteꝫ noſtrā
ſequitur ꝙ ſalus noſtra non ſit ex gratia dei ſed ex iuſticia
et ꝙ iniuſte agit cum eis quos non ſaluat. cum meritum
chriſti ad omnes ſe extendat. ¶ Sed contra eſt quod di-
citur ad Roma. v. ſicut per vnius delictum in omnes ho
mines in ꝯdemnationē. ſic per vnius iuſticiam in omēs
homines in iuſtificationē vite. ſed demeritum Ade deri-
uatur ad ꝯdemnationē aliorum. ergo multomagis meri-
tum chriſti ad alios deriuatur. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra
dictum eſt. in chriſto non ſolum fuit gratia ſicut in quo-
dam homine ſingulari. ſed ſicut in capite toti⁹ eccleſie. cui
omnes vniuntur. ſicut capiti membra ex quibus ꝯſtitui-
tur myſtice vna perſona. ⁊ inde eſt ꝙ meritum chriſti ſe ex
tendit ad alios inq̃ntum ſunt membra eius. ſicut etiam in
vno homine actio capitis aliqualiter pertinet ad oīa mē-
bra eius. quia non ſolum ſibi ſentit ſed omnibus mēbris
¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ peccatum ſingularis perſone nō no
cet niſi ſibiipſi. ſed peccatum Ade qui ꝯſtitutus eſt a deo
principium totius nature ad alios per carnis ꝓpagatio-
nem deriuatur. ⁊ ſimiliter meritum chriſti qui eſt a deo cō
ſtitutus caput oīum hoīum q̃ntum ad gratiam ſe exten-
dit ad oīa eius membra. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ alij de plenitu
dine chriſti accipiunt non quidem fontem gratie. ſed q̃n-
dam particularem gratiam. ⁊ ideo non oportet ꝙ alij ho-
mines poſſint alijs hominib⁹ mereri ſicut ⁊ chriſt⁹. ¶ Ad
iij. dicendum ꝙ ſicut peccatum Ade non deriuatur ad alios ni
ſi per carnalem generationē. ita etiam meritum chriſti nō
deriuatur ad alios niſi per ſpūalem regenerationē que fit
in baptiſmo per quā chriſto incorꝑamur ſm̃ illud ad Gal.
iij. Omnes quotquot in chriſto baptizati eſtis chriſtū in
duiſtis. ⁊ hoc ipſum eſt gratie ꝙ homini ꝯceditur regene
rari in chriſto. ⁊ ſic ſalus hoīs ē ex grā. Queſtio XX

## Deinde ꝯſiderandū

eſt de his que conueniūt chriſto per compa-
rationem ad patrem. quorum quedam dicū
tur de ipſo ſm̃ habitudinē ipſius ad patrem. puta ꝙ eſt ei
ſubiectus qđ ipſum orauit. ꝙ in ſacerdotio ei miniſtrauit.
quedam vero dicuntur vel dici poſſent ſm̃ habitudinē pa-
tris ad ipſum. puta ſi pater eum adoptaſſet. ⁊ qđ eū pre
deſtinauit. ¶ Primo ergo ꝯſiderandū eſt de ſubiectione
chriſti ad patrem. 2° de eius oratione. 3° de eius ſacerdo-
cio. 4° de adoptione an ei ꝯueniat. 5° de eius predeſtina-
tione. ¶ Circa primū querunt̃ duo. p° vtrum chriſtus ſit
ſubiectus patri. 2° vtrum ſit ſubiectus ſibiipſi.

## Ad primū ſic proceditur

Videtur ꝙ non ſit dicendū chriſtum eſſe ſubiectum pa-
tri. Omne enī quod ſubijcitur deo patri eſt creatura. q2
vt dicitur in li. de eccleſ. dogma. in trinitate nihil eſt ſer-
uiens neqꝫ ſubiectum. ſed non eſt ſimpliciter dicendū ꝙ
chriſtus ſit creatura vt ſupra dictum eſt. ergo etiam nō eſt
ſimpliciter dicendū ꝙ chriſtus ſit deo patri ſubiectus.
¶ Prete. ex hoc ipſo dicitur aliquid deo ſubiectum qđ eſt ei
us dño ſeruiens. ſed humane nature in chriſto non po-
teſt attribui ſeruitus. Dicit enī Damaſ. in. iij. li. ſciendū
ꝙ neqꝫ ſm̃ naturam humanaꝫ ipſam ſcilicet naturā chri-
ſti dicere poſſumus. ſeruitutis enī ⁊ dñationis nomē nō
nature ſunt cognitiōes. ſed eorum que ad aliquid. quem
admodū paternitatis ⁊ filiatiōis. ergo chriſtus ſm̃ hūa-
nam naturam non eſt deo patri ſubiectus. ¶ Pre. i. Co
rinth. xv. dicitur cum autem ſubiecta fuerint illi oīa. tunc
et ipſe filius ſubiectus erit illi qui ſubiecit ſibi oīa. ſed ſi-
cut dicitur ad Heb. ij. nunc necdum videmus ei ſubie-
cta oīa. ergo nondum ipſe chriſtus eſt ſubiectuſ patri qui
ei ſubiecit oīa. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Joh. xiiij.
Pater maior me eſt. Et Aug. dicit in. i. de trini. non im-
merito ſcriptura vtrunqꝫ dicit. equalem patri filio. ⁊ pa-
trem maiorem filio. illud enī ꝓpter formam dei. hoc autē
ꝓpter formam ſerui ſine vlla ꝯfuſiōe intelligit̃. ſed minor
eſt ſubiectus maiori. ergo chriſtus ſm̃ formam ſerui eſt
patri ſubiectus. ¶ Rñ. dicendum ꝙ cuilibet habenti aliquaꝫ
naturam ꝯueniūt ea que ſunt ꝓpria illius nature. natu-
ra autem humana ex ſui ꝯdictione habet triplicē ſubiecti
onem ad deum. Unam quidem ſm̃ gradum bonitatꝭ. ꝓ
ut ſcilicet natura diuina eſt ipſa eſſentia bonitatꝭ. vt patꝫ
per Diony. i. c. de diui. no. natura autem creata habꝫ q̃n
dam participationē diuine bonitatꝭ. qua radijs illi⁹ bo-
nitatis ſubiecta eſt. Secūdo humana natura ſubijcit̃ deo
q̃ntum ad dei poteſtatē. prout ſcilicet natura humana ſi-
cut ⁊ quelibet creatura ſubiacet oꝑationi diuine diſpo-
ſitionis. Tertio modo ſpecialiter hūana natura deo ſub
ijcitur per ꝓprium ſuū actum. inq̃ntum ſcilicet ꝓpria vo-
luntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicem ſubie-
ctionem ad patrem chriſtus de ſeipſo ꝯfitetur. Primam
quidem Matth. xix. quid me interrogas de bono. Unus
eſt bonus deus. vbi Hierony. dicit ꝙ quia eum magiſtꝝ
vocauerat bonū ⁊ non deum vel dei filium ꝓfeſſus erat.
dixit. quem vis factum hominem in compatione dei non
eſſe bonū. per hoc dedit intelligere ꝙ ſm̃ hūanam natu-
ram non pertingebat ad gradum bonitatꝭ diuine. ⁊ quia
in his que non mole magna ſunt idem eſt eſſe maius qđ
melius. vt dicit Aug. in. vi. de trini. ex hac ratione pater
dicitur maior chriſto ſm̃ naturam humanā. Secūda au
tem ſubiectio chriſto attribuitur inq̃ntum oīa que circa
hūanitateꝫ chriſti acta ſunt diuine diſpoſitione geſta cre-
dantur. vt dicit Diony. iiij. c. cel. hierar. ꝙ chriſtus ſub-
ijcitur dei patris ordinationib⁹. ⁊ hec eſt ſubiectio ſerui-
tutis ſm̃ ꝙ omnis creatura deo ſeruit eius ordinatiōi ſub
iecta. ſm̃ illud Sap. vi. creatori ⁊ factori deſeruienſ. ⁊ ſm̃

hoc etiam filius dei ad Philip. ij. dicitur formaȝ ſerui accipiens. Tertiam autem ſubiectionē attribuit ſibiipſi Johan. viij. dicens. que placita ſunt ei facio ſemp. ⁊ hec ſubiectio obedientie patris uſqȝ ad mortem dicit. vnde dicit ad Philip. ij. factus eſt obediens uſqȝ ad mortem. Ad i. ergo dicendum ꝙ ſicut non eſt ſimplicit intelligendū ꝙ chriſtus ſit creatura. ſed ſolum ſm humanā naturam. ſiue apponatur ei determinatio ſiue non vt ſupra dictū eſt. ita etiam non eſt ſimpliciter intelligendū ꝙ chriſtus ſit ſubiectus patri ſed ſolum ſm humanā naturam. etiaȝ ſi hec determinatio non apponat. quā tamen ꝯuenientius eſt apponere ad euitandū errorem arrij. qui poſuit filiuȝ patre minorem. Ad. ij. dicendum ꝙ relatio ſeruitutiſ ⁊ dñij fundatur ſuper actione ⁊ paſſione. inquantum ſcilicet ſerui eſt moueri a dño ſm imperium. agere autem nō attribuit nature ſicut agenti ſed perſone. actus enī ſuppoſitoꝝ ſunt ſingulariū ſm phm̄. attribuit tamen actio nature ſicut ei ſȝ quā perſona vel hypoſtaſis agit. Et ideo quãuis nō ꝓprie dicatur ꝙ natura ſit dña vel ſerua. poteſt tamen ꝓprie dici ꝙ aliqua hypoſtaſis vel perſona ſit dña vel ſerua ſm hanc vel illam naturam. ⁊ ſm hoc nihil prohibet dicere chriſtum patri ſubiectum vel ſeruū ſm humanā naturaȝ. Ad. iij. dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. in. i. de trini. Tūc chriſtus tradet regnū deo ⁊ patri. quando iuſtos in quibꝰ nūc regnat per fidem perducturus eſt ad ſpeciem. vt ſcilicet videant ipſam eſſentiam cōmunē patri ⁊ filio. ⁊ tunc totaliter erit patri ſubiectus. non ſolum in ſe ſed etiam ī mēbris ſuis per plenam participationē diuine bonitatiſ. et tunc plene oīa erunt ei ſubiecta. per finalem impletioneȝ ſue voluntatis de eis. licet etiam modo ſint ei oīa ſubiecta quantum ad poteſtatem. ſm illud Matth. vlt. data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ in terra.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Videtur ꝙ chriſtus non ſit ſibiipſi ſubiectus. Dicit enī Cyrillus in epiſtola ſynodoica quā ſcilicet ſynodus epheſina recepit. neqȝ inquit ipſe chriſtus ſibi ſeruus eſt. neqȝ dñs. fatuū enī eſt magis autem ⁊ impium ita dicere vel ſapere. ⁊ hoc etiam aſſeruit Damaſ. in. iij. li. dicens. vnū enī ens chriſtus non poteſt ſeruus eſſe ſuiipſius ⁊ dñs. ſed tantum dicitur ſeruus patris chriſtus inquantum eſt ei ſubiectus. ergo chriſtus non eſt ſubiectꝰ ſibiipſi. Prete. Seruus refertur ad dñm. ſed relatio non eſt alicuius de ſeipſo. vnde ⁊ Hylarius dicit in li. de trini. ꝙ nihil eſt ſibi ſimile aut equale. ergo chriſtus non poteſt dici ſeruuſ ſuiipſius. ⁊ per ꝯſequens nec ſibi eſſe ſubiectus. Pret. Sicut anima rationalis ⁊ caro vnus eſt homo. ita deus et homo vnus eſt chriſtus. vt dicit Athanaſiꝰ. ſed homo non dicitur ſubiectus ſibiipſi vel ſeruus ſuiipſiꝰ aut maior ſeipſo. ꝓpter hoc ꝙ corpus eius ſubiectum eſt anime. ergo neqȝ chriſtus dicitur ſubiectꝰ ſibiipſi ꝓpter hoc qđ eius humanitas ſubiecta eſt diuinitati ipſius. Sȝ contra eſt qđ Aug. dicit in. i. de trini. veritas oſtendit ſm iſtum modum quo ſcilicet pater maior eſt chriſto ſm humanam naturam. ⁊ etiam ſeipſo minorem filiū. Preterea ſicut ipſe argumentat ibideȝ. ſic accepta eſt a filio dei forma ſerui vt non amitteret formam dei. ſed ſm formam dei que eſt cōmunis patri ⁊ filio. pater eſt filio maior ſm humanam naturam. ergo filius etiam maior eſt ſeipſo ſȝ hūanam naturam. Preterea ſm hūanam naturam eſt ſeruus dei patris. ſm illud Johan. xx. Aſcendo ad patrē meum ⁊ patrem veſtrū. deum meum ⁊ deuȝ veſtrū. ſȝ quicūqȝ eſt ſeruus patris eſt ſeruus filij. alioquin non oīa que ſūt patris eſſent filij. ergo chriſtus eſt ſeruus ſuiipſius ⁊ ſibi ſubditus. Rñ. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt eſſe dñm ⁊ ſeruum attribuitur perſone vel hypoſtaſi ſm aliquam naturam. cum ergo chriſtus dicitur eſſe dñs vel ſeruus ſuiipſius vel ꝙ verbum dei eſt dñs hoīs chriſti. hoc poteſt intelligi dupliciter. Uno modo vt hoc intelligat eſſe dictū ratione alterius hypoſtaſis vel perſone. ꝙ alia ſit perſona verbi dei dñantis ⁊ alia hominis ſeruientis qđ pertinet ad hereſim Neſtorij. Unde in ꝯdemnatiōe Neſtorij dicitur in ſynodo epheſina. Siquis dicit deum aut dñm eſſe chriſti ex deo patre verbum ⁊ non eundem magis cōfitetur ſimul deum ⁊ hoīem. vtpote verbo carne facto ſm ſcripturas anathema ſit. ⁊ hoc modo negat a Cyrillo et Damaſ. ⁊ ſub eodem ſenſu negandū eſt chriſtum eſſe minorem ſeipſo. vel eſſe ſibiipſi ſubiectum. Alio modo poteſt intelligi ſm diuerſitatē naturarū in vna ꝑſona vel hypoſtaſi. ⁊ ſic dicere poſſumus ſm vnam earū in qua cum patre conuenit ſimul eum cum patre preeſſe ⁊ dñari. ſm vero alteram naturam in qua nobiſcū conuenit ipſum ſubeſſe ⁊ ſeruire. ⁊ ſm hunc modum dicit Augꝰ. filium eſſe ſeipſo minorē. Sciendū tamen ꝙ cum hoc nomen chriſtꝰ ſit nomen perſone ⁊ hoc nomen filius illa per ſe ⁊ abſolute poſſunt dici de chriſto que conueniūt ei ratione ſue ꝑſone que eſt eterna. ⁊ maxime huiuſmodi relatiōes q̄ magis videntur ad perſonam vel hypoſtaſim pertinere. ſed ea que conueniūt ſibi ſm hūanam naturam ſunt ei potius attribuenda cum determiatione. vt videlicet dicamus chriſtum ſimpliciter eſſe maximū ⁊ dñm preſidērē. ꝙ autem ſit ſubiectus vel ſeruus vel minor eſt ei attribuendū cum determinatiōe ſcilicet ſm hūanam naturā. Ad. i. ergo dicendum ꝙ Cyril. et Damaſ. negant chriſtum eſſe dominū ſuiipſius ſm ꝙ per hoc importatur pluralitas ſuppoſitoꝝ que requirit ad hoc ꝙ aliquis ſit ſimpliciter dñs alicuius. Ad. ij. dicendum ꝙ ſimplicit quidem oportet eſſe alium dñm ⁊ alium ſeruū. poteſt tamen aliqua ratio dominij ⁊ ſeruitij ſeruari. prout idem eſt dñs ſuiipſius ſm aliud ⁊ aliud. Ad. iij. dicendum ꝙ ꝓpt diuerſas partes hominis quarum vna eſt ſuperior alia inferior. dicit phūs i. ethi. ꝙ iuſticia eſt hominis ad ſeipſum inquantum iraſcibiliſ et ꝯcupiſcibilis obediunt rationi. ſm etiam hunc modum vnus homo poteſt dici ſubiectus ⁊ ſeruiēs ſm diuerſas ſui partes. Ad alia argumenta patet reſponſio ex dictiſ. nam Augꝰ. aſſerit filium minoreȝ ſeipſo vel ſibi ſubiectū ſm hūanam naturam non ſm diuerſitatem ſuppoſitorū.

## Queſtio XXI

Deinde ꝯſiderandū eſt de oratione chriſti. Et circa hoc querūt quattuor. pº vtrum chriſto conueniat orare. 2º vtrum conueniat ſibi ſm ſenſualitatē. 3º vtrum conueniat ſibi orare pro ſeipſo. aut tm̄ pro alijs. 4º vtrum omnis oratio eius ſit exaudita.

## Ad primū ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſto non competat orare. Nam ſicut dicit Damaſ. Oratio eſt petitio decentiū a deo. ſed cum chriſtus omnia facere poſſit non videtur ei conuenire ꝙ aliquid ab aliquo peteret. ergo videtur ꝙ chriſto non cōueniat orare. Prete. Non oportet orādo petere illud qđ aliquis ſcit procerto eſſe futurum. ſicut non oramuſ ꝙ ſol oriatur cras. nec etiam eſt ꝯueniens ꝙ alijs orando petat

quod ſcit nullo modo eſſe futurū. ſed chriſtus ſciebat circa oīa qđ eſſet futurum. ergo non ꝯueniebat ei aliqđ orādo petere. ¶ Pret. Damaſce. dicit in. iij. li. ꝙ oratio ē aſcenſus intellectus in deum. ſed intellectus chriſti non indigebat aſcenſione in deum. quia ſemper eius intellectus erat deo ꝯiunctus non ſolum ſm vnionē hypoſtaſis ſed etiam ſm fruitionē btitudinis. ergo chriſto nō ꝯueniebat orare. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Lu. vi. Factū eſt in illis diebus exijt in montem orare. ⁊ erat pernoctās in oratione dei. ¶ Rn̄. dđm ꝙ ſicut dictū eſt in. ij. parte. Oratio eſt quedam explicatio ꝓprie voluntatis apud deum vt eam impleat. ſi ergo in chriſto eſſet tm̄ vna voluntas ſcilicet diuina nullo modo ſibi competeret orare. qꝛ voluntas diuina per ſeipſam eſt effectiua illorum q̄ vult. ſm illud ps. Oīa quecunq̄ voluit dn̄s fecit. ſed quia in chriſto eſt alia voluntas diuina ⁊ alia hūana non eſt per ſeipſam efficax ad implendū ea que vult. niſi per virtutē diuinam. inde eſt ꝙ chriſto ſm qđ eſt homo ⁊ humanā voluntatem habens competit orare. ¶ Ad. i. ergo. dđm ꝙ chriſtus poterat perficere oīa que volebat ſm ꝙ deus. non autem ſm qđ homo. quia ſm qđ homo non habuit omnipotentiā vt ſupradictū eſt. nihilominꝰ tamen idem ipſe deus exiſtens ⁊ homo voluit ad patrē orationē porrigere non quaſi ipſe eſſet omnipotēs ſed ꝓpter noſtram inſtructionem. Primo quidem vt oſtenderet ſe eſſe a patre. vnde ipſe dicit Johan. xi. ꝓpter populū qui circūſtat dixi ſcilicet verba orationis vt credant quia tu me miſiſti. Unde Hylarius dicit. iiij. de trini. Non prece eguit. nobis orauit. ⁊ ne filius ignoretur. Secūdo vt nobis exemplum daret. vnde Ambroſ. dicit ſuper Lu. Noli inſidiatrices aperire aures. vt putes filium quaſi infirmū orare. vt impetret qđ implere non poſſit. poteſtatis enī eſt actor obedientie magiſter. ad precepta virtutis ſuo nos informat exemplo. Unde ⁊ Aug. dicit ſuper Johan. Poterat dn̄s in forma ſerui ſi hoc opus eſſet orare ſilentio. ſed ita ſe patri voluit exiſtere precatorem. vt meminiſſet noſtrum ſe eſſe doctorem. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ inter alia que chriſtus ſciuit futura. ſciuit quedam eſſe fienda ꝓpter ſuā orationem ⁊ huiuſmodi non inconuenienter a deo petijt. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ aſcenſio nihil eſt aliud q̄ motus in id quod eſt ſurſum. motus autem vt dicitur in. iij. de anima dupliciter dicitur. Uno modo ꝓprie ſm ꝙ importat exitū de potentia in actum. prout eſt actus imperfecti. ⁊ ſic aſcendere competit ei ꝙ eſt potentia ſurſum ⁊ non actu. ⁊ hoc modo vt Damaſ. dicit in. iij. li. Intellectus humanꝰ chriſti non eget aſcenſione in deum. cum ſit ſemper deo vnitꝰ et ſm eſſe perſonale ⁊ ſm beatam ꝯtemplationē. Alio modo dicitur motus actus perfecti. id eſt. exiſtentis in actu. ſicut intelligere ⁊ ſentire dicuntur quidam motus. ⁊ hoc modo intellectus chriſti ſemper aſcendit in deum. quia ſemper ꝯtemplatur ipſum vt ſupra ſe exiſtentem.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Uidetur ꝙ chriſto ꝯueniat orare ſm ſuam ſenſualitatem. Dicitur enī in ps ex perſona chriſti. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deum viuū. ſed ſenſualitas dicitur appetitus carnis. ergo chriſti ſenſualitas potuit aſcendere in deum viuū exultando ⁊ pari ratione orando. ¶ Pre. Eius videtur eſſe orare cuius eſt deſiderare illud quod petitur. ſed chriſtus petiuit aliquid qđ deſiderauit ſenſualitas cū dixit tranſeat a me calix iſte. vt habetur Math. xxvi. ergo ſenſualitas chriſti orauit. ¶ Prete. Magis eſt vniri deo in natura q̄ aſcendere in deum per orationē. ſed ſenſualitas fuit aſſumpta a deo in vnitate perſone ſic ⁊ quelibet pars humane nature. ergo multomagis potuit aſcendere in deum orando. ¶ Sed contra eſt qđ ad Philip. ij dicitur. ꝙ filius dei ſm naturā quā aſſumpſit eſt in ſimilitudinē hominū factus. ſed alij hoīes non orant ſm ſenſualitatem. ergo neq̄ chriſtus orauit ſm ſenſualitatem. Rn̄. dđm ꝙ orare ſm ſenſualitatē poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ſic ꝙ oratio ſit actus ſenſualitatis. ⁊ hoc modo chriſtus ſm ſenſualitatē non orauit. quia eius ſenſualitas eiuſdem nature ⁊ ſpeciei fuit in chriſto ⁊ in nobis. in nobis autem non poteſt orare duplici ratiōe. Primo quidem quia motus ſenſualitatis non poteſt ſenſualia tranſcēdere qđ requiritur ad orationē. Secūdo quia oratio importat quandam ordinationē prout aliquis deſiderat aliquid quaſi a deo implendū. ⁊ hoc eſt ſolius rationis. vnde oratio eſt actus rationis vt in. ij. parte habitum eſt. Alio modo poteſt dici aliquis orare ſm ſenſualitatē. quia ſcilicet eius ratio orando deo ꝓpoſuit qđ erat in appetitu ſenſualitatis ipſius. ⁊ ſm hoc chriſtus orauit ſm ſenſualitatē. inq̄ntum ſcilicet eius oratio exprimebat ſenſualitatis affectū tanq̄ ſenſualitatis aduocata. ⁊ hoc vt nos de tribꝰ inſtrueret. Primo vt oſtenderet ſe veram naturam humanam aſſumpſiſſe cū omnibꝰ naturalibꝰ affectibus. Secundo vt oſtenderet ꝙ homini licet ſm naturalem affectum aliquid velle qđ deus non vult. Tertio vt oſtenderet ꝙ proprium affectum debet homo diuine voluntati ſubijcere. Unde Aug. dicit in enchirid. ſic chriſtus hominē gerenſ oſtendit priuatam quandam hoīs voluntatē cum dicit. tranſeat a me calix iſte. hoc enī erat humana voluntas ꝓprium aliquid ⁊ tanq̄ priuatum volens. ſed quia rectum vult eſſe hominē ⁊ ad deum dirigi. ſubdit. veruntamē nō ſicut ego volo. ſed ſicut tu. ac ſi dicat vide in me quia potens ſum aliquid ꝓpriū velle etiam ſi deus aliud velit. Ad. i ergo dđm ꝙ caro exultat in deum viuū non ꝑ actū carnis aſcendentem in deū. ſed per redundantiā a corde ī carnem. inq̄ntum appetitus ſenſitiuus ſequitur motum appetitus rationalis. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ licet ſenſualitas hoc voluerit qđ ratio petebat. hoc tamē orando petere n̄ erat ſenſualitatis ſed rationis vt dictum eſt. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ vnio in perſona eſt ſm eſſe perſonale qđ pertinet ad quālibet partem humane nature. ſed aſcenſio orationis ē ꝑ actum qui non conuenit niſi rationi vt dictum eſt. vnde non eſt ſimilis ratio.

## Ad tertium ſic procedit.

Uidetur ꝙ chriſto non fuit ꝯueniens pro ſe orare. Dicit enī Hylarius cum ſibi non ꝓficeret deprecatiōis ſermo. ad perfectum tamen fidei noſtre loquebatur. ſic ergo videtur ꝙ chriſtus non ſibi ſed nobis orauit. ¶ Prete. Nullus orat niſi pro eo qđ vult. quia ſicut dictum eſt. oratio eſt quedam explicatio voluntatis per deū implende. ſed chriſtus volebat pati ea que patiebatur. Dicit enī Aug. xiiij. contra Fauſtum. homo puluis ⁊ ſi nolit ꝯtriſtatur. ⁊ ſi nolit dormit. ⁊ ſi nolit eſurit aut ſitit. ille autem ſcilicet chriſtꝰ oīa iſta habuit quia voluit. ergo ei non competebat pro ſe orare. ¶ Prete. Cyprianus dicit in li. de oratiōe dn̄ica. pacis et vnitatis magiſter noluit ſigillatim ⁊ priuatim precem fieri. vt quis dum precatur pro ſe tm̄ precetur. ſed chriſtus illud impleuit quod docuit ſm illud Act. i. cepit Jeſus facere ⁊ docere. ergo chriſtus ſolū pro ſe ſolo nunq̄ orauit. ¶ Sed contra eſt qđ ipſe dn̄s orando dicit Johan. xvij.

pater clarifica filium tuū. Rñ. dicendum ꝙ chriſtus pro ſe dupliciter. Uno modo exprimendo affectum ſenſualitatis. vt ſupra dictum eſt. vel etiam voluntatis ſimplicis que conſideratur vt natura. ſicut cum orauit a ſe calicem trāſferri. Alio modo exprimendo affectum voluntatis delibe rate que conſideratur vt ratio. ſicut cum petijt gloriaꝫ reſurrectionis. ⁊ hoc rationaliṫ ſicut enī dictū eſt. chriſtꝰ ad hoc voluit vti oratione ad patrem. vt nobis exemplū daret orandi. ⁊ vt oſtenderet patrem ſuū eſſe actorem a quo etiam eternaliter proceſſit ſcḋm diuinam naturā. ⁊ ſcḋm humanam naturam ab eo habet quicquid boni habet. ſicut autem in humana natura quedam bona habebat a patre iam percepta ita etiam expectabat ab eo quedā bona nōdum habita ſed ꝑcipienda. ⁊ ideo ſicut pro bonis iam ꝑceptis in humana natura gratias agebat patri recognoſcendo eum actorem. vt patet Matth. xxvi. et Iohan. xi. ita etiam vt patrem actorem recognoſceret ab eo orando petebat que ſibi deerant ſcḋm humanā naturam. puta gloriam corporis. ⁊ alia huiuſmodi. ⁊ in hoc etiam nobis dedit exemplum vt de perceptis muneribus gratias agamꝰ et nondum habita orando poſtulemꝰ. Ad. i. ergo dicendum ꝙ Hylarius loquitur q̄ntum ad orationē vocaleꝫ. que non erat ei neceſſaria ꝓpter ipſū ſꝫ ſolū ꝓpṫ nos. vnde ſignanter dicit ꝙ ſibi non proficiebat deprecantis ſermo. ſi enim deſideriū pauperum exaudiuit dñs. vt in ps dicit̃. multomagis ſola voluntas chriſti habet vim orationis apud patrem. vnde ipſe dicebat Iohan. xi. ego ſciebā q: ſemper me audis. ſed ꝓpter populum qui circū ſtat dixi. vt credant quia tu me miſiſti. Ad. ij. dicendum ꝙ chriſtꝰ volebat quidem pati illa que patiebatur pro tempore illo. ſed nihilominꝰ volebat vt poſt paſſionem gloriaꝫ corporis ꝯſequeret̃ quā nondum habebat. quam quidem gloriam expectabat a patre ſicut ab actore. ⁊ ideo conſequenter ab eo ipſam petebat. Ad. iij. dicendum ꝙ ipſa gloria quā chriſtus ſibi orando petebat pertinebat ad ſalutem aliorum. ſcḋm illud ad Roma. iiij. reſurrexit ꝓpter iuſtificationem noſtram. ⁊ ideo illa etiam oratio quā pro ſe faciebat erat quodāmodo pro alijs. ſic ⁊ quicunqꝫ homo aliquod bonū a deo poſtulat vt vtatur illo ad vtilitatem aliorum. non ſibi ſoli ſed etiam alijs orat.

## Ad quartuꝫ ſic procedit̃.

Uidetur ꝙ chriſti oratio non ſemper fuit exaudita. Petijt enī a ſe remoueri calicem paſſionis vt patet Matth. xxvi. qui tamen ab eo non fuit tranſlatus. ergo videt̃ ꝙ non omnis eius oratio fuit exaudita. Preter. Ipſe orauit vt peccatum ſuis crucifixoribꝰ ignoſceret vt patet Lu. xxiij. non tamen omnibꝰ fuit illud peccatum dimiſſuꝫ. nā iudei fuerunt pro illo peccato puniti. ergo videtur ꝙ non omnis eius oratio fuerit exaudita. Preter. dñs orauit pro his qui erant credituri per verbuꝫ apoſtoloꝝ in ipſo vt omnes in eo vnū eſſent. ⁊ vt peruenirent ad hoc ꝙ eſſent cum ipſo. ſed non omnes ad hoc perueniunt. ergo nō omnis eius oratio eſt exaudita. Preter. in ps dicitur in perſona chriſti. clamabo per diem ⁊ noctem ⁊ non exaudies. non ergo oīs eius oratio eſt exaudita. Sed contra eſt qḋ apoſtolus dicit ad Heb. v. cum clamore valido ⁊ lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia. Rñ. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt. oratio eſt quodāmodo interpretatiua voluntatis humane. tunc ergo alicuius orantis exauditur oratio quando eius voluntas adimpletur. voluntas autem ſimpliciter hominis eſt voluntas rationis. hoc enī abſolute volumus qḋ ſcḋm deliberatam rationem volumus. illud autem quod volumus ſꝫ motum ſenſualitatis vel etiam ſcḋm motum voluntatꝭ ſimplicis que conſideratur vt natura non ſimpliciṫ volumuſ ſed ſcḋm quid. ſcilicet ſi aliud non obſtat qḋ per deliberationem rationis inuenitur. vnde talis voluntas magis eſt dicenda velleitas q̄ꝫ abſoluta voluntas. quia ſciliꝫ homo hoc vellet ſi aliud non obſiſteret. ſcḋm autem voluntatem rationis chriſtus nihil aliud voluit niſi qḋ deuꝫ velle ſciuit. ⁊ ideo omnis abſoluta chriſti voluntas etiam humana fuit impleta. quia fuit deo conformis ⁊ per conſequens omnis eius oratio fuit exaudita. nam etiam ſꝫ hoc aliorum orationes adimplent̃. quia ſunt eorum voluntates deo conformes. ſcḋm illud ad Roma. viij. qui autē ſcrutatur corda ſcit. id eſt. approbat quid deſideret ſpiritus. id eſt. quid faciat ſanctos deſiderare. quoniam ſcḋm deum. id eſt. ſcḋm conformitatē diuine voluntatis poſtulat pro ſanctis. Ad. i. ergo dicendum ꝙ illa petitio de tranſlatiōe calicis diuerſimode a ſanctiꝫ exponitur. Hylarius enī ſuper Matth. dicit ꝙ autem vt a ſe tranſeat rogat non vt ipſe pretereatur orat. ſed vt in alterum id quod ad ſe trāſit excedat ⁊c. atqꝫ ideo pro his orat qui paſſuri poſt ſe erant. vt ſit ſenſus. quomodo a me bibitur calix paſſiōis ita ab alijs bibatur ſine ſpei diffidentia. ſine ſenſu doloris. ſine metu mortis. vel ſcḋm Hieronymū ſignant̃ dicit calix iſte hoc eſt ꝓpter iudeos. qui excuſationē ignorantie habere ñ poſſunt habentes leges ⁊ ꝓphetas qui me vaticinantur. Uel ſcḋm Diony. Alexandrinū. qui dicit. transfer calicem iſtum a me. non hoc eſt vt non adueniat mihi. niſi enī adueniret transferri non poterit. ſed ſicut qḋ preterijt nec intactum eſt nec permanens eſt ſic ſaluator leuiter inuadentem temptationem flagitat pelli. Ambroſius autem Origenes et Chryſoſtomus dicunt ꝙ petijt quaſi homo naturali voluntate mortem recuſans. Sic ergo ſi intelligat̃ ꝙ petierit per hoc alios martyres ſue paſſionis fieri imitatores ſcḋm Hylariū vel petierit ꝙ timor bibendi calicis eum non perturbaret vel ꝙ mors eum non detineret omnino impletuꝫ eſt qḋ petiuit. Si vo intelligat̃ petijſſe ꝙ non biberet calicem paſſionis mortis vel non biberet ipſum a iudeis. non quidem factum eſt qḋ petijt. quia oratio que petitionē ꝓpoſuit non valebat vt impleretur hoc ſed ad inſtructionē noſtram volebat declarare nobis ſuā voluntatem naturalem ⁊ ſenſualitatis motū quā ſic homo habebat. Ad. ij. dicendum ꝙ dñs non orauit pro omnibus crucifixoribus. nec etiam pro omnibus qui erant credituri in eum. ſed pro his ſoluꝫ qui erant predeſtinati vt per ipſum vitam conſequerēt̃. vnde patet reſpōſio ad. iij. Ad. iiij. dicendum ꝙ cū dicit clamabo ⁊ non exaudies intelligendum eſt q̄ntum ad affectum ſenſualitatis que mortē refugiebat. exauditur tamen q̄ntum ad affectum rationiſ vt dictum eſt.

## Queſtio XXIII

Deinde ꝯſiderandū eſt de ſacerdotio chriſti. Et circa hoc queritur ſex. pᵒ vtrum conueniat chriſto eſſe ſacerdotem. 2ᵒ de hoſtia eius ſacerdotis. 3ᵒ de effectu eius ſacerdocij. 4ᵒ vtrum effectus ſacerdotij eius pertineat ad ipſum vel ſolū ad alios. 5ᵒ de eternitate ſacerdotij eiꝰ. 6ᵒ vtrum debeat dici ſacerdos ſcḋm ordinem Melchiſedech.

## Ad primū ſic proceditur

Uidetur ꝙ chriſto non conueniat eſſe ſacerdotem. Sa

cerdos eniꝫ eſt minoꝛ angelo. vnde dicitur Zach. iij. oſtēdit mihi deus ſacerdotem magnū ſtantem coram angelo dñi. ſed chriſtus eſt maioꝛ angelis ſm illud ad Hebꝛe. i. tanto melioꝛ angelis effectus q̄nto differentius p̄ illis nomen hereditauit. ergo chriſto non conuenit eſſe ſacerdotē ¶ Pre. Ea que fuerunt in veteri teſtamēto fuerunt figure chriſti. ſm illud ad Coloſſ. ij. que ſunt vmbꝛa futuroꝝ. coꝛpus autem chriſti. ſed chriſtus non trarit oꝛiginem ex ſacerdotib⁹ veteris legis. Dicit enī apoſtolus ad Hebꝛe. vij. Manifeſtū eſt ꝙ ex iuda oꝛtus ſit deus noſter. in qua tribu nihil de ſacerdotib⁹ Moyſes locutus eſt. chriſto ergo non conuenit eſſe ſacerdotem. ¶ Prete. in veteri teſtamento qđ eſt figura chriſti non eſt idem legiſlatoꝛ ⁊ ſacerdos. vnde dicit dñs ad Moyſen legiſlatorē Exo. xxviij applica Aaron fratrem tuū vt ſacerdotio fungat̄ mihi chriſtus autem eſt latoꝛ noue leg̃. ſm illud Hiere. xxxi. dabo leges meas in coꝛdibus eoꝛuꝫ. ergo chriſto non conuenit eſſe ſacerdotem. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Hebꝛe. iiij. habemus pontificem qui penetrauit celum. Jeſum filium dei. ¶ Rñ. dđm ꝙ ꝓpꝛium officium ſacerdotis eſt eſſe mediatorē inter deum ⁊ populū inq̄ntum ſcilicet diuina populo tradidit. vnde ſacerdos dicitur q̄ſi ſacra dās ſm illud Malach. ij. legem requirent ex oꝛe eius ſcilicꝫ ſacerdotis. ⁊ iterum inq̄ntum preceſ populi deo offert ꝓ eorum peccatis aliqualiter ſatiſfacit. Unde apoſtoluſ dicit ad Hebꝛe. v. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptuſ pro hoibus conſtituitur in his que ſunt ad deum. vt offerat dona ⁊ ſacrificia pꝛo peccatis. hoc autem maxime conuenit chriſto. nam per illum dona hoibus ſunt collata. ſꝫ illud. ij. Pet. i. per quem ſcilicet chriſtum maxima ⁊ pꝛecioſa nobis pꝛomiſſa donauit. vt per hoc efficiamur diuine conſoꝛtes nature. ipſe etiam humanū genus deo reconciliauit. ſm illud ad Coloſſ. i. in ipſo ſcilicet chriſto complacuit omnē plenitudinē inhabitare. ⁊ per eum reconciliari omnia. vnde Chriſto maxime conuenit eſſe ſacerdotem. ¶ Ad. i. ergo dđm ꝙ poteſtas hierarchica conuenit quidem angelis inq̄ntum ⁊ ipſi ſunt medij inter deuꝫ et homines. vt patet per Diony. in li. cel̃. hierar. ita ꝙ ipſe ſacerdos inq̄ntum eſt medius inter deum ⁊ populum angeli nomen habet. ſm illud Malach. ij. angelus dñi exercituū eſt. chriſtus autem maioꝛ angelis fuit non ſolum ſm deitatem ſed etiam ſm hūanitatem. inq̄ntum habuit plenitudinē gratie ⁊ gloꝛie. vnde etiaꝫ plenioꝛi modo hierarchicaꝫ ſeu ſacerdotalem poteſtatem pꝛe alijs habuit. ita etiam ꝙ ipſi angeli fuerunt miniſtri ſacerdotij eius. ſꝫ illud Matth. iiij. acceſſerunt angeli ⁊ miſtrabant ei. ſm tamen paſſibilitatē modico ab angelis minoꝛatus eſt. vt apoſtolus dicit ad Hebꝛe. ij. et ſm hoc conformis fuit hominibus viatoꝛibus in ſacerdotio conſtitut⁹. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ſicut Damaſ. dicit i. iij. li. qđ in omnib⁹ eſt ſimile idem vtrunq̃ erit ⁊ non exemplum. quia ergo ſacerdotium veteris legis erat figura ſacerdotij chriſti. noluit chriſtus naſci de ſtirpe figuralium ſacerdotum. vt oſtenderetur non eſſe oīno idem ſacerdotiū ſꝫ differre ſicut verum a figura. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ ſicut ſupꝛa dictum eſt alij hoīes particulatim habent quaſdam gratias. ſed chriſtuſ tanq̃ oīum caput habet perfectionem oīum gratiarum. ⁊ ideo q̄ntum ad alios pertinet alius eſt legiſlatoꝛ ⁊ ali⁹ ſacerdos. ⁊ alius rex. ſed hec oīa concurrunt in chriſto tanq̃ in fonte oīum gratiarum. vnde dicitur Eſa. xxxiij. dñs iudex noſter dñs legifer noſter dñs rex noſter ipſe veniet et ſaluabit nos.

## ¶ Ad ſecundū ſic pꝛocedit.

Videtur ꝙ ipſe chriſtus non fuit ſimul ſacerdos ⁊ hoſtia. Sacerdotis enim eſt hoſtiam occidere. ſed chriſtus non ſemetipſum occidit. ergo ipſe non fuit ſimꝉ ſacerdos ⁊ hoſtia. ¶ Prete. Sacerdotiū chriſti magiſ eſt ſimile ſacerdotio iudeoꝛum qđ erat a deo inſtitutum q̃ꝫ ſacerdotiū gentilium quo demones colebantur. In veteri aūt lege nūq̃ homo in ſacrificium offerebatur. qđ maxime repꝛehenditur in ſacrificijs gentilium. ſm illud p̄s. effuderūt ſanguinem innocentem filioꝛum ſuoꝛum ⁊ filiarum ſuarum. ergo in ſacerdotio chriſti non debuit eſſe ipſe homo chriſt⁹ hoſtia. ¶ Prete. Omnis hoſtia ex hoc ꝙ deo offert̄ deo ſacrificatur. ſed ipſa chriſti humanitas a pꝛincipio fuit ſacrificata ⁊ deo coniuncta. ergo non ꝯuenienter poteſt dici ꝙ chriſtus ſm qđ homo fuerit hoſtia. ¶ Sed contra eſt quod apoſtolus dicit ad Ephe. v. chriſtus dilexit nos ⁊ tradidit ſemetipſum pꝛo nobis oblationem ⁊ hoſtiaꝫ deo in odoꝛem ſuauitatis. ¶ Rñ. dđm ꝙ ſicut dicit Aug. x. de trinita. Omne ſacrificiū viſibile inuiſibilis ſacrificij eſt ſacramentum. id eſt. ſacrum ſignum. eſt autēꝫ inuiſibile ſacrificium. ex quo homo ſpiritum ſuū offert deo. ſm illud p̄s. Sacrificium deo ſpiritus ꝯtribulatus. ⁊ ideo oēe illud quod deo exhibetur ad hoc qđ ſpiritus feratur in deum poteſt dici ſacrificium. indiget ergo homo ſacrificio ꝓpter tria. Uno quidem modo ad remiſſionem peccati ꝑ quod a deo auertitur. ⁊ ideo dicit apoſtolus ad Hebꝛe. v. ꝙ ad ſacerdotem pertinet vt offerat dona ⁊ ſacrificia pꝛo peccatis. Secundo vt homo in ſtatu gratie conſeruetur ſemper deo inherens in quo eius pax ⁊ ſaluſ conſiſtit. vnde ⁊ in veteri lege imolabatur hoſtia pacifica pꝛo offerentium ſalute. vt habetur Leuit. iij. Tertio ad hoc ꝙ ſpūs hominis perfecte deo vniatur. quod maxime erit in gloꝛia vnde in veteri lege offerebatur holocauſtum quaſi totum incenſum. vt dicitur Leuit. i. Hoc autem per humanitatem chriſti nobis. Nam pꝛimo quidem nobis noſtra peccata deleta ſunt. ſm illud. ad Roma. iiij. traditus ē ꝓpter delicta noſtra. Secundo gratiam nos ſaluanteꝫ per ipſum accepimus. ſm illud ad Hebꝛe. v. factus eſt omnibus obtempantibus ſibi cauſa ſalutis eterne. Tertio per ipſum perfectionē gloꝛie adepti ſumus. ſm illud ad Hebꝛe. x. habemus fiduciam per ſanguinem eius in introitu ſanctoꝛum. ſcilicet in gloꝛiam celeſtem. ⁊ ideo ipſe chriſtus inq̄ntum homo non ſolum fuit ſacerdos. ſed etiam hoſtia perfecta. ſimul exiſtens hoſtia ꝓ peccato ⁊ hoſtia pacificoꝝ ⁊ holocauſtum. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ chriſtus non ſe occidit. ſed ſeipſum voluntarie moꝛti expoſuit. ſm illud Eſa. liij. oblatuſ eſt quia ipſe voluit. ⁊ ideo dicitur ſeipſum obtuliſſe. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ chriſti hominis occiſio poteſt ad duplicem voluntatē compari. Uno modo ad voluntatem occidentiū. ⁊ ſic non habuit rationem hoſtie. non enī dicuntur occiſoꝛes chriſti hoſtiam deo obtuliſſe ſed grauiter deliquiſſe. ⁊ huiuſmodi peccati ſimilitudinem gerebant impia gentilium ſacrificia. quib⁹ homines idolis imolabāt. Alio modo poteſt conſiderari occiſio chriſti per compationem ad voluntatem patientis. qui voluntarie ſe obtulit paſſioni. ⁊ ex hac parte habꝫ rationem hoſtie. in quo non conuenit cum ſacrificijs gentilium. Et per hec patet reſponſio ad. iij.

## ¶ Ad tertium ſic pꝛocedit

Videtur ꝙ effectus ſacrificij chriſti non ſit expiatio pecca

rorum. Solius enī dei ē peccata delere ſm illud Eſa. xliiij. ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me. ſed chriſtus non eſt ſacerdos ſm ꝙ deus ſed ſm ꝙ homo. ergo ſacerdotium chriſti non eſt expiatiuū peccatorum. ¶ Preterea. apoſtolus dicit ad Hebreos. x. ꝙ hoſtie veteris teſtamēti non potuerunt perfectos facere. alioquin ceſſaſſent offerri. eo ꝙ nullam haberent conſcientiam peccati cultores ſufficienter ſemel mundati. ſed in ipſis cōmemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. ⁊ ſimiliter ſub ſacerdotio chriſti fit cōmemoratio peccatorum. cum dicitur dimitte nobis debita noſtra Matth. vi. offertur etiam continuū ſacrificium in eccleſia. vnde ibidem dicitur Panē noſtrum quotidianū da nobis hodie. ergo per ſacerdotiū chriſti non expiantur peccata. ¶ Preterea. pro peccato ī veteri lege maxime īmolabatur hyrcus pro peccato principis vel capra pro peccato alicuius de populo. vel vitulus pro peccato ſacerdotis. vt patet Leuit. iiij. ſed chriſtus nulli horum cōparatur ſed agno. ſm illud Iere. xi. ego quaſi agnus manſuetus. qui portatur ad victimam. ergo videtur ꝙ eius ſacerdotiū non ſit expiatiuū peccatorū. ¶ Sed contra eſt quod dicit apoſtolus ad Hebreos. ix. Sanguis xpi qui per ſpiritūſanctū ſeipſm obtulit. īmaculatū deo emūdauit conſcientias noſtras ab operibus mortuis ad ſeruiendum deo viuenti. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ ad perfectā peccatorum emundationē requiruntur duo. ſm qꝺ duo ſunt in peccato. ſcilicet macula culpe. ⁊ reatus pene. Macula quidem culpe delet per gratiam qua cor peccatoris in deum conuertitur. Reatus autem pene tollitur per hoc qꝺ homo deo ſatiſfacit. vtrunqꝫ autem horum efficit ſacerdotium chriſti. nam virtute ipſius gratia nobis datur qua corda noſtra conuertuntur ad deū. ſm illud ad Roma. iij. iuſtificati gratis per gratiam ipſius. per redemptionem que eſt in chriſto Ieſu. quem ꝓpoſuit deus ꝓpiciatorem per fidem ⁊ ſāguinem ipſius. ipſe etiam plenarie pro nobis ſatiſfecit. inquantum ipſe languores noſtros tulit ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. vnde patet ꝙ chriſti ſacerdotium habet vim plenam expiandi peccata. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ licet chriſtus non fuerit ſacerdos ſm ꝙ deus. ſed ſm ꝙ homo. vnus tamen ⁊ idem fuit ſacerdos ⁊ deus. vnde in ſynodo epheſina legitur. Si quis pontificem noſtrum ⁊ apoſtolum fieri non ipſum ex deo verbum ſed quaſi alterum preter ipſum ſpecialiter hominē ex muliere anathema ſit. ⁊ ideo inquantum eius humanitas operabatur in virtute diuinitatis illud ſacrificiū erat efficaciſſimū ad delenda peccata. propter quod dicit Aug. iiij. de trini. quoniam quattuor conſiderantur in omni ſacrificio cui offeratur. a quo offeratur. quid offeratur. pro quibus offeratur. idē ipſe vnus veruſqꝫ mediator per ſacrificium pacis reconcilians nos deo vnum cum illo manens cui offerebatur. vnum in ſe faceret pro quibus offerebatur. vnus ipſe eēt qui offerebat ⁊ quod offerebat. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ peccata non cōmemorantur in noua lege propter inefficaciā ſacerdotij chriſti quaſi per ipſum non ſufficienter expientur peccata. ſed cōmemorantur quantum ad illos qui vel eius ſacrificij nolunt eſſe participes. ſicut ſunt infideles. pro quorum peccatis oramus vt conuertantur. vel quantum ad illos qui poſt participationem huius ſacrificij ab eo deuiant qualitercunqꝫ peccando. ſacrificium autem qꝺ quotidie in eccleſia offertur non eſt aliud a ſacrificio qꝺ chriſtus obtulit. ſed eius cōmemoratio. vnde Auguſtinus. x. de ciuitate dei. ſacerdos ipſe chriſtus offerens ipſe ⁊ oblatio. cuius rei ſacramentum quotidianū eſſe voluit eccleſie ſacrificium. ¶ Ad. iij. dicendū ꝙ ſicut Origenes dicit ſuper Iohannem. licet diuerſa animalia in lege offerentur quotidianū tamen ſacrificiū qꝺ offerebatur mane ⁊ veſpere erat agnus vt habetur Numeri. xxviij. vnde ſignabatur ꝙ oblatio agni. id eſt chriſti eēt ſacrificiū omniū aliorum conſumptiuū. ⁊ ideo Iohan. i. dicitur. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi.

## ¶ Ad quartū ſic proceditur.

Videtur ꝙ effectus ſacerdotij chriſti non ſolum pertinuit ad alios ſed etiam ad ipſum. Ad officium enī ſacerdotis pertinet orare pro populo. ſm illud. ij. Macha. i. orationē faciebant ſacerdotes dum ꝯſumaretur ſacrificium. ſꝫ chriſtus non ſolum pro alijs orauit ſed etiam pro ſeipſo. ſm qꝺ ſupra dictum eſt. ⁊ ſicut expreſſe dicitur ad Hebreos v. ꝙ in diebus carnis ſue preces ſupplicationeſqꝫ ad deum qui poſſit illum ſaluū facere a morte cum clamore valido et lachrymis obtulit. ergo ſacrificium chriſti non ſolū habuit in alijs ſed in ſeipſo effectum. ¶ Preterea. chriſtus obtulit ſeipſum in ſacrificiū in ſua paſſione. ſed per paſſionem ſuam non ſolum alijs meruit ſed etiam ſibi. vt ſupra habitum eſt. ergo ſacerdotiū chriſti non ſolum habuit effectum in alijs ſed etiam in ſeipſo. ¶ Preterea. Sacerdotium veteris legis non ſolum pro alijs ſed etiam pro ſeipſo ſacrificiū offerebat. Dicitur enī Leuit. xvi. ꝙ pōtifex ingreditur ſanctuarium vt roget pro ſe ⁊ pro domo ſua. in vniuerſo cetu filiorum iſrael. ergo etiam ſacerdotiū chriſti non ſolum in alijs ſed etiam in ſeipſo effectum habuit. ¶ Sed contra eſt qꝺ in ſynodo epheſina legitur. Si quis dicit chriſtum pro ſe obtuliſſe oblationem ⁊ non magis ꝓ nobis ſolum nec enī indiguit ſacrificiū qui peccatum neſcit anathema ſit. ſed in ſacrificio offerendo potiſſime ſacerdotis conſiſtit officium. ergo ſacerdotiū chriſti non habuit effectum in chriſto. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ ſicut dictum ē Sacerdos ꝯſtituitur medius inter deum ⁊ populum ille autē indiget medio ad deū qui ꝑ ſeipſum accedere nō pōt et talis ſacerdotio ſubijcitur ſacerdotij ꝑticipās effectū. hoc aūt chriſto nō competit. dicit enī apl's ad Hebre. vij. accedens ꝑ ſeipſū ad deū ſꝑ viuēs ad interpellandū ꝓ nobis et ideo chriſto nō competit effectū ſacerdotij in ſe ſuſcipe ſed potius ipſum alijs cōicare. primū enī agēs in quolibet genere ita eſt influens ꝙ nō eſt recipiēs in genere illo. ſic ſol illūiat ⁊ nō illūiatur. ⁊ ignis calefacit ſed nō calefit. chriſtus autē eſt factor totius ſacerdotij. nā ſacerdos legalis erat figura ipſius. ſacerdos aūt noue legis in perſona ipſius operatur. ſm illud. ij. Corinth. ij. nam ⁊ ego qꝺ donaui ſi quid donaui ꝓpter vos in perſona chriſti. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ oratio etſi ꝯueniat ſacerdotibus non tamen eſt eorum officio propria. cuilibet enim competit ⁊ pro ſe ⁊ pro alijs orare. ſm illud Iaco. vlt. orate pro inuicem vt ſaluemini. ⁊ ſic poſſet dici ꝙ oratio quā chriſtus pro ſe orauit non erat actus ſacerdotij eius. Sed hec reſponſio videtur excludi ꝑ hoc qꝺ apl's dicit ad Hebreos. v. cū dixiſſet. Tu es ſacerdos in eternū ſm ordinē Melchiſedech. ſubdit ꝙ in diebus carnis ſue preces vt ſupra. ⁊ ita videtur ꝙ oratio quā chriſtus orauit ad eius ſacerdotiū pertineat. ⁊ ideo oportet dicere ꝙ alij ſacerdotes effectum ſacerdotij ſui participant. non inquantum ſacerdotes ſed inquantum peccatores vt infra dicetur. chriſtus autem ſimpliciter loquendo peccatum nō habuit. habuit tamen ſimilitudinē peccati in carne vt dicitur ad Roma. viij. ⁊ ideo non ſimpliciter eſt dicendū ꝙ ipſe effectum ſacerdotij participauit. ſed ſm quid ſcili-

ret ſm poſſibilitatem carnis. Unde ſignanter dicit qui poſſit illum ſaluum facere a morte. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ in oblatione ſacrificij cuiuſcunq; ſacerdotis poſſunt duo conſiderari. ſcʒ ipſum ſacrificium oblatum. ⁊ deuotio offerentis. proprius aũt effectus ſacerdocij eſt id qđ ſequitur ex ſacrificio. chriſtus autem conſecutus eſt per ſuam paſſionem nõ quaſi ex vi ſacrificij. qđ offertur per modum ſatiſfactionis. ſed ex ipſa deuotione. qua ſm charitatẽ paſſionẽ humiliter ſuſtinuit. ¶ Ad. iij dicendum ꝙ figura non poteſt adequare veritatem. vnde ſacerdos figuralis veteris legis non poterat ad hanc perfectionem attingere. vt ſacrificio ſatiſfactorio non indigeret. ſed chriſtus non indiguit. vnde non eſt ſimilis ratio de vtroq;. ⁊ hoc eſt quod Apoſtolus dicit. lex homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes. ſermo autem iuriſiurandi qui poſt legẽ eſt filium ineternum perfectum.

## Ad quintũ ſic proceditur

¶ Uidetur ꝙ ſacerdotium chriſti non permaneat ineternũ quia vt dictum eſt illi ſoli effectu ſacerdocij indigent. qui habent infirmitatem peccati. que per ſacerdotis ſacrificiũ expiari poteſt. ſed hoc non erit ineternum. quia in ſanctis nulla erit infirmitas. ſm illud Eſa. lx. Populus tu⁹ omnes iuſti. peccatorũ aũt infirmitas inexpiabilis erit. quia ĩ inferno nulla eſt redemptio. ergo ſacerdotium chriſti non eſt ineternũ. ¶ Preterea. ſacerdotium chriſti maxime manifeſtatũ eſt in eius paſſione ⁊ morte. quando per propriũ ſanguinem introiuit in ſancta. vt dicitur ad Hebre. ix. ſed paſſio chriſti non erit ineternum. vt dicitur ad Roma. vi. Chriſtus reſurgens a mortuis iam non moritur. ergo ſacerdotium chriſti non eſt ineternum. ¶ Preterea. chriſtus eſt ſacerdos nõ ſm ꝙ de⁹ ſʒ ſm ꝙ hõ. ſed xp̃s quãdoq; nõ fuit homo ſcilicet inter duo mortis. ergo ſacrificium chriſti non eſt ineternum. ¶ Sed cõtra eſt qđ in p̃s. dicitur tu es ſacerdos ineternum. ¶ Reſpon. dicendum ꝙ in officio ſacerdotis duo poſſunt conſiderari. primo quidem ipſa oblatio ſacrificij. ſecundo ipſa ſacrificij conſummatio. que quidẽ conſiſtit in hoc ꝙ illi pro quibus ſacrificium offertur finẽ ſacrificij conſequuntur. finis autem ſacrificij quod chriſt⁹ obtulit non fuerunt bona temporalia. ſed eterna. que per eius mortem adipiſcuntur. vnde dicitur ad Hebre. ix. ꝙ chriſtus eſt aſſiſtens pontifex futurorum bonorum. ratione cuius chriſti ſacerdotium dicitur eſſe eternum. ⁊ hec quidem conſumatio ſacrificij chriſti figurabatur in hoc ꝙ põtifex legalis ſemel in anno cum ſanguine hyrci ⁊ vituli ĩtrabat in ſctãſanctorum. vt dicitur Leui. xvi. cum tñ hyrcum ⁊ vitulum non imolaret in ſanctaſanctorum. ſed extra. ſimiliter chriſtus in ſanctaſanctorum. id eſt in ipſum celum intrauit. ⁊ nobis viam parauit intrandi per virtutem ſanguinis ſui quem pro nobis in terra effudit. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſancti qui erunt in patria nõ indigebunt vlterius expiari per ſacerdotium chriſti. ſed expiati iam indigebunt conſumari per ipſum chriſtum a quo gloria eius dependet. vt dicitur Apoca. xxi. ꝙ claritas dei illuminat illam ciuitatem ſanctorum. ⁊ lucerna ei⁹ eſt agnus. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ licet paſſio ⁊ mors chriſti de cetero non ſit iteranda tñ virtus illius hoſtie pmanet ineternum. q2 vt dicitur ad hebre. x. vna oblatione cõſumauit ineternum ſanctificatos. p quod etiaʒ patet reſponſio ad. iij. vnitas aũt huius oblationis figurabaẜ in lege. p hoc ꝙ ſemel in anno legalis pontifex cum ſolenni oblatione ſanguinis intrabat in ſancta. vt dicitur Leui. xvi. ſʒ deficiebat figura a veritate in hoc ꝙ illa hoſtia nõn habebat ſempiternam veritatem. ⁊ ideo annuatim hoſtie ille reiterabantur.

## Ad ſextum ſic proceditur

¶ Uidetur ꝙ ſacerdotiuʒ chriſti non fuit ſm ordinẽ melchiſedech. chriſtus enim eſt fons totius ſacerdotij tanquam principalis ſacerdos. ſed illud qđ eſt principale non ſequitur ordinem aliorum ſed alia ſequuntur ordinnem ipſius. ergo chriſtus nõ debet ſacerdos dici ſm ordinẽ melchiſedech. ¶ Preterea. ſacerdotium veteris legis propinquius fuit ſacerdotio chriſti quã ſacerdotium qđ fuit ante legeʒ ſed ſacramẽta tanto expreſſius figurabat xp̃m quãto propinquiora fuerunt chriſto. vt patet ex his que in ſecunda parte dicta ſunt. ergo ſacerdotium chriſti magis debet denominari ſm ſacerdotium legale. quã ſm ſacerdotium melchiſedech. quod fuit ante legẽ. ¶ Preterea. ad Hebre. vij dicitur ꝙ eſt rex pacis ſine patre ſine matre ſine genealogia. neq; initium dierum neq; fineʒ vite habens. que quidem conueniunt ſoli filio dei. ergo non debet dici chriſt⁹ ſacerdos ſm ordinem melchiſedech. tanquam cuiuſdam alterius. ſed ſm ordinem ſuijpſius. ¶ Sed contra eſt qđ dicitur in p̃s. Tu es ſacerdos ineternuʒ ſm ordinẽ melchiſedech. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum ẽ. legale ſacerdotium fuit figura ſacerdocij chriſti. non quidem quaſi adequãs veritatem. ſed multum ab ea deficiẽs tum quia ſacerdocium legale non mundabat peccata. tuʒ etiam quia non erat eternum. ſicut ſacerdotium chriſti. ipſa autem excellentia ſacerdocij chriſti ad ſacerdotium leuiticum fuit figurata in ſacerdotio melchiſedech. qui ab abraam decimas ſumpſit. in cuius lumbis decimatus ẽ quodammodo ipſe ſacerdos legalis. ⁊ ideo ſacerdotium chriſti dicitur eſſe ſm ordinem melchiſedech. propter excellentiam veri ſacerdocij ad figurale ſacerdotium legis ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ xp̃s non dicitur eſſe ſm ordinem melchiſedech quaſi principalioris ſacerdotis. ſed quaſi prefigurantis excellentiam ſacerdocij chriſti ad ſacerdotium leuiticum. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ĩ ſacerdotio chriſti duo poſſunt conſiderari. ſcʒ ipſa oblatio chriſti. ⁊ participatio eius. Quantum autem ad ipſam oblationem expreſſius figurabat ſacerdotium chriſti ſacerdotium legale per ſanguinis effuſionem q̃ʒ ſacerdotiũ melchiſedech in quo ſanguis non effũdebatur. Sed q̃tum ad participationem huius ſacrificij ⁊ eius effectum in quo precipue attenditur excellentia ſacerdotij chriſti ad ſacerdotium legale expreſſius figurabatur per ſacerdociuʒ melchiſedech qui offerebat panem ⁊ vinum ſignificantia vt dicit Auguſtin⁹ eccleſiaſticam vnitatem quã cõſtituit participatio ſacrificij chriſti. vnde ⁊ in noua lege verum chriſti ſacrificium communicatur fidelibus ſub ſpecie panis ⁊ vini. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ melchiſedech dictus eſt ſine patre ⁊ ſine matre ⁊ ſine genealogia. ⁊ ꝙ nõ habet initium dierum neq; finem. non quia iſta non habuerit. ſed quia in ſcriptura ſacra iſta de eo non leguntur. ⁊ per hoc ipſum vt Apoſtolus dicit ibidem. aſſimilatus eſt filio dei. qui ĩ terris ſine patre eſt. in celis ſine matre ⁊ ſine genealogia ſm illud Eſa. liij. generationem eius quis enarrabit? vł ſm diuinitatem nec principium neq; finem habet dierũ.

## ¶ Queſtio XXIIII

Deinde cõſiderãdum ẽ an adoptio xp̃o cõueniat. Et circa hoc q̃rũẜ q̃tuor. Primo

vtrum deo conueniat filios adoptare. Scdo vtrum hoc conueniat ſoli deo patri. Tertio vtrum ſit propriũ homi num adoptari in filios dei. Quarto vtrum chriſtus poteſt dici filius adoptiuus.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ deo non cõueniat filios adoptare. nullus enĩ adoptat niſi extraneam ꝑſonã in filium ſm ꝙ iuriſte dicunt. ſed nulla ꝑſona eſt extranea deo. qui eſt oĩm creator ergo videt̃. ꝙ deo non conueniat adoptare. Pre. adoptio videt̃ eſſe introducta ex defectu filiationis naturalis ſed in deo inuenit̃ naturalis filiatio vt ĩ prima parte habitum eſt. ergo non cõuenit deo filios adoptare. Pre. ad hoc aliquis adoptat̃ vt in hereditate adoptantis ſuccedat. ſed in hereditate dei non videt̃ aliquis poſſe ſuccedere. q2 ipſe nunq̃ decedit. ergo deo nunq̃ competit adoptare. Sed ↄtra eſt ꝙ dicit̃ ad Ephe. i. Predeſtinauit nos in adoptionẽ filiorum dei. ſed predeſtinatio dei nõ eſt irrita. ergo deus aliquos ſibi adoptat ĩ filios. Rñ. dicẽdũ ꝙ aliquis homo adoptat ſibi alium in filium. inq̃ntum ex ſua bonitate admittit eum ad participationem ſue hereditatis. deus aũt eſt infinite bonitatis. ex qua ↄtingit ꝙ ad ꝑticipationem bonorum ſuas creaturas admittit. ⁊ precipue rationales creaturas. que inq̃ntum ſunt ad imaginẽ dei facte ſunt capaces beatitudinis diuine. que quidẽ conſiſtit in fruitione dei ꝑ quã etiam ipſe deus beatus eſt. ⁊ ꝑ ſeipſum diues. inq̃ntum. ſ. ſeipſo fruit̃. hec aũt dicit̃ hereditas alicuius ex quo ipſe eſt diues. ⁊ ideo inq̃ntum deus ex ſua bonitate admittit hoĩes ad beatitudinis hereditatem dicit̃ eos adoptare. Hoc aũt plus habet adoptio diuina quã humana. ꝙ deus hominem quem adoptat idoneum facit ꝑ munus gratie ad hereditatem celeſtem participandam. homo aũt non facit idoneum eum quem adoptat. ſed potius eum iam idoneum eligit adoptando. Ad. i. ergo dicẽdũ ꝙ homo in ſua natura conſideratus non eſt extraneus a deo q̃ntum ad bona naturalia que recipit. eſt tamen extraneus q̃ntum ad bona gratie ⁊ glorie. ⁊ ſm hoc adoptat̃. Ad. ij. dicẽdũ ꝙ hominis eſt operari ad ſupplẽdam ſuam indigentiam. non aũt dei. cui conuenit operari ad communicandam ſue ꝑfectionis habundantiam. ⁊ ideo ſicut ꝑ actum creationis communicat̃ bonitas diuina omnibus creaturis ſm quandam ſimilitudinem ita ꝑ actum adoptionis communicat̃ ſimilitudo naturalis filiationis hominibus. ſm illud ad Roma. viij. Quos preſciuit conformes fieri imaginis filij dei. Ad. iij. dicẽdũ ꝙ bona ſpiritualia poſſunt ſimul a pluribus poſſideri. nõ autem bona corporalia. ⁊ ideo hereditatem corporalẽ nullus poteſt percipere niſi ſuccedens decedenti. hereditatem autem ſpiritualem ſimul omnes ex integro percipiunt ſine detrimento patris ſemper viuentis. Quamuis poſſet dici ꝙ deus decedit ſm quod eſt in nobis per fidẽ. vt incipiat in nobis eſſe per ſpeciem. ſicut gloſa dicit ad Roma. viij. ſuper illud. ſi filij ⁊ heredes.

## Ad ſecunduz ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ adoptare non conueniat toti trinitati. adoptio enĩ dicit̃ in diuinis ad ſimilitudinem rerum humanarũ ſed in rebus humanis ſoli illi competit adoptare qui põt filios generare. qđ in diuinis ſoli patri conuenit. ergo in diuinis ſolus pater habet adoptare. Pre. homines ꝑ adoptionem efficiuntur fratres chriſti. ſm illud ad Ro. viij. vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. fratres autem dicuntur qui ſunt filij vnius patris. vnde ⁊ dominus dixit Jo. xx. Aſcendo ad patrem meum ⁊ patrem veſtrum. ergo ſolus pater chriſti habet filios adoptionis. Pre. ad Gal. iiij. miſit deus filium ſuum. vt adoptionẽ filiorum dei reciperemus. quoniam aũt eſtis filij dei miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra. clamantẽ abba pater. ergo eius eſt adoptare cuius eſt filium ⁊ ſpiritumſanctum habere. ſed hoc eſt ſolius perſone patris. ergo adoptari conuenit ſoli perſone patris. Sed contra eius eſt adoptare nos in filios quem nos patrem poſſumus nominare. vt dicit̃ ad Roma. viij. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum. in quo clamatis abba pater Sed cum deo dicimus pater noſter hoc pertinet ad totã trinitatem. ſicut ⁊ cetera nomina que dicunt̃ de deo relatiue ad creaturam. vt in prima parte habitũ eſt. ergo adoptare conuenit toti trinitati. Rñ. dicẽdũ ꝙ hec eſt differentia inter filium dei adoptiuum ⁊ filium dei naturalẽ ꝙ filius dei naturalis eſt genitus non factus. filius autẽ adoptiuus eſt factus. ſm illud Jo. i. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. dicit̃ tamen quandoq̃ filius adoptiuus eſſe genitus. propter ſpiritualem regenerationem. q̃ eſt gratuita non naturalis. vnde dicit̃ Ja. i. voluntarie genuit nos verbo virtutis ſue. Q̃uis aũt generare in diuinis ſit proprium perſone patris tamen facere quẽcunq̃ effectum in creaturis eſt commune toti trinitati. ꝓpter vnitatem nature. quia vbi eſt vna natura oportet ꝙ ibi ſit vna virtus ⁊ vna operatio. vnde dñs dicit Jo. v. Quecunq̃ facit pr̃ hec ⁊ fili⁹ ſimilit̃ facit. ⁊ ideo homines adoptare ĩ filios dei conuenit toti trinitati. Ad. i. ergo dicẽdũ ꝙ omnes ꝑſone humane non ſunt vnius nature ſm numerum vt oporteat omnium eſſe vnam operationem ⁊ vnum effectum. ſicut accidit in diuinis. ⁊ ideo q̃ntum ad hoc nõ eſt poſſibile attendi ſimilitudo vtrobiq̃. Ad. ij. dicẽdũ ꝙ nos ꝑ adoptionem efficimur fratres chriſti quaſi eundẽ patrem habentes cum chriſto. qui tamen alio modo ẽ pater chriſti. alio modo eſt pater noſter. vnde ſignanter dominus Jo. xx. ſeorſum dixit patrem meum. ⁊ ſeorſum dixit patrem veſtrum. eſt enĩ pater chriſti naturaliter generando. qđ eſt proprium ſibi. eſt aũt noſter voluntarie aliquid faciendo. qđ eſt commune ſibi ⁊ filio et ſpirituiſancto. ⁊ ideo xp̃s non eſt filius totius trinitatis. ſicut ⁊ nos. Ad. iij. dicẽdũ ꝙ ſicut dictum eſt filiatio adoptiua eſt q̃dam ſimilitudo filiationis eterne. ſicut oĩa que in tempore facta ſunt ſimilitudines quedam ſunt eorũ que ab eterno fuerunt. aſſimulatur autem homo ſplendori eterni filij per gratie claritatem que attribuitur ſpirituiſancto. ⁊ ideo adoptio licet ſit communis trinitati appropriatur tamẽ patri vt actori. filio vt exẽplari. ſpirituiſancto vt imprimenti in nobis huiuſmodi ſimilitudinem exemplaris.

## Ad tertiuz ſic proceditur

Videtur ꝙ adoptari in filios non ſit proprium rationalis creature. non enim deus pater creature rationalis dicitur niſi per adoptionem. dicitur autem pater creature etiam irrationalis. ſm illud Job. xxxviij. Quis eſt pluuie pater. aut quis genuit ſtillas roris. ergo adoptari in filios non eſt proprium rationalis creature. Preterea per adoptionem dicuntur aliqui filij dei. ſed eſſe filios dei in ſcriptura proprie videt̃ attribui angelis ſm illud Job primo. quadam autem die cum aſſiſterent filij dei coram domino. ergo non eſt proprium rationalis creature adoptari in filios. Preterea quod eſt proprium alicui

nature conuenit omnibus habentibus illam naturam. ſi/
cut riſibile conuenit omnibus hominibus. ſed adoptari ñ
conuenit ꝓprie rationali creature. ergo adoptari non eſt ꝓ
prium rationalis nature. Sed contra eſt quod filij ado
ptiui ſunt heredes dei. vt patet ad Roma. viij. ſed tal' he
reditas cõuenit ſoli rationali creature. ergo proprium eſt
rationali creature adoptari. Rñ. dõm ꝙ ſicut dictum
eſt filiatio adoptionis ē quedam ſimilitudo filiatiõis na
turalis. filius dei naturaliter ꝓcedit a patre vt verbũ in/
tellectuale. vnũ cum ipſo patre exiſtẽs. huic ḡ verbo tripli
citer põt aſſimulari aliquis. Uno modo ſm rationẽ for/
me. non aũt ſm intellectualitatẽ ipſius. ſicut forma do/
mus exterius conſtitute aſſimulaꝛ verbo mentali artificiſ
ſm ſpeciem forme. non aũt ſm intelligibilitatẽ. quia for/
ma domus in materia nõ eſt intelligibilis. ſicut erat ĩ mẽ
te artificis. ⁊ hoc modo verbo eterno aſſimulaꝛ quelibet cre
atura. cum ſit facta ꝑ verbum. Scđo aſſimulaꝛ creatura
verbo. non ſolum q̃ntum ad rationem forme. ſed etiam q̃n/
tum ad intellectualitatem ipſius. ſicut ſcientia que fit in
mente diſcipuli aſſimulaꝛ verbo qđ eſt in mente magiſtri
⁊ hoc modo creatura rationalis etiam ſm ſuam naturaꝫ
aſſimulatur verbo dei. Tertio modo aſſimulaꝛ creatura v̓
bo eterno ſm vnitatẽ quã habet ad patrem. qđ quidem
fit per gratiam ⁊ charitateꝫ. vnde dñs orat Jo. xvij. Sint
vnum in nobis. ſicut ⁊ nos vnum ſumus. ⁊ talis aſſimu
latio perficit rationem adoptionis. qꝛ ſic aſſimulatis de/
betur hereditas eterna. vnde manifeſtum eſt ꝙ adoptari
conuenit rationali creature. non tamen omnium. ſed ſo/
lum habenti charitatem. que eſt diffuſa in cordibus noſtriꝫ
ꝑ ſpiritumſanctum. vt dicıꝛ ad Roma. v. ⁊ ideo ad Ro
ma. viij. Spiritusſanctus dicitur ſpũs adoptionis filio
rum. Ad. i. ergo dõm ꝙ deus dicitur pater creature ir
rationalis. non proprie ꝑ adoptionem. ſed per creationeꝫ
ſm primam participationem ſimilitudinis. Ad. ij. dõ
ꝙ angeli dicunꝛ filij dei filiatione adoptionis. non quia
ipſis primo conueniat. ſed quia ipſi primo adoptionem
filiorum receperunt. Ad. iij. dõm ꝙ adoptio non eſt
priopriũ cõſequens naturam ſed conſequens gratiam
cuius natura rationalis eſt capax. ⁊ ideo non oportet ꝙ oĩ
rationali creature conueniat. ſed ſufficit ꝙ oĩs rationalis
creatura ſit capax adoptionis.

## Ad quartum ſic procedit

Uideꝛ ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo ſit filius dei adoptiuus. di
cit enĩ hylarius de chriſto loquẽs. poteſtatis dignitas nõ
amittiꝛ. dum carnis humanitas adoptaꝛ. ergo xp̄s ſm ꝙ
homo eſt filius dei adoptiuus. Pre. Augu. dicit in li. đ
ꝑdeſti. ſan. ꝙ eadeꝫ gratia ille homo eſt xp̄s qua grã ab ini
tio fidei quicunqꝫ hõ eſt xp̄ianus. ſed alij hoĩes ſunt xp̄i
ani ꝑ adoptionẽ. ḡ ille hõ eſt xp̄s ꝑ adoptionem. ⁊ ita vi/
deꝛ eſſe filius adoptiuus. Pre. xp̄s ſm ꝙ homo ē ſer/
uus. ſed dignius eſt eſſe filium adoptiuũ quã ſeruum. er
go multomagis xp̄s ſm ꝙ homo eſt filius adoptiuus.
Sed contra eſt qđ Ambro. dicit in li. đ incarnatiõe ado
ptiuũ filium nõ dicimus eſſe filiũ natura. ſed eum dici/
mus natura eſſe filium qui verus eſt filius. xp̄s aũt ver⁹
⁊ naturalis eſt filius dei. ſm illud Jo. vltimo vt ſimus in
vero filio eius Jeſu xp̄o. ergo xp̄s ſm ꝙ homo non eſt fili
us adoptiuus. Rñ. dõm ꝙ filiatio proprie conuenit
hypoſtaſi vel perſone. non aũt nature. vñ in prima parte
dictum eſt ꝙ filiatio ē proprietas ꝑſonalis. in chriſto aũt
non eſt alia ꝑſona vel hypoſtaſis quã increata. cui compe
tit eſſe filium ꝑ naturam. dictum eſt aũt ſupra ꝙ filiatio
adoptionis eſt participata ſimilitudo filiationis natura/
lis. non aũt dicıꝛ aliquid participatiue qđ per ſe dicitur.
⁊ ideo xp̄s qui eſt filius dei naturalis nullo modo poteſt
dici filius adoptiuus. ſm aũt illos qui ponunt in xp̄o du
as perſonas. vel duas hypoſtaſes ſeu duo ſuppoſita nihil
rationabiliter prohibet xp̄m hominem dici filium adopti
uum. Ad. i. ergo dõm ꝙ ſicut filius non dicitur ꝓprie
nature. ita nec adoptio. ⁊ ideo cum dicıꝛ carnis humani/
tas adoptatur impropria eſt locutio. ⁊ accipıꝛ ibi adoptio
pro vnione nature humane ad perſonam filij. Ad. ij. dõ
ꝙ ſimilitudo illa Auguſti. eſt intelligenda q̃ntum ad prin
cipium. quia. ſ. ſicut ſine meritis habet quilibet homo vt
ſit ſanus ita ille homo ſine meritis habuit vt eſſet chriſt⁹
eſt tamen differentia q̃ntum ad terminum. quia. ſ. chriſt⁹
per gratiam vnionis eſt filius naturalis. alius aũt per gra
tiam habitualem eſt filius adoptiuus. gratia aũt habitu
alis in chriſto non facit de vero filio filium adoptiuum. ſed
eſt quidam effectus filiationis in anima chriſti. ſm illud
Jo. i. Uidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a patre ple
num gratie ⁊ veritatis. Ad. iij. dõm ꝙ eſſe creaturam
⁊ etiam ſeruitus vel ſubiectio ad deum non ſolum reſpicit
perſonam. ſed etiam naturam. qđ non poteſt dici de filia/
tione. ⁊ iõ non ē ſilis ratio. Queſtio XXIIII.

## Deinde cõſiderãdum

eſt de predeſtinatione xp̄i. Et circa hoc querũ
tur quattuor. Primo vtrum xp̄s ſit predeſti
natus. Scđo vtrum ſit ꝑdeſtinatus ſm ꝙ homo. Ter/
tio vtrum eius ꝑdeſtinatio ſit exemplar nr̃e predeſtinatio
nis. Quarto vtrum ſit cauſa nr̃e ꝑdeſtinationis.

## Ad primũ ſic proceditur.

Uideꝛ ꝙ xp̄o non conueniat predeſtinatum eſſe. Termi
nus enĩ cuiuſlibet predeſtinationis videꝛ eſſe adoptio fili
orum. ſm illud Ephe. i. Predeſtinauit nos in adoptionẽ
filiorum. ſed xp̄o non conuenit eſſe filium adoptiuum vt
dictum eſt. ergo chriſto non conuenit predeſtinatum eſſe.
Pre. in chriſto duo eſt conſiderare. ſcꝫ naturam hu/
manam et perſonam. ſed non poteſt dici ꝙ chriſtus eſt ꝑ
deſtinatus ratione nature humane. qꝛ hec eſt falſa huma
na natura eſt filius dei. ſilr̓ etiam nec ratione perſone. qꝛ
illa perſona non habet ex gratia ꝙ ſit filius dei. ſed ex na/
tura. ꝑdeſtinatio aũt eſt eorum q̄ ſunt ex grã. vt in prima
pte dictum eſt. ergo chriſtus non eſt predeſtinatus filius
dei. Pre. ſicut illud qđ eſt factum non ſꝑ fuit. ita illud
qđ fuit predeſtinatum. eo ꝙ predeſtinatio anteceſſionem
quandã importat. ſed qꝛ chriſtus ſemper fuit deus ⁊ fili⁹
dei. non ꝓprie dicıꝛ ꝙ homo ille ſit factus filius dei. ergo
pari rõne non dꝫ dici ꝙ xp̄s ſit ꝑdeſtinat⁹ fil⁹ dei. Sꝫ
ↄtra ē qđ Apo. dicıꝛ ad Roma. i. de chriſto loquẽs. qui pre
deſtinatus eſt filius dei in virtute. Reſponſio dicen/
dum ꝙ ſicut patet ex his que in prima parte dicta ſunt.
predeſtinatio proprie accepta eſt quedam diuina preordi
natio ab eterno de his que per gratiam dei ſunt fienda in
tempore. eſt autem hoc in tempore factum per gratiam
vnionis a deo. vt homo eſſet deus. ⁊ deus eſſet homo. nec
põt dici ꝙ deus ab eterno non preordinauerit hoc ſe fa/
cturum in tempore. quia ſequeretur ꝙ diuine menti a/
liquid accideret de nouo. etiam oportet dicere ꝙ ipſe
vnio naturarum in ꝑſona chriſti cadat ſub eterna dei pre
deſtinatiõe. ⁊ ratione huius. chriſtus dicıꝛ eẽ predeſtinat⁹

Ad primum ergo dicendum quod Apoſtolus ibi loquitur de predeſtinatione qua nos predeſtinamur vt ſimus filij adoptiui. ſicut autem ſingulari modo pre alijs eſt dei filius naturalis. ita quodam ſingulari modo eſt predeſtinatus

Ad ij. dicendum quod ſicut dicit gloſa. ad Roma. i. quidam dixerunt predeſtinationem illam intelligendam eſſe de natura non de perſona. quia. ſ. humane nature facta eſt hec gratia vt vniretur filio dei in vnitate perſone. ſed ſecundum hoc locutio apoſtoli eſt impropria propter duo. primo quidem ratione communi. non enim dicimus naturam alicuius predeſtinari ſecundum perſonam. quia predeſtinari eſt dirigi in ſalutem. quod quidem eſt ſuppoſiti agentis propter beatitudinis finem. ſecundo ratione ſpeciali. quia eſſe filium dei non conuenit humane nature. eſt enim hec falſa natura humana eſt filius dei. niſi forte quis velit ſic exponere extorta expoſitione. qui predeſtinatus eſt filius dei in virtute. i. predeſtinatum eſt vt humana natura vniretur filio dei in perſona. relinquitur ergo quod predeſtinatio attribuatur perſone chriſti. non quidem ſecundum ſe vel ſecundum quod ſubſiſtit in diuina natura. ſed ſecundum quod ſubſiſtit in humana natura. vnde cum dixiſſet Apoſtolus. qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſecundum carnem ſubiunxit. qui predeſtinatus eſt filius dei in virtute. vt daret intelligere quod ſecundum hoc quod eſt factus ex ſemine dauid ſecundum carnem eſt predeſtinatus filius dei in virtute. Quamuis enim naturale ſit illi perſone ſecundum ſe conſiderate quod ſit filius dei in virtute non tamen eſt ei naturale ſecundum naturam humanam. ſecundum quam hoc ſibi conuenit per gratiam vnionis

Ad iij. dicendum quod origenes ſuper epiſtolam ad Roma. dicit hanc eſſe litteram apoſtoli. qui predeſtinatus eſt filius dei in virtute. ita quod non deſignetur aliqua anteceſſio. et ſic nihil habet difficultatis. alij vero anteceſſionem que deſignatur in hoc participio predeſtinatus referunt non ad hoc quod eſt eſſe filius dei. ſed ad eius manifeſtationem. ſecundum illum conſuetum modum loquendi in ſcripturis. quo res dicuntur fieri quando innoteſcunt. vt ſit ſenſus quod chriſtus predeſtinatus eſt manifeſtari filius dei. ſed ſic non proprie predeſtinatio accipitur nam aliquis dicitur proprie predeſtinari ſecundum quod dirigitur in finem beatitudinis beatitudo autem chriſti non dependet ex cognitione noſtra. et ideo melius eſt dicendum quod illa anteceſſio quam importat illud participium predeſtinatus non refertur ad perſonam ſecundum ſeipſam ſed ratione humane nature. quia. ſ. et perſona illa et ſi ab eterno fuerit filius dei hoc tamen non fuit ſemper quod ſubſiſtens in humana natura fuerit filius dei. Unde dicit Augu. in li. de predeſti. ſanctorum. Predeſtinatus eſt Jeſus. vt qui futurus erat filius ſecundum carnem dicendus virtute tamen eſſet filius dei. Et eſt conſiderandum quod licet hoc participium predeſtinatus importat anteceſſionem ſicut et hoc participium factus aliter tamen et aliter nam fieri pertinet ad ipſam rem ſecundum quod in ſe eſt predeſtinari autem pertinet ad aliquod ſecundum quod eſt in apprehenſione alicuius preordinantis. illud autem quod ſubeſt alicui forme vel nature ſecundum rem poteſt apprehendi vel prout eſt ſub forma illa vel etiam abſolute. et quia abſolute non conuenit perſone chriſti quod inceperit eſſe filius dei. conuenit tamen ei ſecundum quod intelligitur et apprehenditur vt in natura humana exiſtens. quia ſcilicet hoc aliquando incepit eſſe. quod in natura humana exiſtens eſſet filius dei. ideo magis eſt hec vera chriſtus eſt predeſtinatus filius dei. quam iſta chriſtus eſt factus filius dei etc.

## Ad ſecundum ſic proceditur

Videtur quod hec ſit falſa chriſtus ſecundum quod homo predeſtinatus eſt filius dei. hoc enim eſt vnuſquiſque ſecundum aliquod tempus quod eſt predeſtinatus eſſe. eo quod predeſtinatio dei non fallitur. ſi ergo chriſtus ſecundum quod homo eſt predeſtinatus filius dei videtur quod ſit filius dei ſecundum quod homo hoc autem eſt falſum. ergo et primum.

Preterea. illud quod conuenit chriſto ſecundum quod homo conuenit cuilibet homini. eo quod ipſe eſt vnius ſpeciei cum alijs. Si ergo chriſtus ſecundum quod homo eſt predeſtinatus eſſe filius dei. ſequeretur quod cuilibet hoc conueniat. hoc autem eſt falſum. ergo et primum.

Preterea. hoc ab eterno predeſtinatur quod eſt aliquando fiendum in tempore ſed magis hec eſt vera filius dei factus eſt homo quam iſta homo eſt factus filius dei. ergo magis hec eſt vera chriſtus ſecundum quod filius dei eſt predeſtinatus eſſe homo. quam econuerſo chriſtus ſecundum quod homo eſt predeſtinatus eſſe filius dei.

Sed contra eſt quod dicit Augu. in libro de prede. ſanctorum ipſum dominum glorie in quantum homo factus eſt filius dei predeſtinatum eſſe dicimus.

Reſpondeo dicendum quod in predeſtinatione duo poſſunt conſiderari. Unum quidem ex parte ipſius predeſtinationis eterne. et ſecundum hoc importat anteceſſionem quandam reſpectu eius quod ſub predeſtinatione cadit.

Alio modo poteſt conſiderari ſecundum effectum temporalem. qui quidem eſt aliquod gratuitum dei donum. Dicendum eſt ergo quod ſecundum vtrunque iſtorum attribuitur predeſtinatio chriſto ratione ſolius humane nature. nam humana natura non ſemper fuit verbo vnita. et ei etiam per gratiam hoc eſt collatum. vt filio dei in perſona vniretur. et ideo ſolum ratione humane nature predeſtinatio competit chriſto. vnde Augu. dicit in libro de predeſtina. ſanctorum. predeſtinatio eſt iſta humane nature tanta et tam excelſa et ſumma ſubuectio. in quo ſi attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenire alicui ſecundum quod homo quod conuenit ei ratione humane nature. et ideo dicendum eſt quod chriſtus ſecundum quod homo eſt predeſtinatus eſſe filius dei.

Ad i. ergo dicendum quod chriſtus ſecundum quod homo eſt predeſtinatus eſſe filius dei. et determinatio ſecundum quod homo poteſt referri ad actum ſignatum per participium dupliciter. Uno modo ex parte eius quod materialiter cadit ſub predeſtinatione. et hoc modo eſt falſa. eſt enim ſenſus quod predeſtinatum ſit quod chriſtus ſecundum quod homo ſit filius dei. et in hoc ſenſu procedit obiectio. Alio modo poteſt referri ad ipſam propriam rationem actus. prout ſ. predeſtinatio importat in ſui ratione anteceſſionem et effectum gratuitum. et hoc modo conuenit chriſto predeſtinatio humane nature. vt dictum eſt. et ſecundum hoc dicitur predeſtinatus ſecundum quod homo.

Ad ij. dicendum quod aliquid poteſt conuenire alicui homini ratione humane nature ex cuius principijs cauſatur dupliciter. Uno modo ſic quod humana natura ſit cauſa illius. ſicut eſſe riſibile conuenit ſorti ratione humane nature. ex cuius principijs cauſatur. et hoc modo predeſtinatio non conuenit nec chriſto nec alteri homini ratione humane nature. et in hoc ſenſu procedit obiectio. Alio modo dicitur alicui conuenire ratione cuius humana natura eſt ſuſceptiua. et ſic dicimus chriſtum eſſe predeſtinatum ratione humane nature. quia predeſtinatio refertur ad exaltationem humane nature in chriſto. ſicut dictum eſt.

Ad tertium dicendum quod ſicut dicit Auguſtinus in libro de predeſtinatione ſanctorum ipſa eſt illa ineffabiliter facta hominis a deo verbo ſuſceptio ſingularis. vt filius hominis ſimul et propter ſuſceptum hominem et filius dei propter ſuſcipientem ingenitum deum veraciter et proprie diceretur deus. et ideo quia illa ſuſceptio ſub predeſtinatione cadit tanquam gratuita. vtrunque poteſt dici. quod et filius dei predeſtinatus ſit eſſe homo. et filius hominis predeſtinatus

ſit eſſe filius dei. quia tamen gratia non eſt facta filio dei vt eſſet homo ſed potius humane nature vt filio dei vniretur magis proprie poteſt dici ꝙ chriſtus ſcḋm ꝙ homo eſt p̄deſtinatus eſſe filius dei. ꝗ̄ ꝙ chriſtus ſcḋm ꝙ filiꝰ dei ſit predeſtinatus eſſe homo.

## Ad tertiū ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſti predeſtinatio non ſit exemplar noſtre p̄deſtinationis. exemplar enī preexiſtit exemplato. nihil autē preexiſtit eterno. cum ergo p̄deſtinatio noſtra ſit eterna videtur ꝙ predeſtinatio xp̄i non ſit exemplar noſtre predeſtinationis. ¶ Preterea. exemplar ducit in cognitionem exemplati. ſed non oportuit ꝙ deus duceretur in cognitionē noſtre predeſtinationis ex aliquo alio. cū dicatur ad Roma. viij. Quos preſciuit hos ⁊ predeſtinauit. ergo p̄deſtinatio chriſti nō eſt exemplar noſtre p̄deſtinationis. ¶ Preterea. exemplar eſt conforme exemplato. ſed alterius rationis videtur eſſe predeſtinatio chriſti ꝗ̄ predeſtinatio noſtra. quia nos predeſtinamur in filios adoptionis. chriſtꝰ autē eſt predeſtinatus filius dei in virtute. vt dicitur ad Roma. i. ergo eius p̄deſtinatio non ē exemplar noſtre predeſtinationis. ¶ Sed contra eſt quod dicit Augu. in li. de prede. ſanctorum. eſt lumen preclariſſimum predeſtinationis ⁊ gratie. ipſe ſaluator ipſe mediator dei ⁊ hominum homo xp̄s Jeſus. Dicitur autem lumen predeſtinationis ⁊ gratie inquantum per eius predeſtinationem et gratiam manifeſtatur predeſtinatio noſtra. Quod videtur ad rationem exemplaris pertinere. ergo xp̄i predeſtinatio eſt exemplar nr̄e predeſtinationis. ¶ Reſpon. dicendum ꝙ predeſtinatio dupliciter pōt ꝯſiderari. Uno mō ſcḋm ipm̄ actum predeſtinantis. ⁊ ſic p̄deſtinatio xp̄i non poteſt dici exemplar noſtre predeſtinationis. vno enī ⁊ eodem actu eterno p̄deſtinauit nos deus ⁊ xp̄m. Alio modo pōt p̄deſtinatio conſiderari ſcḋm id ad qḋ aliquis p̄deſtinatur. qḋ eſt predeſtinationis terminus ⁊ effectus. ⁊ ſcḋm hoc predeſtinatio xp̄i eſt exemplar noſtre predeſtinationis. Et hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad bonum ad qḋ predeſtinamur. ipſe enī predeſtinatus eſt ad hoc ꝙ eēt dei filius naturalis. nos autem predeſtinamur ad filiationem adoptionis. que eſt quedam participata ſimilitudo filiationis naturalis vnde dicitur ad Roma. i. Quos p̄ſciuit hos ⁊ predeſtinauit conformes fieri imaginis filij eius. Alio modo quantum ad modum conſequendi illud bonū qḋ ē p gratiam. qḋ quidem in xp̄o eſt manifeſtiſſimum. quia natura humana in ipſo nullis meritis ſuis precedentibus vnita eſt filio dei. ⁊ de plenitudine gratie eius omnes accepimus. vt dicitur Jo. i. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ illa ratio procedit ex parte illius actus p̄deſtinantis. ⁊ similiter dicendū eſt ad. ij. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ non eſt neceſſarium exemplatum exemplari quantū ad omnia conformetur. ſed ſufficit ꝙ exemplatum imitetur aliqualiter ſuum exemplar.

## Ad quartum ſic procedit

Videtur ꝙ p̄deſtinatio xp̄i non ſit cauſa nr̄e predeſtinationis. eternum enī non habet cauſam. ſed p̄deſtinatio nr̄a ē eterna. ergo predeſtinatio xp̄i non eſt cauſa nr̄e predeſtinationis. ¶ Preterea. illud qḋ dependet ex ſimplici dei voluntate non habet aliam cauſam niſi dei voluntatē. ſed p̄deſtinatio nr̄a ex ſimplici dei voluntate dependet. dicitur enī ad Ephe. i. p̄deſtinati ſcḋm propoſitum eius qui omnia operatur ſcḋm conſilium voluntatis ſue. ergo predeſtinatio xp̄i non eſt cauſa noſtre p̄deſtinationis. ¶ Preterea. remota cauſa remouetur effectus. ſed remota predeſtinatione xp̄i non remouetur nr̄a predeſtinatio. quia etiam ſi filius dei non incarnaretur erat alius modus poſſibilis nr̄e ſalutis. vt Auguſti. dicit in li. de trini. ergo p̄deſtinatio chriſti non eſt cauſa noſtre predeſtinationis. ¶ Sed contra eſt qḋ dicitur ad Ephe. i. predeſtinauit nos in adoptionē filiorum p Jeſum xp̄m. ¶ Reſpon. dicendum ꝙ ſi conſideretur p̄deſtinatio ſcḋm ipſum p̄deſtinationis actum p̄deſtinatio xp̄i non ē cauſa nr̄e predeſtinationis. cum vno ⁊ eodem actu deus predeſtinauit xp̄m ⁊ nos. Si autē conſideretur predeſtinatio ſcḋm terminū predeſtinationis ſic predeſtinatio xp̄i eſt cauſa nr̄e predeſtinationis. ſic enī deus preordinauit nr̄am ſalutem ab eterno p̄deſtinando. vt p Jeſum xp̄m compleretur. ſub p̄deſtinatione enī eterna non ſolum cadit id qḋ eſt fiendum in tempore. ſed etiam modus ⁊ ordo ſcḋm quem eſt complendū ex tempore. ¶ Ad. i. ergo ⁊ ad. ij. dicendum ꝙ rationes ille procedunt de p̄deſtinatione ſcḋm predeſtinantis actum. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ſi xp̄s non fuiſſet incarnandus deus preordinaſſet homines ſaluari per aliam cauſam. ſed quia preordinauit incarnationem chriſti ſimul cum hoc preordinauit vt eſſet cauſa noſtre ſalutis.

## ¶ Queſtio XXV

## Deinde ꝯſiderādum

eſt de his que ptinent ad xp̄m in comparatione ad nos. Et primo de adoratione chriſti. q̄ ſcilicet nos eum adoramus. Secūdo de hoc ꝙ eſt mediator noſter ad deum. ¶ Circa primum queruntur ſex. Primo vtrum vna ⁊ eadem adoratiōe ſit adoranda diuinitas xp̄i ⁊ eius humanitas. Secūdo vtrum caro eius ſit adoranda adoratione latrie. Tertio vtrum adoratio latrie ſit exhibenda imagini xp̄i. Quarto vtrum ſit exhibenda cruci xp̄i. Quinto vtrum ſit exhibenda matri eius. Sexto de adoratione ſanctarum reliquiarum.

## Ad primū ſic proceditur.

Videtur ꝙ non eadem adoratione adoranda ſit humanitas xp̄i ⁊ eius diuinitas. diuinitas enī xp̄i eſt adoranda. que eſt cōmunis patri ⁊ filio vnde dicitur Jo. v. Omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem. ſed humanitas xp̄i non ē communis ei ⁊ patri ergo non eadem adoratione adorāda ē hūanitas xp̄i ⁊ eiꝰ diuinitas. ¶ Preterea. honor ē proprie premiū virtutis vt dicit phūs in. iiij. ethi. meretur autē virtus p̄miū ſuum per actum. cum ergo in xp̄o ſit alia operatio diuine ⁊ humane nature vt ſup habitum ē. videtur ꝙ alio honore ſit adorāda hūanitas xp̄i ⁊ alia eius diuinitas. ¶ Preterea. aīa xp̄i ſi nō eſſet verbo vnita eſſet veneranda propter excellentiā ſapientie ⁊ gratie quā habet. ſed nihil dignitatis ē ei ſubtractū p hoc ꝙ ē vnita verbo. ergo natura humana ē quadam propria veneratione adoranda. preter venerationem que exhibenda ē diuinitati ipſius. ¶ Sed contra ē quod in capitulis quinte ſynodi ſic legitur. ſi quis duabus naturis adorari dicit chriſtum. ex quo due adorationes introducuntur ſed nō vna adoratione deum verbū incarnatū cum propria ipſius carne adorat ſicut ab initio dei eccleſie traditum ē talis anathema ſit. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ in eo qui honoratur duo poſſumus ꝯſiderare. ſcilicet eum cui honor exhibetur. ⁊ cauſam honoris. Proprie autē honor exhibetur toti rei ſubſiſtenti. non enī dicimus ꝙ manus hominis honoretur. ſed ꝙ homo honoretur. ⁊ ſi quandoqꝫ contigat ꝙ dicatur honorari vel pes alicuiꝰ hoc nō dicitur eē ratione ꝙ huiuſmodi partes ſcḋm ſe honorentur. ſed quia in iſtis partibus honoratur totum, per quem etiam modū aliquis hō

poteſt honorari in aliquo exteriori. puta in veſte. aut imagine. aut in nuntio. ¶ Cauſa aūt honoris eſt id ex quo ille q̄ honorat̄ habet aliquam excellentiam. nam honor eſt reuerentia alicui exhibita ꝓpter ſui excellentiam vt in ſc̄da parte habitum eſt. ⁊ ideo ſi in vno hoīe ſunt plures cauſe honoris. puta prelatio. ſcientia. ⁊ virtus. erit quidem illius hominis vnus honor ex pte eius qui honorat̄ plures tamen ſm̄ cauſas honoris. homo enī eſt qui honorat̄ ⁊ propter ſcientiā ⁊ ꝓpter virtutem. cū g̃ in xp̄o vna ſit tantū pſona diuine ⁊ humane nature. ⁊ etiam vna hypoſtaſis ⁊ vnum ſuppoſitū eſt quidem vna eius adoratio ⁊ vnꝰ honor ex parte eius qui adorat̄. ſed ex pte cauſe que adorat̄. plures poſſunt eſſe adorationes. vt. ſ. alio honore honoret̄ propter ſapientiam increatam. ⁊ ꝓpter ſapientiam creatam. ſi aūt in xp̄o ponerentur plures pſone ſeu hypoſtaſes ſequeret̄ ꝙ ſimpliciter eſſent plures adorationes. ¶ Et hoc eſt quod in ſynodis reprobat̄. dicitur enī in capitulis Cirilli. ſi quis audet dicere aſſumptum hominē coadorari oportere deo verbo quaſi alterum alteri. et non magis vna adoratione honorificet emanuelem. ſm̄ ꝙ verbū factum eſt caro anathema ſit. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ in trinitate ſunt tres qui honorant̄. ſed vna eſt cauſa honoris. in myſterio aūt incarnationis eſt econuerſo. ⁊ ideo alio mō eſt vnus honor trinitatis. ⁊ alio mō eſt vnus honor xp̄i. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ operatio non eſt que honorat̄ ſed eſt ratio honoris. ⁊ ideo ꝑ hoc ꝙ in xp̄o ſunt due operationes nō oſtendit̄ ꝙ ſint due adorationes. ſed ꝙ ſint due cauſe adorationis. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ anima xp̄i ſi non eſſet vnita dei verbo eſſet id qđ eſt principaliſſimum in homine illo. ⁊ ideo ſibi deberet̄ precipue honor. quia hoc eſt qđ eſt potiſſimum in eo. ſed q2 anima chriſti vnita eſt pſone digniori illi pſone precipue debetur honor cui anima chriſti vnit̄. nec ꝑ hoc tamen diminuit̄ dignitas anime chriſti. ſed augetur. vt ſupra dictum eſt.

## Ad ſecunduꝫ ſic ꝓceditur

videtur ꝙ humanitas chriſti non ſit adoranda adoratione latrie. quia ſuꝑ illud ps̄. adorate ſcabellum pedū eius qm̄ ſanctum eſt. dicit glo. caro a verbo dei aſſumpta ſine impietate adorat̄ a nobis. quia nemo ſpūaliter carnē eiꝰ manducat niſi prius adoret. non adoratione illa dico que latria eſt. que ſoli creatori debet̄. caro aūt eſt pars humanitatis. ergo humanitas xp̄i non eſt adoranda adoratiōe latrie. ¶ Pre. cultus latrie nulli creature debetur. ex hoc enī reprobant̄ gentiles ꝙ coluerunt ⁊ ſeruierunt creature vt dicit̄. ad. Ro. i. ſed humanitas xp̄i eſt creatura. g̃ non eſt adoratione latrie adoranda. ¶ Pre. adoratio latrie debet̄ deo in recognitiōe maximi dominij. ſm̄ illud Deutero. vi. Dn̄m deum tuum adorabis. ⁊ illi ſoli ſeruies. ſed xp̄s ſm̄ ꝙ homo minor eſt patre. ergo humanitas eius nō eſt adoratione latrie adoranda. ¶ Sed contra eſt ꝙ Dama. dicit in. iij. li. adorat̄ aūt caro chriſti incarnato dei verbo non propter ſeipſam. ſed propter vnitum ei ſm̄ hypoſtaſim verbum dei. ⁊ ſuꝑ illud ps̄. Adorate ſcabellum pedum eius dicit glo. qui adorat corpus chriſti non terrā intuetur. ſed illum potius cuius ſcabellum eſt. in cuiꝰ honore ſcabellum adorat. ſed verbum incarnatum adoratur adoratione latrie. ergo etiam corpus eius. ſiue eius hūanitas. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt honor adorationis debetur hypoſtaſi ſubſiſtenti. tamen ratio honoris pōt eſſe aliquid non ſubſiſtens propter qđ honorat̄ perſona cui illud ineſt. adoratio ergo chriſti humanitatis poteſt dupliciter intelligi. Vno modo vt ſit eius. ſ. rei adorate. ⁊ ſic adorare carnem chriſti nihil eſt aliud q̄ adorare verbum dei incarnatum ſicut adorare veſtem regis nihil eſt aliud q̄ adorare regem veſtitū. ⁊ ſm̄ hoc adoratio humanitatis xp̄i eſt adoratio latrie. Alio modo poteſt intelligi adoratio humanitatis chriſti que fit ratione humanitatis chriſti pfecte omni munere gratiarum. ⁊ ſic adoratio humanitatis chriſti non eſt adoratio latrie. ſed adoratio dulie. ita ſcꝫ ꝙ vna ⁊ eadem perſona chriſti adoret̄ adoratione latrie propter ſuam deitatem. ⁊ adoratione dulie ꝓpter perfectionem humanitatis. nec hoc eſt inconueniens quia ipſi deo patri debetur honor latrie propter deitatē. honor dulie propter dominium quo creaturas gubernat vnde ſuper illud ps̄. Domine deus meꝰ in te ſperaui. dicit glo. domine omnium propter potentiam. cui debetur dulia. deus omnium propter creationem. cui debetur latria. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ gloſa illa non eſt ſic intelligenda. quaſi ſeorſum adoretur caro chriſti ab eius diuinitate hoc enī poſſet contingere ſolum hoc modo ſi eſſet alia hypoſtaſis dei ⁊ hominis. ſed quia vt dicit Dama. ſi intelligas ſubtilibus intelligentijs quod videtur ab eo qđ intelligitur ſi inadorabilis eſt vt creatura. ſ. adoratiōe latrie ⁊ tunc ſic intellecte vt ſperate a dei verbo debetur ſibi dulie adoratio non cuiuſcunqꝫ puta que communiter exhibetur alijs creaturis. ſed quadam excellentiori q̄ iperduliam vocant. ¶ Et per hoc etiam patet reſponſio ad. ij. ⁊. iij. quia adoratio latrie non debetur humanitati chriſti ratione ſuipſius. ſed ratione diuinitatis cui vnitur. ſm̄ q̄ xp̄s non eſt minor patre.

## Ad tercium ſic ꝓceditur.

Videt̄ ꝙ imago xp̄i non ſit adoranda adoratione latrie. dicit enim Exo. xx. Non facias tibi ſculptile neqꝫ omnē ſimilitudinem. ſed nulla adoratio eſt facienda contra dei preceptum. ergo imago chriſti non eſt adoranda adoratione latrie. ¶ Pre. operibus gentilium non debemus cōmunicare vt Apl̄s dicit ad Ephe. v. ſed gentiles de hoc p̄cipue inculpantur ꝙ commutauerunt gloriam incorruptibilis in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis. vt dicitur ad Roma. i. ergo imago chriſti non eſt adoranda adoratione latrie. ¶ Prete. chriſto debetur adoratio latrie ratione diuinitatis. non autem ratione humanitatis. ſed imagini diuinitatis eius que anime rationali eſt impreſſa non debetur adoratio latrie. ergo multominus imagini corporali que repreſentat humanitatem ipſius chriſti. ¶ Pre. nihil videt̄ in cultu diuino faciendū niſi quod eſt a deo inſtitutum. vnde ⁊ Apoſtolus. i. ad Cor. xi. Traditurus doctrinam de ſacrificio eccleſie dixit Ego accepi a domino quod ⁊ tradidi vobis. ſed nulla traditio in ſcripturis inuenitur de adorandis imaginibus ergo imago chriſti non eſt adoratione latrie adoranda. Sed contra eſt quod Dama. inducit Baſilium dicentē imaginis honor ad prothotypum peruenit. id eſt. exemplar. Sed ipſum exemplar. id eſt. chriſtus eſt adorandus adoratione latrie. ergo ⁊ eius imago ¶ Reſponſio dōm ꝙ ſicut dicit philoſophus in libro de memoria ⁊ reminiſ. duplex eſt motus anime in imaginem. vnus quidem in imaginem ipſam ſm̄ ꝙ eſt res quedam. alio modo ī imaginem inq̄ꝫtum eſt imago alterius. ⁊ inter hos motus eſt hec differentia. nam primꝰ motus quo quis mouet̄ ī imaginem prout eſt res quedam eſt alius a motu qui eſt in rem. Secundus autem motus qui eſt in imaginem

inq̄ʒtum eſt imago eſt vnus ⁊ idem cum illo qui eſt in re. Et ſic dicendum eſt ꝙ imagini xp̄i inq̄ʒtum eſt res quedā puta lignum vel pictura vel ſculptum nulla reuerentia exhibeť. quia reuerentia non debeť niſi rationali creature. relinquiť ergo ꝙ exhibeať ei reuerentia inq̄ʒtum eſt imago. ⁊ ſic ſequiť ꝙ eadeʒ reuerentia exhibeať imagini xp̄i ⁊ ip̄o chriſto. cum ergo xp̄s adoreť adoratione latrie conſequēs eſt ꝙ eius imago ſit adoratione latrie adoranda. Ad .i. ergo dōm ꝙ non prohibeť illo p̄cepto facere quamcunqʒ ſculpturam vel ſimilitudinem ſed facere ad adorandum vnde ſubdit non adorabis ea neqʒ coles. ⁊ q̄ ſicut dictuʒ eſt. idem eſt motus in imaginem ⁊ in rem eo modo prohibeť adoratio quo modo prohibeť adoratio rei cuius eſt imago. vnde ibi intelligiť prohiberi adoratio imaginū q̄s gentiles faciebant in venerationē deoꝝ ſuorum. i. demonū ideoqʒ premittiť. non habebis deos alienos coram me. ip̄i aūt deo vero cum ſit incorporeus nulla imago corp̄alis poterat poni. q̄ vt Dama. dicit. inſipientie ſumme eſt ⁊ impietatis figurare qd̄ eſt diuinum. ſed q̄ in nouo teſtamēto deus factus eſt homo pōt in ſua imagine corp̄ali adorari. Ad .ij. dōm ꝙ Ap̄ls prohibet communicare operibus infructuoſis gentilium. cōmunicare aūt eorum vtilibus operibus non prohibet. adoratio aūt imaginis eſt inter infructuoſa opera computanda. q̄ʒtum ad duo. P̄rio quidem q̄ʒtum ad hoc ꝙ quidam eorum adorabant ip̄as imagines vt res quaſdam credentes in eis aliquid deitatis aut numinis eſſe. propter reſponſa que demones ī eis dabant. ⁊ alios mirabiles effectus. Sc̄do propť res ꝙ erāt imagīes. ſtatuebāt enī imagīes aliq̄bꝰ creaturis q̄s ī eis veneratōe latrie venerabanť. nos aūt adoramꝰ adoratione latrie imaginem xp̄i qui eſt verus deus. nō propť ip̄ſam imaginem. ſed propter rem cuius imago eſt. vt dictum eſt. Ad .iij. dōm ꝙ creature rationali debeť reuerentia propter ſeipſam. Et ideo ſi creature rationali in q̄ eſt imago dei exhibereť adoratio latrie poſſet eſſe erroris occaſio. vt. ſ. motus adorantis in homine ſiſteret. inq̄ʒtuʒ eſt res quedam. ⁊ nō ferreť in deum cuius eſt imago qd̄ n̄ poteſt contingere de imagine ſculpta. puta ī materia ſenſibili. Ad .iiij. dōm ꝙ ap̄li familiari inſtinctu ſp̄ūſancti quedā eccleſijs tradiderunt ſeruanda que non reliquerunt in ſcriptis. ſed in obſeruatione eccleſie p̄ ſucceſſionē fidelium ſunt ordinata. vn̄ ipſe dicit. ij. ad Teſſal. ij. ſtate ⁊ tenete traditiones quas didiciſtis ſiue p̄ ſermonē ab ore prolatum. ſiue p̄ ep̄lam ſcʒ ſcripto tranſmiſſam. ⁊ inter hm̄ōi traditiones eſt imaginis xp̄i adoratio. vnde ⁊ beatus Lucas dicitur depinxiſſe imaginem chriſti que rome habetur.

## Ad tertiuʒ ſic proceditur

Videť ꝙ crux chriſti non ſit adorando adoratione latrie. nullus enī pius filius venerať contumeliam patris ſui puta flagellum quo eſt flagellatus vel lignum in quo eſt ſuſpenſus. ſed magis illud abhorret. xp̄s autem in ligno crucis eſt obp̄ropr̄iſſimam mortem paſſus ſm̄ illud Sap. ij Morte turpiſſima condemnemus eum. ergo non debemꝰ crucem venerari ſed magis abhorrere. P̄re. humanitas xp̄i adoratione latrie adorať inq̄ʒtum eſt vnita filio dī in perſona. qd̄ de cruce xp̄i dici nō poteſt. ergo chriſti crux non eſt adoranda adoratione latrie. P̄re. ſicut crux chriſti fuit inſtrumentum paſſionis eius ⁊ mortis ita etiā multa alia puta claui corona ⁊ lancea. quibus tamen nō exhibemus latrie cultum. ergo videtur ꝙ crux chriſti nō ſit adoratione latrie adoranda. Sed contra eſt illi exhibemus adorationem latrie in quo ponimus ſpem ſalutis. ſʒ in cruce chriſti ponimꝰ ſpem. cantat enī eccleſia o crux aue ſpes vnica. hoc paſſionis temp̄e auge pijs iuſticiam. reiſqʒ dona veniam. ergo crux chriſti eſt adoratione latrie adoranda. Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. honor ſeu reuerentia non debeť niſi rationali creature. creature aūt inſenſibili non debetur honor ſeu reuerentia niſi ratione nature rationalis. ⁊ hoc dupliciter. vno modo inq̄ʒtū repreſentat naturam rationalem. alio modo inq̄ʒtum ei quocunqʒ modo coniungiť. primo modo conſueuerūt homines venerari imaginem regis. ſc̄do modo eius veſtimētum. vtrunqʒ aūt veneranť homines eadem veneratione qua veneranť ⁊ regem. Si ergo loquamur de ipſa cruce in qua xp̄s crucifixus eſt vtroqʒ modo eſt a nobis venerāda. vno modo inq̄ʒtum nobis repreſentat figuram chriſti extenſi in ea. alio modo ex contactu ad membra chriſti. ⁊ ex hoc ꝙ eius ſanguine eſt p̄fuſa. vnde vtroqʒ modo adorať eadem adoratione cum xp̄o. ſ. adoratione latrie. ⁊ propter hoc enā crucem alloquimur ⁊ deprecamur quaſi ipſam crucem. Si vero loquimur de effigie crucis xp̄i in quacunqʒ alia materia puta lapidis vel ligni argenti vel auri ſic veneramur crucem tm̄ vt imaginem chriſti. q̄ʒ veneramur adoratione latrie. vt dictum eſt ſupra. Ad .i. ergo dōm ꝙ in cruce xp̄i q̄ʒtum ad opinionem vel intentionē infidelium conſiderať obprobrium xp̄i. ſed q̄ʒtum ad effectum noſtre ſalutis conſiderať virtus diuina ipſiꝰ qua de hoſtibus triumphauit. ſm̄ illud ad Col. ij. ipſum tulit de medio affigens illud cruci. ⁊ ſpolians principatꝰ ⁊ poteſtates traduxit confidenter. palam triumphans illos in ſemetip̄o. ⁊ ideo dicit Ap̄ls. i. Cor. i. Verbū crucis pereuntibus quidem ſtulticia eſt. his autem qui ſalui ſiūt id eſt nobis virtus dei. Ad .ij. dicendum ꝙ licet crux chriſti non fuerit vnita verbo dei in perſona. fuit tamen ei vnita aliquo alio modo. ſcʒ per repreſentationem ⁊ contactum. ⁊ hac ſola ratione exhibetur ei reuerentia. Ad .iij. dōm ꝙ q̄ʒtum ad rationem contactus membrorum chriſti non ſolum adoramus crucem ſed etiam omnia q̄ ſunt chriſti. vnde Dama. dicit in. iiij. li. pretonſuʒ lignū vt ſanctificatum contactu ſui corporis ⁊ ſanguinis decenter adorandum clauos indumenta lancea ⁊ ſacra eius tabernacula. iſta tamen non repreſentant imaginem chriſti ſicut crux. que dicitur ſignum filij hominis qd̄ apparebit in celo. vt dicitur Math. xxiiij. ideo mulieribus dixit angelus. Jeſum queritis nazarenum crucifixum. non dixit lanceatū. ſed crucifixū. ⁊ inde eſt ꝙ imaginē crucis xp̄i veneramur inq̄ʒtum materia. non autem imaginem clauorum vel quorumcunqʒ huiuſmodi.

## Ad quartum ſic procedi

Videtur ꝙ mater dei ſit adoranda adoratione latrie. videtur enim idem honor exhibendus eſſe matri regis et regi. vnde dicitur. ij. Regum. ij. ꝙ poſitus eſt tronus matris regis que ſedit ad dexteram eius. et Auguſtinus dicit in ſermone de aſſumptione. thronum dei thalamum domini celi atqʒ tabernaculum chriſti dignum eſt ibi eſſe vbi ipſe eſt. ſed chriſtus adoratur adoratione latrie. ergo ⁊ mater eius. P̄reterea Damaſcenus dicit in quarto libro. ꝙ honor matris refertur ad filium. ſed filius adoratur adoratione latrie. ergo et mater eius.

P̄reterea coniunctior eſt chriſto mater eius quam crux. Sed crux adoratur adoratione latrie.

ergo ⁊ mater eadem adoratione eſt adoranda. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ mater dei eſt pura creatura. non ergo ei debet adoratio latrie. ¶ Rñ. dõm ꝙ quia latria ſoli deo debetur. non debet creature prout creaturam ſm ſe veneramur. licet autem creature inſenſibiles non ſint capaces venerationis ſm ſeipſas. creatura tñ rationalis eſt capax venerationis ſm ſeipſam. ⁊ ideo nulli pure creature rationali debet cult⁹ latrie. Cum ergo beata virgo ſit pura creatura rationalis non debetur ei adoratio latrie ſed ſolum veneratio dulie. Eminentius tamen ꝗ ceteris. inquantum ipſa eſt mater dei. ⁊ ideo dicit ꝙ debetur ei non qualiſcunꝗ dulia. ſꝫ iperdulia. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ matri regis non debetur equalis honor honori qui debetur regi. debet tamen ei quidam honor conſimilis. ratione cuiuſdam excellentie ⁊ hoc ſignificant auctoritates inducte. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ honor matris refert ad filium. quia ipſa mater eſt propter filium honoranda. non tamen eo modo quo honor imaginis refert ad exemplar. q2 ipſa imago prout in ſe conſiderat vt res quedam nullo modo eſt veneranda. ¶ Ad iij. dõm ꝙ crux prout ipſa in ſe conſiderat vt dictum eſt non eſt capax adorationis ſeu honoris. ſed beata ꝟgo ſm ſeipſam eſt capax venerationis. ⁊ ideo non eſt ſimilis ratio

## Ad ſextum ſic proceditur

Videtur ꝙ ſanctorum reliquie nullo modo ſint adorande. non eñ eſt aliquid faciendum qd̓ poſſit eſſe erroris occaſio. ſed adorare mortuorum reliquias videt ad errorem gentilium ptinere. qui mortuis hominibus honorificentiam impendebant ergo non ſunt ſanctoꝝ reliquie adorande. ¶ Pre. ſtultum videt inſenſibilem venerari. ſed ſanctorum reliquie ſunt inſenſibiles. ergo ſtultum eſt eas venerari. ¶ Pre. corpus mortuum non eſt eiuſdem ſpeciei cum corpe viuo ⁊ ꝑ conſequens videtur non eſſe nũero idem. ergo videt ꝙ poſt mortem alicuius ſancti corpus eius non ſit adorandum. ¶ Sed contra eſt qd̓ dicitur in li. de eccliaſticis dogma. ſanctoꝝ corpora ⁊ precipue beatorum martyrum reliquias ac ſi xp̄i membra ſinceriſſime adoranda. ſ. credimus ⁊ poſtea ſubdit. ſi quis contra hãc ſententiam velit eſſe non xp̄ianus ſed eunominian⁹ ⁊ vigilantius credit. ¶ Rñ. dõm ꝙ ſicut dicit Augu. in li de ciui. dei ſi patria veſtis ⁊ annulus ac ſi quid hmõi eſt tanto carius eſt poſteris quanto erga parentes eſt maior affect⁹. nullo modo ipſa ſpernẽda ſunt corꝑa. que vtiꝗ multo familiari⁹ atꝗ coniuncti⁹ ꝗ quelibet indumenta geſtam⁹. hec eñ ad ipſam naturam hominis ptinent. ex quo patꝫ ꝙ qui habet affectum ad aliquem etiam ipſa que de ipſo poſt mortem relinquunt veneratur. non ſolum corpus. aut partes corꝑis ſed etiam aliq̄ua exteriora. puta veſtes ⁊ ſimilia. manifeſtum eſt aũt ꝙ ſanctos dei in veneratiõe debemus habere tanꝗ membra xp̄i. dei filios. amicos ⁊ interceſſores noſtros. ⁊ ideo eoꝝ reliquias qualeſcunꝗ honore congruo in eorum memoriam venerari debemus. ⁊ precipue eoꝝ corꝑa que fuerunt templum ſpũſancti. ⁊ organa ſpũſancti in eis habitantis ⁊ operantis ⁊ ſunt corpori xp̄i configuranda ꝑ gloriam reſurrectionis. vnde ⁊ ip̄e deus hmõi reliquias conuenienter honorat in eorum preſentia miracula faciendo. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ hec fuit ratio vigilantij. cuius verba introducit Hiero. in li. quem cõtra eum ſcribit dicentis. proprie ritum gentilium videmus ſub pretextu religionis introducunt puluiſculũ neſcio quem in modico vaſculo pretonſo linteamine circũdato oſculantes adorent. contra quem Hiero. dicit in epiſtola ad Ciprianum nos non dico martyrum reliquias ſed nec ſolẽ nec lunaꝫ nec angelos nec agnos adoram⁹ ſed veneratione latrie. honoramus aũt reliquias martyrum. vt eum cuius ſunt martyres adoremus. honoram⁹ ſeruos. vt honor ſeruorum ſuorum redundet ad dñm. ſic ergo honorando reliquias ſanctorum non incidamus in errorem gentilium. qui cultum latrie mortuis hominibꝫ exhibebant. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ corpus inſenſibile nõ adoramus propter ſeipſum. ſed ꝓpter animam que ei fuit vnita que nunc fruit deo ⁊ ꝓpter deum cuius fuerunt miniſtri. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ corpus mortuum alicuius ſancti non eſt idem numero qd̓ primo fuit dum viueret propt diuerſitatem forme que eſt anima. Eſt tamen idẽ idẽptitate materie. q̄ ẽ iteꝝ ſue forme vniẽda. ¶ Qõ. XXVI

## Deinde cõſiderãdum

eſt de hoc ꝙ xp̄s dicitur mediator dei ⁊ hominum. Et circa hoc querunt duo. Primo vtrũ eſſe mediatorem dei ⁊ hominum ſit proprium xp̄o. Secundo vtrum conueniat ei ſm humanam naturam.

## Ad primũ ſic proceditur.

Videt ꝙ eſſe mediatorem dei ⁊ hoim non cõuenit ei ſm humanam naturam. ſacerdos eñ ⁊ propheta videtur eſſe mediator inter deum ⁊ hoiem. ſm illud Deutero. v. Ego illo tempe ſequeſter ⁊ medius fui inter vos ⁊ deum. ſed eẽ prophetam ⁊ ſacerdotem non eſt ꝓprium xp̄o. ergo nec eſſe mediatorem. ¶ Pre. illud qd̓ conuenit angelis bonis ⁊ malis non põt dici eſſe proprium xp̄o. ſed eſſe medium inter deum ⁊ homines conuenit angelis bonis. vt dicit Diony. iiij. ca. de diui. no. conuenit etiam angelis malis. habent eñ quedam cõmunia cum deo. ſ. immortalitatem. quedam aũt habent cõmunia cum hoibus. ſ. q2 ſunt animo paſſiui. ⁊ ꝑ conſequens miſeri. vt patet per Auguſti. ix. de ciui. dei. ergo eſſe mediatorem dei ⁊ hoim non eſt ꝓprium xp̄o. ¶ Pre. ad officium mediatoris ptinet interpellare ad vnum eoꝝ inter quos eſt mediator ꝓ altero. ſed ſpũſanctus ſicut dicit ad Ro. viij. Interpellat pro nobis ad deũ gemitibꝫ inenarrabilibꝫ. g̃ ſpũſanctus eſt mediator inter deũ ⁊ hoies. g̃ non eſt proprium xp̄o. ¶ Sed contra eſt qd̓ dicitur ad Thimo. ij. Unus ẽ mediator dei ⁊ hoim homo xp̄s Jeſus. ¶ Rñ. dõ ꝙ mediatoris officium ꝓprium eſt coniungere eos inter quos ẽ mediator. nam extrema vniunt in medio. vnire aũt homines deo ꝑfecte quidem conuenit xp̄o ꝑ quem hoies recõciliantur deo ſm illud. i. Coꝝ. v. Deus erat in xp̄o. mundum recõcilians ſibi. ⁊ ideo ſolus xp̄s eſt ꝑfectus dei et hominum mediator. inquantum ꝑ ſuam mortem deo humanum genus recõciliauit. vñ cum Apl̓s dixiſſet mediator dei ⁊ hoim xp̄s Jeſus ſubiunxit qui dedit ſemetip̄m in redemptionem ꝓ omnibus. nihil tñ prohibet aliquos ſm quid dici mediatores inter deum ⁊ hoiem. prout cooꝑant ad vnionẽ hoim cum deo. diſpoſitiue vel miniſterialiter ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ ꝓphete ⁊ ſacerdotes veteris legis dici ſunt mediatores inter deum ⁊ hoies diſpoſitiue ſeu miniſterialiter. inquantũ. ſ. prenunciabant ⁊ p̄figurabant veꝝ ⁊ ꝑfectum dei ⁊ hominum mediatorẽ. ſacerdotes ꝟo noue legis poſſunt dici mediatores dei ⁊ hominum. inquantuꝫ ſunt miniſtri veri mediatoris. vice ipſius ſacramenta ſalutaria hominibus exhibentibus. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ angeli boni. vt Augu. dicit. ix. de ciui. dei non ꝑfecte poſſunt dici mediatores inter deum ⁊ homines, cum eñ vtrũꝗ

babeant cum deo ⁊ beatitudinē ⁊ īmortalitatē. nihil au
tem horum cum hominib⁹ miſeris ⁊ mortalib⁹ quomodo
non potius remoti ſunt ab hoībus deoꝗ coniūcti ꝗ̄ inter
vtraꝗ media ꝯſtituti. Diony. tamen dicit eos eſſe medi
os. quia ſm gradum nature ſunt infra deum ⁊ ſuper ho-
mines conſtituti ⁊ mediatoris officium exercent. non qui
dem principaliter ⁊ perfecte. ſed miſterialiť ⁊ diſpoſitiue
vnde Matth. iiij. dicitur. ꝙ acceſſerūt angeli ⁊ miniſtra-
bant ei ſcilicet chriſto. Demones autem habent quidem
cum deo īmortalitatem. cum hoībus ꝟo miſeriā. ad hoc
enī ſe interponit medius demon īmortalis ⁊ miſer vt ad
īmortalitatem beatam tranſire non ſinat ſed perducit ad
miſeriam īmortalem vnde eſt ſicut malus medius qui ſe
parat amicos. chriſtus autem cū deo habet cōmunē bea-
titudinem. cum hoībus autem mortalitatē. ⁊ ideo ad hoc
ſe interpoſuit medium vt mortalitate tranſacta ex mor-
tuis faceret īmortales. qđ in reſurgendo monſtrauit ⁊ ex
miſeris beatos efficeret vnde nunꝗ ipſe deceſſit. ⁊ ideo
ipſe eſt bonus mediator qui recōciliauit inimicos. ¶ Ad
iij. dōm ꝙ ſpūſſanctus cum ſit per oīa deo equalis nō po
teſt dici medius aut mediator inter deum ⁊ hoīes ſed ſo-
lus chriſtus. qui licet ſm diuinitatē equalis ſit patri. ta-
men ſm humanitatē minor ē patre vt dictum eſt. vnde ſu
per illud ad Gal'. iij. chriſtus eſt mediator dicit glo. non
pater vel ſpiritus. dicitur autem ſpū ſſanctus interpellare
pro nobis quia ipſe interpellare nos facit.

## ¶ Ad ſecundū ſic procediť.

Uidetur ꝙ chriſtus non ſit mediator dei ⁊ hoīum ſm ꝙ
homo. Dicit enī Aug. in li. contra Felicianū. vna ē chri-
ſti perſona. ne ſit non vnus chriſtus. non vna ſubſtātia.
ne mediatoris diſpenſatione ſubmota aut dei tm̄ aut ho
minis dicatur filius. ſed non eſt dei ⁊ hoīs filius ſm ꝙ
homo. ſed ſimul ſm ꝙ deus ⁊ homo. ergo neꝗ dicendū
eſt ꝙ ſit mediator dei ⁊ hominū ſolum ſm ꝙ hō. ¶ Pre
te. ſicut chriſtus inq̄ntum eſt deus cōuenit cum patre et
ſpūſancto ita inq̄ntum eſt homo ꝯuenit cum hoībus. ſed
ꝓpter hoc qđ inq̄ntum eſt deus ꝯuenit cū patre ⁊ ſpūſan-
cto non poteſt dici mediator inq̄ntum eſt deus. quia ſup
illud. ij. Timoth. ij. mediator dei ⁊ hoīum. dicit glo. in-
quantum eſt verbum non eſt medius. quia equalis ē deo
et deus apud deum ⁊ ſimul vnus deus. ergo nec etiā in-
quantum homo poteſt dici mediator ꝓpter ꝯuenientiā
quā cum hoībus habet. ¶ Prete. Chriſtus dicitur me
diator inq̄ntum recōciliauit nos deo. Qđ quidem fecit
auferendo peccatū qđ nos ſeparabat a deo. ſ; auferre pec
catum ꝯuenit chriſto non inq̄ntū eſt homo ſed inq̄ntum
eſt deus. ergo chriſtus inq̄ntum homo non eſt mediator
ſed inquantū deus. ¶ Sed contra eſt qđ dicit Aug. ix. de
ciui. dei. non ob hoc eſt mediator chriſtus quia eſt verbū
maxime quippe īmortale ⁊ maxime beatū verbum longe
a mortalib⁹ miſeris ſed mediator eſt ſm ꝙ homo. ¶ Rñ
dōm ꝙ in mediatore duo poſſumus ꝯſiderare. primo q-
dem rationē medij. ſecūdo officiū ꝯiungendi. eſt autem đ
ratione medij ꝙ diſtet ab vtroꝗ extremoꝝ. ꝯiungit autē
mediator per hoc ꝙ ea que vnius ſunt defert ad alterum
Neutrum autem horum poteſt ꝯuenire chriſto ſm ꝙ de
us ſed ſolum ſm ꝙ homo. nam ſm ꝙ deus non differt a
patre ⁊ ſpirituſancto in natura ⁊ poteſtate dominij. nec
etiam pater ⁊ ſpirituſſanctus aliquid habent qđ non ſit
filij. vt ſic poſſit id quod eſt patris vel ſpūſſancti quaſi qđ
eſt aliorum ad alios deferre. Sed vtrūꝗ cōuenit ei inq̄n
tum eſt homo. quia ſm ꝙ eſt homo diſtata deo in natu-
ra ⁊ ab hoībus in dignitate gratie ⁊ glorie. inquantū etiā
eſt homo competit ei coniūgere homines deo precepta ⁊
dona hominibus exhibendo. ⁊ pro hominib⁹ ad deum ſa
tiſfaciendo ⁊ interpellando ⁊ ideo veriſſime dicitur me-
diator ſm ꝙ homo. ¶ Ad. i. ergo dicendū ꝙ ſi ſubtrahať
diuina natura a chriſto ſubtrahitur per conſequēs ab eo
ſingularis plenitudo gratiarum. que conuenit ei inquan
tum eſt vnigenitus a patre. vt dicitur Johan. i. ex qua
quidem plenitudine habet vt ſit ſuper omnes homines
conſtitutus ⁊ ꝓpinquius accedens ad deum. ¶ Ad. ij. di-
cendū ꝙ chriſtus ſm ꝙ deus eſt per oīa equalis patri. ſed
etiam in humana natura excedit alios homines. ⁊ ideo
ſm ꝙ homo poteſt eſſe mediator non autem ſm ꝙ deus
¶ Ad. iij. dōm ꝙ licet auctoritatiue peccatū auferre cō
ueniat chriſto ſm ꝙ deus. tamen ſatiſfacere pro peccato
humani generis conuenit ei ſm ꝙ homo. ⁊ ſm hoc dici-
tur dei ⁊ hominū mediator. ¶ Queſtio XXVII.

## Poſt predicta in qui

bus de vnione dei ⁊ hominis ſꝫ đ his q̄ vnio
nem ſequuntur tractatū eſt. Reſtat ꝯſiderā-
dum de his que filius dei incarnat⁹ ī natura humana ſi-
bi vnita fecit vel paſſus eſt. Que quidem ꝯſideratio qua
dripertita erit. Nam p° ꝯſiderabimus de his que perti-
nent ad ingreſſum eius in mundū. 2° que pertinent ad ꝓ
ceſſum vite ipſius in hoc mundo. 3° de exitu ipſi⁹ ab hoc
mundo. 4° de his que pertinent ad exaltationē ipſi⁹ poſt
vitam huius mundi. ¶ Circa primū quattuor ꝯſideran
da occurrunt. p° de conceptione chriſti. 2° de eius natiui-
tate. 3° de eius circūciſione. 4° de eius baptiſmo. ¶ Cir-
ca conceptionē autem eius oportet aliqua ꝯſiderare. p°
quantum ad matrem concipientem. 2° quantū ad modū
conceptiōis. 3° q̄ntū ad perfectionē prolis ꝯcepte. ¶ Ex
parte autem matris occurrunt quattuor ꝯſideranda. p°
quidem de ſanctificatione eius. 2° de virginitate eius. 3°
de ſponſatione eius. 4° de annūciatiōe ipſius. 5° de prepa
ratione ipſius ad ꝯcipiendū. ¶ Circa primū querunť ſex
p° vtrū beata virgo mater dei fuerit ſanctificata ante na-
tiuitatē ex vtero. 2° vtrum fuerit ſanctificata ante aīatio-
nem. 3° vtrum per huiuſmodi ſanctificationē fuerit ſibi
ſublatus totaliter fomes peccati. 4° vtrum per huiuſmo
di ſanctificationē fuerit conſecuta vt nunꝗ peccaret. 5°
vtrum per huiuſmodi ſanctificationē adepta fuerit pleni
tudinem gratiarum. 6° vtrum ſic fuiſſe ſanctificatā fue-
rit ꝓprium ſibi.

## ¶ Ad primū ſic proceditur

Uidetur ꝙ beata virgo non fuerit ſanctificata ante nati-
uitatem ex vtero. Dicit enī apoſtolus. i. Corinth. xv. non
prius qđ ſpūale eſt ſ; qđ animale eſt. deinde qđ eſt ſpūa-
le. ſed per gratiam ſanctificantem naſcitur homo ſpūali-
ter in filium dei. ſm illud Johan. i. ex deo nati ſunt. nati-
uitas autem ex vtero eſt natiuitas animalis. nō ergo bea
ta virgo fuerit prius ſanctificata ꝗ̄ ex vtero naſceretur
Prete. Aug. dicit in epiſtola ad Dardanū. Sanctifica
tio qua efficimur templū dei non niſi renatoꝝ eſt. nemo
enī renaſcitur niſi prius naſcatur. ergo beata virgo non
fuit prius ſanctificata ꝗ̄ ex vtero naſceretur. ¶ Pre. qui
cunꝗ eſt ſanctificatus per gratiam eſt mundatus a pecca-
to originali ⁊ actuali. ſi ergo beata virgo fuerit ſanctifica
ta ante natiuitatem ex vtero conſequens eſt ꝙ fuerit tunc

emundata ab originali peccato. ſed ſolum originale peccatum poterat eam impedire ab introitu celeſtis regni. ſi ergo tunc mortua fuiſſet videtur ꝙ ianuam regni celeſtis introiſſet. qd tamen fieri non potuit ante chriſti paſſionē iuxta illud apoſtoli. Habemus enī fiduciam in introitu ſanctorum per ſanguinem eius. vt dicitur ad Hebre. ix. ergo videtur ꝙ beata virgo non fuerit ſanctificata anteq̄ ex vtero naſceretur. ¶ Prete. Peccatum originale ex origine cōtrahitur. ſicut peccatum actuale ex actu. ſed q̄diu aliquis eſt in actu peccandi. non poteſt a peccato actuali mundari. ergo nec beata virgo a peccato originali mūdari potuit. dū eſſet adhuc in ipſo actu originis in materno vtero exiſtendo. ¶ Sed contra eſt qd eccleſia celebrat natiuitatem beate virginis. non autem celebratur feſtum in eccleſia niſi pro aliquo ſancto. ergo beata virgo in ipſa ſui natiuitate fuit ſanctificata. ergo fuit in vtero ſanctificata.

¶ Rn̄. dōm ꝙ de ſanctificatiōe beate Marie ſcilicet ꝙ fuerit ſanctificata in vtero nihil in ſcriptura canonica tradit. que etiam nec de eius natiuitate mentionem facit. ſed ſicut dicit Auguſtinus de aſſumptione ipſius virginis rationabiliter argumentatur ꝙ cum corpore ſit aſſumpta in celum. qd tamen ſcriptura non tradit. ita etiam rationabilit argumentari poſſumus ꝙ fuerit ſanctificata in vtero. rationabilit enī credit ꝙ illa que genuit vnigenitū a patre plenum gratie ⁊ veritatis. pre omnibus alijs maiora gratie priuilegia accepit. vnde legitur Lu. i. ꝙ angelus ei dixit. Aue gratia plena. Inuenimus autem quibuſdā alijs hoc priuilegialiter eſſe conceſſum. vt in vtero ſanctificarētur. ſicut Hieremie cui dictum eſt Hiere. i. anteq̄ exires de vulua ſanctificaui te. ⁊ ſicut Iohanni baptiſte de quo dictum eſt Lu. i. ſpū ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue. vnde rationabilit creditur ꝙ beata virgo ſanctificata fuerit anteq̄ ex vtero naſceretur. ¶ Ad. i. ergo dōm. ꝙ in beata virgine prius fuit animale ⁊ poſt id quod eſt ſpirituale. quia prius fuit ſm carnem concepta. ⁊ poſtea ſm ſpiritum ſanctificata. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ Auguſt. loquit ſm legem cōmunem ſm quam per ſacramenta non regenerarentur aliqui niſi prius nati. Sed deus huic legi ſacramentoꝝ potentiam ſuam non alligauit. quin aliquibus ex ſpeciali priuilegio gratiam ſuam conferre poſſit. anteq̄ renaſcantur ex vtero. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ beata virgo ſanctificata fuit in vtero a peccato originali q̄ntum ad maculam perſonalem. non tamen fuit liberata a reatu quo tota natura tenebatur obnoxia. ſcilicet vt nō intraret in paradyſum niſi per chriſti hoſtium. ſicut etiam de ſanctis patribus dicitur qui fuerunt ante chriſtum. ¶ Ad. iiij. dōz. ꝙ peccatum originale trahitur ex origine inquantum per eam cōmunicatur humana natura. que reſpicit ꝓprie peccatum originale. quod quidem fit quando proles concepta animatur. vnde poſt animationē nihil prohibet prolem conceptam ſanctificari. poſtea enī non manet in materno vtero ad accipiendā humanam naturam. ſed ad aliqualem profectum eius quod iam accepit.

## ¶ Ad ſecundū ſic procedit.

Videtur ꝙ beata virgo ſanctificata fuerit ante animationem. quia vt dictum eſt. plus gratie collatum eſt virgini matri dei q̄ alicui ſanctorum. ſed quibuſdā videtur eſſe conceſſum ꝙ ſanctificarent ante animationē. quia dicitur Hiere. i. priuſq̄ te formarem in vtero noui te. non autē infunditur anima ante corporis formationē. ſimiliter etiā de Iohanne baptiſta dicit Ambroſius ſuper Lucam ꝙ nōdū inerat ei ſpiritus vite ⁊ iam inerat ei ſpirit⁹ gratie ergo multo magis beata virgo ante animationē ſanctificari potuit. ¶ Prete. Conueniens fuit ſicut dicit Anſhelmus in libro de conceptu virginali vt illa virgo ea puritate niteret qua maior ſub deo nequit intelligi. vnde ⁊ in Canti. dicitur. iiij. c. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. ſed maior puritas fuiſſet beate virginis ſi nunq̄ fuiſſet inquinata contagio originalis peccati. ergo hoc ei preſtitum fuit ꝙ anteq̄ animaretur caro ei⁹ ſctificaretur. ¶ Prete. Sicut dictū eſt non celebratur feſtū niſi de aliquo ſancto. ſed quidam celebrant feſtum conceptionis beate virginis. ergo videtur ꝙ in ipſa ſui conceptione fuerit ſancta. ⁊ ita videtur ꝙ ante animationē fuerit ſanctificata. ¶ Pret. apoſtolus dicit ad Roma. xi. Si radix ſancta ⁊ rami. radix autem filiorum ſunt parentes eorum. potuit ergo beata virgo ſanctificari ⁊ in ſuis parētibus ante animationē. ¶ Sed contra eſt qd ea que ſunt in veteri teſtamento ſunt figura noui teſtamenti. ſm illd i. Corinth. x. omnia in figura contingebant illis. per ſanctificationem autem tabernaculi de qua dicitur in ps. ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus videtur ſanctificatio matris dei ſignificari. que tabernaculū dei dicitur. ſm illd ps. in ſole poſuit tabernaculum ſuū. de tabernaculo autē dicitur Exo. vlt. poſtq̄ cuncta perfecta ſunt operuit nubes tabernaculum teſtimonij. ⁊ gloria dn̄i impleuit illud ergo ⁊ beata virgo non fuit ſanctificata niſi poſtq̄ cuncta eius perfecta ſunt. ſcilicet corpus ⁊ anima. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſanctificatio beate virginis non poteſt intelligi ante eius animationē duplici ratione. Primo quidē quia ſanctificatio de qua loquimur non eſt niſi emundatio a peccato originali. ſanctitas enī eſt perfecta mūdicia vt dicit Diony. xij. c. de diui. no. culpa autem non poteſt emundari niſi per gratiam. cuius ſubiectum eſt ſola creatura rationalis. ⁊ ideo ante infuſionem anime rationalis beata virgo ſanctificata non fuit. Secundo quia cum ſola creatura rationalis ſit ſuſceptiua culpe ante infuſionē anime rationalis proles concepta non eſt culpe obnoxia. et ſic quocunq̄ modo ante animationē beata virgo ſanctificata fuiſſet nunq̄ incurriſſet maculam originalis culpe. ⁊ ita non indiguiſſet redemptione ⁊ ſalute que eſt per chriſtum de quo dicitur Math. i. ipſe ſaluū faciet populum ſuum a peccatis eorū. hoc enī eſt incōueniēs ꝙ chriſtus non ſit ſaluator oīum hoīum. vt dicitur. i. Timoth. iiij. vnde relinquitur ꝙ ſanctificatio beate virginis Marie fuerit poſt eius animationē. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ dn̄s dicit ante formationē in vtero Hieremiam nouiſſe. noticia ſcilicet predeſtinatiōis. ſed ſanctificaſſe ſe dicit eum non ante formationem. ſed anteq̄ exiret de ventre ⁊c. Qd autem dicit Ambroſ. ꝙ Iohāni baptiſte nōdum inerat ſpiritus vite cum iam haberet ſpiritum gratie non eſt intelligendū ſm ꝙ ſpiritus vite dicitur anima viuificans. ſed ſm ꝙ ſpiritus dicitur aer exterius inſpiratus. Vel poteſt dici ꝙ nondum inerat ei ſpiritus vite. id eſt anima. quantum ad manifeſtas ⁊ completas operationes ipſius. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſi nunq̄ anima beate virginis fuiſſet contagio originalis peccati inquinata hoc derogaret dignitati chriſti ſm quā eſt vniuerſalis oīum ſaluator. ⁊ ideo ſub chriſto qui ſaluari non indiguit tanq̄ vniuerſalis ſaluator maxima puritas fuit beate virginis. nā chriſtus nullo modo contraxit originale peccatum. ſed in ipſa ſui creatione fuit ſanctus. ſm illud Lu. i. qd ex te naſcitur ſanctum vocabitur fili⁹ dei. ſed beata virgo contraxit

quidem originale peccatum. ſed ab eo fuit mundata an-
teq̃ ex vtero naſceretur. ⁊ hoc ſignatur Job. iij. vbi de no-
cte originalis peccati dicitur expectet lucem. id eſt chriſtū
et non videat. quia nihil inquinatum intrauit in illam vt
dicitur Sap. vij. nec ortum ſurgentis ⁊c. id eſt. beate vir-
ginis. que ſe in ſuo ortu a peccatu originali fuit īmunis.
¶ Ad. iij. dicendū ꝙ licet romana eccleſia conceptionem
beate virginis non celebret tolerat tamen conſuetudinē
aliquarum eccleſiarum illud feſtum celebrantiū. vnde ta-
lis celebritas non eſt totaliter reprobanda. nec tamen per
hoc feſtum conceptionis celebratum datur intelligi ꝙ in
ſua conceptione fuerit ſancta. ſed quia quo tempore fue-
rit ſanctificata ignoratur celebratur feſtum ſanctificatiōis
eius potius q̃ conceptionis in die conceptionis ipſius.
¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ duplex eſt ſanctificatio. Una qui-
dem totius nature. inq̄ntum ſcilicet tota humana natu-
ra ab omni corruptione ⁊ pena liberatur. ⁊ hoc erit in re-
ſurrectione. Alia vero ſanctificatio perſonalis. que non trā-
ſit in prolem carnaliter genitam. quia talis ſanctificatio ñ
reſpicit carnem ſed mentem. ⁊ ideo ſi parentes beate vir-
ginis fuerint mundati a peccato originali nihilominus
beata virgo peccatum contraxit originale cum fuerit con-
cepta ſcḋm carnis concupiſcentiā ⁊ ex commixtione maris ⁊
femine. Dicit enī Auguſtinus in libro de nuptijs con-
cupiſcentie. omnem qui de concubitu naſcitur carnem eē
peccati.

## Ad tertium ſic procedit

Uidetur ꝙ beata virgo non fuerit mundata ab infectio-
ne fomitis. Sic enim pena originalis peccati eſt fomes
qui conſiſtit in inferiorum virium rebellione ad rationē
ita etiam pena originalis peccati eſt mors ⁊ cetere penali-
tates corporales. ſed beata virgo fuit ſubiecta huiuſmo-
di penalitatibus. ergo etiam fomes ab ea totaliter remot⁹
non fuit. ¶ Prete. ij. Corinth. xij. dicitur. virtus in infir-
mitate perficitur ⁊ loquitur de infirmitate fomitis ſꝫ quā
patiebatur ſtimulum carnis. ſed nihil quod pertinꝫ ad ꝑ-
fectionem virtutis fuit beate virgini ſubtrahendum. er-
go non fuit beate virgini totaliter ſubtrahendus fomes.
¶ Prete. Damaſcenus dicit ꝙ in beata virgine ſupue-
nit ſpiritusſanctus purgans eam ante conceptionem filij
dei. quod non poteſt intelligi niſi de purgatione a fomite
nam peccatum non fecit vt dicit Auguſtinus in libro de
natura ⁊ gratia. ergo per ſanctificationē in vtero non fue-
rit libere mundata a fomite. ¶ Sed contra eſt quod dici-
tur Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō
eſt in te. fomes autem ad maculam pertinet ſaltem carnis
ergo in beata virgine fomes non fuit. ¶ Rñ. dicendum.
ꝙ circa hoc ſunt diuerſe opiniones. Quidam enim dixe-
runt ꝙ in ipſa ſanctificatione beate virginis qua fuit in
vtero ſanctificata totaliter fuit ei fomes ſubtractus. Qui-
dam vero dicunt ꝙ remanſit fomes quantum ad hoc qḋ
facit difficultatem ad rationem ſublatus tamen fuit quā-
tum ad hoc quod facit pronitatem ad malum. Alij vero di-
cunt ꝙ ſublatus fuit ei fomes inquantum pertinꝫ ad cor-
ruptionem perſone. prout impellit ad malum ⁊ difficul-
tatem facit ad bonum. remanſit tamen inquantum perti-
net ad corruptionē nature. prout ſcilicet eſt cauſa tradu-
cendi originale peccatum in prolem. Alij vero dicunt ꝙ ī
prima ſanctificatione remanſit fomes ſcḋm eſſentiam. ſed
ligatus fuit. in ipſa autem conceptione filij dei fuit totali-
ter ſublatus. Ad horum autem intellectum oportet cōſi-
derare ꝙ fomes nihil eſt aliud q̃ inordinata concupiſcen-
tia ſenſibilis appetitus habitualis tamen quia actualis cō-
cupiſcentia eſt motus peccati. dicitur autem concupi-
ſcentia ſenſualitatis eſſe inordinata inquantū repugnat
rationi. quod quidem fit inquantum inclinat ad malum
vel difficultatem facit ad bonum. ideo ad ipſam rationē
fomitis pertinet ꝙ ad malum inclinet vel difficultatem
faciat in bono. vnde ponere ꝙ remanſerit fomes in beata
virgine non inclinans ad malum eſt ponere duo oppoſita
ſimul. etiam videtur oppoſitionem implicare ꝙ remanſe-
rit fomes inquantum pertinet ad corruptionem nature.
non autem inquantum pertinet ad corruptionem perſo-
ne. nam ſcḋm Auguſtinū in libro de nuptijs ⁊ ꝯcupiſcen-
tia. libido eſt que peccatum originale tranſmittit in pro-
lem. libido autem importat inordinatam concupiſcentiā
que non totaliter ſubditur rationi. ⁊ ideo ſi totalit̄ fomes
ſubtraheretur inquātum pertinet ad corruptionem per-
ſone. non poſſet remanere inquantum pertinet ad corru-
ptionem nature. Reſtat ergo vt dicamus ꝙ vel totaliter
fomes fuerit ab ea ſublatus per primam ſanctificationē
vel ꝙ fuerit ligatus. Poſſet tamen intelligi ꝙ totaliter
fuit ſublatus fomes hoc modo. ꝙ preſtitum fuerit beate
virgini ex abundantia gratie deſcendentis in ipſam vt ta-
lis eſſet diſpoſitio virium anime in ipſa ꝙ inferiores vi-
res nunq̃ mouerentur contra arbitrium rationis. ſicut di-
ctum eſt fuiſſe in chriſto. quem conſtat peccati fomitem ñ
habuiſſe. ⁊ ſicut fuit in Adam ante peccatum per origina-
lem iuſticiam. ita ꝙ quantum ad hoc gratia ſanctificatio-
nis in virgine habuit vim originalis iuſticie. ⁊ q̃uis hec
poſitio ad dignitatem virginis matris videatur pertinere
derogat tamen in aliquo dignitati chriſti abſq̃ cuius vir-
tute nullus a prima damnatione liberatus eſt. q̃uis per
fidem chriſti aliqui ante incarnationem ſint ſcḋm ſpiritū
ab illa damnatione liberati. tamen ꝙ ſcḋm carnem aliquis
ab illa damnatione liberetur nō videtur debuiſſe fieri ni-
ſi poſt incarnationem eius in qua primo debuit īmunitas
damnatiōis apparere. ⁊ ideo ſicut ante īmortalitatē car-
nis chriſti reſurgentis nullus adeptus fuit carnis īmor-
talitatem ita etiam inconueniens videtur dicere ꝙ ante
incarnationem chriſti in qua nullum fuit peccatum caro
virginis matris eius vel cuiuſcunq̃ alterius fuerit abſq̃
fomite. que dicitur lex carnis ſiue membrorū. ⁊ ideo me-
lius videtur dicendum. ꝙ per ſanctificationē in vtero nō
fuerit ſublatus virginis fomes ſcḋm eſſentiā. ſed reman-
ſit ligatus non quidem per actum rationis ſue. ſicut ī ml̄-
tis ſanctis. quia non ſtatim habuit vſū liberi arbitrij ad-
huc in ventre matris exiſtens. hoc enī ſpeciale priuilegi-
um chriſti fuit. ſed per gratiam abundantem quā in ſan-
ctificatione receperat. ⁊ etiam perfectius per diuinam ꝓ-
uidentiam ſenſualitatē eius ab inordinato motu prohi-
bentem. poſtmodum vero in ipſa conceptione carnis chri-
ſti in qua primo debuit refulgere peccati īmunitas credē-
dum eſt ꝙ ex prole redundauerit in matrem totaliter a fo-
mite ſubtractio. ⁊ hoc ſignatur Ezech. xliij. vbi dicit̄. Ec-
ce gloria dñi iſrael ingrediebatur per viam orientalē. id ē
per beatam virginem. ⁊ terra. id eſt. caro ipſius ſplende-
bat a maieſtate eius ſcilicet chriſti. ¶ Ad. i. ergo dicendū
ꝙ mors ⁊ huiuſmodi penalitates de ſe non inclinant ad
peccatum. vnde etiam chriſtus licet aſſumpſit penalita-
tes fomitem tamen non aſſumpſit. vnde etiam in beata
virgine vt filio conformaretur. de cuius plenitudine gra-
tiam accipiebat. primo quidem ligat⁹ fuit fomes. poſtea

ſublatus. non autem fuit liberata a morte ⁊ aliis huiuſmodi penalitatibus. Ad .ij. dicenduȝ ꝙ infirmitas carnis ad fomitem pertinens eſt quidem in ſanctis viris perfecte virtutis occaſio. non tamen cauſa ſine qua perfectio haberi non poſſit. ſufficiat autem in beata virgine ponere perfectam virtutem ⁊ abundantiam gratie. nec in ea ponere oportet omnem occaſionem perfectionis. Ad .iij. dicendum ꝙ ſpūſſanctus in beata virgine duplicem perfectionem fecit vel purgationem. Unam qua quidem q̄ſi preparatoriam ad conceptionem chriſti. que non fuit ab aliqua impuritate culpe vel fomitis. ſed mentem eiꝰ magis in vnum colligens. ⁊ a multitudine ſubtollens. nam et angeli purgari dicuntur in quibus nulla impuritas invenitur. vt dicit Dionyſius .vi. c. celeſt. hierar. Aliaȝ vero purgationem operatus eſt in ea ſpūſſanctꝰ mediante conceptione chriſti. que fuit opus ſpūſſancti. ⁊ ſm hoc poteſt dici ꝙ purgauit eam totaliter a fomite.

## Ad quartuȝ ſic procedit.

Uidetur ꝙ per ſanctificationē in vtero non fuerit beata virgo preſeruata ab omni peccato actuali. quia vt dictuȝ eſt poſt primam ſanctificationē fomes peccati remanſit in virgine. motus autem fomitis etiam ſi rationem preueniat eſt peccatum veniale licet leuiſſimū vt Auguſtinus dicit in libro de trinitate. ergo in beata virgine fuit aliqꝺ peccatum veniale. Prete. Super illud Lu. ij. tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Dicit Auguſtinus in li. de queſtionibus noui ⁊ veteris teſtamentorum. ꝙ beata virgo in morte domini ſtupore quodam dubitauit. ſed dubitare de fide eſt peccatum. ergo beata virgo n̄ fuit preſeruata imunis ab omni peccato. Prete. Chryſoſtomus ſuper Mattheum exponens illud. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris ſtant querentes te dicit. manifeſtuȝ eſt quoniam ſolum ex vana gloria hoc faciebant. Et Johan. ij. ſuper illud. vinum non habent dicit idem Chryſoſtomus ꝙ volebat illis imponere gratiam ⁊ ſeipſam clariorem facere per filium. ⁊ forraſſe quid humanū patiebatur quemadmodū ⁊ fratres eius dicentes. manifeſta teipſum mundo. ⁊ poſt pauca ſubdit non ſcilicet deo mundum quem oportebat de eo opinionem habebat. ꝙ totuȝ conſtat eſt peccatum. ergo beata virgo non fuit preſeruata imunis ab omni peccato. Sed contra eſt quod Auguſtinus dicit in libro de natura ⁊ gratia de ſancta virgine Maria propter honorem chriſti nullam prorſus cuȝ de peccato agitur habere volo queſtionem. inde enim ſcimus ꝙ ei plus gratie collatum fuerit ad vincenduȝ ex omni parte peccatum ꝙ concipere ⁊ parere meruit cum quā cōſtat nullum habuiſſe peccatum. Rñ. dicenduȝ ꝙ illos quos deus ad aliquid eligit ita preparat ⁊ diſponit. vt ad id ad quod eliguntur inueniantur idonei. ſm illud .ij. Corinth. iij. idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. beata ergo virgo fuit electa diuinitus vt eſſet mater dei. et ideo non eſt dubitandum ꝙ deus per ſuam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit ſm ꝙ angelus ad eam dicit. inueniſti gratiam apud deum. ecce concipies ⁊c. non auteȝ fuiſſet idonea mater dei ſi peccaſſet aliquantū. tum quia honor parentum redundat in prolem ſm illud Prouer. xv. gloria filiorum patres eorum. vnde ⁊ per oppoſitum ignominea matris ad filium redundaſſet. tum etiam quia ſingularem affinitateȝ habuit ad chriſtum qui ab ea carnem accepit. dicitur autem .i. ad Corinth. vi. que conuentio chriſti ad belial? Tum etiam quia ſingulari modo dei filius qui eſt dei ſapientia in ipſa habitauit. non ſolum in anima ſed etiam in vtero. Dicitur autem Sap. i. In maliuolam animam non introibit ſapientia. nec habitabit in corpe ſubdito peccatis. ⁊ ideo ſimpliciter fatendum eſt ꝙ beata virgo nullum peccatum actuale cōmiſit. nec mortale nec veniale. vt ſic impleatur quod dicitur Cantī. iiij. tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te. Ad .i. ergo dicendum ꝙ in beata virgine poſt ſanctificationem in vtero remanſit quidem fomes ſed ligatus. ne ſciliȝ prorumperet in aliquem motum inordinatum qui rationeȝ preueniret. ⁊ licet ad hoc operaretur gratia ſanctificationis non tamen ad hoc ſufficiebat. alioquin virtute illius gratie hoc ei fuiſſet preſtitum vt nullus motus poſſet eſſe in ſenſualitate eius niſi ratione preuentus. ⁊ ſic fomitem nō habuiſſet. qꝺ eſt contra predicta. vnde oportet dicere ꝙ complementum illius ligationis fuit ex diuina prouidentia. que non permittebat aliquem motum inordinatum ex fomite prouenire. Ad .ij. dicendum ꝙ illud verbuȝ Symeonis Origenes ⁊ quidam alij doctores exponūt de dolore quā paſſa eſt in chriſti paſſione. Ambroſius autem per gladium dicit ſignificari prudentiam Marie nō ignaram myſterij celeſtis. viuū enim eſt verbuȝ dei ⁊ validum ⁊ acutius omni gladio ancipiti. quidam vero gladium dubitationem intelligunt que tamen non eſt intelligenda dubitatio infidelitatis. ſed admiratōis ⁊ diſcuſſionis. Dicit enī Baſilius in epiſtola ad Optimū ꝙ beata virgo aſſiſtens cruci ⁊ aſpiciens ſingula poſt teſtimonium Gabrielis poſt ineffabileȝ diuine conceptionis noticiam. poſt ingentem miraculoꝝ oſtenſioneȝ animo fluctuabat ex vna ſcilicet parte videns euȝ pati abiecta. ⁊ ex alia parte conſiderans eius mirifica. Ad .iij. dicenduȝ ꝙ Chryſoſtomus in verbis illis exceſſit. Poſſunt tamen exponi vt intelligatur in ea dominū cohibuiſſe non inordinatum inanis glorie motum quantum ad ipſam ſed id quod ab aliis poſſit extimari.

## Ad quintum ſic procedit.

Uidetur ꝙ beata virgo per ſanctificationē in vtero non obtinuerit gratie plenitudinem ſiue perfectionem. Hoc enī videtur pertinere ad priuilegiuȝ chriſti. ſm illud Johan. i. vidimus eum quaſi vnigenitum a patre. plenum gratie ⁊ veritatis. ſed ea que ſunt propria chriſti non ſunt aliis attribuenda. ergo beata virgo plenitudinē gratiarū non accepit in ſanctificatione. Prete. ei quod eſt perfectum ⁊ plenum non reſtat aliquid addendum quia perfectum eſt cui nihil deeſt. vt dicitur in .iij. phyſi. ſed beata virgo poſtmoduȝ additioneȝ gratie ſuſcepit quādo chriſtum ſuſcepit. Dictum eſt enim ei Lu. i. Spūſſanctus ſuperueniet in te. ⁊ iterum quando in gloriaȝ eſt aſſumpta. ergo videtur ꝙ non habuit in ſua prima ſanctificatione plenitudinem gratiarum. Prete. Deus non facit aliquid fruſtra. vt dicitur .i. de ce. et mun. fruſtra autem habuiſſet quaſdam gratias cum eorum vſum non exercuit. non enim legitur eam docuiſſe quod eſt actus ſapientie. aut miracula feciſſe quod eſt actus gratie gratis date. nō ergo habuit plenitudinem gratiarum. Sed contra eſt quod angelus ad eam dixit. Aue gratia plena. quod exponens Hieronymus in ſermone de aſſumptione dicit bene gratia plena. que ceteris per partes preſtatur. Marie vero ſe totam ſimul infudit gratie plenitudo. Rñ. dicendum ꝙ quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere tanto magiſ participat effectū illꝰ

principij. vnde dicit Dionyſius .iiij.c. cele. hierar. ꝙ an
geli qui ſunt deo ꝓpinquiores magis participant de boni⸗
tatibus diuinis q̄ꝫ homines. chriſtus autem eſt principi⸗
um gratie. ſm diuinitatē quidem auctoritatiue. ſm hūa⸗
nitatem autem miniſterialiť. vnde ⁊ Johan. i. dicitur gra
tia ⁊ veritas per Jeſum chriſtum facta eſt. beata autē vir
go Maria ꝓpinquiſſima fuit chriſto ſm humanitatē. q2
ex ea accepit humanam naturam. ⁊ ideo pre ceteris maio
rem debuit a chriſto plenitudinem gratie obtinere. ¶ Ad
i. ergo dicendum ꝙ vnicuiq3 a deo datur gratia ſm hoc
ad quod eligitur. ⁊ quia chriſtus inquantum homo ad h̄
fuit predeſtinatus ⁊ electus vt eſſet predeſtinatus filiꝰ dei
in virtute ⁊ veritate ſanctificatiōis hoc fuit ꝓpriū ſibi vt
haberet talem plenitudinem gratie ꝙ redundaret in om
nes ſm ꝙ dicitur Johan. i. de plenitudine eius nos om⸗
nes accepimus. ſed beata virgo Maria tanq̄ꝫ gratie obti
nuit plenitudinem vt eſſꝫ ꝓpinquiſſima auctori gratie. ita
ꝙ eum qui eſt plenus omni gratia in ſe reciperet. ⁊ pariē
do quodammodo gratiam ad omnes deriuaret. ¶ Ad . ij
dicendum ꝙ in rebus naturalibus primo quidem eſt ꝑ
fectio diſpoſitionis puta cum materia eſt perfecte ad for⸗
mam diſpoſita. ſecundo eſt perfectio forme que eſt po⸗
tior. nam ⁊ ipſe calor perfectior eſt qui prouenit ex forma
ignis. quā ille qui ad formam ignis diſponebat. tertio eſt
perfectio finis. ſicut cum ignis habet perfectiſſime ſuas
qualitates cum ad locum ſuū peruenit. Et ſimiliter ī bea
ta virgine fuit triplex perfectio gratie. Prima quidem q̄
ſi diſpoſitiua. per quam reddebatur idonea ad hoc ꝙ eſſꝫ
mater chriſti. ⁊ hec fuit perfectio ſanctificatiōis. Secun⸗
da autem perfectio gratie fuit in beata virgine ex preſen⸗
tia filij dei in eius vtero incarnati. Tertia autꝫ perfectio
eſt finis quam habet in gloria. ꝙ autem ſecunda perfe⸗
ctio ſit potior q̄ꝫ prima ⁊ tertia q̄ꝫ ſecunda. Patet quidē
vno modo per liberationem a malo. nam primo ī ſua ſan
ctificatione fuit liberata a culpa originali. ſecundo in cō
ceptione filij dei fuit totaliter mūdata a fomite. tertio ve⸗
ro in ſui glorificatione fuit liberata etiam ab omni miſeria
Alio modo per ordinationē ad bonum nam primo in ſua
ſanctificatione adepta eſt gratiam inclinantem eam ad
bonum. in conceptione autem filij dei confirmata eſt ei
gratia confirmans eam in bono. in ſui vero glorificatione
conſumata eſt eius gratia perficiens eam in fruitione di⸗
uini nominis. ¶ Ad. iij. dicenduꝫ ꝙ non eſt dubitandū
quin beata virgo acceperit excellēter ⁊ donū gratie ⁊ gra⸗
tiam virtutis ⁊ gratiam ꝓphetie ſicut habuit chriſtus. ſꝫ
tamen accepit vt haberet omnes vſus harum ⁊ ſimiliuꝫ
gratiarum ſicut habuit chriſtus. ſed ſm ꝙ conueniebat cō
ditioni ipſius. habuit enim ſapientie vſum in contemplā
do. ſm illud Lu. ij. Maria autem conſeruabat omnia ver
ba hec conferens in corde ſuo. non autem habuit vſum
ſapientie quantum ad docendū. eo ꝙ hoc non conuenie⸗
bat ſexui muliebri. ſm illud. ij. ad Timoth. ij. docere au⸗
tem mulierem non permitto. Miraculoꝝ autem vſus ſi
bi non competebat dum viueret. quia tunc temporis cō⸗
firmanda erat doctrina chriſti miraculis. ⁊ ideo ſoli chri
ſto ⁊ eius diſcipulis qui erant baiuli doctrine chriſti con⸗
ueniebat miracula facere. ſm ꝙ de Johanne baptiſta di⸗
citur Johan. x. q̄d ſignum nullum fecit. vt ſcilicet omēs
in chriſto intenderent. vſum autꝫ ꝓphetie habuit vt pa
tet in Cantꝭ quod fecit. Magnificat anima mea dn̄m.

## ¶ Ad ſextū ſic proceditur

Videtur ꝙ ſanctificari in vtero poſt chriſtum ꝓpriū fu
it beate virginis. Dictum eſt enim ꝙ propter hoc beata
virgo in vtero fuerit ſanctificata vt redderetur idonea ad
hoc ꝙ eſſet mater chriſti. ſed hoc eſt propriū ſibi. ergo ip⸗
ſa ſola fuit ſanctificata in vtero. ¶ Preterea. Aliqui viden
tur ꝓpinquius acceſſiſſe ad chriſtum q̄ꝫ Hieremias ⁊ Jo
hannes baptiſta qui dicuntur ſanctificari in vtero. nam
chriſtus ſpecialiter dicitur filius Dauid et Abraam ꝓpť
promiſſionem eis ſpecialiter factam de chriſto. Eſaias eti
am expreſſiſſime de chriſto ꝓphetauit. apoſtoli etiam cuꝫ
ipſo chriſto conuerſati ſunt. nec tamen leguntur ſanctifi⸗
cati in vtero. ergo etiam neq3 Hieremie neq3 Johāni ba⸗
ptiſte conuenit in vtero ſanctificari. ¶ Preterea. Job de ſe⸗
ipſo dicit Job. xxxi. ab infantia creuit mecum miſeratio.
et de vtero egreſſa eſt mecum. ⁊ tamen propter hoc nō di
cimus eum ſanctificatū in vtero. ergo neq3 Johannē ba⸗
ptiſtam neq3 Hieremiam cogimur dicere ſanctificatos ī
vtero. ¶ Sed contra eſt quod de Hieremia dicitur. An⸗
teq3 exires de vtero ſanctificaui te. ⁊ de Johanne bapti⸗
ſta dicitur Lu. i. ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero
matris ſue. ¶ Rň. dicendū ꝙ Auguſtinus dicit in epiſto
la ad Dardanū dubie videtur loqui de horum ſanctifi⸗
catione in vtero. potuit tamen exaltatio Johannis eſſe ī
vtero ſignum rei tante ſcilicet ꝙ mater eſſet mať dei a ma
ioribus cognoſcende non a paruulo cognite. vnde in euā
gelio non dicitur credidit infans in vtero eius. ſed exulta
uit. vidimus autem exultationē non ſolum paruulorum
ſed etiam pecorum eſſe. ſed hec inuſitate extitit quia ī vte
ro. ⁊ ideo ſicut ſolent miracula fieri facta eſt diuinitus in
infante non humanitus ab infante. q̄ꝫq̄ꝫ etiam vſq3 a deo
eſt in illo puero acceleratus vſuſ rationis ⁊ voluntatꝫ vt
inter viſcera materna iam poſſet cognoſcere credere ⁊ cō
ſentire ad quod in alijs paruulis etaſ expectatur vt poſſꝫ
et hoc in miraculis habendum puta diuine potentie. ſed
quia expreſſe in euangelio dicitur ꝙ ſpūſancto replebiť
adhuc in vtero matris ſue. ⁊ de Hieremia expreſſe dicit
anteq3 exires de vulua ſanctificaui te. aſſerendum videť
eos ſanctificatos in vtero. q̄ꝫuis vſum liberi arbitrij non
habuerunt in vtero. de quo Auguſtinus mouet queſtio⸗
nem ſicut etiam pueri qui ſanctificantur per baptiſmum
non ſtatim habent vſum liberi arbitrij. Nec eſt credēdū
aliquos alios ſanctificatos eſſe in vtero. de quibus ſcrip⸗
tura mentionem nō facit. quia huiuſmodi priuilegia gra
tie que dantur aliquibus preter legem cōmunem cōmu
niter ordinantur ad vtilitatem aliorum. ſm illud. i. Cor.
xij. vnicuiq3 datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. q̄
nulla proueniret ex ſanctificatione aliquorum in vtero ni
ſi eccleſie innoteſceret. ⁊ q̄ꝫuis iudiciorum dei non poſſet
aſſignari ratio quare ſcilicet huic ⁊ non alij hoc munꝰ gra
tie conferat conueniens tamen videtur fuiſſe vtriuſq3 illo⸗
rum ſanctificari in vtero ad prefigurandā ſanctificationeꝫ
per chriſtum fiendam. Primo quidem per eius paſſio⸗
nem ſm illud ad Hebre. vltꝭ. vt ſanctificaret per ſuū ſan⸗
guinem populum extra portam paſſus eſt. quā quidem
paſſionem Hieremias verbis ⁊ myſterijs apertiſſime ꝓ⸗
nūciauit ⁊ ſuis paſſionibꝰ expreſſiſſime ꝓfigurauit. Se⸗
cundo per baptiſmū. i. Corinth. vi. ſed abluti eſtis. ſꝫ ſan
ctificati eſtis. ad quem quidem baptiſmū Johannes ſuo
baptiſmo homines parauit. ¶ Ad. i. ergo dicendū ꝙ bea
ta virgo que fuit a deo electa in matrem ampliorem gra⸗
tiam obtinuit q̄ꝫ Johannes baptiſta ⁊ Hieremias qui
ſunt electi vt ſpeciales ꝓfiguratores ſanctificationiſ chriſti

Cuius ſignum eſt ꝙ beate virgini preſtitum eſt vt de cete-
ro non peccaret mortaliter nec venialiť. alijs autem ſan-
ctificatis creditur preſtitum eſſe vt decetero non peccarēt
mortaliter diuina eos gratia protegente. ¶ Ad .ij. dicen
dum ꝙ quantum ad alia potuerunt ſancti eſſe chriſto cō
iunctiores ꝗ̄ Hieremias ⁊ Johannes baptiſta. qui ta-
men fuerunt ei coniūctiſſimi quantum ad expreſſam fi-
guram ſanctificatiōis ipſius vt dictum eſt. ¶ Ad .iij. di-
cendum ꝙ miſeratio de qua Job loquitur non ſignat vir
tutem infuſam. ſed quandam inclinationem naturalem
ad actum virtutis. ¶ Queſtio XXVIII

## Deinde ꝯſiderandū
eſt de ꝟginitate matris chriſti Et circa hoc
queruntur quattuor. p° vtrum fuerit virgo ī
concipiendo. 2° vtrum fuerit virgo in partu. 3° vtruꝫ ꝑ
manſerit virgo poſt dei partum. 4° vtrum votum virgi-
nitatis emiſit.

## Ad primū ſic proceditur
Videtur ꝙ mater dei non fuerit ꝟgo in concipiēdo. Nul
la enim proles que habet patrem ⁊ matrem ex virgine cō
cipitur. ſed chriſtus non ſolum dicitur habere matrem ſꝫ
etiam patrem. Dicitur enī Lu. ij. erant pater ⁊ mater ei⁹
mirantes ſuper his que dicebanť de illo. Et. j. eo. dicit.
Ecce ego ⁊ pater tuus dolentes querebamuſ te. ergo chri
ſtus non eſt conceptus ex virgine matre. ¶ Preť. Mat.
i. proceditur ꝙ chriſtus fuit filius Abrae et Dauid per
hoc ꝙ Joſeph ex Dauid deſcendit. que quidem proba-
tio nulla videtur eſſe ſi Joſeph pater chriſti non fuiſſet.
ergo videtur ꝙ mater chriſti eum ex ſemīe Dauid et Jo
ſeph conceperit. ⁊ ita non videtur fuiſſe virgo in concipiē
do. ¶ Prete. dicitur ad Gal. iiij. miſit deus filium ex mu
liere. Mulier autem conſueto modo loquendi dicitur q̄
eſt viro cognita. ergo chriſtus non fuit conceptus ex vir-
gine matre. ¶ Prete. Eorum que ſunt eiuſdem ſpeciei.
eſt idem modus generationis. quia generatio recipit ſpe-
ciem a termino ſicut ⁊ ceteri motus. ſed chriſtus fuit
eiuſdem ſpeciei cum alijs hominib⁹. ſm illud ad Phili.
ij. in ſimilitudinē hominū factus. ⁊ habitu inuentus vt
homo. Cum ergo alij homines generentur ex cōmixtiōe
maris ⁊ femine. videtur ꝙ etiam chriſtus ſimili mō fue-
rit generatus. ⁊ ita non videtur conceptus ex virgine ma
tre. ¶ Prete. Quelibet forma naturalis habet materiaꝫ
ſibi determinatā extra quam eſſe non poteſt. materia autē
forme humane videtur eſſe ſemen maris ⁊ femine. ſi er-
go corpus chriſti non fuerit conceptum ex ſemine maris ⁊
femine non vere fuiſſet corpus humanū qḋ eſt incōueni
ens. videtur ergo non fuiſſe conceptus ex virgine matre.
¶ Sed contra eſt quod diciť Eſa. vij. ecce virgo concipi-
et ⁊ pariet filium. ¶ Rñ. dicendū ꝙ ſimpliciter confitē-
dum eſt matrem chriſti virginem ꝯcepiſſe. contrariū enī
dicere pertinet ad hereſim ebonitaꝝ ⁊ corīn. qui chriſtuꝫ
purum hominē arbitrantur. ⁊ de vtroꝗ ſexu eum natuꝫ
putauerunt. ꝙ enī chriſtus ſit conceptus ex virgine. con-
ueniens eſt ꝓpter quattuor. Primo ꝓpter imitentiſ patrſ
dignitatem ꝯſeruandam. cum enī chriſt⁹ ſit verus ⁊ na-
turalis dei fili⁹ non fuerit ꝯueniens vt alium patrē quaꝫ
deum haberet. ne dei dignitas transferreť ad alium. Se-
cundo hoc fuit conueniens ꝓprietati ipſius filij qui mittiť
qui quidem eſt verbum dei. verbum autem abſꝗ oī cor-
ruptione cordis concipiť. q̄nimo cordis corruptio perfe-
cti verbi ꝯceptionē non patitur. quia ergo caro ſic fuit a
verbo dei aſſumpta. vt eſſet caro verbi dei cōueniens fu-
it ꝙ etiam ipſa ſine corruptione matris ꝯciperetur. Ter-
tio hoc fuit ꝯueniens dignitati humanitatis chriſti in q̄ lo
cum peccatum habere non debuit. per quam peccatū mū
di tollebatur. ſm illud Johan. i. Ecce agnus dei ſcilicet in
nocens. qui tollit peccata mundi. non poterat eſſe ꝙ in na
tura iam corrupta ex ꝯcubitu caro naſcereť ſine infectiōe
originalis peccati. vnde Aug. dicit in li. de nuptijs ⁊ ꝯcu
piſcentia. ſolus nuptialis ꝯcubitus ibi non fuit. ſcilicet in
matrimonio marie ⁊ Joſeph. quia in carne peccati fieri n̄
poterat ſine vlla carnis ꝯcupiſcētia que accidit ex pecca-
to ſine qua concipi noluit qui futurus erat ſine peccato.
Quarto ꝓpter ipſum finem incarnatiōis chriſti. qui ad
hoc fuit vt homines renaſcerenť in filios dei. non ex volu
ptate carnis neꝗ ex voluntate viri. ſed ex deo. i. ex dei vir
tute. Cuius rei exemplum apparere debuit in ipſa ꝯcep-
tione chriſti. vnde Aug. in li. de ſancta virginitate. opor-
tebat caput noſtrum inſigni miraculo ſm corpus naſci d̄
virgine. vt ſignaret ſua membra de virgine eccleſia ſꝫ ſpi
ritum naſcitura. ¶ Ad .i. ergo dicendū ꝙ ſicut Beda dicit
ſuper Lucam. pater ſaluatoris appellať Joſeph. nō ꝙ ve
re iuxta photicianos pater fuerit ei. ſed ꝙ ad famā Ma-
rie ꝯſeruandā pater ſit ab hominib⁹ eſtimat⁹. vnde ⁊ Lu.
iij. dicitur vt putabať filiuſ Joſeph. Vel ſicut Aug. dicit
in li. de bono ꝯiugali. eo modo pater chriſti diciť Joſeph
quo ⁊ vir Marie intelligiť ſine cōmixtione carnis ipſa co
pulatiōe ꝯiugij. multo videlicet ꝯiūcti⁹ ꝗ̄ ſi eſſet aliunde
adoptatus. neꝗ enī ꝓpterea erat appellandus Joſeph pa
ter chriſti. q2 non eum ꝯcubendo genuerat q̄ñ quidē paſ
eſſet ei etiam quem non ex ſua ꝯiuge procreatum aliūde
adoptaſſet. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſicut Hieronymus di-
cit ſuper Mattheū. cum Joſeph non ſit pater dñi ſalua-
toris ordo generatiōis eius vſꝗ ad Joſeph deduciť. pri-
mo quia non eſt ꝯſuetudinis ſcripturarum vt mulierū in
generationib⁹ ordo texatur. deinde ex vna tribu fuit Ma-
ria ⁊ Joſeph. vnde ex lege accipere eam cogebatur. Et vt
Aug. dicit in li. de nuptijs ⁊ ꝯcupiſcētia. Fuit generatio-
nū ſeries vſꝗ ad Joſeph perducenda. ne in illo coniugio
virili ſexu vtiꝗ potiori fieret iniuria cum veritati nihil
deperiret. quia ex ſemīe Dauid. ⁊ Joſeph erat ⁊ Maria.
¶ Ad .iij. dicendū ꝙ ſicut glo. ibidem dicit mulierē pro
femina poſuit more locutionis hebreoꝝ. vſus enī hebreo
rum dicit mulieres non virginitate corruptas ſed femīas
¶ Ad .iiij. dicendū ꝙ ratio illa habet locum illis que pro
cedunt in eſſe per viam nature. eo ꝙ natura ſicut eſt de-
minata ad vnum effectum ita etiā eſt determinata ad mo
dum illum producendi. ſed cum virtus ſupnaturalis di-
uina poſſit in infinita ſicut non eſt determinata ad vnuꝫ
effectum ita non eſt determinata ad modum producendi
quemcūꝗ effectum. ⁊ ideo ſicut virtute diuina fieri potu-
it vt primus homo de limo terre formaretur. ita etiam fie
ri potuit vt diuina virtute corpus chriſti formareť de vir
gine abſꝗ virili ſemine. ¶ Ad .v. dicendū ꝙ ſm phm̄ in
li. de generatione animaliū. ſemen maris non eſt ſic ma
teria in compoſitiōe animalis. ſed ſolum ſicut agens. ſola
autem femina materiam ſubmīſtrat in conceptu. vnde ꝑ
hoc ꝙ ſemen maris defuit in conceptione corporis chri-
ſti non ſequitur ꝙ defuit ei debita materia. ſi tamen ſemē
maris eſſet materia fetus concepti in alijs. manifeſtū ta-
men eſt ꝙ non eſt materia permanens in eadem forma.
ſed materia tranſmutata. ⁊ ꝗuis virtus naturaľ nō poſſit

tranſmutari ad certam formam niſi determinatam ma-
teriam virtus tamen diuina que eſt infinita poteſt trāſ-
mutare omnem materiaꝫ in quamcūqꝫ formam. vnde ſi-
cut tranſmutauit limū terre in corpus Ade. ita in corpus
chriſti tranſmutare potuit materiam a matre miniſtrataꝫ
etiam ſi non eſſet ſufficiens materia ad naturaleꝫ ꝯceptū

## Ad ſecundū ſic procedit.

Videtur ꝙ mater chriſti non fuit virgo in partu. Di-
cit enī Ambroſ. ſuper Lu. Qui vuluā ſanctificauit alie-
nam vt naſceretur ꝓpheta. hic eſt qui aperuit matris ſue
vuluam vt imaculatus exiret. ſed apertio vulue virgini-
tatem excludit. ergo mater chriſti non fuit virgo in partu
¶ Preterea. Nihil in myſterio chriſti eſſe debuit per quod
corpus eius fantaſticum appareret. ſed hoc non videt̄ ve-
ro corpori ſed fantaſtico conuenire vt poſſit per clauſum
tranſire. eo ꝙ duo corpora ſimul eſſe non poſſunt. non er-
go debuit ex matris vtero clauſo corpus chriſti prodire. ⁊
ita non decuit ꝙ eſſet virgo in partu ¶ Preterea. ſicut dicit
Grego. in omel. octaue paſce. ꝑ hoc ꝙ ianuis clauſis ad
diſcipulos poſt reſurrectionē intrauit dn̄s oſtendit corpꝰ
ſuum eſſe eiuſdem nature ⁊ alterius glorie. ⁊ ſic per clau-
ſa tranſire videtur ad gloriam corporis pertinere. ſed cor-
pus chriſti in ſua conceptione non fuit glorioſuꝫ ſed paſ-
ſibile habens ſimilitudinē carnis peccati. vt apoſtolus di-
cit ad Roma. viij. non ergo exiuit per vterū virgīs clau-
ſum ¶ Sed contra eſt quod in quodam ſermone ephe-
ſi. concilij dicitur. natura poſt partum neſcit vlterius vir-
ginem. gratia vo ⁊ parientem dei matrem fecit. ⁊ virgi-
nitati non nociuū fuit. fuit ergo mater chriſti virgo etiaꝫ
in partu ⁊ poſt partum. ¶ Rn̄. dicendū ꝙ abſqꝫ oī du-
bio aſſerendū eſt matrem chriſti etiam in partu virgineꝫ
fuiſſe. nam propheta non ſolum dicit. Ecce virgo conci-
piet ſed ad idem addidit ⁊ pariet filium. Et hoc quidem
conueniens fuit propter tria. Primo quideꝫ quia hoc cō-
petebat ꝓprietati eius qui naſceretur quod eſt verbuꝫ dei.
nam verbum non ſolum in corde abſqꝫ corruptione con-
cipitur. ſed etiam abſqꝫ corruptione ex corde procedit. vn-
de vt oſtenderetur qd̄ illud corpus eſſet ipſius verbi dei.
conueniens fuit vt de incorrupto virginis vtero naſcere-
tur. Unde in ſermone quodā epheſini ꝯcilij legit̄. Que
parit carnem puram a virginitate ceſſat. ſed quia natuꝫ ē
carne verbum deus cuſtodit virginitatē. ſeipſum oſten-
dens per hoc verbum. neqꝫ enī noſtrum verbum cum pa-
ritur corrumpit mentem. neqꝫ deus verbum ſubſtantia-
le partum eligens peremit virginitatē. Secundo hoc eſt
ꝯueniens quantum ad effectum incarnatiōis chriſti. naꝫ
ad hoc venit vt noſtram corruptionē tolleret. vnde nō fu-
it conueniens vt virginitatē matris naſcendo corrumpe-
ret. vnde Aug. dicit in quodaꝫ ſermone de natiuitate dn̄i
phas non erat vt per eius aduentum violaret̄ integritas
qui venerat ſanare corrupta. Tertio fuit ꝯueniens vt ne
matris honorem naſcendo dirimeret. qui parentes prece-
perat honorādos. ¶ Ad .i. ergo dicendū ꝙ Ambro. hoc
dicit exponens illud quod euangeliſta de lege induxit. oē
maſculinū adaperiens vuluam ſanctum dn̄o vocabitur.
quod quidem vt Beda dicit conſuete natiuitatꝭ more lo-
quitur. vt quod dn̄s ſancti ventris hoſpitium ingreſſus
ſanctificauerat egreſſus de v̄gie naſci credendus non ſit
vnde illa apertio non ſignificat reſerationem clauſtri pu-
doris virginei. ſed ſolum exitum prolis de vtero matris.
¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ita chriſtus voluit veritatē ſui cor-
poris demonſtrare ꝙ etiam ſimul eius diuinitas clareret
et ideo permiſcuit mira humilibus. vnde vt corpus eius
verum oſtēderetur naſcitur ex femina ſed vt oſtenderet̄
eius diuinitas naſcitur ex virgine. talis enī partus decet
deum. vt dicit Ambroſ. in hymno natiuitatis. ¶ Ad .iij.
dicendū ꝙ quidam dixerunt chriſtum in ſua natiuitate
dotem ſubtilitatis aſſumpſiſſe quādo exiuit de clauſo vte-
ro virginis. ⁊ quando ambulauit ſiccis pedibus ſup̱ ma-
re. Dicunt eum aſſumpſiſſe dotem agilitatis. ſed hoc nō
competit his que ſupra determinata ſunt. huiuſmodi enī
dotes corporis glorioſi proueniunt ex redundantia ani-
me ad corpus vt infra dicetur cum tractabitur d̄ corpori-
bus glorioſis. dictum eſt autem ſupra ꝙ chriſtus an̄ paſ-
ſionem permittebat carni ſue agere ⁊ pati quedam ꝓpria
nec fiebat talis redundātia glorie ab anima ad corpus. et
ideo dicendum eſt ꝙ omnia iſta facta ſunt miraculoſe ꝑ
virtutem diuinam. vnde Aug. ſuper Johan. moli corpo-
ris vbi diuinitas erat hoſtia clauſa non non obſtiterunt.
ille quippe non eis apertis intrare potuit quo naſcēte vir-
ginitas matris inuiolata permanſit. Et Diony. dicit in
quadam epiſtola. ꝙ chriſtus ſuper homines operabatur
ea que ſunt hominis. ⁊ hoc monſtrat virgo ſup̱naturali-
ter concipiens. ⁊ aqua inſtabilis terrenoꝝ pedum ſuſti-
nens grauitatem.

## Ad tertium ſic procedit

Videtur ꝙ mater chriſti non permanſerit virgo pꝰ partū
Dicitur enī Matth. i. Anteqꝫ ꝯuenirent Joſeph ⁊ Ma-
ria inuenta eſt habens in vtero de ſpūſancto. non autem
hoc diceretur anteqꝫ ꝯuenirent niſi certus eſſet de ꝯuen-
turis. quia nemo dicit de non pranſuro anteqꝫ pranderet.
ergo videtur ꝙ beata virgo quandoqꝫ conuenit carnali
copula cum Joſeph. ⁊ ita non permanſit virgo poſt par-
tum. ¶ Preterea. ibidem ſubditur ex verbis angeli loquen-
tis ad Joſeph. Ne timeas accipere Mariam coniugem
tuam. coniugium autem ꝯſumatur per carnalem copu-
lam. ergo videtur ꝙ quandoqꝫ carnalis copula interue-
nit inter Mariam et Joſeph. ⁊ ita videtur ꝙ non ꝑmā-
ſerit virgo poſt partum. ¶ Preterea. ibideꝫ poſt pauca ſub-
ditur. ⁊ accepit coniugem ſuam. ⁊ non cognoſcebat eam
donec peperit filium ſuū p̄mogenitū. hoc autem aduer-
bium donec conſueuit determinatū tempus ſignare. quo
completo fiat id ꝙ vſqꝫ ad illud tempus non fiebat. ver-
bum autem cognoſcendi ibi ad coitum refertur. ſicut et
Gen̄. iiij. dicitur ꝙ Adam cognouit vxorem ſuam. ergo
videtur ꝙ poſt partum beata virgo fuit a Joſeph cogni-
ta. ⁊ ita videtur ꝙ nō permanſerit virgo poſt partum.
¶ Preterea. p̄mogenitus non poteſt dici niſi qui habet fra-
tres ſubſequentes. vnde ad Roma. viij. dicitur. quos p̄-
ſciuit ⁊ predeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui. vt
ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. ſed euangeli-
ſta nominat chriſtum p̄mogenitū matris eius. ergo ali-
os filios habuit poſt chriſtuꝫ. ⁊ ita videtur ꝙ mater chri-
ſti non fuerit virgo poſt partum. ¶ Preterea. Johan. ij. di-
citur poſt hoc deſcendit capharnaū ipſe ſcilicet chriſtus ⁊
mater ⁊ fratres eius. ſed fratres dicuntur qui ex eodem
parente progeniti ſunt. ergo videtur ꝙ beata virgo habu-
it filios alios poſt chriſtum. ¶ Preterea. Matth. xxvij. dici-
tur. erant ibi ſcilicet iuxta crucem chriſti mulieres multe
a longe. que ſecute erant Jeſum a galilea miniſtrantes ei
inter quas erant Maria magdalene et Maria iacobi. et
Joſeph mater. ⁊ mater filiorum zebedei. videtur autem

hec Maria que dicitur iacob ⁊ ioſeph mater eſſe etiā ma-
ter chriſti. Dicitur enī Johan. xix. ꝙ ſtabāt iuxta crucem
Jeſu Maria mater eius. ergo videtur ꝙ mater chriſti ñ
permanſerit virgo poſt partum. Sed contra eſt quod
dicitur Ezech. xliij. porta hec clauſa erit ⁊ non aperietur ⁊
vir non tranſibit per eam quoniam dominus deus iſrael
ingreſſus eſt per eam quod Auguſt. exponens in quodam
ſermone quid eſt porta in domo dñi clauſa: niſi ꝙ Maria
ſemper erat intacta ⁊ quid eſt ꝙ homo non tranſibit ꝑ eā
niſi ꝙ Joſeph non cognoſceret eam. ⁊ quid eſt ꝙ domin⁹
ſolus intrabit ⁊ egredietur per eam niſi ꝙ ſpūſanct⁹ im-
pregnauit eam ⁊ angelorum dominus naſcetur per eam
et quid eſt clauſa erit in eternū niſi ꝙ Maria virgo ē an-
te partum virgo in partu ⁊ virgo poſt partum. Rñ. di-
cendū ꝙ abſq̄ omni dubio deteſtandus eſt error heluī-
dij. qui dicere preſumpſit matrem chriſti a Joſeph poſt
partum eſſe carnaliter cognitam ⁊ alios filios genuiſſe.
Hoc enī primo derogat chriſti perfectioni. qui ſicut ſꝫ di-
uinam naturam vnigenitus eſt patris tanq̄ perfectus ꝑ
omnia filius eius. ita etiam decuit vt eſſet vnigenit⁹ ma-
tris tanq̄ perfectiſſimū germen eius. Secundo hic error
iniuriam facit ſpūſancto. cuius ſacrariū fuit vterus vir-
ginalis in quo carnem chriſti formauit. vnde non decebat
vt deceтero violaretur per cōmixtionē virilē. Tertio hoc
derogat dignitati ⁊ ſanctitati matris dei. que ingratiſſima
videretur ſi tanto filio contenta non eſſet. ⁊ ſi virginitatē
que in ea miraculoſe cōſeruata fuerat ſponte perdere vel-
let per carnis concubitū. Quarto etiā ipſi Joſeph eēt ad
ad maximā preſumptionē imputandū. ſi eā quā reuelāte
angelo de ſpūſancto deum concepiſſe cognouerat pollue-
re attemptaſſet. ⁊ ideo ſimpliciter eſt aſſerendū ꝙ mater
dei ſicut virgo concepit ⁊ virgo peperit ⁊ etiam virgo p⁹
partum in ſempiternū permanſit. Ad. i. ergo dicendū
ꝙ ſicut Hierony. dicit in li. contra Heluidiū intelligen-
dum eſt ꝙ hec prepoſitio ante licet ꝯſequentia ſepe iudi-
cet tamen nōnunq̄ ea tantum que prius cogitabant̄ oſtē-
dit. nec eſt neceſſe vt cogitata fiant. cum ideo aliud inter-
uenerit ne ea que cogitata ſunt fierent. ſicut ſi aliquis di-
ceret anteq̄ in portu pranderem nauigaui. non intelligit̄
ꝙ in portu prādeat poſtq̄ nauigauit. ſed quia cogitabat
in portu pranſurus. ⁊ ſimiliter euangeliſta dicit anteq̄ cō-
uenirent inuenta eſt Maria habens in vtero de ſpūſan-
cto. non quia poſtea ꝯuenerunt. ſed quia dum viderent̄
conuenturi preuenit conceptio per ſpiritūſanctuꝫ. ex quo
factum eſt vt vlterius non ꝯuenirent. Ad. ij. dicendū
ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de nup. ⁊ ꝯcu. Coniux vocat̄ ma-
ter dei ex prima deſponſatiōis fide. quā ꝯcubitu non co-
gnouerat. nec fuerat cogniturus. Ut enī Ambro. dicit ſu-
per Lucam. non virginitatis ereptio. ſed coniugij teſtifi-
catio nuptiarum declaratio ꝯcelebratur. Ad. iij. dicen-
dum ꝙ quidam dixerunt hoc non eſſe intelligendū de co-
gnitione carnis ſed de cognitiōe noticie. Dicit enī Chry-
ſoſto. ꝙ non cognouit eam Joſeph anteq̄ pareret cuius
fuerit dignitatis. ſed poſtq̄ peperit cognouit eam. quia
per ipſius prolem ſpecialior ⁊ dignior facta fuerat q̄ to-
tus mundus. quia quem totus mundus capere non po-
terat in anguſto vteri ſui ſola ſuſcepit. Quidam vero hoc
referunt ad noticiam viſus. ſicut enī Moyſi cum domi-
no colloquentis glorificata eſt facies vt non poſſent intē-
dere in eum filij iſrael ſic Maria claritate virtutis altiſſi-
mi obumbrata cognoſci non poterat a Joſeph. donec pa-
reret poſt partum vero a Joſeph cognita inuenitur ſpecie
faciei non tactu libidinis. Hieronymus autem concedit
hoc eſſe intelligendū de cognitione coitus. ſed dicit ꝙ li
vſq̄ vel donec in ſcripturis dupliciter poteſt intelligi. qn̄
doq̄ enim deſignat certum tempus. ſm illud ad Gal. iij.
propter tranſgreſſionem lex poſita eſt donec veniret ſemen
cui promiſerat. quandoq̄ vero ſignat infinitum tempus.
ſm illud pſ. Oculi noſtri ad dominū deum noſtrum do-
nec miſereatur noſtri. ex quo non eſt intelligendū ꝙ poſt
impetratam miſericordiam oculi auertantur a deo. ⁊ ſm
hunc modum loquendi ſignificantur ea de quibus poſſet
dubitari ſi ſcripta non fuiſſent. cetera vero noſtre intelligē-
tie derelinquūtur. ⁊ ſm hoc dicit euangeliſta matrem dei
non eſſe cognitam a viro vſq̄ ad partum. vt multomagꝭ
intelligamus cognitam non fuiſſe poſt partuꝫ. Ad. iiij.
dicendum ꝙ mos diuinarum ſcripturarum eſt vt primo
genitum vocent non ſolum eum quem fratres ſequun-
tur. ſed etiam eum qui primus natus ſit. alioquin ſi non
eſſet primogenitus niſi quem ſequunt̄ fratres tamdiu ſꝫ
legem primogenita non deberentur q̄diu ⁊ alia non fue-
rint procreata. quod patet eſſe falſum. cum infra annum
et menſem primogenita redimi mandentur ſm legem.
Ad. v. dicendum ꝙ quidam ſicut dicit Hieronymus ſu-
per Mattheum. fratres domini de alia vxore Joſeph ſuſ-
picantur. nos autem fratres non filios Joſeph ſed conſo-
brinos ſaluatoris ſororum Marie filios intelligimus.
quattuor enim modis in ſcriptura dicuntur fratres. ſcili-
cet natura. gente. cognatione. ⁊ affectu. Unde fratres do-
mini dicti ſunt non ſm naturam quaſi ab eadem matre
nati. ſed ſm cognationem. quaſi conſanguinei eius exiſtē-
tes Joſeph autem ſicut Hieronymus dicit contra Hel-
uidium. Magis credendus eſt virgo permanſiſſe q̄ ali-
am vxorem habuiſſe. nam ſcribitur ⁊ fornicatio in ſanctū
virum non cadit. Ad. vi. dicendū ꝙ Maria que dicit̄
iacobi et Joſeph mater non intelligitur eſſe mater domi-
ni que in euangelio non conſueuit nominari niſi cum co-
gnominatiōe huius dignitatis ꝙ ſit mater Jeſu. hec au-
tem Maria intelligitur eſſe vxor alphei. cui⁹ filius ē Ja-
cobus minor qui dictus eſt frater dñi.

## Ad quartuꝫ ſic proceditur.

Uidetur ꝙ mater dei virginitatem non vouerit. Dicit̄
enim Deut°. vij. non erit apud te ſterilis vtriuſq̄ ſexus
ſterilitas autem ſequitur virginitatem. ergo ſeruatio vir-
ginitatis erat contra preceptum veteris legis. ſed adhuc
vetus lex habebat ſtatum anteq̄ chriſtus naſceretur. er-
go non potuit licite beata virgo virginitatem vouere ꝓ
tempore illo. Prete. apoſtolus dicit. i. Corinth. vij. de
virginibus autem preceptum non habeo. conſilium au-
tem do. ſed perfectio cōſilioꝝ a chriſto debuit inchoari. q̄
eſt finis legis. vt apoſtolus dicit ad Roma. iiij. non ergo
ꝯueniens fuit ꝙ virgo votum virginitatis emitteret.
Prete. glo. Hieronymi dicit. i. ad Timoth. v. ꝙ vouen-
tibus virginitatem non ſolum nubere ſed etiam velle nu-
bere damnabilē ſed mater chriſti nullum peccatum dā-
nabile commiſit. vt ſupra habitum eſt. cum ergo deſpon-
ſata fuerit vt habetur Lu. i. videtur ꝙ ipſa virginitatis
votum non emiſerit. Sed contra eſt quod Aug. dicit in
li. de ſancta virginitate. annūciante angelo Maria reſpō-
dit. quō fiet iſtud. qm̄ virū nō cognoſco. quod profecto nō
diceret niſi ſe virginē deo ante vouiſſꝫ. Rñ. dicendum ꝙ ſic
in. ij. parte habituꝫ ē opa perfectiōis magꝭ ſūt laudabilia ſi ex
voto celebrant̄. virginitas āt ī matre dei ꝑcipue debuit pollē vi

ex ſupͣ dictis rõnib⁹ patꝫ. ⁊ ideo ↄueniẽs fuit vt ꝟgitas ei⁹ ex voto eſſet deo conſecrata. Uerum qꝛ tempe legis opoꝛtebat generationi inſiſtere taꝫ mulieres quã viros qꝛ ſcḿ carnis originem tunc cultus dei ꝓpagabaꝛ antequã ex illo populo xp̃s naſcereꝛ mater dei nõ creditur antequã deſponſareꝛ ioſeph abſolute virginitatem vouiſſe. licet eam in deſiderio habuit. ſupͣ hoc tamen voluntatem ſuam diuino commiſit arbitrio. poſtmodum vero accepto ſponſo ſcḿ ꝙ moꝛes illius tempis exigebant ſimul cum eo votum virginitatis emiſit. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ qꝛ videbatur eſſe in lege pꝛohibitum non dare operam ad relinquendum ſemen ſupͣ terram. ideo non ſimpliciter ad virginitatem vouit dei genitrix. ſed ſub conditione ſi deo placeret. poſtq̃ innotuit hoc eſſe deo acceptum abſolute vouit antequã ab angelo denunciaretur. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſicut gratie plenitudo perfecte quidem fuit in chꝛiſto ⁊ tamen aliqua eius inchoatio preceſſit in matre ita etiam obſeruatio conſilioꝛum que ꝑ gratiam dei fit ꝑfecte quidem incepit in chꝛiſto. ſed aliquo modo fuit inchoata ĩ virgine maria matre eius. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ verbum illud Hiero. ẽ intelligendum de illis qui abſolute caſtitatem vouent. quod quidem mater dei non fecit anteq̃ ioſeph deſponſaretur. ſed poſt deſponſationem ex cõmuni voluntate ſiĺ cum ſponſo ſuo votum virginitatis emiſit.

## ¶ Queſtio. XXIX

**DEinde ↄſiderandũ** eſt de deſponſatione matris dei. Et circa hoc q̃runꝛ duo. Pꝛimo vtrũ xp̃s debuit de deſponſata naſci. Scd̃o vtrum fuerit verum matrimonium inter matrem domini ⁊ ioſeph.

## Ad pꝛimum ſic ꝓceditur

Uideꝛ ꝙ xp̃s non debuerit de virgine deſponſata naſci. deſponſatio enĩ ad carnalem copulam oꝛdinaꝛ. ſed mater xp̃i nunquã voluit vti carnali copula viri. qꝛ hoc derogaret virginitati mentis ipſius. ergo nõ debuit eſſe deſponſata. ¶ Pre. ꝙ xp̃s ex virgine naſcereꝛ miraculum fuit. vñ Augu. dicit in ep̃la ad Uoluſianum ipſa dei virtus ꝑ inuiolata matris virginea viſcera membꝛa infantis eduxit. que ꝑ clauſa hoſtia membꝛa iuuenis introduxit. huius ſi ratio querꝛ non eſt mirabile. ſi exemplum poſciꝛ non erit ſingulare. ſed miracula que fiunt ad confirmationem fidei debent eſſe manifeſta. cum ergo ꝑ deſponſationeꝫ hoc miraculum fuit obumbꝛatũ videꝛ non fuiſſe ↄueniens ꝙ xp̃s d̃ deſponſata naſcereꝛ. ¶ Pre. ignati⁹ martir vt dicit Hiero. ſupͣ Matth. hanc cauſam aſſignat deſponſatiõis matris xp̃i vt partus eius celareꝛ diabolo dum eum putat nõ de virgine ſed de vxoꝛe generatũ. que quidẽ cauſa nulla eſſe videtur. tum qꝛ diabolus ea q̃ coꝛpaliter fiũt ſenſus ꝑſpicacitate cognoſcit. tum qꝛ per multa euidentia ſigna poſtmodum demones aliqualiter xp̃m cognouerunt. vnde diciꝛ Marci .i. ꝙ homo in ſpũ immundo exclamauit dicens. quid tibi ⁊ nobis Jeſu nazarene: veniſti ꝑdere nos. ſcio quia ſis ſanctus dei. non ergo videꝛ conueniens fuiſſe ꝙ mater dei fuiſſet deſponſata. ¶ Pre. aliaꝫ rõnem aſſignat Hiero. ne lapidareꝛ mater dei a iudeis ſicut adultera. ſi enĩ non fuiſſet deſponſata nõ potuiſſet de adulterio cõdemnari. ⁊ ita nõ videꝛ rõnabile fuiſſe ꝙ xp̃s de deſponſata naſcereꝛ. ¶ Sed ↄtra eſt qd̃ diciꝛ Matth. i. Cum eſſet deſponſata mater Jeſu maria ioſeph. ⁊ Luc. i. Miſſus eſt angelus gabꝛiel ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat ioſeph. ¶ Rñ. dicendum ꝙ conueniens fuit xp̃m de deſponſata virgine naſci. tũ propter ipſm. tum ꝓpter matrem. tum etiam ꝓpter nos. Propter ipſm quidẽ xp̃m quadruplici ratione. Pꝛima quidem ne ab infidelibus tanquaꝫ illegittime natus abijcereꝛ. vnde Ambꝛo. dicit ſupͣ Lucam. quid iudeis quid herodi poſſet aſcribi. ſi natum viderentur ex adulterio ꝑſecuti. Scd̃o vt conſueto modo eius genealogia per virum deſcribereꝛ. vnde Ambꝛo. dicit ſupͣ Lucam. qui in ſeculum venit ſeculi debuit moꝛe deſcribi. viri auteꝫ perſona queritur. que in ſenatu ⁊ reliquis curijs ciuitatum generis aſſerit dignitatẽ conſuetudo etiam nos inſtruit ſcripturarum que ſemper viri originem querit. Tertio ad tutelam pueri nati. ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procuraſſet. ſed ⁊ ideo ignatius dicit ipſam fuiſſe deſponſatam vt partus eius diabolo celareꝛ. Quarto vt a ioſeph nutriretur vnde ⁊ pater eius dictus eſt quaſi nutricius. Fuit etiam conueniens ex parte virginiſ. Pꝛimo quidem quia ꝑ hoc reddiꝛur immunis a pena. ne ſcꝫ lapidaretur a iudeis tanquã adultera vt Hiero. dicit. Scd̃o vt per hoc ab infamia liberaretur. vnde dicit Ambꝛo. ſuper Lucam ꝙ deſpõſata eſt. ne intemerata virginitas adureretur infamia. cui grauis aluus coꝛruptele videtur inſigne preferre. Tertio vt ei a ioſeph miniſteriũ exhiberetur vt Hieroni. dicẽ. Ex parte etiam noſtra fuit conueniens. Pꝛimo quidem eo ꝙ teſtimonio ioſeph compꝛobatum eſt xp̃m eſſe ex virgine natum. vnde Ambꝛo. dicit ſuper Lucam locupletioꝛ teſtis pudoꝛis maritus adhibetur. qui poſſit ⁊ dolere iniuriam ⁊ vindicare obpꝛobꝛium. ſi non agnoſceret ſacramentum. Secundo quia ipſa verba virginis magis credibilia redduntur ſuam virginitatem aſſerentis. vnde Ambꝛo. dicit ſuper Lucam. fides marie verbis magis aſſeritur. ⁊ mendacij cauſa remouetur. videtur enim culpã obumbꝛare voluiſſe mendacio innupta pregnans. cauſam autem mentiendi deſponſata non habuit cum coniugij ꝑmium ⁊ gratia nuptiarum partus ſit feminarum. que quidem duo pertinent ad firmitatem fidei noſtre. Tertio vt tolleretur excuſatio virginibus. que propter incautelam ſuam non vitant infamiam. vnde Ambꝛoſius non decuit ꝟginibꝫ ſiniſtra opiniõe viuẽtibꝫ velamẽ excuſatõis relinq̃ ꝙ infamata mr̃ quoq̃ dñi videretur. Quarto quia per hoc deſignatur vniuerſa eccleſia. que cum virgo ſit deſpõſata tamen eſt vni viro chꝛiſto. vt Augu. dicit in libꝛo de virginitate. Poteſt etiam quinta ratio eſſe. qꝛ ꝙ mater domini fuit deſponſata ⁊ virgo in ꝑſona ipſius ⁊ virginitas et matrimonium honoꝛaꝛ. contra hereticos alteri eoꝛum detrahentes. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ beata virgo mater dei ex familiari inſtinctu ſpiritusſancti credenda eſt deſpõſari voluiſſe. confidens de diuino auxilio. ꝙ nunquã ad copulam carnalem perueniret. hoc tamen diuino commiſit arbitrio. vt nullum paſſa eſt virginitatis detrimentũ. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſicut Ambꝛoſius dicit ſuper Lucam maluit dominus de ſuo oꝛtu quam de matris pudoꝛe dubitari. ſciebat enim teneram eſſe virginis verecundiam. ⁊ lubꝛicam famam pudoꝛis. nec putauit oꝛtus ſui fidem matris iniurijs aſtruendam. Sciendum tamen ꝙ miraculoꝛum dei quedam ſunt de quibus eſt fides ſicut miraculum virginei partus. ⁊ reſurrectionis domini. ⁊ ĩ ſacramento altaris. ⁊ ideo dñs voluit occultioꝛa eſſe. vt fides eoꝛum magis meritoꝛia eſſet. quedam vero miracula ſunt ad fidei compꝛobationem. ⁊ iſta debent eſſe manifeſ-

ſta. Ad .iij. dicendum ꝙ ſicut dicit Augu. iij. de tri. diabolꝰ multa poteſt virtute ſue nature a quibus tamen prohibetur virtute diuina. ⁊ hoc modo poteſt dici ꝙ virtute ſue nature diabolus cognoſcere poterat matrem dei nō fuiſſe corruptam ſed virginem. prohibebatur tamen a deo cognoſcere modum partus domini. ꝙ autem poſtmodum eum aliqualiter cognouit diabolus eſſe filium dei non obſtat. quia iam tempus erat vt chriſtus ſuam virtutem cōtra diabolum oſtenderet. ⁊ perſecutionem ab eo conſituram pateretur. ſed in infantia oportebat impediri maliciam diaboli. ne eum acrius perſequeretur quando chriſtꝰ nec pati diſpoſuerat. nec virtutem ſuaz oſtenderet. ſed in omnibus alijs infantibus ſe ſimilem exhibebat. vnde leo papa in ſermone epi. dicit. ꝙ magi inuenerunt puerum Jeſum. quantitate paruum. alieni operis indigentem. fādi impotentem. ⁊ nullam ab humane infantie generalitate diſcretum. Ambro. tamen ſuper Lucam videtur magis referre ad membra diaboli. premiſſa enim hac ratione ſcilicet de fallendo principem mundi ſubdit. ſed tamē magis refellit principes ſeculi. demonum enī malicia facile etiam occulta deprehendit. at vero qui ſecularibus vanitatibus occupantur ſcire diuina nō poſſunt. Ad .iiij. dicendum ꝙ iudicio adulterorum lapidabatur ſm legem non ſolum illa que iam erat deſponſata vel nupta ſed etiaz illa que in domo patris cuſtodiebatur vt virgo. quādoqꝫ nuptura. vnde dicitur Deutero. xxij. ſi non eſt in puella inuenta virginitas lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius ⁊ morietur. quoniam fecit nephas in iſrael vt fornicaretur in domo patris ſui. Vel pōt dici ſm q̄ſdā ꝙ btā virgo erat de ſtirpe ſiue parētela aaron. vnde erat cognata elizabeth. vt dicitur Luce. i. virgo aūt de genere ſacerdotali propter ſtuprum occidebatur. legitur enī Leui. xxi. Sacerdotis filia ſi deprehenſa ī ſtupro fuerit ⁊ violauerit nomen patris ſui flammis exuretur. Quidam vero referūt verbum Hieronymi ad lapidationem infamie.

## Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ inter Mariam ⁊ ioſeph non fuerit verum matrimonium. dicit enī Hiero. in libro contra heluidiū. ꝙ ioſeph Marie cuſtos potius fuit quā maritus. ſed ſi fuiſſet verum matrimonium vere ioſeph maritus eius fuiſſet ergo videtur ꝙ non fuerit matrimonium inter Mariam ⁊ ioſeph. Pre. ſuper illō Mat. i. Jacob genuit ioſeph virum marie Hiero. autem dicit. cum virum audis ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum. ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum. ꝙ ſponſi viri ⁊ ſponſe vocantur vxores ſed verum matrimonium non efficitur ex ſponſalibus ſed ex nuptijs. ergo non fuit verum matrimonium inter beatam virginem ⁊ ioſeph. Pre. Matth. i. dicitur ioſeph vir eius cum iuſtus eſſet ⁊ nollet eam traducere. id eſt. ī domum ſuam ad cohabitationem aſſiduam voluit eā occulte dimittere. id eſt. tempus nuptiarum mutare vt remigius exponit. ergo videtur ꝙ nondum celebratum eēt verū matrimoniū ꝑſertim cū poſt matrimōiū ꝯſcū. nō licet alicui ſpōſaz dimittere. Sꝫ ꝯ eſt qđ Augu. dicit in li. de conſenſu euangeliſtarum. non eſt ꝓbās vt ioſeph ab hoc coniugio Marie ſeperandum euāgeliſta putaret cū dixit ioſeph virum Marie. ꝙ non ex eius concubitu ſed virgo peperit chriſtum. hoc enim exemplo manifeſte inſinuatur fidelibus coniugatis etiam ſeruata pari conſenſu continentia poſſe permanere coniugium vocari. non permixto corporis ſexu. Reſponſio dicendum ꝙ matrimonium ſiue coniugium dicitur verum ex hoc ꝙ ſuam ꝑfectionem attingit. duplex eſt autem rei perfectio. prima ſcꝫ ⁊ ſecunda. prima quidem perfectio rei in ipſa forma cōſiſtit ex qua ſpeciem ſortitur. Secunda autez perfectio cōſiſtit in operatione rei. per quā res aliqualiter ſuum finem attingit. forma autem matrimonij conſiſtit in quadam indiuiſibili coniunctione animorum. per quā vnus coniugum indiuiſibiliter alteri fidem ſeruare tenetur. finis aūt matrimonij eſt proles generanda ⁊ educenda. ad quorū primum peruenitur per concubitum cōiugalem. ad ſecundum per alia opera viri ⁊ vxoris quibus ſibijnuicem obſequuntur ad prolem nutriendam. Sic ergo dicendum eſt ꝙ q̄ntum ad primam perfectionem verum omnino fuit matrimonium virginis matris dei ⁊ ioſeph. quia vterqꝫ conſenſit in copulam coniugalem. non autem expreſſe in copulam carnalem. niſi ſub conditione ſi deo placeret. vnde ⁊ angelus vocat Mariam coniugem ioſeph dicēs ad Joſeph noli timere accipe Mariam coniugem tuam quod exponit Augu. in libro de nup. ⁊ cōcu. dicens. coniunx ex prima deſponſationis fide quam cōcubitu nec cognouerat nec fuerat cogniturꝰ. Quantum vero ad ſecundam perfectionem que eſt per actum matrimonij ſi hoc referatur ad carnalem concubitum per quē proles generat̄. non fuit matrimonium conſumatum. vnde Ambro. ſuꝑ Lucam. non te moueat ꝙ Mariam ſcriptura coniugē vocat. non enim virginitatis ereptio ſed coniugij teſtificatio nuptiarum celebratio declaratur. habuit tamen illud matrimonium etiam ſecundam perfectionem q̄ntum ad prolis educationem. vnde Augu. dicit in li. de nup. ⁊ concu. omne nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibꝫ chriſti proles. fides. ſacramentum. prolem cognoſcimus ipſum dominum Jeſum. fidem quia nullum adulteriū. ſacramentum quia nullum diuortium. ſolus ibi nuptialis ꝯcubitus non fuit. Ad .i. ergo dōꝫ ꝙ Hiero. ibi capit maritū ab actu matrimonij conſumati. Ad .ij. dicendum ꝙ nuptias Hiero. vocat impoſſibilē concubitum. Ad .iij. dicendum ꝙ ſicut Chryſo. dicit ſuꝑ Mat. Beata virgo ſic fuit deſponſata ioſeph ꝙ etiā eſſet domi habita. nam ſicut in ea q̄ in domo viri ꝯcepit intelligit̄ ꝯceptio maritalis. ſic in ea que extra domum ꝯcipit eſt ſuſpecta ꝯiūctio. Et ideo non eēt ſufficienter ꝓuiſum fame beate virgīs ꝑ hoc ꝙ fuit deſponſata. niſi etiā fuiſſet domi habita. vn̄ ꝙ dicit ⁊ nollet eā traducere meliꝰ intelligit̄ ꝙ nollet eā diffamare in publicū. q̄ꝫ ꝙ itelligat̄ d̄ traductōe ī domū. vn̄ ⁊ euāgeliſta ſubdit ꝙ voluit occulte dimittere eā q̄uis etiā eſſet domi habita ꝓpter primā deſponſatōis fidē nondū tn̄ interuenerat ſolēnis celebratio nuptiaꝝ. ꝓpter ꝙ etiā nondū corpaliter ꝯuenerāt. vn̄ ſicut Chryſo. dic̄ nō dicit euāgeliſta anq̄ꝫ duceret̄ in domū ſponſi etenī intus erat ī domo. ꝯſuetudo enī erat veteribꝫ multotiēs deſponſatas in domo haberi. ⁊ ideo etiā angelꝰ dixit ioſeph ne timeas accipe Mariā ꝯiugē tuā. i. ne timeas nuptias eius ſolēnit̄ celebrare. licꝫ alij dicāt ꝙ nōdum erat in domū introducta ſed ſolum deſponſata. primum tamē magis conſonat euangelio.

Queſtio XXX

## Deinde ꝯſiderādum

ē de annunciatōe btē virginis. Et circa hoc q̄runt̄ q̄ttuor. Primo vtꝝ ꝯueniēs fuerit ei annunciari qđ in ea generādū erat. Scđo ꝑ quē erat ei annunciandum. Tertio per quem modum ei annunciari debuerit. Quarto de ordine annunciationis.

# Queſtio XXX

## Ad primũ ſic procedit.

Videtur ꝙ non fuerit neceſſarium annunciari quod in ea fiendum erat. annunciatio enim ad hoc ſolum neceſſariũ videbatur vt virginis conſenſus haberetur. ſed conſenſus eius non videtur neceſſarius fuiſſe. quia conceptꝰ virginis prenunciatus fuit prophecia predeſtinationis. que ſine noſtro completur arbitrio vt dicit quedã gloſa Math. i. non ergo fuit neceſſarium vt talis annunciatio fieret. ¶ Pre. beata virgo incarnationis fidem habebat ſine qua nullus eſſe poterat in ſtatu ſalutis. quia vt dicitur ad Roma. iij. Iuſticia dei eſt per fidẽ Ieſu chriſti. ſed de eo qd aliquis per certitudinem credit non indiget vlteriꝰ inſtrui. ergo beate virgini non fuit neceſſarium vt ei incarnatio filij annunciaretur. ¶ Pre. ſicut beata virgo corporaliter chriſtum concepit. ita quelibet ſancta anima concipit ipſum ſpiritualiter. vnde Apl's dicit ad Gal. iiij. Filioli mei quos iterum parturio. donec formetur chriſtus in vobis. ſed illis qui ſpiritualiter debent ipſum concipere talis conceptio eis non annunciatur. ergo nec beate virgini fuit annunciandum ꝙ eſſet in vtero conceptura filium dei. ¶ Sed contra eſt ꝙ habetur Luce. i. ꝙ angelus dixit ei. ecce concipies in vtero. ⁊ paries filium. ¶ Rñ. dicendum ꝙ congruum fuit beate virgini annunciari ꝙ eſſet chriſtum conceptura. Primo quidem vt cõſeruaretur congruus ordo cõiunctionis filij dei ad virginem. vt ſcilicet prius mens eius de ipſo inſtrueretur quã carnem eum conciperet. vnde dicit Augu. in libro de virginitate. beatior ẽ Maria percipiendo fidem chriſti quam concipiendo carnẽ chriſti. ⁊ poſtea ſubdit. materna propinquitas nihil Marie profuiſſet niſi felicius chriſtum corde quam carne geſtaſſet. Secundo vt poſſit eſſe certior teſtis huius ſacramenti quando ſuper hoc diuinitus erat inſtructa. Tertio vt voluntaria ſui obſequij munera deo offerret ad quod ſe promptam obtulit dicens. ecce ancilla domini. Quarto vt oſtenderet̃ eſſe quoddam ſpirituale matrimonium inter filium dei ⁊ humanam naturam. ⁊ ideo per annunciationem expectabat̃ conſenſus virginis. loco totius humane nature. ¶ Ad. i. ergo dd'm ꝙ prophetia predeſtinationis completur ſine noſtro arbitrio cauſante. non tamen ſine noſtro arbitrio conſentiente. ¶ Ad. ij. dd' ꝙ beata virgo expreſſa fidem habebat incarnationis future. ſed cum eſſet humilis non tam alta de ſe ſapiebat. ⁊ ideo ſuper hoc erat inſtruenda. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ſpiritualem cõceptionem chriſti precedit annunciatio. que eſt per fidei predicationem. ſm ꝙ fides eſt ex auditu. vt dicitur ad Roma. x. non tamen propter hoc aliquis pro certo ſcit ſe gratiam habere. ſed ſcit veram fidem eſſe quam accipit.

## Ad ſecundũ ſic procedit

Videtur ꝙ beate virgini non debuerit annunciatio fieri per angelum. ſupremis enim angelis fit reuelatio immediate a deo. vt dicit Diony. vij. ca. cele. ierar. ſed mat̃ dei eſt ſup omnes angelos exaltata. ergo videtur ꝙ immediate a deo debuerit ſibi annunciari incarnationis myſterium. ⁊ non per angelum. ¶ Pre. ſi in hoc oportebat ſeruari communem ordinem ſm quem diuina hominibus per angelos reuelantur ſimiliter diuina ad mulierem per virũ deferuntur. vnde ⁊ Apl's dicit. i. ad Cor. xiiij. Mulieres in eccleſijs taceant. ⁊ ſi quid velint diſcere domi viros ſuos interrogent. ergo videtur ꝙ beate virgini debuit annunciari miſterium incarnationis per aliquem virum. preſertim quia ioſeph vir eius ſuper hoc fuit ab angelo inſtructus. vt legitur Math. i. ¶ Pre. nullus põt congrue annunciare quod ignorat. ſed ſupremi angeli non plene cognouerunt myſterium incarnationis. vnde Diony. vij. ca. cele. ierar. ex eorum perſona dicit eẽ intelligendam queſtionem que ponitur Eſa. lxiij. Quis eſt iſte qui venit de edom. ergo videtur ꝙ per nullum angelum potuit conuenienter annunciatio incarnationis fieri. ¶ Pre. maiora ſunt per maiores nuncios annuncianda. ſed myſterium incarnationis eſt maximum inter omnia alia que per angelos ſunt hominibus annunciata. ergo videtur ꝙ ſi aliquid ꝑ angelum annunciari debuit ꝙ annunciatio fuit ꝑ aliquem de ſupremo ordine. ſed Gabriel non eſt de ſupremo ordine. ſed de ordine archangelorum. qui eſt penultimus ordo. vnde cantat eccleſia. Gabrielem archangelum credimus diuinitus te eſſe affatũ. non ergo huiuſmodi annunciatio per Gabrielem archãgelum conuenienter facta eſt. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Luce. i. Miſſus eſt gabriel archangelus ad eam.

Reſponſio dicendum ꝙ conueniens fuit matri dei annũciari per angelum diuine incarnationis myſterium propter tria. Primo quidem vt in hoc etiam ſeruaretur diuina ordinatio. ſm quã mediantibus angelis diuina ad homines veniunt. vnde dicit Dionyſi. iiij. ca. celeſ. ierar. ꝙ ꝑ dominum Ieſum benignitatis myſteriũ angeli primum edocti ſunt. poſtea per ipſos ad nos cognitiõis gratia tranſiuit. ſic ergo diuiniſſimus Gabriel zachariam quidem docebat prophetam eſſe futuram ex ipſo. Mariã autem quomodo in ipſa fieret thearchicum ineffabilis dei formationis myſterium. Secundo hoc fuit conueniens reparationi humane que futura erat per chriſtum. vnde beda dicit in omel. aptum humane reſtaurationis principium. vt angelus a deo mitteretur ad virginem. partu cõſecrandũ diuino. qꝛ prima ꝑditionis humane cauſa fuit cum ſerpẽs a dyabolo mittebatur ad mulierem. ſpiritu ſuperbie decipiendam. Tertio quia hoc congruebat virginitati matris dei. vnde Hiero. dicit in ſermone aſſumptionis. bene angelus ad virginem mittitur. quia ſemper ẽ angelus cognata virginitas. profecto in carne preter carnem viuere non eſt terrena vita ſed celeſtis. ¶ Ad. i. ergo dd'm ꝙ mater dei ſuperior erat angelis quantum ad dignitatem. ad quã diuinitus eligebatur. ſed quantum ad ſtatum preſentis vite inferior erat angelis. quia etiam ipſe chriſtus ratione paſſibilis vite modico ab angelis minoratus eſt. vt dicit̃ ad Hebre. ij. ſed quia tamen chriſtus fuit viator ⁊ comprehenſor quantum ad cognitionem diuinorum non indigebat ab angelis inſtrui. ſed mater dei nõdum erat in ſtatu comprehenſorum. ⁊ ideo de diuino cõceptu per angelos inſtruenda erat. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ſicut dicit Augu. in ſermone de aſſumptione. beata virgo maria vera exiſtimatione aliquibus accipitur generalibus quia nec conceptus multiplicauit. nec ſub viri id eſt mariti poteſtate fuit. que viſceribus de ſpiritu ſancto chriſtũ ſuſcepit. ⁊ iõ non debuit mediante viro inſtrui d' myſterio incarnationis ſed mediante angelo. propter quod etiam prius eſt inſtructa quam ioſeph. nam ipſa eſt inſtructa ante conceptum. Ioſeph autem poſt eius conceptum.

Ad. iij. dd'm ꝙ ſicut patet ex auctoritate Diony. inducta angeli incarnationis myſterium cognouerũt. ſed tñ interrogãt perfectius ſcire cupientes a xp̃o huius myſterij rationes que ſunt incomprehenſibiles omni creato intellectui. vnde maximus dicit ꝙ vtrum angeli cognouerũt

futuram incarnationem ambigere non oportet. latuit autem eos inueſtigabilis domini conceptio atq; modus. qualiter totus in genitore totus manebat in omnibus. necnō in virginis cellula. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ quidam dicunt gabrielem fuiſſe de ſupremo ordine. propter hoc ꝙ Grego. dicit ſummum angelum venire dignum fuerat qui ſummum omnium nunciabat. ſed ex hoc non videtur ꝙ fuerat ſummus inter omnes ordines. ſed reſpectu angelorum. fuit enim de ordine archangelorum. vnde ⁊ eccleſia eum archangelum nominat. ⁊ ipſe Gregorius ī omel. de centum ouibus dicit ꝙ archangeli dicuntur qui ſumma anunciant. ſatis eſt ergo credibile ꝙ ſit ſummus in ordine archangelorum. ⁊ ſicut dicit Grego. hoc nomē officio ſuo competat. gabriel enī dei fortitutudo nominatur. ꝑ dei ergo fortitudinem nunciandum erat. q2 virtutum dominus ⁊ potens in prelio ad debellandas. poteſtates aereas veniebat.

## ¶ Ad tertiū ſic proceditur

Uidetur ꝙ angelus annuncians nō debuerit virgini apparere viſione corꝑali. dignior enim eſt viſio intellectualis quā corporal'. vt Augu. dicit. xij. ſuper Gen̄. ad litterā ⁊ precipue ipſi angelo magis conueniens. nam viſione intellectuali videtur angelus ī ſua ſubſtantia viſione aūt corporali videtur in aſſumpta figura corꝑea. ſed ſicut ad annunciandum conceptum diuinum decebat venire ſummum nuncium. ita videtur etiam ꝙ decuerit eſſe ſummū genus viſionis. ergo videt̄ ꝙ angelus annuncians apparuit virgini viſione intellectuali. ¶ Pre. viſio imaginaria videtur eſſe nobilior viſione corporali. ſicut imaginatio eſt altior potētia quā ſenſus. ſed angelus apparuit ioſeph in ſomnis ſcḋm imaginariam viſionem vt p3 Mat. i. ergo videtur ꝙ etiam apparere debuerit beate virgini imaginaria viſione ⁊ non corꝑali. ¶ Pre. corporalis viſio ſpiritualis ſubſtantie ſtupefacit videntes. vnde etiam de ipſa virgine cantatur ⁊ expaueſcit virgo de lumine. ſ3 melius fuiſſet ꝙ a tali turbatione mens eius eſſet preſeruata. non ergo conueniens fuit ꝙ hmōi annunciatio fieret per viſionem corporalem. ¶ Sed contra eſt qḋ Augu. in quodam ſermone inducit beatam virginem ſic dicentem. venit ad me Gabriel archangelus facie rutilans veſte coruſcans. inceſſu mirabilis. ſed hec non poſſunt ꝑtinere niſi ad corpoream viſionem. ergo corporea viſione angelus annuncians beate virgini apparuit. ¶ Rn̄. dicēdum ꝙ angelus annuncians apparuit matri dei corporali viſione. ⁊ hoc conueniens fuit. Primo quidem q̄tum ad id quod annunciabatur. venerat enim angelus annunciare incarnationem inuiſibilis dei. Unde etiam conueniens fuit vt ad huiuſmodi rei declarationem inuiſibilis creature formam aſſumeret in qua viſibiliter appareret. cum etiam omnes apparitiones veteris teſtamenti ad hanc apparitionem ordinentur qua filius dei in carne apparuit. Secundo congruum fuit dignitati matris dei. que non ſolum in mente ſed in corporeo ventre erat dei filium receptura. ⁊ ideo non ſolum mens eius ſed etiam ſenſus corporei erant viſione angelica refouendi. Tertio congruit certitudini eius qḋ annūciabat̄. ea enī que ſūt oculis ſubiecta certius apprehendimus quā ea que imaginamur. vnde dicit Chryſoſti. ſuper Matth. ꝙ angelus non in ſōnis immo viſibiliter virgini aſtitit nam quia magnam valde reuelationem ab angelo accipiebat. egebat ante rei euētus viſione ſolenni. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ intellectualis viſio eſt potior quā viſio imaginaria vel corporalis ſi ſit ſola. ſed ipſe Augu. dicit ꝙ eſt excellentior ꝑplexia que habet ſimul intellectualem ⁊ imaginariam viſionem. quam illa que habet alterum tantum. beata autē virgo non ſolum percepit viſionem corporalem ſed etiam ſpiritualem ſeu intellectualem illuminationem. vnde talis apparitio nobilior fuit. fuiſſet tamen nobilior ſi ipſum angelum intellectuali viſione in ſua ſubſtantia vidiſſet. ſed hoc non patiebatur ſtatus hominis viatoris ꝙ angelum per eſſentiam videret. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ imaginatio quidem eſt altior potentia quam ſenſus exterior quia tamen principium humane cognitionis eſt ſenſus in eo conſiſtit maxima certitudo. quia ſemper oportet ꝙ principia cognitionis ſint certiora. ⁊ ideo ioſeph cui angelus apparuit in ſomnis non ita excellentem apparitionem habuit ſicut beata virgo. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſicut dicit Ambro. ſuper Lucam. perturbamur ⁊ a noſtro alienamur affectu quando reſtringimur alicuius ſuperioris poteſtatis occurſu. ⁊ hoc non ſolum contingit in viſione corporali. ſed etiam in viſione imaginaria. vnde Gen̄. xv. dicitur ꝙ cum ſol occubuiſſet ſopor irruit ſuper abraam. ⁊ horror magnus ⁊ tenebroſus inuaſit eum. talis tamen perturbatio hominis non tantum nocet homini. vt propter eam debeat angelica apparitio pretermitti. Primo quidem quia ex hoc ipſo ꝙ homo ſupra ſeipſum eleuatur. quod ad eius pertinet dignitatem. pars eius inferior debilitatur. ex quo prouenit perturbatio predicta. ſicut in calore naturali ad interiora reducto exteriora tremunt. Secundo quia ſicut Origenes dicit ſuper Lucam angelus apparens ſciens hāc eſſe humanam naturam primo perturbationi humane medetur. vnde tam zacharie quā Marie poſt turbationem dixit ne timeas. ⁊ propter hoc legit̄ in vita anthonij. non difficilis eſt bonorum ſpirituum malorumq; diſtinctio. ſi enim poſt timorem ſucceſſerit gaudium a domino veniſſe ſciamus auxilium. q2 ſecuritas anime preſentis maieſtatis indicium eſt. ſi autē incuſſa formido permanſerit hoſtis eſt qui videtur. Ipſa etiam turbatio virginis conueniens fuit verecundie virginali. quia vt Ambro. dicit ſuper Lucam trepidare virginum eſt. ⁊ ad omnes viri ingreſſus pauere. omnes viri affatus vereri. quidam dicunt tamen cum ꝙ beata virgo aſſueta eſſet viſionibus angelorum non fuit turbata in viſione angeli. ſed in admiratione eorum que ei ab angelo dicebantur quia de ſe tam magnifica non cogitabat vnde ⁊ euangeliſta non dicit ꝙ turbata fuerit in viſione angeli. ſed in ſermone eius.

## ¶ Ad quartum ſic procedit

Uidetur ꝙ annunciatio non fuit conuenienti ordine perfecta. dignitas enim matris dei dependet ex prole concepta. ſed cauſa prius debet manifeſtari quā effectus. ergo primo debuit angelus virgini annunciare conceptum prolis q̄3 eius dignitatem exprimere. eam ſalutando. ¶ Pre. probatio pretermitti debet in his que dubia non ſunt. aut premitti in his que dubia eſſe poſſunt. ſed angelus primo videtur annunciaſſe id de quo virgo dubitaret ⁊ dubitando quereret dicēs. quomodo fiet iſtud. ⁊ poſtea probationem adiunxit. tum exemplo Elizabeth. tum ex dei omnipotentia. ergo inconuenienti ordine annūciatio dominica per angelum eſt effecta. ¶ Preterea maius nō pōt ſufficient̄ ꝓbari ꝑ min⁹. ſ3 mai⁹ fuit v̄ginē pere q̄3 vetulā. ḡ nō fuit ſufficiens ꝓbatio āgeli ꝓbātis ꝯceptū vi

ginis ex conceptu ſenis. ¶ Sed contra eſt quod dicitur ad Roma. xiij. que a deo ſunt. ordinata ſunt. angelus aūt miſſus eſt a deo ad hoc ꝙ virgini annunciaret. vt dicitur Luce. i. ergo ordinatiſſime fuit annunciatio per angelum completa. ¶ Rñ. dicendum ꝙ annunciatio congruo ordine per angelum eſt pfecta. tria enim angelus intendebat circa virginem. Primo quidem reddere mentem eius attentam. ad tante rei conſiderationem. quod quidē fecit eam ſalutando quadam noua ⁊ inſolita ſalutatione vnde Origenes dicit ſuper Lucam ꝙ ſi ſciſſet ad aliū quēpiam ſimilem factum eſſe ſermonē. vtpote que habebat legis ſcientiam nunquam ea quaſi peregrina tali ſalutatione terruiſſet. in qua quidem ſalutatione premiſit idoneitatem ad conceptum. in eo ꝙ dominus dixit tecum. ⁊ prenunciauit honorem conſequentem. cum dixit benedicta tu in mulieribus. Scdo autem intendebat eam inſtruere de myſterio incarnationis. quod in eo erat implendum qd quidem fecit prenunciando conceptum ⁊ partum. dicens. ecce concipies in vtero ⁊c. ⁊ oſtendendo dignitatē prolis concepte. cum dixit hic erit magnus. ⁊ in demonſtrando modū conceptiōis. cum dixit ſpūſſanctus ſuperueniet in te. Tertio intendebat animā eius inducere ad conſenſum. quod quidem fecit exemplo elizabeth. ⁊ ratione ſumpta ex diuina potencia. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ animo humili nihil eſt mirabilius quā auditus ſue excellentie. ammiratio autem maxime attentionem anime facit. ⁊ ideo angelus volens mentem virginis attentā reddere ad auditum tanti myſterij ab laude eius incepit. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ Ambro. expreſſe dicit ſuper Lucam. ꝙ beata virgo de verbis angeli non dubitauit. dicit enim temperantior eſt Marie reſponſio quam verba ſacerdotis zacharie. hec ait. quomodo fiet iſtud. ille reſpondit. vnd̄ hoc ſciam; negat ille ſe credere qui negat ſe ſcire. iſta non dubitat eſſe faciendum quomodo fieri poſſit inquirit. Augu. tamen videtur dicere ꝙ dubitauit. dicit enī li. queſtionū no. ⁊ ve. teſta. ambigenti marie de conceptu poſſibilitatē angelus predicat. ſed talis dubitatio magis eſt admirationis quā incredulitatis. ⁊ ideo angelus probationē inducit. non ad aufferendam infidelitatem ſed ad remouendum eius ammirationem. ¶ Ad. iij. dd̄ ꝙ ſicut Ambro. dicit in exameron ob hoc multe ſteriles preuenerunt. vt partus virginis credatur. ⁊ ideo conceptus elizabeth ſterilis inducitur. non quaſi ſufficiens argumentū. ſed quaſi quoddam figurale exemplum. ⁊ ideo ad confirmationē huius exempli ſubditur argumentum efficax. ex omnipotentia diuina.

## ¶ Queſtio XXXI

Deinde ꝯſiderādum eſt de ipſa conceptione ſaluatoris. Et primo q̄ntum ad materiam de qua corpus eius conceptum eſt. Scdo q̄ntum ad conceptionis auctoritatem. Tertio q̄ntum ad modum ⁊ ordinem conceptionis. Circa primū queruntur octo. Primo vtrum caro chriſti fuerit ſumpta ab adam. Secundo vtrum fuerit ſumpta de dauid. Tertio de genealogia xp̄i que in euangelio ponit̄. Quarto vtrum decuerit xp̄m naſci de femīa. Quinto vtrū fuerit de puriſſimis ſanguinibus virginis corpus eius formatum. Sexto vtrum caro xp̄i fuerit in antiquis patribꝰ ſm aliquid ſignatum. Septimo vtrum caro chriſti fuerit peccato obnoxia. Octauo vtrū fuerit in lumbis abrae

## ¶ Ad primum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ caro xp̄i non fuerit ſumpta ex adam. dicit enī Apl'us. i. Cor. xv. Primus homo de terra terrenus. ſecūdus homo de celo celeſtis. primus aūt homo eſt adam. ſecundus aūt homo eſt xp̄s. ergo xp̄s non eſt ex adam. ſed habet diſtinctam ab eo originem. ¶ Pre. conceptio xp̄i debuit eſſe maxime miraculoſa. ſed maius eſt miraculum formare corpus hoīs ex limo terre quā ex materia humana que de adam trahitur. ergo videtur ꝙ non fuit conueniens xp̄m ab adam carnem aſſumpſiſſe. ergo videtur ꝙ corpus chriſti non debuit formari de maſſa humani generis deriuata ab adam ſed de aliqua alia materia. ¶ Pre. peccatum in hunc mundum intrauit ꝑ hominem vnum ſcꝫ adam. quia omnes in eo gentes peccauerunt originaliter. vt patet ad Roma. v. ſed ſi corpus chriſti fuiſſet ab adam ſumptum ipſe etiam in adam originaliter fuiſſet quando peccauit. ergo peccatum originale contraxiſſet qd̄ non decebat chriſti puritatem. non ergo corpus chriſti ē formatum de materia ſumpta ab adam. ¶ Sed contra eſt qd̄ Apl'us dicit ad Hebre. ij. nuſꝗ angelos apprehēdit. ſ. filius dei. ſed ſemen abrae apprehendit. ſemen aūt abrae eſt ſumptum ab adam. ergo corpus chriſti eſt formatum de materia ex adam ſumpta. ¶ Rñ. dōm ꝙ xp̄s humanam naturam aſſumpſit vt eam corruptione purgaret non aūt purgatione indigebat humana natura niſi ſcꝫ ꝙ infecta erat ꝑ originem viciatam quā ex adam deſcendebat. ⁊ ideo conueniens fuit vt carnē ſumeret ex materia ab adam deriuata. vt ipſa natura per aſſumptionem curaretur. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ ſecundus homo id eſt xp̄s dicitur eſſe de celo non quidem q̄ntum ad materiam corpis. ſed vel q̄ntum ad virtutem formatiuam corpis. vel etiam q̄ntum ad ipſam eius diuinitatem. ſm aūt materiam corpus chriſti fuit terrenum ſicut ⁊ corpus ade. ¶ Ad. ij. dōꝫ ꝙ ſicut ſupra dictum eſt myſterium incarnationis chriſti eſt quoddam miraculoſum. non ſicut ordinatum ad confirmationem fidei. ſed ſicut articulus fidei. ⁊ ideo in myſterio incarnationis non requiritur ꝙ ſit maius miraculum ſicut in miraculis que fiunt ad confirmationem fidei ſed quod ſit diuine ſapientie conuenientius. ⁊ magis expediens humane ſaluti quod requiritur in omnibus que fidei ſunt. Vel poteſt dici ꝙ in myſterio incarnationis n̄ ſolum attenditur miraculum ex materia conceptus. ſed ex modo conceptionis ⁊ partus. q2. ſ. virgo concepit ⁊ peperit deum. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt corpus xp̄i fuit in adam ſm corpulentam ſubſtantiam. quia ſcilicet ipſa materia corporalis corpis chriſti deriuata eſt ab adam. non aūt fuit ibi ſm ſeminalem rōnem. q2 nō ē ꝯcepta ex materiali ſemīe. ⁊ iō non ꝯtraxit originale pctm̄. ſicut ⁊ ceteri qui ab adam per viam virilis ſeminis deriuantur.

## ¶ Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ chriſtus non ſumpſit carnem de ſemine Dauid. Matheus enim genealogiam chriſti texens eam ad ioſeph perduxit. ioſeph autem non fuit pater chriſti vt ſupra oſtenſum eſt. non ergo videtur ꝙ chriſtus de genere Dauid deſcenderit. ¶ Preterea aaron fuit de tribu leui vt patet exodi. vi. Maria autem mater chriſti cognata dicitur elizabeth. que eſt filia aaron. vt patet Luce. i. Cum ergo Dauid de tribu iuda fuerit vt patet Math. i. videt̄ ꝙ chriſtus de ſemine Dauid non deſcenderit. ¶ Preterea Hiere. xxij. d2 de ieconia ſcribe virū iuſtū ſterilē neq̄ enī erit de ſemīe eiꝰ vir q̄ ſedeat ſup ſoliū dauid. ſꝫ de xp̄o

dicitur Eſaie.ix.ſuper ſolium dauid ſedebit. ergo chriſt⁹
non fuit de ſemine ieconie.et per conſequens nec de gene
re dauid.quia Mattheus p ieconiam a dauid ſeriẽ gene
rationis perducit. Sed cõtra eſt quod dicitur ad Ro.
i.qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſm carnem. Re
ſponſio dicendum ꝙ xp̃s ſpecialiter duorum antiquorū
patrum filius eſſe dicitur.abrae.ſcilicꝫ ⁊ dauid.vt patet
Matth.i.Huius eſt multiplex ratio. Prima quidem.q2
ad hos ſpecialiter de chriſto repromiſſio facta eſt. dicit̃ enĩ
abrae Geñ.xxij.Benedicentur in te om̃es gentes. quod
Apoſtolus de chriſto exponit dicens ad Gal.iij. Abrae
dicte ſunt promiſſiones ⁊ ſemini eius ⁊ non dicit ſemini-
bus quaſi in multis ſed quaſi in vno ⁊ ſemini tuo.qui ẽ
chriſtus.ad dauid autem dictũ eſt.de fructu ventris tui
ponam ſuper ſedem tuam.vnde ⁊ populi iudeorum vt re
gem honorifice ſuſcipientes dicebant Mat.xxi.Oſanna
filio dauid.Secunda ratio eſt quia chriſtus futurus erat
rex propheta ⁊ ſacerdos.Abraam autem ſacerdos fuit.vt
patet ex hoc ꝙ dñs dixit ad eum Geñ.xv.Sume tibi vac
cam triennem.fuit etiam propheta ſm illud quod dicit̃
Geñ.xx.propheta eſt ⁊ orabit pro te.Dauid aũt rex fuit
⁊ ꝓpheta.Tertia ratio eſt q2 in abraam primo incepit cir
cũciſio.in Dauid aũt maĩfeſtata eſt dei electio.ſm illud
quod dicitur.i.Regum.xiij.Queſiuit ſibi dñs virũ iux-
ta cor ſuum.⁊ ideo vtriuſqꝫ filius ſpecialiter dicit̃.vt oñ-
datur eſſe in ſalutem circumciſioni ⁊ electioni gentilium
Ad.i.ergo dicendum ꝙ obiectio fuit fauſti manichei volen
tis ꝓbare xp̃m non fuiſſe filium dauid.q2 non eſt conce-
ptus ex ioſeph.vſqꝫ ad quem ſeriem generationis Mat
theus ꝑducit. contra qd̃ Augu.reſpondet.xxiij.li.con-
tra fauſtum.ꝙ cum idem euangeliſta dicat virum marie
eſſe ioſeph.⁊ chriſti matreꝫ virginem eſſe ex ſemine Da
uid.quid reſtat niſi credere Mariam non fuiſſe extraneã
a cognatione dauid.⁊ eam ioſeph coniugem non fruſtra
appellatam.ꝓpter animorum confederationẽ. quamuis
ei non fuerit carne commixtus.ꝙ potius ꝓpter dignitatẽ
materialem ordo generationum ad ioſeph ꝑducitur. ſic
ergo nos credimus etiam Mariam fuiſſe in cognatione
Dauid.quia ſcripturis credimus que vtrunqꝫ dicunt.et
chriſtum ex ſemine Dauid ſm carnem.⁊ eius matrẽ Ma
riam non cum viro concumbendo ſed virginem. vt enim
Hiero.dicit ſuper Matth.ex vna tribu fuit ioſeph ⁊ ma
ria.vnde ſm legem eam accipere cogebat̃.vt propinquã
propter qd̃ ⁊ ſimul cenſentur in bethleẽ quaſi de vna ſtir-
pe generati. Ad.ij.dicendum ꝙ huic obiectioni Gregorius
naſanſenus reſpondit dicens.ꝙ hoc nutu ſuperno conti-
git vt regium genus ſacerdotali ſtirpi iungeretur.vt xp̃s
qui eſt rex ⁊ ſacerdos ab vtriſqꝫ naſceret̃ ſm carnem. vñ
⁊ aaron qui fuit primus ſacerdos ſm legem duxit ex tri-
bu iuda coniugem elizabeth.filiam aminadab. ſic primo
potuit fieri.vt pater elizabeth aliquam vxorem habuit de
ſtirpe Dauid ratione cuius beata virgo Maria que fuit d̃
ſtirpe dauid eſſet elizabeth cognata.vel potius econuerſo
ꝙ pater beate Marie de ſtirpe Dauid exiſtẽs habuit vxo
rem de ſtirpe aaron.Vel ſicut Augu. dicit.xxvi. contra
fauſtũ.ſi ioachim pater Marie de ſtirpe aaron fuit vt fau-
ſtus hereticus per quaſdam ſcripturas apocrifas aſſere-
bat credendum ꝙ mater ioachim fuerit de ſtirpe Dauid
vel etiam vxor eius.ita ꝙ per aliquem modum dicamus
mariam fuiſſe de progenie dauid. Ad tertium dicendũ
ꝙ per illam auctoritatem propheticam ſicut Ambroſius
dicit ſuper Lucam non negatur ex ſemine ieconie poſteros
naſcituros.⁊ ideo de ſemine eius chriſtus eſt.⁊ ꝙ regna-
uit chriſtus non contra prophetiam eſt.non enim ſeculari
honore regnauit.ipſe enim dixit regnum meum non eſt
de hoc mundo.

## Ad tercium ſic ꝓceditur.

Videtur ꝙ genealogia chriſti inconuenienter ab euange
liſtis taxatur.dicitur enim Eſa.liij.de chriſto.generatio-
nem eius quis enarrabit.ergo non fuit chriſti generatio
enarranda. Pre.impoſſibile eſt vnum hominem duos
patres habere.Sed Mattheus dicit ꝙ Jacob genuit io
ſeph virum Marie.Lucas autem dicit ioſeph fuiſſe filiũ
hely.ergo contraria ſibijnuicem ſcribunt. Pre.viden-
tur in quibuſdam a ſeinuicem diuerſificari. Matthe⁹ enĩ
in principio libri incipiens ab abraam deſcendendo vſqꝫ
ad ioſeph.xlij.generationes enumerat.Lucas autẽ poſt
baptiſmum chriſti generationem chriſti ponit incipiens a
chriſto ⁊ producens numerum generationum vſqꝫ ad de
um ponens generationes ſeptuaginta ſeptem vtroqꝫ ex-
tremo computato.videtur ergo ꝙ inconuenienter chriſti
generationem deſcribant. Pre.quarto Regum.viij.
legitur ꝙ ioram genuit oziam. cui ſucceſſit iohas filius
fratris eius.huic autem ſucceſſit filius eius amaſias.po-
ſtea regnauit filius eius azaias.qui appellatur oſias. cui
ſucceſſit ioathan filius eius.Mattheus autem dicit ꝙ io-
ram genuit oſiam.ergo videtur ꝙ inconuenienter chri-
ſti generationem deſcribãt.tres reges in medio pretermit
tentes. Pre.omnes qui in chriſti generatione deſcribũ
tur patres ⁊ matres habuerunt ⁊ plurimi etiam eorum
fratres habuerunt.Mattheus autem in chriſti generatio-
ne tres matres tantum nominat. ſcilicet thamar ruth et
vxorem vrie.fratres auteꝫ nominat iude ⁊ ieconie.Et ite
rum phares ⁊ ſaram.quorum nihil poſuit Lucas.ergo vi
detur euangeliſte inconuenienter genealogiam chriſti de
ſcripſiſſe. Sed contra eſt auctoritas ſcripture. Re-
ſponſio dicendum ꝙ ſicut dicit̃ ſecũda ad Timo.iij.om-
nis ſcriptura ſacra eſt diuinitus inſpirata.que autem di-
uinitus fiunt ordinatiſſime fiunt.ſm illud ad Roma.xiij
que a deo ſunt ordinata ſunt.vnde conuenienti ordine ge
nealogia chriſti eſt ab euangeliſtis deſcripta. Ad.i.er
go dicendum ꝙ ſicut Hiero.dicit ſuper Mattheum.Eſaias lo
quitur de diuinitatis chriſti generatione.Mattheus au
tem enarrat gloriam chriſti ſm humanitatem. non qui-
dem explicans modum generationis .quia hoc eſſet inef-
fabile.ſed enumerat patres ex quibus ſm carnem chri-
ſtus proceſſit. Ad ſecundum dicendum ꝙ ad hanc
obiectionem quam mouit Julianus apoſtata diuerſimo
de ab aliquibus reſpondetur.Quidam vt Gregorius na
ſanſenus dicit.dicunt eoſdem eſſe quos vterqꝫ euangeli
ſta enumerat.ſed ſub diuerſis nominibus quaſi binomi
os.ſed hoc ſtare non poteſt quia Mattheus ponit vnum
filiorum Dauid ſcilicet ſalomonem.Lucas autem ponit
alium ſcilicet nathan quos ſm hyſtoriam libri regum con
ſtat fratres fuiſſe.vnde alij dixerunt Mattheum veraꝫ ge
nealogiam chriſti tradere.Lucam autem putatiuam . vn-
de incipit vt putabatur filius ioſeph.Erãt aliqui ex iude-
is qui propter peccata regum iuda credebant chriſtum ex
Dauid non per reges ſed per aliam eius ſtirpem homi-
num priuatorum eſſe naſciturum.Alij vero dixerunt ꝙ
Mattheus poſuit patres carnales.Lucas autem poſuit
patres ſpirituales. ſcilicet iuſtos viros . qui dicuntur
p̃rs ꝓpt̃ ſimilitudinẽ honeſtatꝭ.In li.v.de q̃o.no.⁊ ve.teſt.

reſpondetur ꝙ non eſt intelligendum ꝙ ioſeph a luca di-
catur filius eſſe hely. ſed ꝙ hely ⁊ ioſeph fuerunt tempore
chriſti diuerſimode a dauid deſcendentes. Unde de chri-
ſto dicitur putabatur filius ioſeph. ⁊ ꝙ etiam chriſtus fu-
erit hely filius quaſi diceret ꝙ chriſtus ea ratione qua di-
citur filius ioſeph poteſt dici filius hely. ⁊ omnium eorū
qui ex ſtirpe dauid deſcendunt. ſicut Apl's dicit ad Ro.
ix. de quibus. ſ. iudeis chriſtus eſt ſm carnem Augu. ve-
ro in li. de queſtionibꝫ euangelij tripliciter ſoluit dicens.
Tres cauſe occurrunt quarum aliquā euangeliſta ſecu-
tus eſt. Aut enī vnus euangeliſta patrē ioſeph a quo ge-
nitus eſt nominauit. alter vero vel auum maternum vel
aliquē de cognatis maioribus poſuit. Aut vnus erat io-
ſeph naturalis pater. ⁊ alter adoptauerat eum. Aut mo-
re iudeorum cum ſine filijs vnus deceſſiſſet eius vxorem
propinquus accipiēs filium quem genuit propinquo mor-
tuo deputauit. qđ eſt quoddam genus adoptionis lega-
lis. vt ipſe Augu. in. ij. de conſenſu euangeliſtarum dicit.
Et hec vltima cauſa eſt verior. quā etiā Hiero. ſup Mat.
ponit et Euſebius ceſarienſis in eccleſiaſtica hyſtoria ab
affricano hyſtoriographo traditam aſſerit. dicunt enī ꝙ
mathan ⁊ mathat diuerſis temporibus de vna eademqꝫ
vxore eſcha nomine ſingulos filios procrearunt. quia ma-
than qui ꝑ ſalomonem deſcendit prius eam vxorem cepe-
rat. ⁊ relicto filio vno iacob nomine defunctus eſt. poſt cu-
ius obitum qm̄ lex viduam alij viro non vetat nubere ma-
thať. qꝛ per nathan genus ducit cum eſſet ex eadem tribu
ſed non ex eodem genere relictam nathan accepit vxorem
ex qua ipſe ſuſcepit filiū nomine hely. ⁊ ſic ex diuerſo pa-
trum genere efficiuntur iacob ⁊ hely vterini fratres. quorū
alter. id eſt iacob fratris ſui hely. ſine liberis defuncti ex mā-
dato legis accipiēs vxorem genuit ioſeph. natura quidē
generis ſuum filium ſm vero legis preceptum hely effici-
tur filius. ⁊ ideo Matheus dicit iacob genuit ioſeph. ſed
Lucas quia generationem legalem deſcribit nullum no-
minat aliquem genuiſſe. Et quamuis Damia. dicat ꝙ
beata virgo Maria ioſeph attinebat ſm illam originem
qua pater eius dicitur hely quia dicit eā ex melchi deſcē-
diſſe tamen credendum eſt ꝙ etiam ex ſalomone originē
duxerit ſm aliquem modum per illos patres quos enu-
merat Mat. qui carnalem chriſti generationem dicitur
enarrare preſertim cum Ambro. dicat xp̄m de ſemine ie-
conie deſcendiſſe. ¶ Ad. iij dicendum ꝙ ſicut dicit Au-
gu. in libro de conſenſu euangeliſtarum Matheus regi-
am in chriſto inſtituerat pſonam. Lucas autem ſacerdo-
talem. vnde in generationibus Mathei ſignatur noſtro-
rum ſucceſſio peccatorum a domino ieſu chriſto in ꝗ̄tum
ſalicet per carnis originem ſimilitudinem carnis peccati
aſſumpſit. in generationibus autem luce ſignatur noſtro-
rum ablutio peccatorum. que eſt per ſacrificium chriſti. ⁊
ideo generationes Matheus deſcendens enumerat. Lu-
cas autem aſcendens. inde eſt ꝙ Matheus per ſalomonē
aſcendit in cuius matre ille peccauit. Lucas vero ab ipſo
dauid ꝑ nathan aſcendit. per cuius nominis prophetam
deus peccatum illius expiauit. Et inde eſt etiam ꝙ quia
Matheus ad mortalitatem noſtram chriſtum deſcendē-
tem voluit ſignificare ipſas generationes ab abraam vſ-
qꝫ ad ioſeph. ⁊ vſqꝫ ad ipſius chriſti natiuitatem deſcen-
dendo commemorauit ab initio euangelij ſui. Lucas ve-
ro non ab initio'. ſed a baptiſmo chriſti generatio-
nem narrat nec deſcendendo ſed aſcendendo. tanquam
ſacerdotem in expiandis peccatis magis aſſignans te-
ſtimonium qđ Johannes perhibuit dicens. ecce qui tol-
lit peccata mundi. aſcendendo autem tranſit ab abraam
⁊ peruenit ad deum. cui mundati ⁊ expiati recōciliamur.
Merito etiam adoptionis originem ipſe ſuſcepit. quia
per adoptionem efficimur filij dei. per carnalem vero ge-
nerationem filius dei filius hominis factus eſt. Satiſ au-
tem demonſtrauit non ſe ideo dixiſſe ioſeph filium da-
uid ꝙ de illo ſit genitus. ſed ꝙ ab illo fuerat adoptatus.
cum ⁊ ipſum adam filium dei dixit cum ſit factus a deo.
Numerus etiam quadragenarius ad tempus preſentis
vite pertinet. propter quatuor partes mundi in quo mor-
talem vitam ducimus ſub chriſto regnante. quadraginta
autem quater habent decem ⁊ ipſa decem ab vno vſqꝫ ad
quattuor progrediente numero conſumatur. Poſſet eti-
am denarius ad decalogum referri. ⁊ quaternarius ad pre-
ſentem vitam. vel etiam ad quatuor euangelia ſm ꝙ chri-
ſtus regnat in nobis. ⁊ ideo Matheus regiam perſonam
chriſti commendans quadraginta perſonas poſuit. exce-
pto ip̄o. ſꝫ hoc intelligendum eſt ſi ſit idem ieconias qui
ponitur in fine quaternarij ⁊ in principio tertij vt Augu.
vult qui dicit factum eſſe ad ſignandum ꝙ ieconia eſt fa-
cta quedam deflexio ad extraneas gentes. quando in babi-
loniam tranſmigratum eſt. qđ etiam prefigurabat chriſtū
a circumciſione ad prepucium migraturum. Hiero. autē
dicit duos fuiſſe ioachim. id eſt ieconias. patrem. ſ. ⁊ fili-
um. quorum vterqꝫ in chriſti generatiōe aſſumitur. vt cō-
ſtet diſtinctio generationum. quas euangeliſta per tres
quaternarios diſtinguit ꝙ aſcendit ad quadraginta du-
as perſonas. qui etiam numerus conuenit ſancte eccleſie
hic enim numerus conſurgit ex ſenario. qui ſignat labo-
rem preſentis vite. ⁊ ſeptenario qui ſignat quietem futu-
re vite. ſepties enim ſeptem ſunt quadragintanouem. ip-
ſe etiam quater denarius qui ex denario ⁊ quaterno con-
ſtituitur per aggregationem ad eandem ſignificationē
pertinere poteſt que attributa eſt quadragenario qui con-
ſurgit ex eiſdem numeris ſm multiplicationem. Nume-
rus autem quo lucas vtitur in generationibꝫ ſignat vni-
uerſitatem peccatorum. denarius enim tanquam iuſticie
numerus in decem preceptis legis oſtenditur. peccatum
autem eſt legis tranſgreſſio. denarij vero numeri tranſ-
greſſio eſt vndenarius. ſeptenarius autem ſignat vniuer-
ſitatem quia vniuerſum tempus ſeptenario dierum nu-
mero voluitur. ſepties autem vndecim. lxxvij. et ita per
hoc ſignificatur vniuerſitas peccatorum. que per chriſtū
tolluntur. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ ſicut Hieroni-
mus dicit ſuper Matheum quia ioram rex generi ſe mi-
ſcuerat impiiſſime ieſabel. idcirco vſqꝫ ad terciam genera-
tionem eius memoria tollitur. ne in ſancto natiuitatis or-
dine poneretur. et ita vt Chryſoſtimus dicit. Quanta
benedictio facta eſt ſuper ieu qui vindictam fecerat ſuper
domum achab ⁊ ieſabel tanta eſt maledictio ſuper domū
ioram propter filiam iniqui achab et ieſabel. vt vſqꝫ ad
quartam generationem precidantur filij eius de numero
regū. ſicut ſcriptum eſt Exodi. ij. Reddam peccatum pa-
rentum in filios vſqꝫ ad terciam et quartam generationē
Et etiam attendendum ꝙ et alij reges fuerunt peccato-
res qui in genealogia chriſti ponuntur. ſed non fuit eorū
continua impietas. nam vt dicitur in libro noui ⁊ veteris
teſtamenti Salomon merito patris ſui remiſſus in re-
gno eſt. Roboā merito abe filij abie filij ſui. Horum au-
tem trium continua fuit impietas. ¶ Ad quintum
dicendum ꝙ ſicut dicit Hieronymus ſuper Matheum

in genealogia ſaluatoris nulla ſanctarum mulierum aſſumitur. ſed eas quas ſcriptura reprehēdit. vt qui propter peccatores venerat de peccatoribus naſcens omnium peccata deleret. vnde ponit thamar que reprehenditur de ſocerino concubitu ⁊ raab que fuit meretrix ⁊ ruth que fuit alienigena. ⁊ berſabee vxor vrie. que fuit adultera. que tamen nomine viri deſignatur. tum propter peccatum ipſius quia fuit adulterij ⁊ homicidij cōſcia. tum etiam vt nominato viro peccatum dauid ad memoriam reuocaretur. et quia lucas xp̄m deſignare intendit vt peccatorum expiatorem talium mulierum mentionem non fecit fratres autē iude commemorat. vt oſtendat eos ad dei populum pertinere. cum tamen iſmahel frater iſaac ⁊ eſau frater iacob a populo dei fuerunt ſeparati. propter quod in generatione chriſti non commemorantur ⁊ etiam vt ſuperbiam de nobilitate excludat. multi enim fratrum iude ex ancillis nati fuerunt. ſed ſimul omnes erant patriarche ⁊ tribuum principes. Phares autem ⁊ ſaram ſimul nominantur vt Ambro. dicit ſuper Lucam. quia ꝑ eos gemina deſcribitur vita populorum. vna ſm̄ legem que ſignatur per ſaram. altera per fidem. que ſignatur per phares. Fratres autem iechonie ponit quia omnes regnauerunt diuerſis temporibus. qđ in alijs regibus nō acciderat vel quia eorum ſimul fuit iniquitas ⁊ miſeria.

## ¶ Ad quartum ſic procedit

Videtur ꝙ materia corporis chriſti nō debuit eſſe aſſumpta de femina. Sexus enī maſculinus eſt nobilior quā femininus ſed magis decuit ꝙ xp̄s aſſumeret id quod eſt perfectum in humana natura. ergo videtur ꝙ non debuerit de femina carnem aſſumere. ſed magis de viro ſicut eua ď coſta ade formata eſt. ¶ Pre. quicunqꝫ ex femina concipitur vtero femine includitur. ſed deo qui celum ⁊ terram implet vt dicitur Iere. xxiij. non competit vt paruo femine vtero includatur. ergo videtur ꝙ non debuit concipi de femina. ¶ Pre. illi qui concipiuntur ex femina quandā immūdiciam patiuntur. vt dicitur Iob. xxv. Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus deo. aut apparere mundus natus de muliere. ſed in chriſto nulla immundicia eſſe debuit. ipſe enī eſt dei ſapientia de qua dicitur Sap. vij. ꝙ nihil inquinatum in illam incurrit. ergo non videtur ꝙ debuerit carnem aſſumpſiſſe de femina. ¶ Sed contra eſt qđ dicitur ad Gal. iiij. Miſit deus filium ſuum factum ex muliere. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ licet filius dei carnem humanam aſſumere potuit de quacunqꝫ materia voluiſſet conuenientiſſimum tamen fuit vt de femina carnem aſſumeret. Primo quidē quia per hoc tota natura humana nobilitata eſt vnde Augu. dicit in li. lxxxiij. q. hominis liberatio ī vtroqꝫ ſexu debuit apparere. ergo quia virum oportebat ſuſcipere quia ſexus honorabilior eſt conueniens erat vt feminei ſexus liberatio hinc appareret quia ille vir de femina natus eſt. ¶ Scḋo quia ꝑ hoc veritas incarnatiōis aſtruitur vnde Ambro. dicit in li. de incarnatiōe multa ſm̄ naturam inuenies ⁊ vltra naturam ſm̄ conditionem etenim nature in vtero feminei. ſ. corporis fuit. ſed ſupra conditionem virgo concepit. virgo generauit. vt crederetur quia deus erat. qui innouabat naturam ⁊ homo erat qui ſm̄ naturam naſcebatur ex homine. ⁊ Augu. dicit in ep̄la ad voluſianum ſi omnipotens deus hominem vbicunqꝫ formatum non ex materno vtero crearet ſed repentinum inferret aſpectibus nonne opinionem confirmaret erroris. nec hominem verum ſuſcepiſſe vllo modo crederetur. ⁊ dum omnia mirabiliter facit aufferret qđ miſericorditer fecit. nunc vero ita. ſ. inter deum ⁊ hominem mediator apparuit vt in vnitate perſone copulans vtramqꝫ naturam ⁊ ſolita ſublimaret inſolitis. ⁊ inſolita ſolitis temperaret. Tertio quia ꝑ hunc modum completur omnis diuerſitas generationis humane. quia primus homo productus eſt ex limo terre ſine viro ⁊ femina. eua vero producta eſt ex viro ſine femina ceteri homines vero producuntur ex viro et femina. vnde hoc quartum quaſi proprium chriſto relinquebatur. vt produceretur ex femina ſine viro. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ſexus maſculinus eſt nobilior quā femininus. ideo humanam naturam in maſculino ſexu aſſumpſit ne tamen femineus ſexus contemneretur. congruū fuit vt carnem aſſumeret de femina. vnde dicit Augu. in libro ď agone chriſtiano. nolite voſipſos contemnere viri. filius dei virum ſuſcepit. nolite voſipſas contemnere femine. filius dei natus eſt ex femina. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ſicut Augu. dicit. xxiij. li. contra fauſtū qui hac obiectione vtebatur non plane inquit chatolica fides que xp̄m dei filium natum ſm̄ carnem credit ex virgine nullo modo eundē dei filium ſic in vtero mulieris includit quaſi extra non ſit. quaſi celi ⁊ terre adminiſtrationem deſeruerit. quaſi a patre receſſerit. ſed vos manichei corde illo quo nihil poteſtis niſi corporalia fantaſmata cogitare iſta omnino non capitis. vt enī dicit in ep̄la ad voluſianum. hominum iſte ſenſus eſt nihil niſi corporalia valentium cogitare. quorum nullū poteſt eſſe vbiqꝫ totum quoniam ꝑ innumerabiles partes aliud alibi habent neceſſe eſt. longe aliud eſt natura anime quā corporis. quanto magis dei qui creator eſt anime et corporis nouit vbiqꝫ totus eſſe. ⁊ nullo modo contineri loco. nouit venire non recedendo vbi erat nouit abire nō deſerendo quo venerat. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ in conceptione viri ex femina non eſt aliquid immundum inquantum ē opus dei. vnde dicitur Apoc. x. qđ deus creauit tu ne commūe dixeris. i. immundum. eſt tamen ibi aliqua immundicia ex peccato proueniens. prout vt cum libidine aliquis concipitur ex commixtione maris ⁊ femine. qđ tamen in chriſto non fuit vt ſupra oſtenſum eſt. Si tamē aliqua ibi eſſet immundicia ex ea non inquinaretur dei verbum. quod nullo modo eſt mutabile. vnde Augu. dicit in li. contra quinqꝫ hereſes deus creator hominis quid eſt qđ te promouet in mea natiuitate. non ſum libidinis conceptus cupiditate ego matrem de qua naſcerer feci. ſi ſolis radius cloacarum ſordes ſiccare nouerit eis inquinari non nouit. multo magis ſplendor lucis eterne quodcūqꝫ radiauerit mūdare poteſt. ipſe pollui non poteſt.

## ¶ Ad quintum ſic procedit

Videtur ꝙ caro chriſti nō fuerit concepta ex puriſſimis ſanguinibus virginis. Dicitur enim in collecta ꝙ deus carnem ſumere verbum ſuum de virgine voluit. ſed caro differt a ſanguine. ergo corpus chriſti non eſt ſumptum de ſanguine virginis. ¶ Pre. ſicut mulier formata eſt miraculoſe de viro. ita corpus chriſti miraculoſe factum eſt de virgine. ſed mulier non dicitur formata eſſe de ſanguine viri. ſed magis de carne ⁊ oſſibus eius. ſm̄ illud qđ Gen. ij. Hoc nunc os ex oſſibus meis ⁊ caro de carne mea. ergo videtur ꝙ nec corpus chriſti formari debuit de ſanguine virginis. ſed de carnibus et oſſibus eius. ¶ Prete. corpus chriſti fuit eiuſdem ſpeciei cum corporibus aliorum hominum. ſed corpora aliorum hominum nō formantur ex puriſſimo ſanguine. ſed ex ſemine ⁊ ſanguine mēſtruo. ergo

videtur ꝙ nec etiam corpus chriſti fuit ꝯceptum ex puriſ-
ſimis ſanguinibꝰ virginis. ¶ Sed contra eſt qḋ Dama.
dicit in .iij. li. ꝙ filius dei conſtruxit ſibiipſi ex caſtis ⁊ pu-
riſſimis ſanguinibꝰ virginis carnem aīatam aīa rationa-
li. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt .in conceptione
chriſti fuit ſm condictionē nature ꝙ eſt natus de virgine
habet autem hoc naturalis condictio ꝙ in generatiōe aīa-
malis femina materiam miniſtrat ex parte autem maris
ſit principium actiuum in generatione. ſicut probat phi-
loſophus in libro de generatione animaliū. femina autē
que ex mare concipit non eſt virgo. ⁊ ideo ad ſupnatura-
lem modum pertinet qḋ principiū actiuum in generatio-
ne illa fuerit virtus ſupnaturalis diuina. ſed ad naturalē
modum eius generatiōis pertinet ꝙ materia de qua cor-
pus eius conceptum eſt ſit conformis materie quā alie fe-
mine ſubminiſtrāt ad conceptionem prolis. hec autē ma-
teria ſm phm̄ in libro de generatiōe animaliū. eſt ſanguis
mulieris non quicunqȝ ſed productus ad quandam am-
pliorem digeſtionem per virtutem generatiuam maris.
vt ſit materia apta ad conceptuȝ. ⁊ ideo ex tali materia fu-
it corpus chriſti conceptum. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ cū bea-
ta virgo Maria fuerit eiuſdem nature cum alijs feminis
conſequens eſt ꝙ habuit carnem ⁊ oſſa eiuſdem nature.
carnes autem ⁊ oſſa in alijs feminis ſunt accidentales
corporis partes. ex quibus conſtituitur integritas cor-
poris ⁊ ideo ſubtrahi non poſſunt ſine corporis corrupti-
one vel diminutiōe. chriſtus autem qui venerat corrup-
ta reparare nullam corruptionē aut diminutionē integri-
tati matris eius inferre voluit nec debuit. ⁊ ideo non de-
buit corpus chriſti formari de carne vel oſſibus virginis
ſed de ſanguine que dum non eſt actu pars. ſed potentia
totum. vt dicitur in libro de generatiōe animaliū. ⁊ ideo
dicitur carnem aſſumpſiſſe de virgine non ꝙ materia cor-
poris fuerit actu caro. ſed ſanguis ꝙ eſt potentia caro.
¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſicut in prima parte dictum eſt Adā
quia inſtitutus erat vt principium quoddam hūane na-
ture habebat in ſuo corpore aliquid carnis ⁊ oſſis quod
non pertinebat ad integritatem perſonaleȝ ipſius ſed ſo-
lum inquantum erat humane nature principiū. ⁊ de tali
formata eſt mulier abſqȝ viri decremento. ſȝ nihil tale fu-
it in corpore virginis ex quo corpus chriſti poſſet forma-
ri ſine corruptione materni corporis. ¶ Ad .iij. dicenduȝ
ꝙ ſemen femine non eſt generationi aptum. ſed eſt quod-
dam imperfectum in genere ſeminis. qḋ non potuit per-
duci ad perfectum ſeminis complementū ꝓpter imperfe-
ctionem virtutis feminee. ⁊ ideo tale ſemen non eſt ma-
teria que requiritur de neceſſitate ad conceptum. ſicut di-
cit phūs in libro de generatiōe animaliū. ⁊ ideo in conce-
ptione chriſti non fuit. preſertim quia licet ſit imperfectū
in genere ſeminis tamen cum quadam ꝯcupiſcētia reſol-
uitur ſicut ⁊ ſemen maris in illo autem conceptu virgīa-
li ꝯcupiſcentia locum habere non potuit. Et ideo Dama-
ſcenus dicit ꝙ corpus chriſti non ſeminaliter conceptum
eſt. ſanguis autem menſtruus quem femine per ſinguloſ
menſes emittunt impuritatem quandam naturalem ha-
bet corruptionis ſicut ⁊ cetere ſuperfluitates quibus na-
tura non indiget ſed eas expellit. ex tali autem menſtruo
corruptionem habente quod natura repudiat non forma-
tur conceptus ſed hoc eſt purgamentum quoddam illiꝰ
puri ſanguinis qui digeſtione quadam eſt preparatꝰ ad
conceptum quaſi purior ⁊ perfectior alio ſanguine. habet
tamen impuritatem libidinis. in conceptione aliorū ho-
minū inquantum ex ipſa cōmixtione maris ⁊ femine.
talis ſanguis ad locum generationi congruum trahit̄. ſȝ
hoc in conceptione chriſti non fuit. quia operatione ſpiri-
tuſſancti talis ſanguis in vtero virginali adunatus eſt. et
formatus in prolem. ⁊ ideo dicitur corpꝰ chriſti ex caſtiſ-
ſimis ⁊ puriſſimis ſanguinibus virginis formatum.

## Ad ſextuȝ ſic proceditur

Videtur ꝙ corpus chriſti fuerit ſignatum in Adam ⁊ in
alijs patribus. Dicit enim Auguſtinus. x. ſuper Gen̄. ad
litteram. ꝙ caro chriſti fuit in Adam et Abraam ſm cor-
pulentam ſubſtantiam. ſed corpulenta ſubſtantia eſt qḋ-
dam ſignatum. ergo chriſti caro fuit in Adam ⁊ in Abra-
am ⁊ in alijs patribus ſm aliquid ſignatum ¶ Preterea ad
Roma. i. dicitur ꝙ chriſtus factus eſt ex ſemine Dauid
ſm carnem. ſed ſemen Dauid fuit aliquid ſignatum ī ip-
ſo. ergo chriſtus fuit in Dauid ſm aliquid ſignatum. et
eadem ratione in alijs patribus ¶ Preterea. Chriſtus ad hu-
manū genus habet affinitatem inquantū ex humano ge-
nere carnem aſſumpſit. ſed ſi caro illa nō fuit ſm aliquid
ſignatum in Adam nullam videtur habere affinitateȝ ad
humanum genus quod ex Adam deriuatur ſed magis ad
alias res vnde materia carnis eius aſſumpta eſt. videtur
ergo ꝙ caro chriſti fuit in Adam ⁊ in alijs patribꝰ ſm ali-
quod ſignatum. ¶ Sed contra eſt quod Augu. dicit. x. ſu-
per Gen̄. ad litteram. quocunqȝ modo chriſtꝰ fuit ī Adā
et Abraam ⁊ alij homines ibi fuerunt ſed non conuertiſ
Alij autem homines non fuerunt in Adam et Abraā ſm
aliquam materiam ſignatam. ſed ſolum ſm origineȝ. vt
in prima parte habituȝ eſt. ergo neqȝ chriſtus fuit ī Adā
et Abraam ſm aliquid ſignatum. ⁊ eadem ratione nec in
alijs patribus. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum ē
materia corporis chriſti non fuit caro ⁊ os beate virginiſ
nec aliquid quod fuerit actu pars corporis eius. ſed ſan-
guis qui eſt potentia caro. quicquid aūt fuit in beata vir-
gine a parentibus acceptum fuit actu pars corporis bea-
te virginis. vnde illud quod in beata virgine fuit a parē-
tibus acceptum non fuit materia corporis chriſti. ⁊ ideo
dicendum eſt ꝙ corpus chriſti non fuit in Adam ⁊ ī alijs
patribus. ſm aliquid ſignatum. ita ſcilicet quod aliqua
pars corporis Ade vel alicuius alterius. poſſet deſigna-
ri determinate vt diceretur ꝙ ex hac materia formabitur
corpus chriſti. ſed fuit ibi ſm originem. ſicut ⁊ caro alio-
rum hominū. corpus enim chriſti habet relationem ad
Adam ⁊ ad alios patres mediante corpore matris eius.
vnde nullo alio modo fuit in patribus corpꝰ chriſti quā
corpus matris eius quod non fuit in patribus ſm mate-
riam ſignatam ſicut nec corpora aliorum hominuȝ. vt in
prima parte dictum eſt. ¶ Ad .i. ergo dicendū ꝙ cum di-
citur chriſtum fuiſſe in Adam ſm corpulentam ſubſtan-
tiam non eſt intelligendum hoc modo ꝙ corpus chriſti ī
Adam fuerit quedam corpulenta ſubſtantia. ſed quia cor-
pulenta ſubſtantia chriſti. id eſt. materia quam ſumpſit
ex virgine fuit in Adam ſicut in principio actiuo. non au-
tem ſicut in principio materiali. quia ſcilicet per virtuteȝ
generatiuā Ade ⁊ aliorum ab Adam deſcendentium vſqȝ
ad beatam virginem factum eſt vt illa materia taliter pre-
pareret̄ ad conceptum corporis chriſti. non auteȝ fuit ma-
teria illa formata in corpus chriſti per virtutem ſeminis
ab Adam deriuatam. ⁊ ideo chriſtus dicit̄ fuiſſe in Adaȝ
originaliter ſm corpulentam ſubſtantiam. non autē ſm
rationem ſeminalem. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ quis corp-

chriſti non fuit in Adam ⁊ in alijs patribus ſm rationeꝫ ſeminalem. corpus tamen beate virginis quod ex ſemine maris conceptum fuit in Adam ⁊ in alijs patribus ſm rationem ſeminaleꝫ. ⁊ ideo mediante beata virgine chriſtus ſm carnem dicitur eſſe ex ſemine Dauid per moduꝫ originis. Ad .iij. dicendum ꝙ chriſtus habet affinitatem ad humanum genus ſm ſimilitudinem ſpeciei. ſimilitudo autem ſpeciei non attenditur ſm materiam remotam. ſed ſm materiam propinquam ⁊ ſm principium actiuum quod generat ſibi ſimile in ſpecie. ſic ergo affinitas chriſti ad humanum genus ſufficienter conſeruatur per hoc quod corpus chriſti formatum eſt ex ſanguinibꝰ virginis deriuatis ſm originem ab Adam ⁊ alijs patribꝰ nec refert ad hanc affinitatem vndecunqꝫ materia illoruꝫ ſanguinum ſumpta fuerit. ſicut nec hoc refert in generatione aliorum hominū. ſicut in prima parte dictum eſt.

## Ad ſeptimū ſic pceditur

Videtur ꝙ caro chriſti in antiquis patribus peccato infecta non fuerit. Dicitur enī Sap. vij. ꝙ in diuinam ſapientiam inquinatum nihil incurrit. Chriſtus autem eſt dei ſapientia vt dicitur .i. Corinth. i. ergo caro chriſti nūquam peccato inquinata fuit. Preterea Damaſcenꝰ dicit in .iij. libro ꝙ chriſtus primitias nature noſtre aſſūpſit. ſed in primo ſtatu caro humana non erat peccato infecta. ergo caro chriſti non fuit infecta nec in Adam nec ī alijs patribus. Preterea. Auguſtinus dicit .x. ſuper Geneſim ad littera. ꝙ natura humana ſemper habuit cū vulnere vulneris medicinam. ſed id quod eſt infectum ñ poteſt eſſe vulneris medicina. ſed magis ipſum indiget medicina. ergo ſemper in natura humana fuit aliquid nō infectum. ex quo poſtmodum corpus chriſti eſt formatuꝫ. Sed contra eſt quod corpus chriſti non refert ad Adā et ad alios patres. niſi mediante corpore beate virginis. de qua carnem aſſumpſit. ſed corpus beate virginis totū fuit in originali conceptum. vt ſupra dictum eſt. ⁊ ita etiaꝫ ſm ꝙ fuit in patribus. fuit peccato obnoxia. Rñ. dicendum ꝙ cum dicimus chriſtum vel eius carnem fuiſſe in Adam ⁊ in alijs patribus comparamus ipſum vel carnē eius ad Adam ⁊ ad alios patres. Manifeſtum eſt autem ꝙ alia fuit condictio patrum ⁊ alia chriſti. nā patres fuerunt ſubiecti peccato. Chriſtus autem fuit omnino a peccato immunis. Dupliciter autem in hac comparatione errare contingitur. Vno modo vt attribuamus chriſto vel carni eius condictionem que fuit in patribus. puta ſi dicamus ꝙ chriſtus in Adam peccauit. quia in eo aliq̃ modo fuit quod falſum eſt. qꝛ ñ eo mō in eo fuit vt ad chriſtum peccatum Ade perueniret. quia non deriuatur ab eo ſm concupiſcentie legem. ſiue ſm rationem ſeminalem. vt ſupra dictuꝫ eſt. Alio modo contingit errare ſi attribuamus ei quod actu fuit in patribus ſm condictionē chriſti vel carnis eius. vt ſcilicet quia caro chriſti ſm qḋ in chriſto fuit non fuit peccato obnoxia ita etiam ī Adaꝫ et in alijs patribus fuit aliqua pars corporis eius que nō fuit peccato obnoxia ex qua poſtmodum corpus chriſti formaretur. ſicut quidam poſuerunt. quod quidem eſſe non poteſt. Primo quia caro chriſti non fuit ſm aliqḋ ſignatum in Adam ⁊ in alijs patribus quod poſſet diſtingui a reliqua eius parte. ſicut purum ab impuro. ſicut iā ſupra dictum eſt. Secundo quia cum caro humana peccato inficiatur ex hoc quod eſt per concupiſcentiam concepta. ſicut tota caro alicuius hominis per concupiſcentiam concipitur. ita etiaꝫ toto peccato inquinatur. Et ideo dicendum eſt ꝙ tota caro antiquorum patrum fuit peccato obnoxia. nec fuit in eis aliquod a peccato immune. de quo poſtmodum corpus chriſti formaretur. Ad .i. ergo dicendum ꝙ chriſtus non aſſumpſit carnem generis humani ſubditam peccato. ſed ab omni infectione peccati mundatam. ⁊ ideo in dei ſapientia nihil inquinatum incurrit. Ad .ij. dicendum ꝙ chriſtus dicitur primitias noſtre carnis aſſumpſiſſe quantum ad ſimilitudinē condictionis. quia ſcilicet aſſumpſit carnem peccato non imperfectam. ſicut fuerat caro hominis ante peccatum non autem hoc intelligitur ſm continuationem puritatis. ita ſcilicet ꝙ illa caro puri hominis ſeruaretur a peccato immunis vſqꝫ ad formationem corporis chriſti. Ad .iij. dicenduꝫ ꝙ in humana natura ante chriſtum erat vulnus. id eſt. infectio peccati originalis in actu. medicina autem vulneris non erat in actu. ſed ſolum ſm virtutem originis prout ab illis patribus propaganda erat caro chriſti

## Ad octauuꝫ ſic pceditur

Videtur ꝙ chriſtus fuit in lumbis Abrae decimatus. Dicit apoſtolus ad Hebre. vij. ꝙ Leui pnepos Abrae decimatus fuit in Abraam. quia eo decimas dante Melchiſedech adhuc Leui erat in lumbis eius. ſed chriſtus erat in lumbis Abrae quando decimas dedit. ergo ipſe etiam chriſtus decimatus fuit in Abraam. Preterea. Chriſtus eſt ſemine Abrae ſm carnem quam de matre accepit. ſed mater eius fuit decimata in Abraam. ergo pari ratione chriſtus. Preterea. Illud in Abraam decimabatur quod indigebat curatione. vt Auguſtinus dicit .x. ſuper Geneſim ad litteram. Curatione autem indigebat omnis caro peccato obnoxia ſicut dictum eſt. cum ergo caro chriſti fuit peccato obnoxia. ſicut dictum eſt. videtur ꝙ caro chriſti in Abraam fuerit decimata. Preterea. Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati chriſti. Nihil enim prohibet patre alicuius principis decimas dante alicui ſacerdoti filium eius pontificem maiorem eē ſimplici ſacerdote. Licet ergo chriſtꝰ dicatur decimatus Abraam dante decimas Melchiſedech. non tamen propter hoc excluditur quin chriſtꝰ ſit maior q̃ꝫ melchiſedech. Sed contra eſt quod Auguſtinus dicit .x. ſuper Geneſim ad litteram. ꝙ chriſtus ibi ſcilicet in Abraam decimatus non eſt. cuius caro inde non feruorem vulneris ſed materiam medicaminis traxit. Reſponſio dicendum ꝙ ſm intentioneꝫ apoſtoli oportꝫ dicere ꝙ chriſtus in lumbis Abrae non fuit decimatus. Probat eniꝫ apoſtolus. Maius eſſe ſacerdotiū quod eſt ſm ordinem Melchiſedech ſacerdotio leuitico. per hoc quod Abraaꝫ decimas dedit Melchiſedech adhuc Leui exiſtente in lūbis eius ad quem pertinet legale ſacerdotium. Si auteꝫ chriſtus etiam in Abraam decimatus eſſet eius ſacerdotium non eſſet ſm ordinem Melchiſedech. ⁊ ideo dicitur ꝙ chriſtus non eſt decimatus in lumbis Abrae ſicut Leui. Quia enim ille qui decimas dat nouem ſibi retinet. et decimum alij tribuit. quod eſt perfectionis ſignum in quantum eſt quodāmodo terminus omniū numerorum qui procedūt ad decem. Inde eſt ꝙ ille qui decimas dat ꝓteſtatur ſe imperfectum. ⁊ perfectionē alij attribuere. imperfectio autem humani generis eſt propter peccatum. quod indiget perfectione eius qui a peccato curat. Curare autem a peccato eſt ſolius chriſti. Ipſe enim eſt agnꝰ qui tollit peccata mundi. Hic eſt de q̃ dixi. poſt me venit

uir qui ante me fac⁹ eſt. quia prioꝛ me erat. ⁊ ego neſcie-
bam eum. Sed vt manifeſtetur in iſrael. propterea veni
ego in aqua baptizans. ⁊ teſtimoniū perhibuit Johan-
nes dicens. Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi co-
lumbam de celo ⁊c. vt dicitur Joban. i. Figuram autem
eius gerebat Melchiſedech. vt probat apoſtolus ad He-
breos. vij. Per hoc ergo ꝙ Abraam Melchiſedech deci-
mas dedit prefigurauit ſe velut in peccato conceptum. ⁊
omnes qui ab eo deſcenſuri erant ea ratione vt peccatum
originale contraberent indigere curatiōe que eſt per chri
ſtum. Iſaac autem et Jacob Leui. ⁊ omnes alij ſic fue-
runt in Adam vt ex eo deriuarentur non ſolum ſꝫ corpu
lentam ſubſtentiam ſed etiam ſm rationem ſeminalem.
per quam peccatum originale contrabitur. ⁊ ideo omnes
in Abraam ſunt decimati. id eſt. prefigurati indigere cu-
ratione que eſt per chriſtum. Solus autem chriſtus ſic fu
it in Abraam. vt ab eo deriuaretur non ſm rationem ſe-
minalem ſed ſm corpulentam ſubſtantiam. ⁊ ideo nō fu-
it in Abraam ſicut curatione indigens. ſed magis ſicut
vulnerꝫ medicina. ⁊ ideo non fuit in lumbis Abrae deci-
matus. Et per hoc patet reſponſio ad primū. ¶ Ad. ij. di-
cendum ꝙ beata virgo prout fuit in originali cōcepta fu-
it in Abraam ſicut curatione indigens. ⁊ ideo fuit ibi de-
cimata. velut inde deſcendens ſm ſeminalem rationem.
de corpore autem chriſti nō eſt ſic. vt dictum eſt. ¶ Ad. iij.
dicendum ꝙ caro chriſti dicitur fuiſſe in antiquis patri-
bus peccato obnoxia ſm qualitatem quam babuit in ip-
ſis parentibus qui fuerunt decimati. non autem ſm qua
litatem quam babet prout eſt actu in chriſto qui non eſt
decimatus. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ ſacerdotium leuiticuꝫ
ſm carnis originem deriuabatur. vnde non minus fuit ī
Abraam ꝙ̄ in Leui. vnde per hoc ꝙ Abraaꝫ decimas de-
dit Melchiſedech tanꝙ̄ maiori oſtenditur ſacerdotium
Melchiſedech inquantum gerit figuram chriſti eſſe ma-
ius ſacerdotio leuitico. Sacerdotium autem chriſti non
ſequitur carnis originem. ſed gratiam ſpiritualeꝫ ⁊ ideo
poteſt eſſe ꝙ pr̄ dedit decīas alicui ſacerdoti tanꝙ̄ minoꝛ ma
iori. ⁊ tamen filius eius ſi ſit pontifex eſt maioꝛ illo ſacer-
dote. non propter carnis originem ſed propter gratiā ſpi
ritualem quam babet a chriſto. ¶ Queſtio XXXII

# Deinde ꝯſiderādum

eſt de principio actiuo in conceptione chriſti.
Et circa hoc queruntur quattuoꝛ. Primo
vtrum ſpiritusſanctus fuerit principium actiuum concep-
tionis chriſti. Secundo vtrum poſſet dici ꝙ chriſtus ſit
conceptus de ſpirituſancto. Tertio vtrum poſſet dici ꝙ
ſpiritusſanctus ſit pater chriſti ſm carnem. Quarto vtruꝫ
beata virgo aliquid actiue egerit ad conceptionem chriſti

## Ad primū ſic proceditur

Uidetur ꝙ efficere conceptionem chriſti non debeat attri
bui ſpirituiſancto. Quia vt Auguſtinus dicit in. i. de tri-
nitate Indiuiſa ſunt opera trinitatis. ſicut ⁊ indiuiſa eſt
eſſentia trinitatis. ſed efficere conceptionem chriſti eſt quod
dam opus diuinū. ergo videtur ꝙ non magis ſit attribu
endum ſpirituiſancto ꝙ̄ patri vel filio. ¶ Preterea. apo
ſtolus dicit ad Gal. iiij. Cum venit plenitudo temporis
miſit deus filium ſuū factum de muliere. factum ſub lege
vt eos qui ſub lege erant redimeret vt adoptionem filio
rum reciperemus. Quod exponens Auguſtinus. iiij. de
trinitate dicit. eo vtiqꝫ miſſum quo factum ex muliere ſꝫ
miſſio attribuitur precipue patri. vt in prima parte babi
tum eſt. ergo ⁊ conceptio ſm quam factus eſt ex muliere
debet precipue patri attribui. ¶ Prete. Prouerb. ix. di
citur. Sapientia edificauit ſibi domū. eſt autem ſapien-
tia dei ipſe chriſtus ſm illud. i. Corinth. i. chriſtū dei vir
tutem ⁊ ſapientiam. domus autem buius ſapiētie eſt coꝛ
pus chriſti quod etiam dicitur templū dei ſm illud Jo-
han. ij. boc autem dicebat de templo corporis ſui. ergo vi
detur ꝙ efficere conceptionem chriſti debet precipue at-
tribui filio. non autem ſpirituiſancto. ¶ Sed contra eſt
quod dicitur Lu. i. Spiritusſanctus ſuperueniet ī te. ⁊c.
¶ Rn̄. dicendum ꝙ ꝯceptioni chriſti tota trinitas ē ope
rata. Attribuitur tamen hoc ſpūiſancto triplici ratione.
Primo quia hoc congruit cauſe incarnationis. que con-
ſideratur ex parte dei. Spiritus enī ſanctus eſt amoꝛ pa
tris ⁊ filij. vt in prima parte dictuꝫ eſt. Hoc autē ex ma
ximo dei amore prouenit vt filius dei carnem ſibi aſſu-
meret in vtero virginali. vnde dicitur Jobā. iij. Sic de-
us dilexit mundum vt filium ſuū vnigenitum daret. vt
omnis qui credit in eum non pereat ſed babeat vitā eter
nam. Non enī miſit deus filium ſuū in mundum vt iudi
cet mundum ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Secū-
do quia hoc congruit cauſe incarnationis ex parte nature
aſſumpte. quia per hoc datur intelligi ꝙ bumana natura
aſſumpta eſt a filio dei in vnitate perſone. non ex aliqui-
bus meritis ſed ex ſola gratia que ſpirituiſancto attribui
tur ſm illud. i. Corinth. xij. Diuiſiōes gratiarū ſunt. vn⁹
autem idem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationū ſunt
idem autem domin⁹. Et diuiſiones operationū ſunt idē
vero deus qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqꝫ au
tem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem. Alij qui-
dem per ſpiritum datur ſermo ſapientie. alij autem ſmo
ſcientie ſm eundem ſpiritum. Alteri fides in eodem ſpū
alij gratia ſanitatum in vno ſpiritu. Alij operatio virtu
tum. alij ꝓpbetia. alij diſcretio ſpirituū. alij genera lin-
guarum. alij interpretatio ſermonū. Hec autem omīa opa
tur vnus atqꝫ idem ſpiritus diuidens ſingulis ꝓut vult
Unde Auguſti. dicit in enchirid. Iſte modus quo natus
eſt chriſtus de ſpirituſancto inſinuat nobis gratiam dei.
qua bomo nullis precedentib⁹ meritis ex ipſo primo exoꝛ
dio nature ſue quo eſſe cepit verbo dei copularet̄ in tan-
tam vnitatem perſone vt idem ipſe filius dei eſſet. Ter-
tio quia hoc congruit termino incarnatiōis. ad hoc enim
terminata eſt incarnatio vt bomo ille qui ꝯcipiebat̄ eſſet
ſanctus ⁊ filius dei. vtrunqꝫ autem horum attribuit̄ ſpi-
rituiſancto nam per ipſum efficiuntur homines filij dei.
ſm illud ad Gal. iiij. Quoniam eſtis filij dei miſit deus
ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem abba pater.
Itaqꝫ iam non eſt ſeruus ſed filius ꝙ ſi filius ⁊ heres ꝑ
deum. ſed tunc quidem ignorantes deum. bis qui natu-
ra non ſunt dij ſeruiebatis. Nunc autem cuꝫ cognoueritꝭ
deum imo cogniti ſitis a deo. quō ꝯuertimini iterum ad ī
firma ⁊ egena elementa quibus denuo ſeruire vultis. ip-
ſe etiam eſt ſpiritu⁹ ſanctificatiōis. vt dicitur ad Roma.
i. ſicut ergo alij per ſpiritū ſanctū ſanctificantur ſpūaliter
vt ſint filij dei adoptiui. ita chriſtus per ſpiritum eſt ī ſan
ctitate conceptus vt eſſet filius naturalis. vnde ad Ro-
ma. i. ſm vnam glo. quod permittit̄ qui predeſtinatus ē
filius dei in virtute manifeſtatur per id quod īmediate ſe
quitur ſm ſpiritum ſanctificatiōis. id eſt. per boc quod cō
ceptus eſt de ſpūſancto ⁊ ipſe angelus annūciās per boc
quod premiſerat ſpūſſanctus ſuperueniet in te. concludit

Ideoq̃ ⁊ quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ opus conceptionis cõmune quidem eſt toti trinitati. ſm̃ tamen modum aliquem attribuitur ſingulis perſonis. nam patri attribuitur auctoritas reſpectu perſone filij. qui per huiuſmodi conceptionem ſibi aſſumpſit. filio autem attribuitur ipſa carnis aſſumptio. ſed ſpũiſancto attribuitur formatio corporis quod aſſumitur a filio. nam ſpũſſanctus eſt ſpiritus filij. ſm̃ illud ad Gal. iiij. miſit deus ſpiritũ filij ſui ĩ corda veſtra clamantem abba pater. Itaq̃ iam non eſt ſeruus ſed filius ꝙ ſi filius ⁊ heres per deum. ſed tunc quidem ignorantes deum. his qui natura non ſunt dij ſeruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis deum imo cogniti ſitis a deo. quõ ↄuertimini ⁊c̃. ſicut autem virtus anime que eſt in ſemine per ſpiritum qui in ſemine includit̃ format corpus in generatione aliorum hominũ ita virt⁹ dei que eſt ipſe filius ſm̃ illud .i. ad Corinth. i. chriſtum dei virtutem per ſanctũ ſpiritũ corpus formauit quod aſſumpſit. ⁊ hoc etiam verba angeli demonſtrant dicentis Spũſſanctus ſuperueniet in te. quaſi ad preparandã et formandam materiam corporis chriſti. ⁊ virtus altiſſimi id eſt. chriſtus obumbrabit tibi. id eſt. corpus humanitatis in te accipiet incorporeũ lumen diuinitatꝭ. vmbra enĩ a lumine formatur ⁊ corpore. vt dicit Grego. xviij. mora. altiſſimus autem intelligitur pater cuius virtus eſt filius. ¶ Ad .ij. dicendũ ꝙ miſſio refertur ad perſonam aſſumẽtem que a patre mittitur. ſed conceptio refertur ad corpus quod operatione ſpũſſancti formatur. ⁊ ideo licet miſſio et conceptio ſint idem ſubiecto. quia tamen differunt ratione miſſio attribuit̃ patri. efficere autem ↄceptionem ſpũiſancto. ſed carnem aſſumere filio attribuit̃. ¶ Ad .iij. dõꝫ ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de. q. no. et ve. teſta. Queſtio iſta gemina ratione debet intelligi. primo enĩ domus chriſti eccleſia eſt. quam edificauit ſibi ſanguĩe ſuo. deinde poteſt ⁊ corpus eius dici domus eius. ſicut dicit̃ templũ ei⁹ factũ autẽ ſpũſſancti filij dei eſt ꝓpter nature ⁊ voluntatꝭ vnitatem.

## ¶ Ad ſecundũ ſic procedit.

Videt̃ ꝙ chriſt⁹ non debeat dici ↄceptus de ſpiritu ſancto. Quia ſup illud ad Roma. xi. ex ipſo ⁊ per ipſum ⁊ ĩ ipſo ſunt oĩa. dicit glo. Aug. attendendũ ꝙ non ait de ipſo ſed ex ipſo. ex ipſo enĩ celũ ſunt ⁊ terra. quia fecit ea. nõ autem de ipſo q̄ nõ de ſubſtãtia ſua. ſed ſpũſſanct⁹ nõ formauit chriſtũ de ſua ſubſtãtia. ergo chriſt⁹ non debet dici cõceptus de ſpũſancto. ¶ Prete. principiũ actiuũ de q̃ aliquid ↄcipitur ſe habet ſicut ſemẽ in generatiõe. ſed ſpũſſctũs nõ ſe habuit ſicut ſemẽ in ↄceptiõe chriſti. Dicit. n. Hierony. in expoſitiõe catholice fidei. nõ ſicut quidã ſceleratiſſimi opinant̃ ſpũſancũ dicimus fuiſſe pro ſemine ſed potentia ⁊ virtute creatiõis dicimus eſſe opatũ. id eſt formatũ corpus chriſti. nõ ergo debet dici ꝙ chriſtus de ſpũſancto ſit ↄceptus. ¶ Pre. nihil de duob⁹ formatꝰ niſi aliquo modo cõmixtis. ſed corpus chriſti formatũ eſt de virgine Maria. ſi ergo chriſtus dicatur ↄceptus de ſpiritu ſancto videtur ꝙ facta ſit cõmixtio quedam ſpũſſancti et materie quam virgo miniſtrauit. qđ patet eſſe falſum. non ergo chriſtus debet dici ð ſpũſancto ↄceptus. ¶ Sed ↄtra ẽ quod dicit̃ Matth. i. anteq̃ ↄuenirent inuenta eſt in vtero habens de ſpũſancto. ¶ Reſ. dõm ꝙ conceptio non attribuitur ſoli corpori chriſti. ſed etiam ipſi chriſto ratione ipſius corporis. in ſpũ autem ſancto duplex habitudo conſideratur reſpectu chriſti. nam ad ipſum filium dei qui dicitur conceptus habet ſimilitudinẽ ↄſubſtantialitatis ad corpus autem chriſti habꝫ habitudinẽ cauſe efficientis. hec autem prepoſitio de vtranq̃ habitudinẽ deſignat. ſicut cum dicimus hominem aliquem de ſuo patre. ⁊ ideo ↄuenienter dicimus ſiue dicere poſſumus chriſtum eſſe conceptum de ſpũſancto. hoc modo ꝙ efficatia ſpũſſancti referatur ad corpus aſſumptum. ↄſubſtantialitas ad perſonam aſſumentem. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ corpus chriſti quia non eſt ↄſubſtantiale ſpirituſancto nõ ꝓprie põt dici ð ſpũſancto ↄceptũ ſꝫ mag̃ ex ſpũſcõ ſic dic̃ Ambroſ. in li. de ſpũſcõ. qđ ex aliq̃ eſt aut ex ſubſtantia aut ex poteſtate eius eſt. ex ſubſtantia ſicut filius qui a patre eſt. ex poteſtate ſicut ex deo omnia que ⁊ ĩ vtero habuit Maria ex ſpiritu ſancto. ¶ Ad .ij. dicendũ ꝙ ſuper hoc videtur eſſe quedam diuerſitas Hieronymi ad alios doctores qui aſſerunt ſpiritũſanctũ in conceptione fuiſſe pro ſemine. Dicit enĩ Chryſoſto. ſuper Mattheũ. vnigenito dei in virgine ingreſſuro preceſſit ſpũſſanctus vt precedente ſpiritu ſancto in ſanctificationẽ naſcat̃ chriſtus ſm̃ corpus diuinitate ingrediente ꝓ ſemĩe. Et Damaſcenus dicit in .iij. libro obumbrabit ſuper ipſaꝫ dei ſapientia ⁊ virtus veluti diuinũ ſemen ſed hoc de facili ſoluitur. quia ſm̃ ꝙ in ſemine includitur virtus actiua ſicut Chryſoſto. et Damaſce. comparant ſemen ſpũſancto. vel etiam filio qui eſt virtus altiſſimi. ſm̃ autem quod in ſemine intelligitur ſubſtantia corporalis que eſt in conceptione tranſmutata negat Hierony. ſpiritumſanctum fuiſſe pro ſemine. ¶ Ad .iij. dicendũ ꝙ ſicut dicit Auguſt. in enchirid. non eodem modo dicitur chriſtus concept⁹ aut natus de ſpiritu ſancto ⁊ de Maria virgine. nam de Maria virgine materialiter de ſpiritu ſancto effectiue. ⁊ ideo non habuit hic locum commixtio.

## ¶ Ad tertium ſic procedit

Videtur ꝙ ſpũſſanctus debeat dici pater chriſti ſm̃ hũanitatẽ. Quia ſm̃ philoſophũ in libro de generatiõe animalium. pater dat principium actiuum in generatione. mater vero miniſtrat materiam. ſed beata virgo dicitur mater chriſti propter materiam quam in conceptione eius miniſtrauit. ergo videtur ꝙ ſpiritus ſanctus poſſet dici pater eius propter hoc quod fuit principiũ actiuum in conceptione ipſius. ¶ Preterea. Sicut mentes aliorũ ſanctorum formãtur per ſpiritum ſanctum ita etiam corpus chriſti eſt per ſpiritum ſanctum formatũ. ſed alij ſancti propter dictam formationem dicuntur filij totius trinitatis. ⁊ per conſequens ſpiritus ſancti. videtur ergo ꝙ chriſtus debeat dici filius ſpiritus ſancti inquantum corpus eius eſt ſpiritu ſancto formatum. ¶ Preterea. Deus dicitur pater noſter ſm̃ hoc quod nos fecit. ſm̃ illud Deut°. xxxij. Nonne ipſe eſt pater tuus qui poſſedit te ⁊ fecit ⁊ creauit te. ſed ſpiritus ſanctus fecit corpus chriſti vt dictum eſt. ergo ſpiritus ſanctus debet dici pater chriſti ſm̃ corpus ab ipſo formatum. ¶ Sed contra eſt quod Auguſtinus dicit in libro enchiridion. Natus eſt chriſt⁹ de ſpiritu ſancto non ſicut filius ⁊ de Maria ſicut filius. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ nomina paternitatis ⁊ maternitatis ⁊ filiationis generationem conſequuntur non tamen quamlibet ſed proprie generationem viuentium et animalium. Non enim dicimus ꝙ ignis generatus ſit filius ignis generantis. niſi forte ſm̃ metaphoraꝫ. ſed hoc ſolum dicimus in animalibus quoꝝ generatio eſt magis

perfecta. nec tamen omne quod in animalibus generatur filiationis nomen accipit. ſed ſolum id quod generatur in ſimilitudinem generantis. vnde ſicut dicit Aug. non dicimus ꝙ capillus qui naſcitur ex homine ſit filius hominis. nec etiam dicimus ꝙ homo qui naſcitur ſit filius ſeminis. quia nec capillus habet ſimilitudinem hominis. nec homo qui naſcitur habet ſimilitudinem ſeminis. ſed hominis generantis. ⁊ ſi quidem ſit perfecta ſimilitudo erit perfecta filiatio tam in diuinis q̃ in humanis. Si autem ſit ſimilitudo imperfecta eſt etiam filiatio imperfecta. Eſt autem ſimilitudo imperfecta inquantum homo eſt creatus ad imaginem ſimilitudinis dei. ⁊ inquantum creatus eſt ſm ſimilitudinem gratie. ⁊ ideo vtroque modo poteſt homo dici filius dei. ⁊ quia ſcilicet eſt creatus ad imaginem dei ⁊ quia eſt aſſimilatus per gratiam. Eſt autem conſiderandum ꝙ illud quod de aliquo dr̃ ſm perfectam rationem. nõ eſt dicendum de eo ſm rationem imperfectam. ſicut quia ſortes dicitur naturaliter homo ſm propriam rationem hominis nunquã dicitur homo ſm rationem alterius hominis. licet ipſe forte aſſimiletur alteri homini. Chriſtus autẽ eſt filius dei ſm perfectam rationem filiationis. vnde q̃uis ſm humanam naturam ſit creatus ⁊ iuſtificatus. nõ tamen debet dici filius dei neque ratione creationis neque ratione iuſtificationis. ſed ſolum ratione generationis eterne ſm quã eſt filius ſolius patris. ⁊ ideo nullo modo debet dici chriſtus filius ſpiritusſancti. nec etiam totius trinitatis. ¶ Ad .i. ergo dõ. ꝙ chriſtus conceptus eſt de maria virgine materiam miniſtrãte in ſimilitudinem ſpeciei ⁊ ideo dr̃ filius eius. Chriſtus autem ſm ꝙ homo conceptus eſt de ſpiritusſancto ſicut de principio actiuo. non tamẽ ſm ſimilitudiuem ſpeciei ſicut homo naſcitur de patre ſuo. ⁊ ideo chriſtus non dicitur filius ſpiritusſancti. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ homines qui ſpiritualiter formantur a ſpiritusſancto non poſſunt dici filij dei ſm perfectam rationem filiationis. ⁊ ideo dicuntur filij dei ſm rationem imperfectam. que eſt ſm ſimilitudinem gratie. que eſt a tota trinitate. ſed de chriſto eſt alia ratio. vt dictum eſt. Et ſimiliter dõ. eſt ad .iij.

## ¶ Ad quartum ſic proceditur

Videtur ꝙ beata virgo actiue egerit in conceptione corporis chriſti. Dicit enim Damaſc. in libro .iij. ꝙ ſpiritusſanctus ſuperuenit virgini purgans ipſam. ⁊ virtutem ſuſceptiuam verbi dei tribuẽs ſimul autem ⁊ generatiuam. ſed virtutem generatiuam paſſiuam habebat a natura. ſicut ⁊ quelibet femina. ergo dedit ei virtutem actiuam generatiuam. ⁊ ſic aliquid actiue egit in conceptione. ¶ Preterea. Omnes virtutes anime vegitabiles ſunt virtutes actiue. ſicut commentator dicit in .ij. de anima. Sed potentia generatiua tam in mare q̃ in femina pertinet ad animam vegetabilem. ergo tã in mare q̃ in feĩa actiue operatur ad conceptionem prolis. ¶ Preterea. femina ad cõceptum prolis materiam miniſtrat ex qua naturaliter corpus formatur. ſed natura eſt principium motus intrinſecum. ergo videtur ꝙ in ipſa materia quam beata virgo miniſtrauit ad conceptum chriſti fuit aliquod principiũ actiuum. ¶ Sed contra eſt ꝙ principium actiuum in generatione dicitur ratio ſeminalis. Sed ſicut dicit Auguſtinus ſuper Gene. ad litteram. Corpus chriſti in ſola materia corporali. per diuinam conceptionis formationiſque rationem de virgine aſſumptum eſt. non autem ſm aliquam rationem ſeminalem. ergo beata virgo nihil actiue fecit in conceptione corporis chriſti. ¶ Rñ. dicendum ꝙ quidam dicunt beatam virginem aliquid actiue eſſe operatam in conceptione chriſti ⁊ naturali virtute ⁊ ſupernaturali. Naturali quidem virtute. quia ponunt ꝙ in qualibet materia naturali eſt aliquod principium actiuum. alioquin credunt ꝙ nõ eſſet tranſmutatio naturalis in quo decipiuntur. quia tranſmutatio dicitur naturalis propter principium intrinſecum. non ſolum actiuum ſed etiam paſſiuum. expreſſe enim philoſophus dicit in .viij. phiſ. ꝙ in grauibus ⁊ leuibus eſt principium paſſiuum motus naturalis ⁊ non actiuum. nec eſt poſſibile ꝙ materia agat ad ſui formationem. quia non eſt actu. nec eſt poſſibile ꝙ aliquid moueat ſeipſum niſi diuidatur in duas partes. quarum vna ſit mouens ⁊ alia mota. quod in ſolis animatis contingit. vt probatur in .viij. phiſicorum. Supernaturali autem virtute. quia dicunt ad matrem requiri. ꝙ non ſolum materiam miniſtret. que eſt ſanguis menſtruus. ſed etiam ſemen quod commixtum virili ſemine habeat virtutem actiuam in generatione. ⁊ quia in beata virgine nulla fuit facta reſolutio ſeminis propter integerrimam eius virginitatem. dicunt ꝙ ſpiritusſanctus ſupernaturaliter ei tribuit virtutem actiuam in cõceptione corporis chriſti quam alie matres habent per ſemen reſolutum. Sed hoc non poteſt ſtare. quia cum quelibet res ſit propter ſuam operationem. vt dicitur in .ij. de celo. Natura non diſtingueret ad opus generationis ſexum maris ⁊ femine niſi eſſet diſtincta operatio maris ab operatione femine. In generatione autem diſtinguitur operatio agentis ⁊ patientis. vnde relinquitur ꝙ tota virtus actiua ſit ex parte maris. paſſiua autem ex parte femine. propter quod in plantis in quibus vtraque vis commiſcetur. non eſt diſtinctio maris ⁊ femine. quia ergo beata virgo non hic accepit vt eſſet pater chriſti ſed mater. conſequens eſt ꝙ non accepit potentiam actiuam in conceptione chriſti. ſiue aliquid egerit ex quo ſequitur ipſam fuiſſe patrẽ chriſti. ſiue nihil egerit vt quidam dicunt. ex quo ſequitur potentiam actiuam fruſtra ei fuiſſe collatam. Et ideo dicendum eſt ꝙ in ipſa conceptione chriſti beata virgo nihil actiue operata eſt. ſed ſolum materiam miniſtrauit. operata eſt tamen ante conceptionem aliquid actiue preparando materiam vt eſſet apta conceptui. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ illa conceptio tria priuilegia habuit. ſcilicet ꝙ eſſet ſine peccato originali. ꝙ eſſet non puri hominis ſed dei ⁊ hominis. Item ꝙ eſſet conceptio virginis. ⁊ hec tria habuit a ſpiritusſancto. ⁊ ideo dicit Damaſcenus. Quantum ad primum ꝙ ſpiritusſanctus ſuperuenit virgini purgans ipſam. id eſt. preſeruans. ne cum peccato originali conciperet. Quantum ad ſecundum dicit. ⁊ virtutem ſuſceptiuam verbi dei tribuens. id eſt. vt conciperet verbum dei. Quantum ad tertium dicit. ſimul autem ⁊ generatiuam vt ſcilicet manens virgo poſſet generare. non quidẽ actiue ſed paſſiue. ſicut alie mulieres hoc conſequũtur ex ſemine viri. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ potentia generatiua in femina eſt imperfecta reſpectu potentie generatiue que eſt in mare. ⁊ ideo ſicut in artibus. ars inferior materiam diſponit. ars autem ſuperior inducit formam. vt dicitur in .ij. phiſicorum. ita etiam virtus generatiua femine preparat materiam. virtus autem actiua maris format materiam preparatam. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ ad hoc ꝙ tranſmutatio ſit naturalis non requiritur ꝙ in materia ſit principium actiuum. ſed ſolum paſſiuum. vt dictum eſt.

## Queſtio.XXXIII.

# Deinde ꝯſiderãdum

eſt de modo ⁊ ordine conceptionis chriſti. Et circa hoc queruntur quattuor. Primo vtruz corpus chriſti in primo inſtanti conceptionis fuerit formatum. Secundo vtrum in primo inſtanti conceptionis fuerit animatum. Tertio. vtrum in primo inſtanti ſue conceptionis fuerit a verbo aſſumptum. Quarto. vtrum conceptio illa fuerit naturalis vel miraculoſa.

## Ad primuz ſic proceditur

Videtur ꝙ corpus chriſti non fuerit formatum in primo inſtanti ſue conceptionis. Dicitur enim Iohãnis.ij. quadraginta ſex annis edificatum eſt templum hoc. quod exponens Auguſtinus in.iiij. de trinita. Hic numerus perfectioni dominici corporis apte congruit. ⁊ in libro.lxxxiij queſtionũ dicit. Non abſurde quadraginta ſex annis dicitur fabricatum eſſe templum. quod corpus eius figurabat vt quot anni erant ſiue fuerunt in fabricatione templi. tot dies fuerunt in corporis dominici perfectione. non ergo in primo inſtanti ſue conceptionis corpus chriſti fuit perfecte formatum. Preterea. Ad formationem corporis chriſti requirebatur motus localis ꝗ puriſſimi ſanguines de corpore virginis ad locum congruum generationis peruenirent. nullum autem corpus poteſt moueri localiter in inſtanti. eo ꝙ tempus motus diuiditur ſcḋm diuiſionem mobilem. vt probatur in.vi. phiſicoꝝ. ergo corpus chriſti non fuit in inſtanti formatum. Preterea. Corpus chriſti formatum eſt ex puriſſimis ſanguinibus virginis. vt ſupra habitum eſt. non autem potuit eſſe materia illa in eodem inſtanti ſanguis ⁊ caro. quia ſic materia ſimul fuiſſet ſub duabus formis. ergo aliud fuit inſtans in quo vltimo fuit ſanguis. ⁊ aliud in quo primo fuit caro formata. ſed inter quelibet duo inſtatia eſt tempus medium. ergo corpus chriſti non fuit in inſtanti formatum ſed per aliquod tempus. Preterea. Sicut potentia augmentatiua requirit determinatum tempus in ſuo actu. ita etiam virtus generatiua. vtraqꝫ enim eſt potentia naturalis ad vegetabilem animã pertinens. ſed corpus chriſti fuit determinato tempore augmentatum ſicut ⁊ alioꝝ hominum corpora. Dicitur enim Luce.ij. ꝙ ꝓficiebat etate ⁊ ſapientia. ergo videtur ꝙ pari ratione formatio corporis chriſti que pertinet ad vim generatiuam. non fuit in inſtanti ſed d̄terminato tempore. quo alioꝝ hominum corpora formantur. Sed contra eſt ꝙ Gregor. xviij. moral'. dicit. angelo nunciante ⁊ ſpiritu adueniente mox verbum in vtero. mox intra vterum verbum. Rñ. dicendum ꝙ in conceptione corporis chriſti tria eſt conſiderare. Primo quidem motum localem ſanguinis ad locum generationis. Secundo formationem corporis ex tali materia. Tertio augmentum quo perducitur ad quantitatem perfectam in quorum medio ratio conceptionis conſiſtit. nam primum eſt conceptioni preambulum. tertium autem conceptionem ſequitur. Primum autem non potuit eſſe in inſtanti. quia hoc ē contra rationē motus localis corporis cuiuſcunqꝫ cuius partes ſucceſſiue ſubintrant locum. ſimiliter ⁊ tertium oportet eſſe ſucceſſiuum. tũ quia augeri non eſt ſine motu locali. tum etiam quia procedit ex virtute anime iam in corpore formato operãtis. que nõ operatur niſi in tempore. ſed ipſa formatio corporis in qua principaliter ratio conceptionis conſiſtit fuit in inſtanti duplici ratione. Primo quidem propter virtutem agentis infinitam. ſcilicet ſpiritusſancti per quem corpus chriſti eſt formatum. vt ſup̄ dictum eſt. tanto. n. aliquod agẽs citius poteſt materiam diſponere. quanto fuerit maioris virtutis. vnde agens infinite virtutis poteſt in inſtãti materiam diſponere ad debitam formam. Secundo ex parte perſone filij cuius corpus formabaẗ. non enim erat congruum vt corpus humanum aſſumeret niſi formatum. ſi enim ante formationem ꝑfectam. aliquod tempus conceptionis preceſſiſſet non poſſet tota conceptio attribui filio dei que non attribuitur ei niſi ratione aſſumptionis. ⁊ ideo in primo inſtanti in quo materia adunata peruenit ad locum generationis fuit perfecte formatum corpus chriſti ⁊ aſſumptum. ⁊ per hoc dicitur filius dei conceptus qḋ aliter dici non poſſet. Ad primum ergo dicendũ. ꝙ verbum Auguſtini vtrobiqꝫ non refertur ad formationẽ chriſti corporis ſolam. ſed ad formationem ſimul cum determinato augmento vſqꝫ ad tempus partus. Unde ſcḋm rationem illius numeri dicitur perfici tempus nouem menſium. quo chriſtus fuit in vtero virginis. Ad ſecundũ dicendum ꝙ motus ille localis non comprehenditur infra ipſam conceptionem. ſed eſt conceptioni preambulus. Ad tertium dicendum. ꝙ non eſt aſſignare vltimum inſtans in quo materia illa fuit ſanguis. ſed eſt aſſignare vltimum tempus quod continuatur in illo interueniente medio ad primum inſtans in quo fuit caro chriſti formata. ⁊ hoc inſtans fuit terminus motus localis materie ad motum generationis. Ad quartum dicendum. ꝙ augmentum fit per potentiam augmentatiuam ipſius qḋ augetur. ſed formatio corporis fit per potentiam generatiuam. non eius qui generatur. ſed patris generantis ex ſemine. in quo vis formatiua ab anima patris deriuata operatur. corpus autem chriſti non fuit formatum ex ſemine viri. ſicut ſupra dictum eſt. ſed ex operatione ſpiritusſancti. ⁊ ideo talis debuit eſſe formatio vt ſpiritumſanctum decet. ſed augmentum corporis chriſti fuit factũ ſcḋm potentiam augmentatiuam anime chriſti que cum ſit ſpecie conformis anime noſtre. eodem modo debuit corpus illud augmentari. ſicut ⁊ alia corpora hominum augmentantur. vt ex hoc oſtenderetur veritas humane nature.

## Ad ſecundũ ſic proceditẽ

Videtur ꝙ corpus chriſti non fuit animatuz in primo inſtanti ſue conceptionis. Dicit enim Leo papa in epiſtola ad Iulianum. non alterius nature erat caro chriſti ꝗꝫ noſtre. nec alio illi ꝗꝫ ceteris hominibus anima eſt inſpirata principio. ſed alijs hominibus non infunditur anima in primo inſtanti ſue conceptionis. ergo neqꝫ corpori chriſti anima debet infundi in primo inſtanti ſue conceptionis. Pre. Sicut anima quelibet forma naturali requirit. determinatam quantitatem in ſua materia. ſed in primo inſtanti conceptionis corpus chriſti non habuit tantam quantitatem quantam habent corpora aliorum hominuz quando animantur. alioquin ſi continue fuiſſet poſtmodum augmentatum vel citius fuiſſet formatum. vel ī ſua natiuitate fuiſſet maioris quantitatis ꝗꝫ alij infantes quorum primum eſt contra Auguſtinum.ij. de trinita. vbi ꝓbat eum ſpacio nouem menſium in vtero virginis fuiſſe Secundum autem eſt contra Leonem papam qui in ſermone epi. dicit. inuenerunt puerum ieſum in nullo ab infantie humane generalite diſcretum. non ergo corpus xp̄i

fuit animatum in primo inſtanti ſue conceptõnis. ¶ Preterea. Ubicunqꝫ eſt prius ⁊ poſterius. oportet eſſe plura inſtantia. ſed ſm philoſophum in libro de gene. animalium. in generatione hominis requiritur prius ⁊ poſterius. prius enim viuum. poſtea animal. ⁊ poſtea homo. nõ ergo potuit animatum corpus chriſti perfici in primo inſtanti ſue conceptionis. ¶ Sed contra eſt ꝙ Damaſcenus dicit in. iij. libro. ſimul caro ſimul dei verbi caro ſimul caro animata anima rationali ⁊ intellectuali. ¶ Rñ. Dicendum ꝙ ad hoc ꝙ conceptio ipſi filio dei attribuatur. vt in ſymbolo confitemur dicentes. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. neceſſe eſt dicere ꝙ ipſum corpus dum conciperetur eſſet a verbo dei aſſumptum. oſtenſum eſt autem ſupra ꝙ verbum dei aſſumpſit corpus mediante anima ⁊ animam mediante ſpiritu. id eſt. intellectu. vnde oportuit ꝙ in primo inſtanti conceptionis. corpus chriſti eſſet animatum anima rationali. ¶ Ad primum ergo dicendũ ꝙ principium inſpirationis anime poteſt conſiderari dupliciter. Uno modo ſm diſpoſitionem corporis. ⁊ ſic nõ ab alio principio inſpirata eſt anima corpori chriſti ⁊ corporibus aliorum hominum. Sicut enim ſtatim formato corpore alterius hominis infundit anima. ita fuit in chriſto. Alio modo poteſt conſiderari dictum principium ſolum ſm tempus. ⁊ ſic quia prius tempore formatum fuit perfecte corpus chriſti. prius tempore etiam fuit animatum. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ anima requirit debitam quantitatem in materia cui infunditur. ſed iſta quãtitas quandam latitudinem habet. quia in maiori ⁊ minori quantitate ſaluatur. quantitas autem corporis quã habet cum ſibi primo infunditur anima. proportionatur quantitati perfecte. ad quam per augmentum perueniet ita ſcilicet ꝙ maiorum hominum maiorem quantitatem habent corpora in prima animatione. chriſtus autem in perfecta etate habuit decentem ⁊ mediocrem quantitatẽ cui proportionabatur quantitas quam corpus eius habuit in tempore quo aliorum hominum corpora animantur. minorem tamen habuit in principio ſue conceptionis. ſꝫ tamen illa parua quantitas non erat tam parua. vt in ea non poſſet ratio animati corporis conſeruari. cum in tali quantitate quorundam paruorum hominum corpora animentur. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ in generatione aliorum hominum locum habet. quod dicit philoſophus. propter hoc quod ſucceſſiue corpus formatur ⁊ diſponitur ad animam. vnde primo tanquã imperfecte diſpoſitum recipit animam imperfectam. ſed corpus chriſti propter infinitam virtutem agentis fuit perfecte diſpoſitum in inſtanti. vnde ſtatim in primo inſtanti recepit formam perfectam. i. rõnalem animã.

## Ad tertium ſic proceditur

Uidetur ꝙ caro chriſti prius fuit concepta. ⁊ poſtmoduꝫ aſſumpta. quod enim non eſt non poteſt aſſumi. ſed chriſti caro per conceptionem eſſe incepit. ergo videtur ꝙ fuit aſſumpta a verbo dei poſtquam fuit concepta. ¶ Preterea. Caro chriſti fuit aſſumpta a verbo dei mediante anima rationali. ſed in termino conceptionis accepit animam rationalem. ergo in termino conceptionis fuit aſſũpta. ſed in termino conceptionis dicitur iam concepta. ergo prius fuit concepta ⁊ poſtmodum aſſumpta. ¶ Preterea. In omni generatione prius eſt id quod eſt imperfectum eo quod eſt perfectum. vt patet per philoſophuꝫ. ix. metaphiſ. Sed corpus chriſti eſt quoddam generatum. ergo ad vltimam perfectionem que conſiſtit in vnione ad verbum dei. non ſtatim in primo inſtanti conceptionis peruenit. ſed prius fuit caro concepta ⁊ poſtmodũ aſſumpta. ¶ Sed contra eſt ꝙ Auguſtinus dicit in libro de fi. ad Petrum. firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites. carnem chriſti non fuiſſe conceptam in vtero virginis priuſquã ſuſciperetur a verbo. ¶ Rñ. dicendum. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. proprie dicimus deum factum hominem. nõ autem proprie dicimus ꝙ homo factus ſit deus. quia ſcilicet deus aſſumpſit ſibi id quod eſt hominis. non autem preextitit id quod eſt hominis quaſi per ſe ſubſiſtens antequam ſuſciperetur a verbo. Si autem caro chriſti fuiſſet concepta antequam ſuſciperetur a verbo habuiſſet aliam ypoſtaſim verbũ dei quod eſt contra rationem incarnationis ſm quam ponimus verbum dei eſſe vnitum humane nature ⁊ omnibus partibus eius in vnitate ypoſtaſis. nec fuit conueniens ꝙ ypoſtaſim preexiſtentis humane nature vel alicuius partis eius verbum dei ſua aſſumptione deſtrueret. ⁊ ideo contra fidem eſt dicere ꝙ caro chriſti prius ſit concepta ⁊ poſtmodũ aſſumpta a verbo dei. ¶ Ad primum ergo dicendum. ꝙ ſi caro chriſti non fuiſſet in inſtanti formata ſeu concepta. ſed per temporis ſucceſſionem oporteret alterum duorum ſequi. vel ꝙ aſſumptum nondum eſſet caro. vel ꝙ prius eſſet conceptio carnis qꝫ eius aſſumptio. ſed quia ponimus conceptionẽ in inſtanti eſſe perfectam. conſequens eſt in illa carne ſimul fuit concepi ⁊ conceptum eſſe. ⁊ ſic dicit Auguſtin⁹ in libro de fide ad petrum. dicimus ipſum verbum dei ſui carnis acceptione conceptum. ipſamqꝫ carnem verbi incarnatione conceptam. Et per hoc patet reſponſio ad ſecũdum. Nam ſimul dum caro illa concipitur concepta eſt ⁊ animata. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ myſterio incarnationis non conſideratur aſcenſus. quaſi alicuius preexiſtentis proficientis vſqꝫ ad vnionis dignitatem. ſed potius ibi conſideratur deſcenſus ſm ꝙ perfectum dei verbum impfectionem nature noſtre ſibi aſſumpſit. ſm illõ Joh. vi. Deſcendi de celo.

## Ad quartuꝫ ſic proceditur

Uidetur ꝙ conceptio chriſti fuit naturalis. ſm enim cõceptionem carnis chriſtus dicitur filius. eſt autem verus ⁊ naturalis filius hominis ſicut verus ⁊ naturalis dei filius. ergo conceptio eius fuit naturalis. ¶ Preterea. nulla creatura producit operationem miraculoſam. ſed conceptio chriſti attribuitur beate virgini que eſt pura creatura. Dicitur enim ꝙ virgo chriſtum concepit. ergo videtur ꝙ non ſit miraculoſa ſed naturalis conceptio. ¶ Preterea. ad hoc ꝙ aliqua tranſmutatio ſit naturalis ſufficit ꝙ principium paſſiuum ſit naturale. vt ſupra habitum eſt. ſed principium paſſiuum ex parte matris in conceptione chriſti fuit naturale. vt ex dictis patet. ergo conceptio chriſti fuit naturalis. ¶ Sed contra eſt ꝙ Dionyſius dicit in epiſtola ad Gayum monachum ſuper hominem operatur ſcilicet chriſtus ea que ſunt hominis. ⁊ hoc monſtrat virgo ſupernaturaliter concipiens. ¶ Rñ. dicendum. ꝙ ſicut Ambroſius dicit in libro de incarnatione. multa in hoc myſterio. ⁊ ſm naturam inuenies ⁊ vltra naturam. ſi enim conſideremus id quod eſt ex parte materie conceptus quam mater miniſtrauit totum eſt naturale. Si vero conſideremus id quod eſt ex parte virtutis actiue totum eſt miraculoſum. Et quia vnumquodqꝫ magis iudicatur ſm formam qꝫ ſm materiam. ⁊ ſimiliter ſm

agens ꝗ̄ ſm paciens. inde eſt ꝙ conceptio chriſti debet
dici ſimpliciter miraculoſa ⁊ ſupernaturalis. ſed ſm ali/
quid naturalis. ¶ Ad primum ergo dicẽdum ꝙ chriſtus
dicitur naturalis filius hominis inquantum habet natu
ram humanam veram. per quam eſt filius hominis. licet
eam miraculoſe habuerit. ſicut cecus illuminatus videt
naturaliter per potentiam viſiuam quam miraculoſe acce
pit. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ conceptio attribuitur
beate virgini non tanquã principio actiuo. ſed quia mini
ſtrauit materiam conceptui ⁊ in eius vtero eſt conceptio
celebrata. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ principium paſſi/
uum naturale ſufficit ad tranſmutationẽ naturalem quã
do naturali ⁊ conſueto modo mouetur a principio actiuo
ꝓprio. ſed hoc in propoſito non habet locum. ⁊ ideo conce
ptio illa non põt dici ſimpliciter naturalis.

¶ Queſtio. XXXIIII

# Deinde ꝯſiderãdum

eſt de profectione prolis cõcepte. Et circa hoc
queruntur quattuor. Primo vtrum in inſtan
ti conceptionis chriſtus fuit ſanctificatus per gratiã. Se
cundo vtrum in eodem inſtanti habuerit vſum liberi ar/
bitrij. Tertio vtrum in eodẽ inſtanti potuit mereri. Quar
to vtrũ in inſtãti fuerit plene comꝑhenſor

## ¶ Ad primuz ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus non fuerit in primo inſtanti ſue con/
ceptionis ſanctificatus. Dicitur enim. i. Corinth. xv. non
prius quod ſpirituale ſed quod animale. deinde ꝙ ſpiri/
tuale. ſed ſanctificatio gratie pertinet ad ſpiritualitatem.
non ergo ſtatim a principio ſue creationis chriſtus perce
pit gratiam ſanctificationis. ſed poſt aliquod ſpaciũ tem
poris. ¶ Pre. Sanctificatio videtur eſſe a peccato. ſm il
lud. i. Corinth. vi. ⁊ hoc quidem fuiſtis aliquando ſcilicet
peccatores. ſed abluti eſtis. ſed ſanctificati eſtis. ſed in chri
ſto nunquã fuit peccatum. ergo non conuenit ſibi ſancti
ficari per gratiam. ¶ Preterea. Sicut per verbum dei
omnia facta ſunt. ita per verbuz incarnatũ ſunt oẽs hoĩes
ſanctificati qui ſanctificantur. ad Heb. ij. qui ſanctificat ⁊
qui ſanctificantur ex vno omnes. ſed verbum dei. per qḋ
facta ſunt omnia non eſt factum. vt Auguſtinus dicit in
i. de trini. ergo chriſtus per quem ſanctificantur omnes nõ
eſt ſanctificatus. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Luce. i.
quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur filius dei. ⁊ Joh.
x. quem pater ſanctificauit ⁊ miſit in mundum. ¶ Rñ.
dicendum. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. habundantia gratie
ſanctificantis animam chriſti deriuatur ex ipſa verbi vnio
ne. ſm illud Johannis. i. vidimus gloriam eius quaſi v/
nigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis. oſtenſum ẽ au
tem ſupra ꝙ in primo inſtanti conceptionis corpus chri/
ſti animatum fuit ⁊ a verbo dei aſſumptum. Unde conſe
quens eſt ꝙ in primo inſtanti conceptionis chriſtus ha/
buit plenitudinem gratie ſanctificantis animam ⁊ corpꝰ
eius chriſti. ¶ Ad primum ergo dicendũ ꝙ ille ordo quẽ
ponit ibi apoſtolus pertinet ad eos qui per profectum ad
ſpiritualem ſtatum perueniunt. in myſterio autem incar
nationis magis conſideratur deſcenſus diuine plenitudi
nis in naturam humanam quam profectus humane na
ture quaſi preexiſtentis in deum. ⁊ ideo in homine chriſto
a principio fuit perfecta ſpiritualitas. ¶ Ad ſecundum di
cendum ꝙ ſanctificari eſt aliquid fieri ſanctum. fit autem
aliquid non ſolum ex contrario. ſed etiam ex negatiue vel
priuatiue oppoſito. ſicut album fit ex nigro. ⁊ etiam ex non
albo. nos autem ex peccatoribus ſancti efficimur. ⁊ ĩõ ſan/
ctificatio noſtra eſt ex peccato. ſed chriſtus quidem ſm ho
minem factus eſt ſanctus. quia hanc gratie ſanctitatẽ non
ſemper habuit. non tamen factus eſt ſanctus ex peccatore
quia peccatum nunquaz habuit. ſed factus eſt ſanctus ex
non ſancto ſm hominem. non quidem priuatiue vt ſcili/
cet aliquando fuerit homo ⁊ nõ fuerit ſanctus. ſed negati
ue quia ſcilicet quando non fuit homo non habuit ſancti
tatem humanam. ⁊ ideo ſimul factus fuit homo ⁊ ſanctus
homo propter quod angelus dicit. Luce. i. quod naſcetur
ex te ſanctum. quod exponens Gregorius. xviij. mora. di
cit. ad diſtinctionem noſtre ſanctitatis Jeſus ſanctus na
ſciturus aſſeritur. nos quippe ſi ſancti efficimur. non ta/
men naſcimur. quia ipſa natura corruptibilis conſtringi
mur conditione. ille autem ſolus veraciter ſanctus natus
eſt qui ex coniunctione carnalis copule conceptus non ẽ.
¶ Ad tertium dicendum ꝙ aliter operatur pater creatio
nem rerum per filium. aliter tota trinitas ſanctificationez
hominum per hominem chriſtum. nam verbum dei ẽ eiuſ
dem virtutis ⁊ operationis cum deo patre. vnde pater nõ
operatur per filium ſicut per inſtrumentum quod mouet
motum. humanitas autem chriſti eſt ſicut inſtrumentuz
diuinitatis. ſicut ſupra dictum ẽ. ⁊ ideo humanitas chri/
ſti ẽ ſanctificans ⁊ ſanctificata.

## ¶ Ad ſecundũ ſic procedit

Videtur ꝙ chriſtus ſm hominem non habuit vſum libe
ri arbitrij in primo inſtanti conceptionis. Prius enim ẽ
eſſe quã agere vel operari. vſus autem liberi arbitrij ẽ que/
dam operatio cum ergo anima chriſti eſſe inceperit in pri
mo inſtanti ſue conceptionis. vt patet ex ꝓdictis. videt eſ
ſe impoſſibile ꝙ in primo inſtanti conceptionis habuit v/
ſum liberi arbitrij. ¶ Preterea. vſus liberi arbitrij eſt ele/
ctio. electio autem ꝓſupponit deliberationem conſilij. Dic
enim philoſophus in. iij. ethic. ꝙ electio eſt appetitus ꝓcõ
ſiliati. ergo videtur impoſſibile ꝙ in primo inſtanti con/
ceptionis chriſtus habuit vſum liberi arbitrij. ¶ Prete/
rea. liberum arbitrium eſt facultas voluntas ⁊ rationis. vt
in prima parte habitum eſt. ⁊ ita vſus liberi arbitrij eſt ac
tus voluntaris ⁊ rationis ſiue intellectus. ſed actus intel/
lectus preſupponit actum ſenſus qui eſſe non poteſt ſine
conuenientia organorum que nõ videtur fuiſſe in primo
inſtanti conceptionis. ergo videtur ꝙ chriſtus non potuit
habere vſum liberi arbitrij in primo inſtanti ſue conceptiõ
nis. ¶ Sed contra eſt qḋ Auguſtinus dicit in libro de tri
ni. mox vt verbum venit in vterum ſeruata proprietate na
ture factum eſt caro ⁊ perfectus homo. ſed perfectus ho/
mo habet vſum liberi arbitrij. ergo chriſtus in primo in/
ſtanti ſue cõceptionis habuit vſum liberi arbitrij. ¶ Rñ.
dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. humane nature quã
chriſtus aſſumpſit conuenit ſpiritualis perfectio in quaz
non profecit. ſed eam ſtatim a principio habuit. perfectio
autem vltima non conſiſtit in potentia vel habitu. ſed in
operatione. vnde in. ij. de anima dicitur. ꝙ operatio eſt ac
tus ſecundus. ⁊ ideo dicenduz eſt ꝙ chriſtus in primo in
ſtanti ſue conceptionis habuit illam operationem anime
que poteſt in inſtanti haberi. talis autem operatio volun
tatis ⁊ intellectus eſt in qua conſiſtit vſus liberi arbitrij
ſubito enim ⁊ in inſtanti perficitur operatio intellectus ⁊
voluntatis. multomagis ꝗ̄ viſio corporalis. eo ꝙ intelli/
gere ⁊ velle ⁊ ſentire non eſt motus qui ſit actus imperfe

cti qđ ſucceſſiue perficitur. ſed eſt actus iam perfecti vt di
citur in .ij. de anima. Et ideo dicendum eſt ꝙ chriſtus in
primo inſtanti ſue conceptionis habuit vſum liberi arbi
trij. Ad primum ergo dicendum ꝙ eſſe eſt prius natu
ra ꝙ̄ agere. non tamen eſt prius tempore. ſed ſimul cum
agens habet eſſe perfectum incipit agere. niſi ſit aliquid
impediens. ſicut ignis cum generatur incipit ſimul cale-
facere ⁊ illuminare. ſed calefactio non terminatur in in-
ſtanti; ſed per temporis ſucceſſionem. illuminatio autem
perficitur in inſtanti. ⁊ talis operatio eſt vſus liberi arbi-
trij. Ad ſecundum dicenduꝫ ꝙ ſimul cum terminatur
conſilium vel deliberatio poteſt eſſe electio. illi autem qui
deliberatione conſilij indigent in ipſa terminatione conſi
lij primo habent certitudinem de elegendis. ⁊ ideo ſtatiꝫ
eligunt. ex quo patet ꝙ deliberatio conſilij non preexigi-
tur ad electionem niſi propter inquiſitionem incerti. chri-
ſtus autem in primo inſtanti ſue conceptionis ſicut habu
it plenitudinem gratie iuſtificantis. ita habuit plenitudi
nem veritatis cognite. ſm illud. plenum gratie ⁊ verita-
tis. vnde quaſi habens omnem certitudinem. potuit ſta-
tim in inſtanti eligere. Ad tertium dicendum. ꝙ intel
lectus chriſti ſm ſcientiam infuſam poterat intelligere e-
tiam non conuertendo ſe ad fantaſmata. vt ſupra habituꝫ
eſt. vnde poterat in eo eſſe operatio voluntatis ⁊ intellect⁹
abſq̄ operatione ſenſus. ſed tamen potuit ineſſe operatio
ſenſus in primo inſtanti ſue conceptionis. maxime quan-
tum ad ſenſum tactus. quo ſenſu proles concepta ſentit
in matre. etiam antequam animam rationalem obtineat.
vt dicitur in libro. de gene. animalium. vnde cum chriſt⁹
in primo inſtanti ſue conceptionis habuit animam ratio
nalem formato iam ⁊ organiſato corpore eius. multo ma-
gis in eodem inſtanti poterat habere operationem ſenſus
tactus.

## Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus in primo inſtanti ſue conceptiōis me
reri non potuit. ſicut enim ſe habet liberum arbitrium ad
merendum. ita ad demerendū. ſed dyabolus in primo in
ſtanti ſue creationis nō potuit peccare. vt in prima pte ha
bitum eſt. ergo neq̄ anima chriſti in pͥmo inſtanti ſue cre
ationis quod fuit primum inſtans conceptionis chriſti
potuit mereri. Preterea. Illud quod homo habet in pͥ
mo inſtanti ſue conceptiōis videtur ei eſſe naturale. quia
hoc eſt ad quod terminatur ſua generatio naturalis. Sed
naturalibus non meremur. vt patet ex his que dicta ſunt
in ſecunda parte. ergo videtur ꝙ vſus liberi arbitrij queꝫ
chriſtus habuit ſm hominem in primo inſtanti ſue con-
ceptionis non fuit meritorius. Preterea. Illud qđ ſe
mel aliquis meruit iam facit quodammodo ſuum. ⁊ ita
non videtur ꝙ iterum poſſit illud idem mereri. quia nul-
lus meretur quod ſuum eſt. Si ergo chriſtus in primo
inſtanti ſue conceptionis meruit ſequitur ꝙ poſtea nihil
meruit. quod patet eſſe falſum. non ergo chriſtus in pri-
mo inſtanti ſue conceptionis meruit. Sed contra eſt
quod Auguſtinus dicit ſuper Exodi. Non habuit omni
no chriſtus iuxta anime meritum quo potuiſſet proficere.
potuiſſet autem proficere in merito ſi in primo inſtāti ſue
conceptionis non meruiſſet. ergo in primo inſtanti ſue cō
ceptionis chriſtus meruit. Rn̄. dicendum. ꝙ ſicut ſu
pra dictum eſt. Chriſtus in primo inſtanti ſue conceptio
nis ſanctificatus fuit per gratiam. Eſt autem duplex ſan-
ctificatio. Vna quidem adultorum qui ſm proprium actū ſā-
ctificant̄. Alia aūt puerorum qui non ſanctificant̄ ſm proprium
actū fidei. ſed ſm fidē parentum vel eccl'e. prima autē ſan-
ctificatio ē perfectior ꝙ̄ ſcđa. ſicut actus ē perfectior ꝙ̄ ha
bitus. ⁊ quod ē per ſe eo quod eſt per aliud. cum ergo ſan
ctificatio chriſti fuerit perfectiſſima. quia ſic ſanctificatus ē
vt eſſet aliorum ſanctificator. conſequens eſt ꝙ ipſe ſm pͥ
prium motum liberi arbitrij in deum fuerit ſanctificatus
qui quidem motus liberi arbitrij eſt meritorius. vnde cō
ſequens eſt ꝙ in primo inſtanti ſue conceptionis chriſtus
meruit. Ad primum ergo dicendum. ꝙ liberum arbi-
trium non eodem modo ſe habet ad bonum ⁊ ad malum
nam ad bonum ſe habet per ſe ⁊ naturaliter ad maluꝫ au
tem ſe habet per modum defectus ⁊ preter naturam. Si
cut autem philoſophus dicit in .ij. de celo ⁊ mundo. Po
ſterius eſt quod eſt preter naturam. eo ꝙ eſt ſm naturam
quia illud quod eſt preter naturam eſt quedam exciſio ab
eo quod eſt ſm naturam. ⁊ ideo liberum arbitrium crea-
ture in primo inſtanti creationis poteſt moueri ad bonum
merendo non autem ad malū peccando ſi tn̄ natura ſit in
tegra. Ad ſecundum dicēdum ꝙ illud quod homo ha
bet in inſtanti ſue creationis ſm communem nature cur
ſum eſt homini naturale. nihil tamen prohibet quin ali-
qua creatura in principio ſue creatōnis aliquod gratie be
neficium a deo conſequatur. Et hoc modo anima chriſti
in principio ſue creationis conſecuta eſt gratiam qua poſ-
ſet mereri. Et ea ratione gratia illa ſm quandam ſimilitu
dineꝫ dicitur fuiſſe illi homini naturalis. vt patet per Au
guſtinum in encheridion. Ad tertium dicendum. ꝙ
nihil prohibet idem eſſe alicuius ex diuerſis cauſis. ⁊ ſm
hoc chriſtus gloriam immortalitatis quam meruit in pri
mo inſtanti ſue conceptionis. potuit etiam poſterioribus
actibus ⁊ paſſionibus mereri. non quidem vt eſſet magis
debita ſed vt ſibi pluribus cauſis deberet̄.

## Ad quartū ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus non fuerit perfectus comprehenſor in
primo inſtanti ſue conceptionis. meritum enim precedit
premium ſicut ⁊ culpa penam. ſed chriſtus in primo in-
ſtanti ſue conceptionis meruit. ſicut dictum eſt. cum ergo
ſtatus comprehenſoris ſit principale premium. videtur
ꝙ chriſtus in primo inſtanti ſue conceptionis non fuerit
comprehenſor. Preterea. dominus dicit. Luce. vltio
Nec oportuit chriſtum pati. ⁊ ita intrare in gloriam ſuā.
ſed gloria pertinet ad ſtatum comprehenſoris. ergo chri-
ſtus non fuit in ſtatu comprehenſoris in primo inſtāti ſue
conceptōnis. quando adhuc nullam ſuſtinuit paſſionem.
Preterea. id quod non conuenit nec homini nec ange
lo videtur eſſe proprium deo. ⁊ ita non conuenit chriſto ſꝫ
ꝙ homo. ſed ſemper eſſe beatum non conuenit nec homi-
ni nec angelo. ſi enim fuiſſent conditi beati poſtmodū non
peccaſſent. ergo chriſtus ſm ꝙ homo non fuit beatus in
primo inſtanti ſue conceptionis. Sed contra eſt quod
dicitur in Pſal. Beatus quem elegiſti ⁊ aſſumpſiſti.
quod ſm gloſam refertur ad humanam naturam chriſti.
que aſſumpta eſt a verbo dei in vnitatem perſone. ſed in pͥ
mo inſtanti conceptionis fuit aſſumpta hūana natura a
vbo dei. ḡ in primo inſtāti ſue ꝯceptōis xp̄s ſm ꝙ hō fu
it beatus. qđ ē eſſe comꝑhenſorem. Rn̄. dō. ꝙ ſicut ex
dictis patet non fuit conueniēs vt xp̄s in ſua ꝯceptōe habitu
alem gratiam acciperet tm̄ abſq̄ actu. accepit autem gra
tiam nō ad menſurā vt ſupͣ habituꝫ ē. gratia aūt viatoris
cum ſit deficiens a gratia comꝑhenſoris hꝫ mēſurā minorē

reſpectu compꝛehenſoꝛis. vnde conſequēter eſt ꝙ chꝛiſtus in pꝛimo inſtanti ſue conceptionis accepit non ſolum tan tam gratiam quantam compꝛehenſoꝛes habent. ſed etiaꝫ omnibus compꝛehenſoꝛibus maioꝛem. ⁊ quia gratia illa non fuit ſine actu conſequens eſt ꝙ actu fuit compꝛehen ſoꝛ videndo deum per eſſentiam clarius ceteris creaturis.

Ad pꝛimum ergo dicendum ꝙ ſicut ſupꝛa dictum eſt. chꝛiſtus non meruit gloꝛiam anime ſm quā dicitur compꝛehenſoꝛ. ſed gloꝛiam coꝛpoꝛis ad quam per ſuam paſſionem peruenit. Unde patet reſponſio ad ſecūdum. Ad tertium dicendum ꝙ chꝛiſtus ex hoc ꝙ fuit deus ⁊ homo etiam in ſua humanitate habuit aliquid pꝛe ceteris creaturis. vt ſcilicet ſtatim a pꝛincipio eſſet beatus

Queſtio. XXXV.

## Conſequēter poſt cō

ceptionem agendum eſt de eius natiuitate. Et pꝛimo quantum ad ipſam natiuitatem. Secundo quantum ad nati manifeſtationem. Circa pꝛimum queruntur octo. Pꝛimo vtruꝫ natiuitas chꝛiſti ſit nature vel perſone. Secundo vtrum chꝛiſto ſit attribuenda alia natiuitas pꝛeter eternam. Tertio vtrum ſm natiuitatem tempoꝛalem beata virgo ſit mater eius. Quarto vtrum debeat dici mater dei. Quinto. vtrum chꝛiſtus ſm duas filiationes ſit filius dei patris. ⁊ virginis matris. Sexto de modo natiuitatis. Septimo de loco. Octauo de tpe natiuitatis.

## Ad pꝛimum ſic procedit

Uidetur ꝙ natiuitas nature conueniat magis quā perſone. Dicit enim Auguſtinus in libꝛo de fide ad Petrū Natura eterna atꝗ diuina non poteſt cōcipi ⁊ naſci ex humana natura niſi ſm veritatem nature humane. Sic ergo diuine nature conuenit concipi ⁊ naſci ratione humane nature. Multomagis ergo conuenit humane nature. Preterea. ſm philoſophum. v. metaphiſ. nomen nature a naſcendo ſumptum eſt. ſed denominatiōes fiunt ſm ſimilitudinis conuenientiam. ergo videtur ꝙ natiuitas magis pertineat ad naturam ꝗꝫ ad perſonaꝫ. Preterea. Illud pꝛopꝛie naſcitur quod per natiuitatem incipit eſſe. ſed per natiuitatem chꝛiſti non incepit eſſe perſona chꝛiſti. ſed eius natura humana. ergo videtur ꝙ natiuitas pꝛopꝛie pertineat ad naturam non ad perſonam.

Sed contra eſt quod dicit Damaſcenus in. iij. libꝛo. Natiuitas ypoſtaſis eſt non nature. Rñ. dicendum ꝙ natiuitas poteſt attribui alicui dupliciter. Uno modo ſicut ſubiecto. Alio modo ſicut termino. Sicut ſubiecto quidem attribuitur ei quod naſcitur. hoc autem eſt pꝛopꝛie ypoſtaſis non nature. cum enim naſci ſit quoddam generari ſicut generatur aliquid ad hoc quod ſit. ita naſcitur aliquid ad hoc quod ſit. eſſe autem pꝛopꝛie rei ſubſiſtentis eſt. nam foꝛma que non ſubſiſtit dicitur eſſe ſolum. quia ea aliquid eſt. perſona autem vel ypoſtaſis ſignificatur ꝑ modum ſubſiſtentis. natura autem ſignificatur per modum foꝛme in qua aliquid ſubſiſtit. ⁊ ideo natiuitas tanꝗꝫ ſubiecto pꝛopꝛio naſcendi attribuitur perſone vel ypoſtaſi non nature. Sed ſicut termiō attribuitur natiuitas nature. terminus enim generationis ⁊ cuiuſlibet natiuitatis eſt foꝛma. natura autem per modum foꝛme ſignificatur vnde natiuitas dicitur via in naturam. vt patet per philoſophum. ij. phi. terminatur enim nature intentio ad foꝛmam ſeu naturam ſpeciei. Ad pꝛimum ergo dicenduꝫ ꝙ ꝓpter ydemptitatem que in diuinis eſt inter naturam ⁊ ypoſtaſim quandoꝗ natura ponitur ꝓ ꝑſona vel ypoſtaſi. Et ſm hoc dicit Auguſtinus naturam diuinam eē cōceptam ⁊ natam. quia ſcilicet perſona filij eſt concepta ⁊ nata ſm humanam naturam. Ad ſecundum dicenduꝫ ꝙ nullus motus ſeu mutatio denominatur a ſubiecto qđ mouetur ſed a termino motus a quo ſpeciem habet. ⁊ pꝛopter hoc natiuitas non denominatur a perſona que naſcitur. ſed a natura ad quam natiuitas terminatur. Ad tertium dicendum ꝙ natura pꝛopꝛie loquendo non incipit eſſe. ſed magis perſona incipit eſſe in aliqua natura. qꝛ ſicut dictum eſt natura ſignificatur vt quo aliquid eſt. ꝑſona vero ſignificatꝛ vt que habet eſſe ſubſiſtens.

## Ad ſecūdū ſic proceditur

Uidetur ꝙ chꝛiſto non ſit attribuenda aliqua natiuitas tempoꝛalis. Naſci enim ē ſicut quidam motus rei non exiſtentis ad quā agens beneficio natiuitatis agit vt ſit. ſed chꝛiſtus ab eterno fuit. ergo non potuit tempoꝛaliter naſci. Preterea. Illud quod eſt in ſe perfectum natiuitate non indiget. Sed perſona filij dei ab eterno fuit perfecta. ergo non indiget tempoꝛali natiuitati. Et ita videtur ꝙ nō ſit tꝑaliter natus. Pre. natiuitas ꝓpꝛie ꝑſone conuenit. ſed in xp̄o tm̄ vna ē ꝑſona. ergo in xp̄o tm̄ vna ē natiuitas. Pre. qđ duabꝫ natiuitatibꝫ naſcitꝛ. bis naſcitꝛ. ſed hec videtꝛ eē falſa xp̄s ē bis natus. qꝛ natiuitas eius qua de patre natus ē interruptiōeꝫ nō patitꝛ cū ſit eterna qđ tñ requiritꝛ ad hoc aduerbiū bis. ille. n. đꝛ bis currere q cū interruptiōe currit. ꝗ videtꝛ ꝙ in xp̄o nō ſit ponēda duplex natiuitas. Sꝫ ꝯ ē qđ Dam. dic in. iij. li. ꝯfitemur xp̄i duas natiuitates. vnā que ē ex patre eternā. ⁊ vnā q̄ ē in vltīs tꝑibꝫ ꝓpter nos. Rñ. dđ. ꝙ ſic dictū ē. natura compatꝛ ad natiuitatē ſicꝫ terminus ad motū vel mutationem. motus autem diuerſificatꝛ ſm diuerſitatē terminoꝝ vt pꝫ ꝑ phm̄ in. v. phi. In xp̄o aūt ē duplex natura. quaꝝ vnā accepit ab eterno patre. alterā aūt accepit tꝑalit a matre. ⁊ ideo neceſſe ē attribuere xp̄o duas natiuitates. vnaꝫ q̄ eternaliter natus ē a patre. alterā qua tꝑaliter natus ē a mr̄e. Ad. i. ꝗ dđ. ꝙ hec fuit obiectio cuiuſdā Feliciani heretici. quā Aug. in li. ꝯ felicianū ſic ſoluit. fugiamus inquit ſicꝫ pleriꝗ volunt eſſe in mundo aīaꝫ generalem. q ſic ineffabili motu ſcīa cūcta viuificet. vt nō ſit ꝯcreata cū genitis ſꝫ vitā p̄ſtet ipa gignēdis. Nēpe cū hec in vterum paſſibilē materiā ad vſus ſuos foꝛmatura ꝑuenerit vnaꝫ facit ſecū eē ꝑſonā eius rei quā nō eandē cōſtat hr̄e ſubaꝫ ⁊ ſic opante anima ⁊ patiente materia ex duabus ſubſtantijs vnus homo. Sicꝗ animam naſci fatemur ex vtero. non quia anteꝗꝫ naſceretꝛ quantum ad ſe attinet ipa penitus non fuiſſet. Sic ergo immo ſublimius natus ē filius dei ſm hominem. eo pacto ꝙ cum coꝛpe naſci docetꝛ ⁊ animus. non qꝛ vtriuſꝗ ſit vna ſubſtātia. ſꝫ qꝛ ex vtraꝗ ſit vna perſona. non tamen ob hoc incepiſſe initio dicimꝰ dei filium. ne tempoꝛalem credat aliquis diuinitatem. non ab eterno filij dei nouimus carnem. ne non veritatem humanam. Sed quandam eum ſuſcepiſſe putemus imaginem. Ad ſecundum dicendum. ꝙ hec fuit ratio Neſtoꝛij. quam ſoluit Cyrillus in quadam epiſtola. dicens. Non dicimus ꝙ dei filius indiguerit neceſſario ꝓpter ſe ſecunda natiuitate poſt eam que ex patre ē. ē enim fatuum ⁊ indoctum exiſtentem ante omnia ſecula ⁊ conſempiternum patri indigere dicere initio vt ſit ſcđo. qm̄ autē

ꝓpter nos ⁊ propter noſtram ſalutem vniens ſibi ſm ſub
ſiſtentiam quod eſt humanum proceſſit ex muliere ob hoc
dicitur naſci carnaliter. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ne-
ceſſitas eſt perſone vt ſubiecti. nature autem vt termini.
Poſſibile eſt autem vni ſubiecto plures tranſmutatiões
ineſſe quas tamen neceſſe eſt ſm terminos variari. Nõ
tamen non dicimus quaſi eterna natiuitas ſit tranſmuta
tio aut motus. ſed quia ſignificatur per modum mutatio
nis aut motus. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ chriſtus po
teſt dici bis natus ſm duas natiuitates. Sicut enim di
citur bis currere qui currit duobus temporibus. ita po-
teſt bis naſci. qui ſemel naſcitur in eternitate ⁊ ſemel in
tempore. quia eternitas ⁊ tempus multo magis differũt
quam duo tempora. cum tamen vtrunq̃ deſignet menſu
ram durationis.

## Ad tertiũ ſic proceditur

Videtur ꝙ ſm temporalem natiuitatem chriſti beata vir
go non poſſit dici mater eius. Ut enim ſupra dictum eſt.
beata virgo Maria nihil actiue in generatione chriſti ope
rata eſt. ſed ſolam materiam miniſtrauit. ſed hoc non vide
tur ſufficere ad rationem matris. alioquin lignum dice-
retur mater lecti aut ſcampni. ergo videtur ꝙ beata virgo
non poſſet dici mater chriſti ¶ Preterea. chriſtus ex bea
ta virgine miraculoſe natus eſt. ſed miraculoſa genera-
tio non ſufficit ad rationem maternitatis vel filiationis.
non enim dicimus euam fuiſſe filiam Ade. ergo videtur
ꝙ nec chriſtus debeat dici filius beate virginis. ¶ Prete-
rea. ad matrem videtur pertinere deciſio ſeminis. Sed ſi
cut Damaſcenus dicit in. iij. libro. Corpus chriſti non ſe
minaliter ſed conditiue a ſpirituſancto formatum eſt. er-
go videtur ꝙ beata virgo non debeat dici mater chriſti
Sed contra eſt quod dicitur Mathei. i. Chriſti generatio
ſic erat cum eſſet deſponſata mater eius Maria Joſeph.
¶ Rñ. dicendum ꝙ beata virgo Maria eſt vera ⁊ natu-
ralis mater chriſti. Sicut enim ſupra dictum eſt. corpus
chriſti non eſt de celo allatum. ſicut Ualentinus heretic⁹
poſuit. Sed de virgine matre ſumptum. ⁊ ex puriſſimis
eius ſanguinibus formatum. ⁊ hoc ſoluꝫ requiritur ad ra
tionem matris. vt ex ſupradictis patet. Unde beata virgo
vere eſt mater chriſti. ¶ Ad primum ergo dicendum. ꝙ
ſicut ſupra dictum eſt. paternitas ſeu maternitas ⁊ filiatõ
non competunt in quacunq̃ generatione. ſed in ſola gene
ratione viuentium. Et ideo ſi aliqua inanimata ex aliqua
materia fiant non propter hoc conſequitur in eis relatio
maternitatis ⁊ filiationis. ſed ſolum in generatione viuẽ
tium que proprie natiuitas dicitur. ¶ Ad ſecundum di-
cendum ꝙ ſicut dicit Damaſcenus in. iij. libro. Natiui-
tas temporalis qua chriſtus natus eſt ꝓpter noſtram ſa
lutem eſt quodammodo ſm nos quoniam natus eſt ho-
mo ex matre ⁊ tempore conceptionis debito ſuper nos au
tem quoniam non ex ſemine. ſed ex ſpirituſancto ⁊ ſancta
virgine ſuper legem conceptionis. Sic ergo ex parte ma-
tris natiuitas illa fuit naturalis. ſed ex parte operationis
ſpirituſſancti fuit miraculoſa. vnde beata virgo eſt vera ⁊
naturalis mater chriſti. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ ſicut
ſupra dictum eſt. reſolutio ſeminis femine. non pertinet
ad neceſſitatem conceptus. ⁊ ideo reſolutio ſeminis nõ ex
neceſſitate requiritur ad matrem.

## Ad quartũ ſic proceditur

Videtur ꝙ beata virgo non debeat dici mater dei. Non
enim eſt dicendum circa diuina myſteria niſi quod ex ſa-
cra ſcriptura habetur. ſed nunquã in ſacra ſcriptura legi-
tur ꝙ ſit mater aut genitrix dei. ſꝫ ꝙ ſit mater chriſti aut ma
ter pueri. vt patet Mathei. i. ergo non eſt dicendum ꝙ be
ata virgo ſit mater dei. ¶ Preterea. Chriſtus dicitur de
us ſm diuinam naturam. ſed diuina natura non accepit
initium eſſendi ex virgine. ergo beata virgo non eſt dicen
da mater dei. ¶ Preterea. Hoc nomen deus communi-
ter predicatur de patre ⁊ filio ⁊ ſpirituſancto. ſi ergo beata
virgo eſt mater dei videtur ſequi ꝙ beata virgo ſit mater
patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti quod eſt inconueniens. Non
ergo beata virgo debet dici mater dei. ¶ Sed cõtra eſt qđ
in capitulis Cyrilli approbatis in epheſina ſynodo legi-
tur. Si quis non confitetur deum eſſe ſm veritatem ema
nuel. ⁊ propter hoc dei genitricem ſanctam virginem ge-
nuit enim carnaliter carnem factam ex deo verbum anathe
ma ſit. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. omne
nomen ſignificans in concreto naturam aliquam. poteſt
ſupponere pro qualibet ypoſtaſi illius nature. Cum au-
tem vnio incarnationis ſit facta in ypoſtaſi. ſicut ſupra di-
ctum eſt. manifeſtum eſt ꝙ hoc nomen deus poteſt ſuppo
nere pro ypoſtaſi habente humanam naturam ⁊ diuinam
⁊ ideo quicquid conuenit diuine nature ⁊ humane poteſt
attribui illi pſone ſiue ſm ꝙ ꝓ ea ſuppoĩt nomẽ ſignificãs
diuinã nãꝫ. ſiue ſm ꝙ ꝓ ea ſupponit nomẽ ſignificãs hũa
nã nãm. Concipi autem ⁊ naſci pſone attribuitur ⁊ ypo-
ſtaſi ſm naturam illam in qua concipitur ⁊ naſcitur. Cũ
ergo in ipſo principio conceptionis fuerit natura humana
aſſumpta a diuina perſona. ſicut predictum eſt. conſequẽs
eſt ꝙ vere poſſit dici deum eſſe conceptum ⁊ natum de vir
gine. Ex hoc autem aliqua mulier dicitur alicuius mater
ꝙ eum concepit ⁊ genuit. Unde conſequens eſt ꝙ beata
virgo vere dicatur mater dei. Solum enim ſic negari poſ
ſet beatam virginem eſſe matreꝫ dei. ſi vel humanitas pri
us fuiſſet ſubiecta conceptioni ⁊ natiuitati q̃ homo ille fu
iſſet filius dei ſicut fotinus poſuit. vel ꝙ humanitas non
fuiſſet aſſumpta in vnitate perſone vel ypoſtaſis verbi dei
ſicut poſuit Neſtorius. vtrunq̃ autem horum eſt errone-
um. Unde hereticum eſt negare beatam virginem eẽ ma
trem dei. ¶ Ad primum ergo dicendum. ꝙ hec fuit obie-
ctio Neſtorij. que quidem ſoluitur ex hoc. ꝙ licet non in-
ueniatur expreſſe in ſcriptura dictuꝫ ꝙ beata virgo ſit ma
ter dei. inuenitur tamen expreſſe in ſcriptura ꝙ ieſus chri
ſtus eſt verus deus. vt patet Johannis vl. ⁊ ꝙ beata vir
go eſt mater Jeſu chriſti. vt patet Mathei. i. Unde ſequi
tur ex natiuitate ⁊ ex ꝟbis ſcripture ꝙ ſit mater dei. Dici
tur etiam ad Roma. ix. ꝙ ex iudeis eſt ſm carneꝫ chriſtus
qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula. non autem
eſt ex iudeis niſi mediante beata virgine. vnde ille qui eſt
ſuper omnia deus benedictus in ſecula eſt vere natus ex be
ata virgine ſicut ex ſua matre. ¶ Ad ſecundum dicenduꝫ
ꝙ illa eſt obiectio Neſtorij. ſed Cyrillus in quadam epi-
ſtola contra Neſtorium eam ſoluit ſic dicens. Sicut om
nis anima cum proprio corpore naſcitur. ⁊ tanquam vnũ
reputatur. ⁊ ſi voluerit dicere quiſpiam. quia eſt genitrix
carnis non tamen anime genitrix. minus ſuperflue loque
tur. tale aliquid geſtum percepimus i xpi generatõe. natũ
eſt. n. ex dei patris ſubſtantia dei verbum. q2 vero carnẽ aſ
ſumpſit neceſſe eſt confiteri. q2 natus ẽ ſm carnẽ ex muli
ere. Dicendum eſt ergo ꝙ beata virgo dr̃ mater dei. nõ q2
ſit mater diuinitatis. ſed q2 pſone hñtis diuinitatẽ ⁊ hũa

nitatem eſt mater ſm humanitatem. Ad .iij. dō. ꝙ hoc
nomen deus q̄uis ſit cōe tribus pſonis. tñ qñ3 ſupponit
p ſola pſona patris. qñ3 p ſola pſona filij vel ſpūſſancti.
vt ſup habitū ē. Et ita cū dr̄ beata virgo eſt mater dei. hoc
nomē dē ſupponit p ſola pſona filij incarnata.

## Ad quintū ſic procedit

Uidet ꝙ in xp̄o ſint due filiationes. natiuitas. n. eſt cā fi
liationis. ſed in xp̄o ſunt due natiuitates. ergo etiā in xp̄o
ſunt due filiationes. Pre. Filiatio qua quis dr̄ fili⁹ ali/
cuius vel matris vel patris. dependet aliqualiter ab ip̄o
quia eſſe relationis eſt ad aliud aliqualiter ſe habere. vñ
⁊ interempto vno relatiuoꝝ interimit aliud. ſed filiatio e/
terna qua chriſtus eſt filius dei patris non dependet a ma
tre. quia nullum eternum dependet a tp̄ali. ergo xp̄s non
eſt filius matris filiatione eterna. aut ergo nullo modo ē
filius eius quod eſt contra p̄dicta. aut oportet ꝙ ſit filius
eius quadam alia filiatione tp̄ali. ſunt ergo in xp̄o due fi
liationes. Pre. vnum relatiuoꝝ ponit in diffinitōe al/
terius. ex quo patet ꝙ vnum relatiuoꝝ ſpecificat ex alio. ſ3
vnum ⁊ idem non pōt eſſe in diuerſis ſpeciebus. ergo im
poſſibile videt ꝙ vna ⁊ eadem relatio terminet ad extrēa
omnino diuerſa. ſed chriſtus dr̄ filius patris eterni ⁊ ma
tris temporalis qui ſunt termini omnino diuerſi. ergo vi
detur ꝙ non poſſit eadem rōne chriſtus dici filius patris
⁊ matris. ſunt ergo in chriſto due filiationes. Sed cō
tra eſt quod ſicut Damaſ. dicit in. iij. li. ea que ſunt natu
re multiplicant in chriſto. non autem ea que ſunt pſone.
ſed filiatio maxime pertinet ad pſonam. eſt. n. ꝓprietas p/
ſonalis vt patet ex his que in prima pte dicta ſunt. ergo
in chriſto eſt tm̄ vna filiatio. Rñ. dō. ꝙ circa hoc ſunt
diuerſe opi. Quidam. n. attendentes ad cauſam filiatio/
nis que eſt natiuitas ponunt in chriſto duas filiatōnes. ſi
cut ⁊ duas natiuitates. Alij vero attendentes ad ſubiectū
filiationis que eſt pſona vel ypoſtaſis ponunt in xp̄o tm̄ v
nam filiationem ſicut ⁊ vnam ypoſtaſim vel pſonā. Uni
tas. n. relationis vel eius pluralitas non attendit ſm ter/
minos ſed ſm cāz vel ſubiectū. Si. n. ſm terminos atten/
dit oporteret ꝙ quilibet hō in ſe duas filiatōnes haberet.
vnam q̄ refert ad patrē. aliā q̄ refert ad matrez. Sz recte
ꝯſiderāti apparet eadē relatōe referri vnūqdq3 ad ſuū pa
trē ⁊ matrē ꝓpter vnitatē cauſe. Eadē. n. natiuitate hō na/
ſcit ex patre ⁊ matre. vñ etiā relatione ad vtrumq3 refert.
Et eadem ratio eſt de magiſtro qui docet multos diſcipu
los eadem doctrina ⁊ de dño qui gubernat diuerſos ſub/
iectos eadem ptāte. Si vero ſint diuerſe cauſe ſpecie dif/
ferentes ex conſequenti vident relationes ſpecie differre.
vñ nihil ꝓhibet plures tales relationes eidem ineſſe ſicut
ſi aliquis eſt aliquoꝝ magiſter in grāmatica ⁊ aliorum in
loyca. alia eſt ratio magiſterij vtriuſq3. ⁊ ideo diuerſis re/
lationibus vnus ⁊ idem homo poteſt eſſe magiſter vel di
uerſoꝝ vel eorundem ſm diuerſas doctrinas. Contingit
aūt qñq3 ꝙ aliquis habet relationem ad plures ſ3 diuer
ſas cauſas eiuſdem tamen ſpeciei. ſicut cum aliquis ē pa/
ter diuerſoꝝ filioꝝ ſm diuerſos generationis actus. vn/
de paternitas non poteſt ſpecie differre. cum actus genera
tionum ſint idem ſpecie. ⁊ quia plures forme eiuſdem ſpe
ciei non poſſunt ſimul ineſſe eidem ſubieto non eſt poſſi/
bile ꝙ ſint plures paternitates in eo qui eſt pater pluriū
filioꝝ generatione naturali. Secus autem ſi eſſet pr̄ vni⁹
generatione naturali ⁊ alterius per adoptionem. Maniſe
ſtum eſt autem ꝙ non vna ⁊ eadem natiuitate chriſt⁹ eſt
natus ex patre ab eterno ⁊ ex matre tempaliter nec natiui
tas eſt vnius ſpeciei. Unde eciq3 tum ad hoc oportet dicere
in chriſto eſſe diuerſas filiationes. vnam tempalem ⁊ ali
am eternam. Sed quia ſubiectum filiationis non eſt na/
tura aut pars nature. ſed ſolum pſona vel ypoſtaſis. ī xp̄o
autem non eſt ypoſtaſis vel perſona niſi eterna. nō poteſt
in chriſto eſſe aliqua filiatio niſi que ſit in ypoſtaſi eterna
omnis autem relatio que ex pte de deo dr̄ non ponit in ip
ſo deo eterno aliquid ſm rem ſed ſm rationem tm̄. ſicut ī
prima pte habitum eſt. Et ideo filiatio qua chriſtus refer
tur ad matrem non poteſt eſſe realis relatio ſed ſolum ſm
rōnem. Et ſic q̄3tum ad aliquid vtraq3 opinio verum di/
cit. nam ſi attendamus ad pfectas rationes filiatiōis opor
tet dicere duas filiationes ſm dualitatem natiuitatum. ſi
autem attendamus ad ſubiectum filiationis quod nō po
teſt eſſe niſi ſuppoſitum eternum non pōt in chriſto eē rea
liter niſi filiatio eterna. dr̄ tamē relatiue filius ad matrem
relatione que cointelligit relationi maternitatis ad xp̄m.
ſicut deus dr̄ dominus relatione que cointelligit reali rela
tione qua creatura ſubijcitur deo. ⁊ quamuis relatio do/
minij non ſit realis in deo. tamen realiter eſt dominus ex
tali ſubiectione creature ad ip̄m. ⁊ ſimiliter chriſtus dr̄ re
aliter filius virginis matris ex relatione reali maternita/
tis ad chriſtum. Ad .i. ergo dō. ꝙ natiuitas tempalis
cauſaret quidem in chriſto temporalem filiationem realē
ſi eſſet ibi ſubiectum hmōi filiationis capax. Quod qui/
dem non poteſt eſſe. ip̄m. n. ſuppoſitum eternum non pōt
eſſe ſuſceptiuum relationis temporalis. vt dictum ē. Nec
etiam pōt dici ꝙ ſit ſuſceptiuum filiationis tempalis rō/
ne humane nature. ſicut etiam ⁊ temporalis natiuitatis
quia oporteret naturam humanam aliqualiter eſſe ſubie/
ctam filiationi. ſicut eſt aliqualiter ſubiecta natiuitati. cu3
enim ethyops dr̄ albus ratōe dentis. oportet ꝙ dens ethy
opis ſit ſubiectum albedinis. humana autem natura nul/
lo modo pōt eſſe ſubiectum filiationis. quia hec relatio di
recte reſpicit perſonam. Ad .ij. dō. ꝙ filiatio eterna non
dependet a matre temporali. ſed huic filiatione eterni co/
intelligitur quidam reſpectus tēporalis dependens a ma
tre ſm quem chriſtus dr̄ filius matris. Ad .iij. dōm. ꝙ
vnum ⁊ ens ſe conſequunt. vt dr̄. iiij. metaphiſ. ⁊ ideo ſi/
cut contingit ꝙ in vno extremorum relatio ſit quoddam
ens. in alio autem non ſit ens ſ3 rationem tm̄. ſicut de ſci/
bili ⁊ ſcientia dicit philoſophus. v. metaphi. ita etiā con/
tingit ꝙ ex parte vnius extremi eſt vna relatio. ex pte au
tem alterius extremi ſunt multe relationes. Sicut in ho/
minibus ex parte parentum inuenitur duplex relatō. vna
paternitatis ⁊ alia maternitatis que ſunt ſpecie differen/
tes. ꝓpter hoc ꝙ alia ratione pater ⁊ alia mater eſt genera
tionis principium. Si vero eſſent plures eadem ratione
principium vnius actionis. puta cu3 multi ſimul trahūt
nauem. in omnibus eſſet vna ⁊ eadem relatio. Ex pte au/
tem ꝓlis eſt vna ſola filiatio ſm rem ſed duplex ſm ratio/
nem inquantum correſpondet vtriq3 relationi parentum
ſm duos reſpectus intellectus. ⁊ ſic etiam quantum ad a
liquid in chriſto tm̄ eſt vna filiatio relationis. que reſpi/
cit patrem eternum. Et tamen ibi alius reſpectus tempo/
ralis qui reſpicit matrem tpalem

## Ad ſextum ſic proceditur

Uidetur ꝙ chriſtus non fuerit natus ſine dolore matris.
Sicut enim mors hominem ſubſecuta eſt ex peccato pri/
morum parentum. ſm illud Gen̄. ij. Quacūq3 die come

dentis morieminí. ita etiam dolor partus ſm illud Geneſis iij. In dolore paries filios. ſed chriſtus mortē ſubire voluit. ergo videtur ꝙ pari ratione eius partus eē debuit cum dolore. ¶ Pre. finis proportionatur principio ſed finis vite chriſti fuit cum dolore. ſm illud Eſa. liij. Vere dolores noſtros ipſe tulit. ergo videtur ꝙ etiam in ſua natiuitate fuerit dolor partus. ¶ Preterea in libro de ortu ſaluatoris narratur ꝙ ad chriſti natiuitatem obſtitrices occurrerunt que videntur neceſſarie parienti propter dolorem. ergo videtur ꝙ beata virgo cum dolore peperit. ¶ Sed contra eſt quod Auguſtinus dicit in ſermone de natiuitate alloquens virginem mariam. Nec in conceptione inquit inuenta eſt ſine pudore. nec in partu inuenta eſt cum dolore. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ dolor parientis cauſatur ex operatione meatuum per quos proles egreditur. dictum eſt autē ſupra. ꝙ chriſtus eſt egreſſus ex clauſo vtero matris. ⁊ ſic nulla opertio meatuum ibi fuit. et propter hoc in illo partu nullus fuit dolor. ſicut nec aliqua corruptio. ſed fuit ibi maxima iocunditas. ex hoc quod homo deus natus eſt in mundum. ſm illud Eſa. xxxv. Germinans germinabit ſicut lilium. et exultabit letabunda et laudans. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ dolor partus conſequitur in muliere commixtionem virilem. Unde Geñ quarto. poſtq̄ꝫ dictum eſt cum dolore paries. ſubditur ſub viri poteſtate eris. Etiaꝫ ſicut dicit Auguſtinus in ſermone de aſſumptione beate virginis. ab hac ſententia excipitur virgo mater dei. que quia ſine peccati colluſione ⁊ ſine virilis admixtionis detrimento chriſtum ſuſcepit. ſine dolore genuit. ſine integritatis violatione. pudore virginitatis integra permanſit. chriſtus autem mortem ſuſcepit ſpontanea voluntate. vt pro nobis ſatiſfaceret. non quaſi ex neceſſitate illius ſententie quia ipſe mortis debitor non erat. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ ſicut chriſtus moriendo deſtruxit mortem noſtram. ita ſuo dolore nos a doloribus liberauit. et ita mori voluit cum dolore. ſed dolor parientis matris non pertinebat ad chriſtum qui pro peccatis noſtris ſatiſfacere veniebat. et ideo nō oportuit ꝙ mater eius pareret cum dolore ¶ Ad tertium dicendum ꝙ beata virgo ipſamet puerum quem pepererat pannis inuoluit. ⁊ poſuit in preſepio. Et ex hoc reprehenditur narratio huiuſmodi libri qui eſt apocrifus. Unde Hieronimus dicit cōtra eluidium nulla ibi obſtetrix. nulla muliercularum ſedulitas interceſſit. ⁊ mater ⁊ obſtetrix fuit. pannis inquit inuoluit infantem. ⁊ poſuit in preſepio. que ſententia apocriforum deliramenta conuincit.

## Ad ſeptimū ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus non debuit in bethleem naſci. Dicitur enim Eſa. ij. De Syon exibit lex. ⁊ verbum domini de hieruſalem. ſed chriſtus eſt vere verbum dei. ergo de hieruſalem debuit prodire in mundum. ¶ Preterea Math. ij. dicitur ſcriptum eſſe de chriſto ꝙ nazarenus dominabitur. qđ ſumitur ex eo ꝙ ſcriptuꝫ eſt. Eſa. xi. flos de radice eius aſcendet. nazareth enim flos interpretatur ſed maxime aliquis denominatur a loco ſue natiuitatis. ergo videtur ꝙ in nazareth naſci debuerit vbi etiam fuit conceptus ⁊ nutritus. ¶ Preterea ad hoc dominus natus eſt in mundo vt veritatis fidem annunciaret. ſm illud Io. xix. In hoc natus ſum ⁊ ad hoc veni in mundū vt teſtimonium perhibeam veritati. ſed hoc facilius fieri potuiſſet ſi natus fuiſſet in ciuitate Romana q̄ dominitatum orbis habebat. vnde et Paulus Romanis ſcribēs dicit Romanorum primo veſtra fides annunciatur vniuerſo mundo. ergo videtur ꝙ non debuit naſci in Bethleem. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Michee. v. et tu Bethleem effrata ex te mihi egredietur. qui ſit dominator in iſrael. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ chriſt⁹ in bethleem naſci voluit duplici ratione. Primo quidem quia factus eſt ex ſemine Dauid ſm carnem. vt dicitur ad Roma. i. cui etiam fuit facta repromiſſio ſpecialis de chriſto. ſm illud. ij. Regum. xxiij. Dixit vir cui conſtitutum eſt de chriſto dei Iacob. et ideo in Bethleem de qua natus fuit Dauid naſci voluit. vt ex ipſo loco natiuitatis promiſſio ei facta impleta oſtenderetur. Et hoc ſignat euangeliſta dicens eo ꝙ eſſet de domo et de familia Dauid. Secundo quia vt Gregorius dicit in omelia. Bethleeꝫ domus panis dei interpretatur. ipſe enim chriſtus eſt panis. qui ait ego ſum panis viuus qui de celo deſcendi. Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut Dauid in bethleem natus eſt. ita etiam hieruſalem elegit vt in ea ſedem regni conſtitueret. et templum dei ibi edificaret. et ſic hieruſalem eſſet ciuitas ſimul regalis et ſacerdotalis. ſacerdotium autem chriſti et eius regnum precipue conſumatuꝫ eſt in eius paſſione. et ideo conuenienter bethleem elegit natiuitati. hieruſalem vero paſſioni. Simul etiam per hoc gloriam hominum confutauit. qui gloriantur de hoc ꝙ ex ciuitatibus nobilibus originem ducunt. in quibus etiam precipue volunt honorari. chriſtus autem econuerſo in ciuitate ignobili naſci voluit. ⁊ in ciuitate nobili pati obprobrium. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ chriſt⁹ florere voluit ſm virtuoſam conuerſationem. non ſcđm carnis originem. ⁊ ideo in ciuitate nazareth educari voluit ⁊ nutriri. in Bethleem autem voluit quaſi peregre naſci. quia vt Gregorius dicit per humanitatem quam aſſumpſerat quaſi in alieno naſcebatur. non ſm poteſtatem ſꝫ ſm naturam. Et etiam vt Beda dicit per hoc ꝙ in diuerſorio loco eget nobis multas manſiones in domo patris ſui prepararet. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſicut dicitur in quodam ſermone epheſini concilij ſi maximam Romam elegiſſet ciuitatem propter potentiam ciuium. immutationem orbis terrarum putarent. ſi filius fuiſſet imperatoris poteſtati vtilitatem aſcriberent. ſed vt diuinitas cognoſceretur orbem transformaſſe terrarum pauperculam elegit matrem. pauperiorem patriaꝫ. elegit autem deus infirma mundi. vt confundat fortia. ſicut dicit prima Cor. i. Et ideo vt ſuam poteſtatem magis oſtenderet in ipſa Roma que caput orbis erat. ſtatuit caput eccleſie ſue in ſignum victorie perfecte. vt exinde fides deriuaretur ad vniuerſum mundum ſm illud Eſa. xxvi. Ciuitatē ſublimē hūiliauit. ⁊ conculcauit eā pes paupis. id ē xpi. et greſſus egenoꝝ. i. aploꝝ Petri ⁊ Pauli.

## Ad octauuꝫ ſic proceditur

Videt ꝙ xps nō fuit ꝯgruo tpe natus. ad hoc eni xps venerat vt ſuos i libertatē reuocaret. nat⁹ ē aūt tpe ſeruituꝫ q. ſ. tot⁹ orbis pcepto auguſti deſcribit q̄ſi tributari⁹ fact⁹ vt hr Lu. ij. ḡ videt ꝙ nō ꝯgruo tpe xps fuit nat⁹. ¶ Pre. promiſſiones de chriſto naſcituro non gentilibus fuerant facte ſm illud ad Roma. ix. Quorum ſunt promiſſa ⁊c. ſed chriſtus natus fuerat tempore quo rex alienigena dominabatur. ſicut patet Matthe. ij. Cū natus eēt Ieſus in

diebꝰ herodis regis. ergo videt̄ ꝙ non fuerit congruo tempore natus. ¶ Pre. tempus preſentie chriſti in mundo diei comparatur propter illud quod ipſe eſt lux mundi. Unde ipſe dicit Jo. ix. me oportet operari opera eius qui miſit me donec dies eſt. ſed in eſtate ſunt dies longiores ꝙ̄ in hyeme. ergo cum natus fuerit in profundo hyemis viij. kalās Januarij. videtur ꝙ nō fuerit ꝯuenienti tēpore natus. ¶ Sed contra eſt quod dicit̄ ad Gal'. iiij. Cū venit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum factum ex muliere factum ſub lege. ¶ Rñ. dicendum ꝙ hec eſt differentia inter chriſtum ⁊ alios homines. ꝙ alij homines naſcuntur ſubiecti natiuitati temporis. xp̄s autem tanꝙ̄ dominꝰ ⁊ conditor omniū temporum elegit ſibi tempus in quo naſceretur ſicut ⁊ matrem ⁊ locū. ⁊ quia que a deo ſunt ordinata ſunt ⁊ conuenienter diſpoſita. conſequens eſt ꝙ conuenientiſſimo tempore chriſtus naſceretur.

¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ chriſtus venerat nos in ſtatum libertatis reducere de ſtatu ſeruitutis. Et ideo ſicut mortalitatē noſtram ſuſcepit vt nos ad vitam reduceret. ita vt Beda dicit. eo tempore dignatus eſt incarnari quo mox natꝰ cenſu ceſaris aſcriberetur atꝙ ab omni liberaret et ipſe ſeruitio ſubderetur. tempe etiā illo quo totus orbis ſub vno principe viuebat maxima pax fuit in mundo. Et ideo decebat vt illo tempore chriſtus naſceret̄ qui eſt pax noſtra faciens vtraꝙ vnum. vt dicitur ad Ephe. ij. Unde Hiero. dicit ſuper Eſa. Ueteres reuoluamus hyſtorias ⁊ inueniemus vſꝙ ad. xxviij. annum ceſaris Auguſti in toto orbe terrarum fuiſſe diſcordiam ortā. orto aūt domino omnia bella ceſſauerunt. ſm illud Eſa. ij. Non leuabit gens contra gentē gladiū. congruebat etiā vt illo tempore quo vnꝰ princeps dñabat̄ in mundo xp̄s naſceretur qui venerat ſuos congregare in vnum vt eſſet vnum ouile ⁊ vnus paſtor. vt dicit̄ Jo. x. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ chriſtus regis alienigene tempore naſci voluit vt impleret̄ prophetia iacob dicentis Geñ. xl. Non auferetur ceptrum de iuda ⁊ dux de femore eius. donec veniat qui mittendus eſt. qꝛ vt dicit Chryſo. ſuper Matth quamdiu iudaica gens ſub iudaicis regibꝰ quamuis peccatoribus tenebatur prophete mittebantur ad remedium eius. nunc autem quando lex dei ſub poteſtate regis iniqui tenebat̄ naſcitur xp̄s. qꝛ magna ⁊ deſperabilis infirmitas medicum artificiorem requirebat. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut dicitur in li. de queſtionibꝰ no. ⁊ ve. teſt. tunc chriſtus naſci voluit qñ lux diei crementum inciperet accipe. vt oſtenderetur ꝙ ipſe venerat. vt homines creſcerent in lucem diuinam. ſm illud Luce. i. Illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedēt Similiter etiam aſperitatem hyemis accepit ſiue elegit ad natiuitatem. vt ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

## Queſtio XXXVI

# Deinde ꝯſiderandū

eſt de manifeſtatione xp̄i nati. Et circa hoc q̄runtur octo. Primo vtrum natiuitas chriſti debuerit eſſe omnibus manifeſta. Secundo vtrum debuerit aliquibus manifeſtari. Tertio quibꝰ manifeſtari debuerit. Quarto vtꝝ ipſe ſe debuerit manifeſtare vl' potius manifeſtari ꝑ alios. Quinto ꝑ que alia maīfeſtari debuerit. Sexto de ordine manifeſtationum. Septimo de ſtella ꝑ quam manifeſtata fuit eius natiuitas. Octauo d̄ veneratione magorum qui per ſtellam natiuitatem chriſti cognouerunt.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ xp̄i natiuitas debuerit oībus eſſe manifeſta. impletio enī debet ꝓmiſſioni rñdere. ſed de ꝓmiſſione aduentus xp̄i dicitur in p̄s. deus manifeſte veniet. venit aūt ꝑ carnis natiuitatem. ergo videt̄ ꝙ eius natiuitas debuit eſſe toti mundo manifeſta. ¶ Pre. i. ad Timo. i. dicitur ꝙ xp̄s in hunc mundum venit peccatores ſaluos facere. ſed hoc non fit niſi inꝙ̄tum gratia xp̄i eis manifeſtatur. ſm illud ad Titum. ij. Apparuit gratia ſaluatoris dei noſtri oībus hominibus. erudiens nos vt abnegantes impietatem ⁊ ſecularia deſideria ſobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuamꝰ in hoc ſeculo. ergo videtur ꝙ chriſti natiuitas debuerit oībus eſſe manifeſte. ¶ Pre. deus ſuper omnia pronior eſt ad miſerendum. ſm illud p̄s. Miſeratiōes eiꝰ ſuꝑ oīa opa eius. ſed in ſcd̄o aduentu quo iuſtitia iudicabit veniet omnibꝰ manifeſtus. ſm illud Matth. xxiiij. ſicut fulgur exit ab oriente ⁊ paret vſꝙ in occidentem. ita erit aduentꝰ filij hoīs. ḡ multomagis primus aduentꝰ quo natꝰ eſt in mundo ſm carnem debuit oībus eſſe manifeſtus.

¶ Sed contra eſt qđ dicitur Eſa. xlv. Tu es deus abſcōditus ſctūs iſrl' ſaluator. Et Eſa. liij. quaſi abſconditus ē vultus eius ⁊ deſpectus. ¶ Rñ. dōm ꝙ natiuitas xp̄i nō debuit oībus communiter eſſe manifeſta. Primo quidē qꝛ per hoc impedita fuiſſet humana redemptio. que ꝑ crucem eius pacta eſt. qꝛ vt dicit̄. i. ad Cor. ij. ſi cognouiſſent nunꝙ̄ dñm glorie crucifixiſſent. Scd̄o qꝛ hoc diminuiſſet meritum fidei ꝑ quā venerat homines iuſtificare. ſm illud ad Roma. iij. Juſtitia dei ꝑ fidem Jeſu chriſti ſi enī manifeſtis indicijs xp̄o naſcente eius natiuitas oībus appareret iam tolleretur ratio fidei. que eſt argumentum non apparentium vt dicitur ad Hebre. xi. Tertio quia per hoc veniſſet in dubium veritas humanitatis ipſius. vnde dicit Augu. in ep̄la ad voluſianum. ſi nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret etates. nullos cibos nullos caperet ſomnos. nonne opinionem cōfirmaret erroris nec hominē verum nullo modo ſuſcepiſſe crederet̄ ⁊ dum oīa mirabiliter facit aufferret qđ fecit miſericorditer. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ auctoritas illa intelligitur đ aduentu xp̄i ad iudicium. ſm ꝙ gloſa ibidē exponit. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ de gratia dei ſaluatoris erudiendi erant oēs homines ad ſalutem. non in principio natiuitatis eius ſed poſtea tempore procedente poſtꝙ̄ operatus eſt ſalutem in medio terre. vnde poſt paſſionem ⁊ reſurrectionē ſuam dixit diſcipulis. Mat. vl. Euntes docete oēs gentes. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ad iudicium requirit̄ ꝙ auctoritas iudicis cognoſcat̄. ⁊ ꝓpter hoc oportet ꝙ aduētus xp̄i ad iudicium ſit manifeſtꝰ. ſed primus aduentus fuit ad oīm ſalutē que eſt ꝑ fidem. que quidē eſt de nō apparentibꝰ. Et iō aduentꝰ xp̄i primus debuit eſſe occultus

## Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ natiuitas chriſti nulli debuerit manifeſtari. Quia vt dictum eſt. hoc erat congruum humane ſaluti. vt primus aduentus chriſti eſſet occultus. ſed chriſtus venerat vt omnes ſaluaret. ſm illud prima Timot. iiij. Qui eſt ſaluator omnium hominum. maxime fidelium. ḡ natiuitas xp̄i nulli debuit manifeſtari. ¶ Pre. añ natiuitatem chriſti manifeſtata erat beate virgini et Joſeph

futura chriſti natiuitas. non ergo erat neceſſariuꝫ chriſto nato eandem alijs manifeſtari. ¶ Preterea nullus ſapiens manifeſtat id ex quo turbatio naſcitur et detrimentum aliorum. ſed manifeſtata chriſti natiuitate ſubſecuta eſt turbatio. dicitur enī Matth. ij. Audiens rex herodes chriſti natiuitatē turbatus eſt. ⁊ omnis hieroſolima cum illo. ceſſit etiam hoc in detrimentum aliorum. quia ex hac occaſione herodes occidit pueros in bethleem. ⁊ in finibus eius a bimatu ⁊ infra. ergo videtur ꝙ non fuit cōueniens natiuitatem chriſti aliquibꝰ manifeſtari. ¶ Sed contra eſt quod xp̄i natiuitas nulli fuiſſet proficua ſi omnibus eſſet occulta. ſed oportebat xp̄i natiuitatem eſſe proficuam alioquin fruſtra natus fuiſſet. ergo videtur ꝙ aliquibus manifeſtari debuerit xp̄i natiuitas. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut dicit Ap̄ls ad Roma. xiij. que a deo ſunt ordinata ſunt. ꝑtinet aūt ad diuine ſap̄ie ordineꝫ vt dei dona ⁊ ſecreta ſapientie eius nō equaliter ad oēs. ſed immediate ad quoſdam ꝑueniant. ⁊ ꝑ eos ad alios deriuentur vnde ⁊ q̄ꝫtum ad hoc reſurrectionis myſteriū. dicit᷑ Act. iiij. ꝙ deus dedit xp̄m reſurgentem manifeſtū fieri non oī populo. ſed teſtibꝰ preordinatis a deo. Vn̄ hoc etiaꝫ debuit circa ipſius natiuitatē obſeruari vt non oībꝰ xp̄s manifeſtaret᷑ ſed quibuſdam ꝑ quos poſſet ad alios deuenire. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ ſicut fuiſſet in p̄iudicium humane ſalutis ſi oībus hoībꝰ dei natiuitas innotuiſſet. ita etiā ⁊ ſi nulli nota fuiſſet. vtroqꝫ enī modo tollit᷑ fides. tam .ſ. per hoc ꝙ aliquid eſt totaliter manifeſtum. quā etiam ꝑ hoc ꝙ a nullo cognoſcit᷑ a quo poſſit teſtimonium audiri. fides enī eſt ex auditu. vt patet ad Roma. x. ¶ Ad ij. dicendum ꝙ Maria ⁊ ioſeph inſtruendi erant de xp̄i natiuitate antequā naſceret᷑. q2 ad eos ꝑtinebat reuerentiam habere prolis concepte in vtero. ⁊ obſequi naſciture. eorum aūt teſtimonium ꝓpter hoc ꝙ erat domeſticum fuiſſet habitum ſuſpectum circa magnificentiā xp̄i. ⁊ ideo oportuit vt alijs manifeſtaret᷑ extraneis. quoꝝ teſtimonium ſuſpectū eſſe non poſſet. ¶ Ad iij. dicendum ꝙ ipſa turbatio ſubſecuta ex natiuitate xp̄i manifeſtata. cōgruebat xp̄i natiuitati. Primo quidē q2 per hoc manifeſtat᷑ celeſtis xp̄i dignitas. vn̄ Grego. dicit in omel. Rege celi nato rex terre turbat᷑. q2 nimirum terrena altitudo confundit᷑. cum celſitudo celeſtis aperitur. Secundo quia per hoc figurabatur iudiciaria chriſti poteſtas. vnde dicit Augu. in quodam ſermōe epipha. quid erit tribunal iudicantis quando ſuꝑbos reges cuna terrebat infantie. ¶ Tertio quia per hoc figurabatur deiectio regni diaboli quia vt Leo papa dicit in ſermone epipha. non tantum herodes in ſemetipſo turbatur q̄ꝫtum diabolus in herode. herodes enī hominem eſtimabat. ſed diabolus deum. ⁊ vterqꝫ regni ſui ſucceſſoreꝫ timebat diabolus celeſtem ſed herodes terrenum. ſuperflue tamen quia xp̄s non venerat regnum terrenum in terra habere vt Leo papa dicit herodi loquens. Non capit xp̄m regia tua poteſtas nec mundi dn̄s tui ſceptri eſt contentus anguſtijs. Quod aūt iudei turbant᷑ qui tn̄ magis gaudere debuerant. aut hoc eſt. quia vt Chryſoſtomus dicit de aduentu iuſti non poterant gaudere iniqui. aut volentes fauere herodi quem timebant. populus enim plus iuſto fauet eis quos crudeles ſuſtinet. Quod autē pueris qui ab herode ſunt interfecti non ceſſit in eoruꝫ detrimentum ſed in eorum profectum. dicit enim Auguſti. in quodam ſermone de epiphania. abſit vt ad liberandos homines chriſtus veniens de illorum premio qui ꝓ eo interficerentur nihil egerit. qui pendens in ligno pro eis a quibus interficiebantur orauit.

## ¶ Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ non ſint conuenienter electi illi quibꝰ ē chriſti natiuitas manifeſtata. Dominus enim Matthei .x. mandauit diſcipulis in viam gentium ne abieritis vt ſcilicet prius manifeſtaretur iudeis quam gentilibus. ergo videtur ꝙ multominus a principio fuerit reuelanda chriſti natiuitas gentilibus. qui ab oriente venerunt. vt habetur Matth. ij. ¶ Pre. manifeſtatio diuine veritatis ꝑcipue debet fieri ad dei amicos. ſm̄ illud Job. xxxvi. Annunciat de ea amico ſuo. ſed magi vident᷑ eſſe dei inimici. dicitur enim Leui. xix. Non declinetis ad magos. nec ab ariolis ſciſcitemini. non ergo debuit chriſti natiuitas magis manifeſtari. ¶ Pre. chriſtus venerat totū mūdum a poteſtate diaboli liberare. vnde dicitur Malach. p̄io. ab ortu ſolis vſqꝫ ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus. non ergo ſolum in oriente poſitis debuit manifeſtari ſed etiam vbiqꝫ terrarum debuit aliquibus manifeſtari. ¶ Pre. omnia ſacramenta veteris legis erant xp̄i figura. ſed ſacramenta veteris legis diſpenſabātur ꝑ miniſterium ſacerdotum legalium. ergo videtur ꝙ magis debuerit chriſti natiuitas manifeſtari ſacerdotibꝰ in templo q̄ꝫ paſtoribus in agro. ¶ Pre. xp̄s ex virgine matre natus eſt. etate paruulus erat. conuenientius ergo fuiſſe videtur ꝙ chriſtus manifeſtaretur iuuenibus q̄ꝫ cōiugatis ſenibus vel viduis ſicut Simeoni ⁊ anne. ¶ Sed contra eſt quod Jo. xiij. dicitur. Ego ſcio quos elegerim que autem fiunt ſm̄ dei ſapientiam conuenienter fiunt. ergo conuenienter ſunt electi illi quibus eſt manifeſtata chriſti natiuitas. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſalus que erat futura per chriſtum ad omnium diuerſitatem hominum pertinebat. quia ſicut dicitur ad Collo. iij. in chriſto non ē maſculus ⁊ femina. gentilis ⁊ iudeus. ſeruus ⁊ liber. ⁊ ſic de alijs huiuſmodi. et vt in ipſa chriſti natiuitate prefiguraretur omnibus conditionibus hominum eſt manifeſtatꝰ quia vt Augu. dicit in ſermone de epiphania. Paſtores erant iſrahelite. magi gentiles. illi prope. iſti longe. vtrique tanqꝫ ad angularem lapidem cucurrerūt. fuit etiam inter eos alia diuerſitas. nam magi fuerunt ſapientes ⁊ potentes. paſtores autem ſimplices et viles. manifeſtatus eſt etiam iuſtis Simeoni et Anne. et peccatoribus ſcilicet magis. manifeſtatus eſt etiam viris et mulieribus ſcilicet Anne. vt per hoc oſtenderetur nullam conditionem hominum excludi a chriſti ſalute. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ illa manifeſtatio natiuitatis chriſti fuit quedam prelibatio plene manifeſtationis que erat futura. Et ſicut in ſecunda manifeſtatione. primo annunciata eſt gratia chriſti per chriſtum et eius apoſtolos iudeis ⁊ poſtea gentilibus. ita ad chriſtum primo peruenerunt paſtores qui erant primitie iudeorum tanquam ꝓpe exiſtentes. et poſtea venerunt magi a remotis. qui fuerunt primitie gentium. vt Auguſtinus dicit. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ ſicut dicit Auguſtinus in ſermone de epiphania. Sicut preualet imperitia in ruſticitate paſtorum. ita preualet impietas in ſacrilegijs magorum vtroſqꝫ tamen ſibi ille lapis angularis attribuit. quippe qui venit ſtulta eligere vt confunderet ſapientes. et non vocare iuſtos ſed peccatores. vt nullus magnus ſuꝑbiret. nullus infimus deſparet. Quidā tn̄ dicunt ꝙ iſti magi non fuerunt malefici ſed ſapiētes aſtrologi. qui apud perſas ⁊ caldeos magi vocantur. ¶ Ad tertium

dicendum ꝙ ſicut dicit Chryſoſto. ab oriente venerunt magi. quia vnde dies naſcitur inde initium fidei proceſſit. quia fides lumen eſt animarum. vel quia omnes qui ad xp̄m veniunt ab ipſo ⁊ ꝑ ipſum veniunt. vnde dicitur zacha. Ecce vir oriens nomen eius. Dicuntur aūt magi oriente ad litterā veniſſe. vel quia de vltimis orientis partibus venerunt ſm quoſdam. vel qꝛ de aliquibus vicinis partibus iudee venerunt. que tn̄ ſunt regiones iudeoꝝ ad orientē. Credibile tn̄ eſt etiam in alijs ꝑtibus mundi aliqua indicia natiuitatis chriſti apparuiſſe. ſicut Rome fluxit oleum. ⁊ in Hyſpania apparuerunt tres ſoles paulatim in vnum coeuntes. Ad. iij. dīm ꝙ ſicut Chryſo. dicit. angelus manifeſtans xp̄i natiuitatem nō iuit hieroſolimam. non requiſiuit ſcribas ⁊ phariſeos. erant enī corrupti vt ꝑ inuidia cruciarent̄. ſed paſtores erant ſancti. antiquā cōuerſationem patriarchaꝝ ⁊ moyſen colētes. Per hos etiam paſtores ſignificabant̄ doctores eccleſie. quibꝰ xp̄i myſteria reuelabant̄. que latebant iudeos. Ad. v. dīm ꝙ ſicut dicit Ambro. generatio dn̄i non ſolum a paſtoribus ſed etiā a ſenioribꝰ ⁊ iuſtis accipere debuit teſtimonium. quorum etiam teſtimonio propter iuſtitiā magis credebatur.

## Ad quartum ſic procedit

Videt̄ ꝙ xp̄s per ſeipſum ſuam natiuitatem debuerit manifeſtare. cauſa enī que eſt ꝑ ſe ſemꝑ potior eſt cauſa que ē ꝑ aliud. vt dicit̄ in. viij. phi. ſed chriſtus ſuam natiuitatē manifeſtauit ꝑ alios. puta paſtoribus ꝑ angelos. ⁊ magis per ſtellam. ergo multomagis ꝑ ſeipſum debuit ſuam natiuitatem manifeſtare. Pre Eccli. xx. dicit̄. Sapientia abſcondita ⁊ theſaurus inuiſus que vtilitas in vtriſq;? ſ; xp̄s a principio ſue conceptionis plene habuit ſapientie ⁊ gratie theſaurum. niſi ergo hanc plenitudinem manifeſtaſſet ꝑ verba ⁊ opera fuiſſet fruſtra ei data ſapientia et gratia. qd̓ eſt inconueniens. quia deus ⁊ natura nihil faciunt fruſtra. vt dicit̄ in. i. de ce. ⁊ mun. Pre. in li. de infantia ſaluatoris legit̄. ꝙ chriſtus in ſua pueritia multa mirabilia fecit ⁊ ita videt̄ ꝙ ſuam natiuitatem ꝑ ſeipſum manifeſtauerit. Sed contra eſt qd̓ Leo papa dicit ꝙ magi inuenerunt puerum Jeſum. nulla ab infantie humane generalitate diſcretū. ſed alij infantes nō manifeſtāt ſeipſos. ergo neq; decuit ꝙ xp̄s ꝑ ſeipſum ſuam natiuitatem manifeſtaret. Rn̄. dīm ꝙ natiuitas xp̄i ad humanam ſalutem ordinabat̄ q̄ quidem eſt ꝑ fidem. fides aūt ſalutaris diuinitatē ⁊ humanitatē xp̄i confitet̄. oportebat ergo ita manifeſtari natiuitatē xp̄i vt demonſtratio diuinitatis eius fidei humanitatis ipſius non preiudicaret. hoc antem factum eſt dum xp̄us in ſeipſo ſimilitudinem infirmitatis humane exhibuit. ⁊ tamen ꝑ dei creaturas diuinitatis virtutem in ſe monſtrauit. Et ideo xp̄s non ꝑ ſeipm̄ ſuam natiuitatē manifeſtauit. ſed ꝑ quaſdā alias creaturas. Ad. i. ergo dīm ꝙ in via generationis ⁊ motus oportet ꝑ imꝑfecta ad ꝑfectum veniri. ⁊ ideo xp̄s priꝰ manifeſtatꝰ eſt ꝑ alias creaturas. ⁊ poſtea manifeſtauit ſe ꝑ ſeipſum. manifeſtatione ꝑfecta. Ad. ij. dīm ꝙ licet ſapīa abſcondita inutilis ſit. non tn̄ ad ſapientem ꝑtinet vt quolibet tempe manifeſtet ſeipſum. ſed tempe cōgruo dicit̄ enī Eccli. xx. eſt tacens non habens ſenſum loquele ⁊ eſt tacens ſciens tempus apti temporis. Sic ergo ſapientia xp̄o data non fuit inutilis. quia ſeipſam tempore congruo manifeſtauit. ⁊ hoc ipſum quia tempore abſcondebatur eſt ſapientie inditum. Ad. iij. dicendum ꝙ liber ille d̓ infantia ſaluatoris eſt apocrifus. ⁊ Chryſo. ſuꝑ Jo. dicit ꝙ xp̄s non fecit miracula anteq; conuerteret aquam in vinū. ſm illud qd̓ dicit̄ Jo. ij. hoc fecit initium ſignoꝝ Jeſus. ſi enī ſm primā etatem miracula feciſſet n̄ indiguiſſent iſrahelite alio manifeſtante ipm̄ cum tn̄ Johannes baptiſta dicat Jo. i. vt manifeſtet̄ iſrahel iꝑpterea veni i aqua baptiſans. Decēter aūt nō icepit facere ſigna in prima etate. eſtimaſſent enī fantaſma eſſe incarnationem. ⁊ ante oportunum tempus euꝫ cruci tradidiſſent.

## Ad quintum ſic procedit

Videt̄ ꝙ non debuerit manifeſtari ꝑ angelos xp̄i natiuitas. Angeli enī ſunt ſpirituales ſubſtātie. ſm illud ps̄. q̄ facit angelos ſuos ſpūs. Sed xp̄i natiuitas erat ſm carnem non aūt ſm ſpūalem eius ſubſtantiam. ergo non debuit manifeſtari ꝑ angelos. Pre. maior eſt affinitas iuſtoꝝ ad angelos q̄ ad quoſcunq; alios ſm illud ps̄. immittit angelos dn̄i in circuitu timentium eum et eripiet eos. Sed iuſtis. ſ. Simeoni ⁊ Anne non eſt manifeſtata xp̄i natiuitas ꝑ angelos. ergo nec paſtoribus ꝑ anglos maīfeſtari debuit. Pre. videt̄ ꝙ nec magis debuit manifeſtari ꝑ ſtellam. hoc enī videt̄ eſſe erroris occaſio q̄ꝰ tū ad illos qui eſtimant ſidera natiuitatibus hoīm dn̄ari. ſed occaſiones peccandi ſunt hoībus auferende. non ergo fuit conueniens ꝙ ꝑ ſtellā xp̄i natiuitas manifeſtaretur. Pre. ſignum oportet eſſe certum ad hoc ꝙ ꝑ ipſum aliquid manifeſtet̄. ſed ſtella non videt̄ eſſe certum ſignum natiuitatis xp̄i. ergo inconuenienter fuit xp̄i natiuitas ꝑ ſtellam manifeſtata. Sed contra eſt quod dicit̄ Deutero. xxxij. Dei perfecta ſunt opera. ſed talis manifeſtatō fuit opus diuinū. ergo per conuenientia ſigna fuit effecta. Rn̄. dicendum ꝙ ſicut manifeſtatio ſilogiſtica fit per ea que ſunt magis nota ei cui eſt aliquid manifeſtandū ita manifeſtatio que fit ꝑ ſignum debet fieri ꝑ ea que ſunt familiaria illis quibus manifeſtatur. manifeſtum eſt autem ꝙ viris iuſtis eſt familiare ⁊ conſuetum interiori ſpiritus ſancti edoceri inſtinctu abſq; ſignoꝝ ſenſibilium demonſtratione. ſ. per ſpm̄ prophetie. alij vero corporalibus rebus deditiꝑ ſenſibilia ad intelligibilia deducunt̄. iudei tamen conſueti erant diuina reſponſa ꝑ angelos accipere ꝑ quos etiam legem acceperant. ſm illud Act. vij. Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum. Gentiles vo ⁊ maxime aſtrologi conſueti ſunt ſtellarum curſus aſpicere. Et ideo iuſtis. ſ. Simeoni ⁊ Anne manifeſtata eſt xp̄i natiuitas ꝑ interiorem inſtinctum ſpūſſancti. ſm illud Luce. ij. Reſponſum accepit a ſpiritu ſancto Simeon. nō viſurum ſe mortem niſi prius videret chriſtum domini paſtoribus autem ⁊ magis tanquam rebus corporalibꝰ deditis manifeſtata eſt chriſti natiuitas per apparitiones viſibiles. Et quia natiuitas non erat pure terrena ſ; quodam modo celeſtis. ideo per ſigna celeſtia vtriſq; natiuitas chriſti reuelatur. vt enim Augu. dicit in ſermone de epiphania celos angeli habitant et ſydera ornant. vbiq; ergo celi enarrant gloriam dei. Rationabiliter autem paſtoribus tanquā iudeis. apud quos frequenter facte ſunt apparitiones angelorum reuelata eſt natiuitas chriſti per angelos. magis autem aſſuetis in conſideratione celeſtium corpoꝝ manifeſtata eſt per ſignum ſtelle. quia vt Chryſoſtomus dicit. per conſueta eos dominus vocare voluit eis condeſcendens. Eſt autem et alia ratio. quia vt dicit be. Gregorius. Judeis tanquam ratione vtentibus rationale animal. id eſt. angelus predicare

debuit. gentiles vero qui vti rõne neſciebant ad cognoſcẽ
dum deum non p vocem. ſed per ſigna pducuntur ⁊ ſicut
dñm iam loquentẽ annunciauerũt gentib predicatores
loquentes. ita eum nondũ loquentem elementa muta p̄
dicauerunt. Eſt aũt ⁊ alia rõ. qꝛ vt dicit Aug. in ſmone
ephie abrae innumerabilis erat promiſſa ſucceſſio nõ car
nis ſemine. ſed fidei fecunditate generanda. ⁊ ideo ſtella
rum multitudini eſt cõparata vt celeſtis ꝓgenies ſpera
retur. ⁊ ideo gentiles in ſideribus deſignati. ortu noui ſi
deris excitantur. vt ꝑueniant ad xp̄m per quem efficiunt
ſemen abrae ¶ Ad. i. ergo dicẽdũ. ꝙ illud manifeſtatione
indiget quod de ſe eſt occultum. non aũt illud quod de ſe
eſt manifeſtum. caro aũt eius qui naſcebatur erat mani
feſta ſed diuinitas erat occulta. ⁊ ideo conuenienter ma
nifeſtata eſt illa natiuitas p angelos qui ſunt dei miniſtri
vnde ⁊ cum claritate angelus apparuit. vt oſtenderetur ꝙ
ille qui naſcebatur. erat ſplendor paterne glorie. ¶ Ad.
ij. dicẽdũ ꝙ iuſti non indigebant viſibili apparitione ange
loꝝ. ſed eis ſufficiebat interior inſtinctus ſpũſſancti ꝓpter
eorum ꝑfectionem. ¶ Ad. iij. dicẽdũ ꝙ ſtella que natiuita
tem xp̄i manifeſtauit. omnem occaſionẽ erroris ſubtraxit
vt enĩ Aug. dicit contra fauſtum. nulli aſtrologi conſti
tuunt ita naſcentium hoĩꝫ fata ſub ſtellis. vt aliquã ſtel
larum hoĩe aliquo nato. circuitus ſui ordinem reliquiſſe
⁊ ad eũ qui natus eſt prexiſſe aſſererent. ſicut accidit. cir
ca ſtellam que demonſtrauit natiuitatem xp̄i. ⁊ ideo per
hoc non confirmat error eoꝝ qui ſortem naſcentium hoĩꝫ
aſtroꝝ ordini colligari arbitrant. non aũt credunt ordinẽ
aſtrorum ad hominis natiuitatem poſſe mutari. Similit̃
etiã vt Criſo. dicit. non eſt hoc aſtronomie opus. a ſtellis
ſcire eos qui naſcuntur. ſed ab hora natiuitatis futura p̄
dicere. Magi aũt tp̄us natiuitatis non cognouerunt vt
hinc ſumentes initium aut ſtellaꝝ motu futura cogno
ſcant. ſed potius econuerſo. ¶ Ad. iiij. dicẽdũ ꝙ ſicut Cri.
refert in quibuſdaꝫ ſcriptis apocrifis legitur. quedã gens
in extremo orientis iuxta occeanum. quandam ſcripturã
habebat ex nomine ſeth. de hac ſtella ⁊ muneribus eius
hmõi offerendis que gens diligenter obſeruabat huius
ſtelle exortum. poſitis exploratoribus duodecĩ. qui certis
temporibus de nocte aſcendebant in montem in quo poſt
modum viderunt ſtellam habentem in ſe quaſi paruuli
formam. ⁊ ſuper ſe ſilitudinem crucis. Uel dicenduꝫ ꝙ
ſicut dicitur in li. queſtionum no. ⁊ ve. teſta. magi illi. tra
ditionem balaam ſequebantur qui dixit. orietur ſtella ex
Jacob. ⁊c̃. vnde videntes ſtellam extra ordinem mundi
hanc eſſe intellexerunt. quam balaam futuram indiceꝫ re
gis iudeorum prophetauerat. Uel dicendum ꝙ ſicut di
cit Aug. in ſermone de ephia ꝙ ab angelis aliquã moni
tione reuelationis audierunt magi ꝙ ſtella chriſtum na
tum ſignificaret. Et probabile videtur ꝙ a bonis quan
do in chriſto adorando ſalus eoꝝ iam querebatur. Uel
ſicut Leo papa dicit in ſermone de Epi. preter illam ſpe
ciem que corpoꝝ incitauit obtutuꝫ fulgentior veritatis ra
dius eorum corda perdocuit. ꝙ ad illuminationem fidei
pertinebat.

## ¶ Ad ſextum ſic proceditur

Uidet ꝙ inconuenienti ordine xp̄i natiuitas fuit mani
feſtata. illis enĩ debuit primo manifeſtari xp̄i natiuitas
qui xp̄o ꝓpinquiores fuerũt. ⁊ qui magis xp̄m deſidera
bant. ſm illud Sap. vi. preoccupat eos qui ſe ꝯcupiſcũt
vt ſe priorem illis oſtẽdat. ſed iuſti ꝓpinquiſſimi erãt xp̄o
per fidem. ⁊ maxime eius aduentum deſiderabant. vnde
dicit Lu. ij. de ſymeone ꝙ erat homo iuſtus ⁊ timoratus
expectans redemptionẽ iſrael. ergo prius debuiſſet ma
nifeſtari xp̄i natiuitas ſymeoni q̃ʒ paſtoribus ⁊ magis.
¶ Pre. magi fuerunt primitie gentium. xp̄o credituraꝝ
ſed primo plenitudo gentium intrat ad fidem. ⁊ poſt mo
dum omnis iſrael ſaluus fiet. vt dicit ad Ro. xi. g primo
debuit manifeſtari xp̄i natiuitas magis q̃ʒ paſtoribus.
¶ Pre. Mat. ij. dicitur ꝙ herodes occidit omnes pueros
qui erant in bethleem ⁊ in omnib finibus eius. a bimatu
⁊ infra. ſcdm tp̄s quod exquiſierat a magis. ⁊ ſic videtur
ꝙ per duos annos. ꝑ. xp̄i natiuitatem magi ad xp̄m per
uenerunt. inconueniẽter ergo poſt tm̃ tempus. fuit xp̄i
natiuitas gentibus manifeſtata. ¶ Sed contra eſt qd̕
dicitur Daniel. ij. ipſe mutat tp̄a ⁊ etates. ⁊ ita tp̄s manife
ſtationis natiuitatis xp̄i videtur congruo ordine eſſe di
ſpoſitum. ¶ Rñ. dicẽdũ ꝙ xp̄i natiuitas primo quidẽ ma
nifeſtata eſt paſtoribus ipã die natiuitatis xp̄i. vt enĩ dr
Luce. ij. erant paſtores in eadem regione vigilantes ⁊ cu
ſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuuꝫ. ⁊ vt diceſ
ſerunt ab eis angeli in celum. loquebantur ad inuicem.
tranſeamus vſqꝫ in bethleem. ⁊ venerunt feſtinãtes. Se
cundo aũt magi peruenerunt ad xp̄m. xiij. die natiuitatis
eius. quo die feſtum epi. celebratur. ſi enim reuoluto an
no. aut etiam duobus annis ꝑueniſſent. non inueniſſent
eum in bethleem. cum ſcriptum ſit Luce. ij. ꝙ poſtqꝫ per
fecerunt omnia ſm legem domini. offerentes ſcilicet pue
rum ieſum in templum. reuerſi ſunt in galileam. in ciui
tatem ſuam. i. in nazaret. Tertio auteꝫ manifeſtata eſt iu
ſtis in templo. xl. die a natiuitate. vt habetur Luce. ij. Et
huius ordinis ratio eſt. quia per paſtores ſignificantur a
poſtoli ⁊ alij credentes ex iudeis. quibus primo manife
ſtata eſt fides xp̄i. inter quos non fuerunt multi potentes
nec multi nobiles. vt dicitur. i. Cor. i. Secundo autem
fides xp̄i peruenit ad plenitudinem gentium. que eſt pre
figurata per magos. Tertio autem peruenit ad plenitudi
nem iudeorum. que prefigurata eſt per iuſtos. vnde ⁊ in
templo iudeorum eſt eis xp̄us manifeſtatus. ¶ Ad. i. ergo
dicẽdũ ꝙ ſicut dicit apoſtolus ad Ro. ix. iſrael ſectando le
gem iuſticie. in legem iuſticie non peruenit. ſed gentiles
qui non querebant iuſticiam. iudeos cõmuniter in iuſti
cia fidei preuenerunt ⁊ in hmõi figuram. ſymeon qui ex
pectabat conſolationem iſrael. vltimo xp̄m natum cogno
uit. ⁊ preceſſerunt eum magi ⁊ paſtores. qui xp̄i natiuita
tem non ita ſollicite expectabant ¶ Ad. ij. dicẽdũ ꝙ licet ple
nitudo gentium prius intrauit ad fidem q̃ʒ plenitudo iu
deorum. tamen primicie iudeorum preuenerunt in fide p̄
micias gentium. ⁊ ideo paſtoribus primo manifeſtata ẽ
xp̄i natiuitas q̃ʒ magis. ¶ Ad. iij. dicẽdũ ꝙ de apparitione
ſtelle que apparuit magis duplex eſt opinio Criſo. enim
dicit ſup Mat. ⁊ Aug. in ſermone Epi. ſtella magis ap
paruit per biennium ante chriſti natiuitatem. ⁊ tunc primo
meditãtes ⁊ ſe ad iter p̄parantes. a remotiſſimis partib
orientis peruenerunt ad chriſtum. xiij. die a ſua natiuita
te. vnde ⁊ herodes ſtatim poſt receſſum magorum. vi
dens ſe ab illis illuſum. mandauit occidi pueros a bima
tu ⁊ infra. dubitans ne tunc xp̄s natus eſſet. quando ſtel
la apparuit. ſcdm ꝙ a magis audierat. Alij vero dicũt ſtel
lam apparuiſſe primo cum chriſtus eſt natus. ⁊ ſtatiꝫ ma
gi viſa ſtella iter accipientes. longiſſimum iter. in. xiij. di
ebus peregerunt partim quidem adducti diuina virtute
partim autem dromedariorum velocitate. Et hoc dico ſi

venerunt ex extremis partibus orientis. Quidam tamen
dicunt eos veniſſe a propinqua regione. vnde fuerat ba
laam. cuius doctrine ſucceſſores fuerunt. Dicuntur aūt
ab oriente veniſſe. quia terra illa eſt ad orientalem partē
iudeorum. ⁊ ſcd̄m hoc herodes non ſtatim recedentibus
magis ſed poſt biennium interfecit pueros. Vel quia di
citur interim accuſatus romam iuiſſe. Vel aliquorum pi
culorum terroribus agitatus a cura interficiendi pueruꝫ
interim deſtitiſſe. Vel quia potuit credere magos fallaci
ſtelle viſione deceptos. poſtꝙ non inuenerunt quem pu
tauerūt erubuiſſe ad ſe venire. vt Aug. dicit i li. de cōſenſu
euangeliſtarum. Ideo autem non ſolum binos interfecit
ſed etiam infra. quia vt Augu. dicit in quodam ſermone
innocentium timebat ne puer cui ſidera famulantur. ſpe
ciem ſuam paulo ſuper etatem vel infra tranſformaret.

## ¶ Ad ſeptimū ſic proceditur

Videtur ꝙ ſtella que magis apparuit. fuerit vna de cele
ſtibus ſtellis. dicit enim Augu. in quodam ſermone epi.
dependet ad vbera ⁊ vilium patitur deus inuolumēta pā
norum. repente nouum ſydus de celo refulſit. fuit ergo ſtel
la celeſtis. que magis apparuit. ¶ Pre. Aug. dicit in ſer
mone quodam epi. paſtoribus angeli. magis ſtella xp̄um
demonſtrat. vtriſqꝫ loquitur lingua celorum. quia lin
gua ceſſauerat prophetarum. ſed angeli paſtoribꝰ apparētes
fuerūt vere de celeſtibus angelis. ergo etiā ſtella magis
apparens. fuit vere de celeſtibus ſtellis. ¶ Pre. ſtelle que
non ſunt in celo ſed in aere. dicuntur ſtelle comate. ꝙ non
apparēt in natiuitatibꝰ regū. ſed magis ſunt indicia mor
tis eoꝝ. ſed illa ſtella deſignabat regis natiuitatem. vnde
magi dicunt Mat. ij. vbi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ. vi
dimus enī ſtellam eius in oriente. ergo videtur ꝙ fuit de
celeſtibus ſtellis. ¶ Sed contra eſt quod Augu. dicit in
li. contra fauſtuꝫ. non ex illis erat ſtellis. que ab initio cre
ature itineꝝ ſuorum ordinem. ſub creationis lege cuſto
diunt. ſed nouo virginis partu. nouum ſidus apparuit.
¶ Rñ. dicēdum ꝙ ſicut Chriſo. dicit ſuper Mat. ꝙ illa ſtel
la que magis apparuit. non fuerit vna celeſtium ſtellarū
multipliciter manifeſtum eſt. Primo quidem quia nulla
aliarum ſtellarum hac via incedit. hec enim ſtella fereba
tur a ſeptentrione in meridiem. ita enim iacet iudea ad p
ſidē. vnde magi venerunt. Secundo apparet hoc ex tem
pore. non enim ſolum apparebat in nocte ſed etiaꝫ in me
dia die. quod non eſt virtutis ſtelle ſed nec etiam lune.
Tertio quia quandoqꝫ apparebat ⁊ quandoqꝫ occultaba
tur. cum enim intrauerunt hieroſolimam. occultauit ſe
ipſam. deinde vbi herodem reliquerunt. monſtrauit ſeip
ſam. Quarto quia non habebat continuum motum. ſed
cum oportebat ire magos. ibat. quando autem oportebat
ſtare. ſtabat. ſicut etiam de columpna nubis legitur. que
erat in deſerto. Quinto quia non ſurſum manens. partū
virginis demonſtrabat. ſed deorſum deſcendens hoc faci
ebat. dicitur enim Mat. ij. ꝙ ſtella quā viderāt in orien
te. antecedebat eos. vſqꝫ deueniens ſtaret ſupra vbi erat
puer. Ex quo patet ꝙ verbum magorum dicentium vidi
mus ſtellam eius in oriente. non eſt ſic intelligenduꝫ. ꝙ
ſi ipſis in oriente poſitis apparuit ſtella exiſtens in terra
iuda. ſed quia viderunt eam in oriente exiſtentem. ⁊ pre
ceſſit eos vſqꝫ ad iudeam. qꝫuis hoc a quibuſdam ſub du
bio relinquatur. Non eīm potuiſſet diſtincte domum de
monſtrare. niſi eſſet terre vicina. Et ſicut ipē dicit hoc nō
videtur eſſe proprium ſtelle. ſed virtutis cuiuſdaꝫ rōnalis
vnde videtur ꝙ hec ſtella. virtus rationalis viſibilis fu
iſſet in talem apparentiam transformata. Unde quidam
dicunt ꝙ ſicut ſpiritusſanctus deſcendit ſuper baptiza
tum dominum in ſpecie columbe. ita apparuit magis in
ſpecie ſtelle. Alij vero dicunt ꝙ angelus qui apparuit pa
ſtoribus in ſpecie humana. apparuit magis in ſpecie ſtelle
Probabilius tn̄ videtur ꝙ fuerit ſtella de nouo creata. nō
in celo. ſed in aere vicino terre. que ſcd̄m dei voluntatem
mouebatur. vnde Leo papa dicit in ſermone epi. tribus
magis in regione orientis ſtella noue claritatis apparuit
que illuſtrior ceteris pulchriorqꝫ ſideribus in ſe intuentiū
oculos animoſqꝫ conuerteret. vt confeſtim aduerteretur.
non eſſe ocioſum quod tam inſolitum videbatur.
Ad. i. ergo dicēdum ꝙ celum in ſacra ſcriptura quandoqꝫ di
citur aer ſcd̄m illud ps. volucres celi ⁊ piſces maris. ¶ Ad
ij. dicēdum ꝙ ipſi celeſtes angeli. ex ſuo officio habent. vt ad
nos deſcendant in miniſteriuꝫ miſſi. ſed ſtelle celeſtes ſuū
ſitum non mutant. vnde non eſt ſimilis ratio. ¶ Ad. iij.
dicēdum ꝙ ſicut ſtella non eſt ſecuta modum ſtellarum cele
ſtium. ita nec ſtellaꝝ comataꝝ. que nec de die apparent.
nec curſum ſuum ordinatum mutant. Et tn̄ non omnino
aberat ſignificatio comataꝝ. qꝛ celeſte regnum xp̄i cōmi
nuit ⁊ conſūpſit vniuerſa regna terrena. ⁊ ipſum ſtabit in
eternum vt dicitur Daniel. ij.

## ¶ Ad octauum ſic procedit

Videtur ꝙ magi non conuenienter venerunt ad chriſtuꝫ
adorandum ⁊ venerandū. Unicuiqꝫ enī regi reuerentia
debetur a ſuis ſubditis. magi aūt non erant de regno iu
deorum ergo cum ex viſione ſtelle cognouerunt natū eſſe
regem iudeoꝝ videt ꝙ inconuenienter venerūt ad eum
adorandum. ¶ Pre. ſtultum eſt viuente rege aliquo ex
traneum regem annūciare. ſed in regno iudee regnabat
herodes. ergo ſtulte fecerunt magi regis natiuitatem an
nunciantes. ¶ Pre. certius eſt celeſte indicium ꝙ huma
nuꝫ. ſed magi ducatu celeſtis indicij ab oriente venerant
in iudeam. ſtulte ergo egerunt preter ducatum ſtelle hu
manum indicium requirendum. dicentes vbi eſt qui na
tus eſt rex iudeorum. ¶ Pre. munerum oblatio ⁊ adora
tionis reuerentia. non debetur niſi regibus iam regnanti
bus. ſed magi non inuenerunt xp̄m regia dignitate fulgē
tem. ergo ei inconuenienter munera ⁊ reuerentias regiaꝫ
exhibuerunt. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Eſa. lx. am
bulabunt gentes in lumine tuo. ⁊ reges in ſplendore or
tus tui. ſed qui diuino lumine ducuntur non errāt. ergo
magi abſqꝫ errore xp̄o reuerentiam exhibuerunt. ¶ Rñ.
dicēdum ꝙ ſicut dictum eſt magi ſunt primicie gentium in
xp̄o credentium. in quibus apparuit. ſicut in quodam pre
ſagio. fides ⁊ deuotio gentium. venientium a remotis ad
xp̄m. Et ſicut deuotio ⁊ fides gentium. eſt abſqꝫ errore p
inſpirationem ſpiritusſancti. ita ⁊ credendum eſt magos
per ſpūmſanctū inſpiratos. ſapienter xp̄o reuerentiam ex
hibuiſſe. ¶ Ad. i. ergo dicēdum ꝙ ſicut dicit Aug. in ſermōe
epi. cum multi reges iudeoruꝫ nati fuiſſent atqꝫ defuncti
nullum eoꝝ magi ad adorandū queſierunt. non itaqꝫ re
gi iudeoꝝ quales illic eſſe ſolebant. Hunc tam magnuꝫ
honorem longinqui alienigene ⁊ ab eodem regno prorſus
extranei. a ſe debere arbitrabantur. ſed talem natum eē di
dicerūt. in quo adorando ſe ſalutem que ſcd̄m deum eſt cō
ſecuturos. minime dubitarent. ¶ Ad. ij. dicēdum. ꝙ per illā
annunciationem magoruꝫ prefigurabatur conſtantia gē
tilium. xp̄m vſqꝫ ad mortem confitentiū. vnde Criſo. dicit

ſuper Mat. ꝙ dum conſiderabant regem futurum. non timebant regem pñtem. adhuc non viderunt xp̄m. ⁊ iam parati erant ꝑ eo mori. ¶ Ad. iiij. dõz. ꝙ ſicut dicit Aug. in ſermone epi. ſtella que magos perduxit ad locum vbi erat cum matre virgine deus infans. poterat eos ad ipſã perducere ciuitatem bethleem. in qua natus eſt chriſtus. ſed tñ ſubtraxit ſe donec de ciuitate in qua xp̄s naſceretur etiam iudei teſtimoniũ perhiberent. vt ſic geminato teſtimonio confirmati. ſicut Leo papa dicit ardentiori fide expeterent. quem ⁊ ſtelle claritas. ⁊ ꝓphetie manifeſtabat auctoritas. Ita ipi annunciant xp̄i natiuitatem. ⁊ interrogant locum credunt ⁊ querunt. tanq̃ ſignificantes eos q̄ ambulant ꝑ fidem. ⁊ deſiderant ſpeciem. vt Augu. dicit in ſermone epi. Iudei aũt indicantes eis locum natiuitatis xp̄i. ſimiles facti ſunt fabris arche noe. qui alijs vt euaderent preſtiterunt ⁊ ipi diluuio perierunt. Audierunt et abierunt inquiſitores. dixerunt ⁊ remanſerunt doctores ſimiles lapidibus miliarijs. qui viam oſtendũt nec ambulant. diuino etiam nutu factũ eſt. vt aſpectu ſtelle ſubtracto. magi humano ſenſu iuerunt in hieruſalem. querentes in ciuitate regia regem natum. vt in hieruſalem pr̄io natiuitas xp̄i publice nunciaret̃. ſcḋm illud Eſa. ij. de ſyon exibit lex. ⁊ verbum dñi in hieruſalem. Et vt etiã ſtudio magoꝝ de longe venientium. damnaretur pigricia iudeorũ ꝓpe exiſtentiũ. ¶ Ad. iiij. dõm. ſi magi regem terrenum querentes veniſſent. fuiſſent confuſi. qui tanti itineris laborem ſine cã ſuſcepiſſent. vnde nec adoraſſent nec munera obtuliſſent. nunc aũt quia celeſtem regem querebãt ⁊ ſi nihil regalis excellentie in eo viderunt. tñ ſolius ſtelle teſtimonio contenti adorauerunt. viderunt eñi hominẽ ⁊ agnoſcunt deũ. ⁊ offerunt munera dignitati xp̄i congruentia. aurum quidẽ quaſi regi magno. thus quod in dei ſacrificio ponitur ymolant vt deo. mirram qua mortuoꝝ corpora condiuntur. prebent. tanq̃ pro ſalute omniũ moriturо. Et vt dicit Gre. inſtruimur. vt nato regi aurum. ꝑ quod ſignificatur ſapientia offeramus. in conſpectu eiꝰ ſapientie lumine ſplendentes. thus autem per quod exprimitur orationis deuotio offerimus deo. ſi per orationum ſtudia. deo redolere valeamus. mirram que ſignat mortificationem carnis offerimus. ſi carnis vitia per abſtinentiam mortificamus. ¶ Q̃ō. XXXVII.

# Deinde ꝯſiderãdum

eſt de circumciſione xp̄i. ⁊ quia circumciſio eſt quedam profeſſio legis obſeruande. ſcḋm illud ad Galla. v. teſtificor omni homini circumcidenti ſe quoniam debitor eſt vniuerſe legis faciende. ſimul cum hoc querendum eſt de alijs legalibus. circa puerum xp̄m obſeruatis. vnde queruntur quattuor. Primo de circumciſione. Secundo de nominis impoſitione. Tertio de eiꝰ oblatione. Quarto de matris purgatione.

## ¶ Ad primũ ſic proceditur

Videtur ꝙ xp̄s non debuit circumcidi. veniente veritate ceſſat figura. ſed circumciſio fuit abrae precepta in ſignũ federis quod erat de ſemine naſcituro. vt pꝫ Geñ. xvij. hoc autem fedus fuit in chriſti natiuitate completurũ. ḡ circumciſio ſtatim ceſſare debuit. ¶ Pre. oĩs xp̄i actio. noſtra eſt inſtructio. vnde dicitur Iohan. xiij. exemplum dedi vobis. vt quemadmodum ego feci vobis. ita ⁊ vos faciatis. ſed nos non debemus circumcidi. ſcḋm illud ad Gal. v. ſi circumcidimini. chriſtus nihil proderit vobis. ergo videtur ꝙ nec chriſtus debuit circumcidi. ¶ Pre. circũciſio eſt ordinata in remedium originalis peccati. ſed xp̄s non contraxit origenale peccatum. vt ex ſupra dictis pꝫ ergo chriſtus debuit circumcidi. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Lu. ij. poſtq̃ conſumati ſunt dies octo. vt circumcideret̃ puer. ¶ Rñ. dõm. ꝙ pluribus de cauſis chriſtus debuit circumcidi. Primo quidem vt oſtendat veritatẽ carnis humane contra manicheum. qui dixit eum habuiſſe corpus fantaſticum. ⁊ contra appollinarem qui dixit corpus chriſti. diuinitati eſſe cõſubſtantiale. ⁊ contra valentinum. qui dixit chriſtum corpus de celo attuliſſe. Secundo vt approbaret circumciſionẽ. quam olim deus inſtituerat. Tertio vt approbaret ſe eſſe de genere abrahe. q̄ circumciſionis mandatum acceperat in ſignum fidei quã de chriſto habuerat. Quarto vt iudeis excuſationem tolleret ne eum reciperent ſi eſſet incircumciſus. Quinto vt obedientie virtutem. nobis ſuo cõmendaret exemplo vnde ⁊ octauo die circumciſus ſicut erat in lege p̄ceptum Sexto vt qui ſimilitudinem carnis peccati accipere aduenerat. remedium quo caro peccati conſueuerat mundari non reſpueret. Septĩo vt legis onus in ſe ſuſtinens. alios a legis onere liberaret. ſcḋm illud ad Gal. iiij. miſit deus filiũ ſuum. factũ ſub lege. vt eos qui ſub lege erant redimeret. ¶ Ad. i. ergo dõm. ꝙ circumciſio per remotionẽ carnalis pellicule. in membro generationis facta ſignificabat ſpoliationem vetuſte generationis. a qua quidem vetuſtate liberaremur per paſſionem chriſti. ⁊ ideo veritas huius figure non fuit plene impleta in chriſti natiuitate ſed in eius paſſione. ante quã circumciſio ſuam virtutem ⁊ ſtatum habebat. ⁊ ideo decuit chriſtum ante ſuam paſſionem. tanq̃ filium abrae circumcidi. ¶ Ad. ij. dõm. ꝙ chriſtus circumciſionem ſuſcepit eo tempore quo erat ſub precepto. ⁊ ideo ſua actio in hoc eſt nobis imitanda. vt obſeruemus ea que ſunt noſtro tempore in precepto. qꝛ vnicuiq̃ negocio eſt tempus ⁊ oportunitas. vt dicitur eccle. viij. Et preterea vt origenes dicit ſicut mortui fuimus cum illo moriente ita conſurreximus chriſto reſurgente. ita circumciſi ſumus ſpũali circumciſione per chriſtum. ⁊ ideo carnali circumciſione non indigemus. Et hoc eſt ꝙ apoſtolus dicit ad Collo. ij. in quo ſcilicet chriſto circũciſi eſtis circumciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis. ſed in circumciſione domini noſtri ieſu xp̄i ¶ Ad. iiij. dõm ꝙ ſicut chriſtus propria voluntate mortem noſtram ſuſcepit. que ẽ effectus peccati. nullũ in ſe habens peccatũ. vt nos a morte liberaret ⁊ ſpiritualiter nos faceret mori peccato. ita etiam circumciſionem que eſt remedium originalis peccati ſuſcepit ad hoc ꝙ aboleret originale peccatum. vt nos a legis iugo liberaret. ⁊ vt in nobis ſpiritualem circumciſionem efficeret. vt ſcilicet ſuſcipiendo figuram impleret veritatem.

## ¶ Ad ſecundũ ſic procedit̃

Videtur ꝙ inconuenienter fuerit xp̄o nomen impoſitũ Veritas enim prophetica vel euangelica. debet pronunciationi prophetice reſpondere. ſed prophete aliud nomẽ de xp̄o pronunciauerunt. Dicitur enim Eſa. vij. ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium. ⁊ vocabitur nomen eius emanuel ⁊. viij. vocabitur nomen eius accelera. ſpolia detrahe. feſtina predari. ⁊ nono. vocabitur nomen eius ammirabilis conſiliarius. deus fortis. pater futuri ſeculi p̃riceps pacis. ⁊ zach. vi. ecce vir oriens nomen eius. ergo inconuenienter vocatum eſt nomen eius ieſus. ¶ Pre. Eſa.

xiij. dicitur vocabitur nomen tuum nouum. quod os do‑
mini nominauit. ſed hoc nomen ieſus non eſt nomen no‑
uum. ſed pluribus fuit in veteri teſtamento impoſitum.
vt patet etiã ex ipſa genealogia Lu. iij. ergo videtur ꝙ in
conuenienter vocatum eſt nomen eius ieſus. ¶ Preter.
hoc nomen ieſus ſalutem ſignificat. vt patet per illud qđ
dicitur Mat. i. pariet filium ⁊ vocabit nomen eius ieſus
ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum
ſed ſalus per xp̄m non eſt facta ſolum in circumciſione. ſꝫ
etiam in prepucio. vt patet per apoſtolum ad Roma. iiij.
Inconuenienter hoc nomen chriſto fuit impoſitũ in ſua
circumciſione. ¶ Sed contra eſt auctoritas ſcripture. in
qua dicitur Lu. ij. poſtqꝫ conſumati ſunt dies octo. vt cir
cumcideretur puer. vocatum eſt nomen eius hieſus.
Rñ. dđm. ꝙ nomina debent rerũ proprietatibus reſpõ
dere. ⁊ hoc patet in nominibus generum ⁊ ſpecierum. p
ut dicitur in. iiij. metha. ratio enim qua ſignificat nomen
eſt diffinitio. que deſignat propriam rei naturam. Nomi
na autem ſingularium hominum. ſemper imponuntur ab
aliqua proprietate eius cui nomen imponitur. Uel a tẽ
pore. ſicut imponuntur nomina aliquorum ſanctorũ his
qui in eorum feſtis naſcuntur. Uel a cognatione. ſicut cũ
filio imponitur nomen patris. Uel alicuius de cognatio‑
ne eius. ſicut propinqui iohannis baptiſte voluerunt eũ
nominare nomine patris ſui zachariã. non autem iohãnẽ
quia nullus erat in cognatione eius qui vocaretur hoc no
mine vt dicitur Lu. i. Uel etiam ab euentu. ſicut ioſeph
vocauit primogenitum ſuum manaſſen. dicens obliuiſci
fecit me dominus deus omnium laborum meorũ Gen.
xli. Uel etiam ex aliqua qualitate eius cui nomen impo‑
nitur. ſicut Gen. xxv. dicitur. qui prio egreſſus eſt de vte‑
ro matris. rufus erat. ⁊ totus in morem pellis hyſpidus
vocatum eſt nomen eſau. quod interpretatur rubeus. No
mina autem que imponuntur diuinitus aliquibus. ſem
per ſignificant aliquod gratuitum donum eis diuinitus
datum ſicut Gene. xvij. dictum eſt abrae. appellaberis
abraam. quia patrem multarum gentium conſtitui te. ⁊
Mat. xvi. dictum eſt petro. tu es petrus. ⁊ ſuper hanc pe‑
tram edificabo eccleſiam meam. Quia ergo homini xp̄o
hoc munus gratie collatum erat. vt per ipſum omnes ſal
uarentur. ideo conuenienter vocatum eſt nomen eius ie‑
ſus. i. ſaluator. angelo hoc nomen prenunciante. non ſolũ
matri ſed etiam ioſeph. quia erat futurus eius nutricius.
¶ Ad. i. ergo dđm. ꝙ in omnibus illis nominibus quo‑
dammodo ſignatur hoc nomen ieſus. quod eſt ſignatiuũ
ſalutis. Nam in hoc ꝙ dicitur emanuel quod interpretatᷣ
nobiſcum deus. deſignatur cauſa ſalutis. que eſt vnio di
uine ⁊ humane nature. in perſona filij dei. per quam factũ
eſt vt nobiſcum eſſet deus. Per hoc autem ꝙ dicitur vo‑
cabitur nomen eius accelera. ſpolia detrahe ⁊c̄. deſignatᷣ
a quo nos ſaluauerit. quia a diabolo cuius ſpolia abſtu‑
lit. ſcḋm illud ad colloſ. ij. expolians principatus ⁊ poteſta
tes traduxit confidenter. in hoc ꝙ dicitur vocabitur nomẽ
eius ammirabilis ⁊c̄. deſignatur via ⁊ terminus noſtre
ſalutis. inquantum ſcilicet ammirabili diuinitatis conſi
lio ⁊ virtute ad hereditatem futuri ſeculi perducimur. in
quo erit pax perfecta filiorum dei. ſub ipſo principe deo.
Quod vero dicitur. Ecce vir oriens nomen eius. ad idẽ
refertur ad quod primum ſcilicet ad incarnationis miſte
rium. ſecundum quod exortum eſt in tenebris lumen re‑
ctis corde. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ his qui fuerunt ante chriſtũ
potuit conuenire hoc nomen ieſus ſecundũ aliquam aliã

rationem. puta quia aliquã particularem ⁊ tp̄alem ſalutẽ
attulerũt. ſed ſcḋm rõnem ſpũalis ⁊ vniuerſalis ſalutis hoc
nomen eſt ꝓprium xp̄o. ⁊ ſcḋm hoc dicitur eſſe nouum.
¶ Ad. iij. dđm. ꝙ ſicut Gen. xvij. legitur ꝙ ſimul abraã
ſuſcepit impoſitionem nominis a deo ⁊ circumciſionis mã
datum. ⁊ ideo apud iudeos conſuetum erat vt ipſo die cir
cũciſionis. nomina pueris imponerentur quaſi ante circũ
ciſionem perfectum eſſe non haberent. ſicut etiam nunc pue
ris in baptiſmo nomina imponuntur. Unde ſuper illud
Prouer. iiij. ego filius fui patris mei. tenellus ⁊ vnigeni
tus coram matre mea. dicit gloſa. quare ſalomon ſe vni‑
genitum coram matre vocat. quem fratrem vterinũ ſcri‑
ptura preceſſiſſe teſtatur. niſi quia ille mox natus. ſine noĩe
anteqꝫ eſſet de vita deceſſit. ⁊ ideo xp̄s ſimul cum fuit cir‑
cumciſus. noĩs impoſitionem accepit.

## Ad tertium ſic proceditur

Uidetur ꝙ inconuenienter fuerit xp̄s in tẽplo oblatus.
Dicitur enĩ exodi. xiij. ſanctifica mihi oẽ primogenitum.
qđ aperit vuluam in filijs iſrael. ſed xp̄s de clauſo virgi
nis vtero exiuit. ⁊ ita matris vuluam non aperuit. ergo
xp̄us ex hac lege non debuit in templo offerri. ¶ Pre.
illud quod eſt ſemper preſens alicui non põt ei preſentari
ſed xp̄i humanitas ſemper fuit deo maxime preſens. et ſẽ
ei coniuncta in vnitate pſone. ergo non oportuit ꝙ corã
dño ſiſteretᷣ. ¶ Pre. xp̄s eſt hoſtia principalis ad quam
oẽs hoſtie veteris legis referuntur ſicut figura ad veritatẽ
ſed hoſtie non dant eſſe aliqua hoſtia. ergo non fuit con‑
ueniens vt pro xp̄o hoſtia offerretur. ¶ Pre. inter lega‑
les hoſtias precipue fuit agnus qui erat iuge ſacrificium
vt habetur numeri. xxviij. vnde ⁊ xp̄s dicitur agnus io‑
hãnis. i. ecce agnus dei. Magis ergo fuit conueniens ꝙ
pro xp̄o offerretur agnus qꝫ par turturis. vel duo pulli co
lumbarũ. ¶ Sed in contrarium eſt auctoritas ſcripture.
que hoc factum eſſe teſtatur Lu. ij. ¶ Rñ. dđm ꝙ ſicut di
ctum eſt xp̄s voluit ſub lege fieri. vt eos qui ſub lege erãt
redimeret. ⁊ vt iuſtificatio legis in ſuis membris ſpũaliter
impleretur. De ꝓle autẽ nata duplex preceptum in lege
traditur. Unũ quidem generale qđ tñ ad omnes ſcilicet vt
completis diebus purificationis matris offerretur ſacri‑
ficium ꝓ filio ſiue pro filia. vt habetur Leuit. xij. ⁊ hoc q̇
dem ſacrificium erat ad expiationem peccati in quo proleſ
erat concepta ⁊ nata. ⁊ etiam ad conſecrationem quandã
ipſius. qꝛ tunc primo preſentabatur in templo. ⁊ ideo ali
quid offerebatur in holocauſtum ⁊ aliquid pro peccato.
Aliud autẽ preceptum erat ſpẽale in lege de primogenitis
tam in hominibus qꝫ in iumentis. ſibi enim dominus de
putauerat omne primogenitum in iſrael. pro eo quod ad
liberationem populi iſrael percuſſerat primogenita egi‑
pti. ab homine vſqꝫ ad pecus. primogenitis iſrael reſer‑
uatis. ⁊ hoc mandatum ponitur exodi. xiij. in quo etiam p̄
figurabatur xp̄s qui eſt primogenitus in multis fratrib9
vt dicitur ad Ro. viij. Quia ergo xp̄s ex muliere natus
erat primogenitus ⁊ voluit fieri ſub lege. hec duo euan‑
geliſta lucas. circa eum fuiſſe obſeruata oſtendit. Primo
quidem id quod pertinet ad primogenitos. cum dicit tu‑
lerunt illum in hieruſalem vt ſiſterent eum dño. ſicut ſcri
ptum eſt in lege dñi quia omne maſculinum adaperiẽs
vuluam. ſanctum domino vocabitur. Secundo id quod
pertinet ad omnes cum dicit vt darent hoſtiam. ſcḋm ꝙ
dictum erat in lege domini par turturum. aut duos pul‑
los columbarum. ¶ Ad. i. ergo dđm ꝙ ſicut Gre. naſſen9

dicit illud legis preceptum. in ſolo incarnato deo ſingula
riter ⁊ ab alijs differenter impleri videtur. ipſe nanq̃ ſo
lus ineffabiliter conceptus. ac incõprehenſibiliter editus
virginalem vterum apperuit. non antea cõnubio reſeratū
conſeruans ⁊ poſt partum inuiolabiliter ſignaculum caſti-
tatis. vnde ⁊ ꝙ dicit apperiens vuluã. deſignat ꝙ nihil
antea intrauerat vel exiuerat. ⁊ ꝓpter hoc etiam ſpẽaliter
dicitur maſculinus. q² nihil de femineitate culpe porta-
uit. ſingulariter etiam ſanctus qui terrene contagia corru
ptibile. immaculati partus nouitate non ſenſit. Ad. ij.
dicendum ꝙ ſicut filius dei non ꝓpter ſe factus eſt homo. ⁊ cir
cumciſus in carne. ſed vt nos ꝑ gratiam faceret deos ⁊ vt
ſpũaliter circumcidamur. ſic propter nos ſiſtitur dñs. vt di
ſcamus nos deo preſentare noſipſos. ⁊ hoc poſt circumci-
ſionem eius factum eſt. vt oſtendat neminẽ niſi circumci
ſum vitijs dignum eſſe diuinis conſpectibus. Ad. iij. dicendum
ꝙ ꝓpter hoc ipſum voluit hoſtias legales ꝓ ſe offerri qui
erat vera hoſtia. vt figura veritati coniungeretur. ⁊ per ve
ritatem figura approbaretur. contra illos qui deum legis
negant a xp̄o fuiſſe in euangelio predicatum non enim pu
tandum eſt. vt origenes dicit ꝙ filium ſuum bonus deus
ſub lege inimici fecerit. quam ipſe non dederat. Ad. iiij
dicendum ꝙ Leuit. xij. precipitur vt qui agnū poſſent ꝓ filio
aut filia ſimul ⁊ turturẽ ſiue columbã offerrent. qui vero
non ſufficerent ad offerendum agnū. duos turtures aut
duos columbe pullos offerrent. dñs ergo qui cum diues
eſſet ꝓpter nos egenus factus eſt. vt illius inopia diuites
eſſemus. vt dicitur. ij. Cor. viij. ꝓ ſe pauperum hoſtiam
voluit offerri. ſicut ⁊ in ipſa natiuitate pannis inuoluitur
⁊ reclinatur in preſepio. nihilominus tñ huiuſmõi aues figu-
re congruunt. turtur enĩ quia eſt auis loquax. predicatio
nem ⁊ confeſſionẽ fidei ſignat. quia vero eſt aĩal caſtum.
caſtitatem ſignat quia vero eſt aĩal ſolitarium contempla
tionem ſignat. Columba vero eſt aĩal manſuetum ⁊ ſim-
plex. manſuetudinem ⁊ ſimplicitatem ſignans. eſt autē
aĩal gregale. vnde ſignat vitam actiuam. Et ideo huiuſmõi ho
ſtia ſignabat ꝑfectionem xp̄i ⁊ membrorum eius. Vtrunq̃
aũt animal ꝓpter conſuetudinem gemendi. pñtes ſancto-
rum luctus deſignat. ſed turtur que eſt ſolitaria deſignat
orationum lacrimas. colũba vero que eſt gregalis. ſignat
publicas orationes eccleſie. Vtrunq̃ aũt animal dupli-
catum offert vt ſanctitas ſit nõ ſolũ in aĩa ſ3 etiã in corpore

## Ad quartū ſic procedit

Videtur ꝙ inconuenienter mater dei ad templum pur-
ganda acceſſerit. Purgatio enĩ non videtur eſſe niſi ab ĩ
mundicia. Sed in beata virgine non fuit immundicia vt
ex ſupra dictis patet. ergo non debuit vt purganda ad tẽ
plum accedere. Preterea leuit. xij. dicitur. mulier ſi ſuſce-
pto ſemine pepererit maſculum. ĩmunda erit ſeptem diebus
⁊ ideo ei precipitur ꝙ non ingrediatur ſanctuariū. donec
impleantur dies purgationis eius. ſed beata virgo pepe-
rit maſculũ ſine virili ſemine. non ergo debuit ad templum
venire purganda. Preterea purgatio ab ĩmundicia non fit
niſi ꝑ gratiã. ſed ſacramenta veteris legis gratiam non cõ
ferebant. ſed ipſa potius ſecũ gratie auctorem habebat. nõ
ergo conueniens fuit vt beata virgo ad templum purgã
da veniret. Sed cõtra eſt auctoritas ſcripture. qua dicitur
Lu. ij. ꝙ impleti ſunt dies purgatõis marie ſcḋm legẽ moy
ſi. Rñ. dicendum ꝙ ſicut plenitudo gratie a xp̄o deriuatur in
matrẽ. ita decuit vt mater humilitati filij conformaretur
humilibus enĩ deus dat gratiã vt dicitur Ia. iiij. ⁊ iõ ſicut
xp̄s licet legi non eſſet obnoxius. voluit tñ circumciſionẽ
⁊ alia legis onera ſubire. ad demonſtrandum humilita-
tis ⁊ obedientie exemplũ. ⁊ vt approbaret legem ⁊ vt oc-
caſionem iudeis tolleret. ꝓpter eaſdem rationes voluit vt
matrẽ ſuam implere legis obſeruantias. quibus tñ non
erat obnoxia. Ad. i. ergo dicendum ꝙ licet beata virgo nul
lam haberet ĩmundiciam. voluit tñ purgationis obſer
uanciam implere. non ꝓpter indigentiam ſed ꝓpter legis
preceptum. ⁊ ideo ſignanter euangeliſta dicit ꝙ impleti
ſunt dies purgationis eius ſcḋm legem. ipſa enĩ ſcḋm ſe pur
gatione non indigebat. Ad. ij. dicendum ꝙ ſignanter moy-
ſes videtur fuiſſe locutus ad excipiendam matrē dei ab
ĩmundicia. que non peperit ſuſcepto ſemine. ⁊ ideo patet
ꝙ non obligatur ad impletionem illius precepti ſed vo-
luntarie purgationis obſeruantiam impleuit vt dictum
eſt. Ad. iij. dicendum ꝙ legalia ſacramenta non purgabant
ab ĩmundicia culpe que fit per gratiam ſed hanc purgatio
nem prefigurabant. purgabant enĩ purgatione quadam
carnali ab ĩmundicia irregularitatis cuiuſdam ſicut in ſe
cunda parte dictum eſt. neutrã tñ ĩmundiciã beata virgo
cõtraxerat. ⁊ iõ ñ indigebat purgari. Qõ. XXXVIII.

## Deinde cõſiderãdum

eſt de baptiſmo iohãnis. quo xp̄s baptizatus
eſt. ⁊ quia xp̄s baptizatus eſt baptiſmo iohã
nis. Primo conſiderandũ eſt de baptiſmo iohãnis in cõ
muni. Secundo de baptiſatione xp̄i. Circa primū que-
runtur ſex. Primo vtrum conueniens fuerit ꝙ iohãnes
baptizaret. Secundo vtrum ille baptiſmus fuerit a deo. Ter
tio vtrum contulerit gratiam. Quarto vtrum alij preter xp̄um
illo baptiſmo debuerũt baptizari. Quinto vtrum baptiſmus
ille ceſſare debuerit xp̄o baptizato. Sexto vtrum baptizati
baptiſmo iohãnis. poſtea eſſent baptizãdi baptiſmo xp̄i.

## Ad primū ſic proceditur

Videtur ꝙ non fuerit conueniens iohannem baptizare.
omnis enĩ ritus ſacramentalis ad aliquã ꝑtinet legem. ſ3
iohãnes non introduxit nouam legem. ergo inconueni-
ens fuit ꝙ nouum ritũ baptizandi introduceret. Pre.
iohannes fuit miſſus a deo in teſtimonium tanq̃ prophe
ta. ſcḋm illud Luc. i. tu puer propheta altiſſimi vocaberis.
ſed prophete qui fuerunt ante chriſtum. non introduxerũt
nouum ritum. ſed ad obſeruantiam legalium introduce
bant vt patet malach. vlti. mementote moyſi ſerui mei.
ergo nec iohannes nouum ritum baptizandi introducere
debuit. Pre. vbi eſt alicuius rei ſuperfluitas. non eſt
ad illud aliquid addendum. ſed iudei excedebant in ſup-
fluitate baptiſmatum. dicitur enim Marci. vij. ꝙ phari-
ſei ⁊ omnes iudei. niſi crebro lauent manus non mandu-
cant. ⁊ a foro niſi baptizentur. non comedunt. ⁊ alia mul-
ta que tradita ſunt illis. ſeruare baptiſmata calicum ⁊ vr
ceorum. ⁊ ornamentorum ⁊ lectorum. ergo inconueniens
fuit ꝙ iohannes baptizaret. Sed contra eſt auctoritas
ſcripture. mat. iij. vbi premiſſa ſanctitate iohannis ſubdi-
tur. ꝙ exibant ad eum multi ⁊ baptizabantur in iordane.
Rñ. dicendum ꝙ conueniens fuit iohannem baptiza
re ꝓpter quattuor. Primo quia oportebat xp̄m a iohanne
baptizari. vt baptiſmum conſecraret. vt dicit Aug. ſuper
iohannem. Secundo vt xp̄s manifeſtaretur. vnde ipſe io
hannes baptiſta dicit Ioh. i. vt manifeſtetur ſ3 xp̄us in
hieruſalem. ꝓpterea veni ego in aqua baptizans. concur-
rentibus enĩ turbis annunciabat xp̄m. qḋ quidem facili⁹

ſic factum eſt. q̄ʒ ſi per ſingulis diſcurriſſet. vt Criſo. dicit ſuper Joh. Tertio vt ſuo baptiſmo aſſuefaceret homines ad baptiſmum xp̄i. vnde Gre. dicit in quadam omel. q ideo baptizauit iohannes. vt precurſionis ſue ordinem ſeruans qui naſciturum dn̄m p̄uenerat naſcendo. baptizando quoqʒ baptizaturū p̄ueniret. Quarto vt ad pn̄iam hominis inducens. homines prepararet ad digne ſuſcipiendum baptiſmum xp̄i. vnde Beda dicit q quantum cathecuminis nondum baptizatis prodeſt doctrina fidei. tantum profuit baptiſmus iohannis ante baptiſma xp̄i. quia ſicut ille predicabat penitentiam. ⁊ baptiſmum xp̄i prenunciabat. ⁊ in cognitionem veritatis que mundo apparuit. attrahebat. ſic miniſtri eccleſie qui primo erudiūt poſtea peccata eorum redarguunt deinde in baptiſmo xp̄i remiſſionem promittunt. Ad .i. ergo dōm q baptiſmꝰ iohannis non erat per ſe ſacramentum ſed quoddam ſacramentale. diſponens ad baptiſmum xp̄i. ⁊ ideo aliqualiter pertinebat ad legem xp̄i. non autem ad legem moyſi. Ad .ij. dōm q iohannes non fuit ſolum ꝓpheta ſed plꝰ q̄ʒ propheta vt dicitur Mat. xi. fuit enī terminus legis ⁊ initium euangelij. ⁊ ideo magis pertinebat ad eum verbo ⁊ opere inducere homines ad legem xp̄i. q̄ʒ ad obſeruantiam veteris legis. Ad .iij. dōm q baptiſmata illa phariſeorum erant inania. vtpote ad ſolam mundiciā carnis ordinata. ſed baptiſmus iohannis ordinabatur ad ſolam mundiciam ſpūalem. inducebat enim homines ad penitē tiam vt dictum eſt.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videtur q baptiſmus iohannis nō fuit a deo. Nihil enī ſacramentale quod eſt a deo denominatur ab homine puro. ſicut baptiſmus noue legis non dicitur petri vel pauli ſed xp̄i. ſed ille baptiſmus denominatur a iohanne ſm̄ illud Mat. xxi. baptiſmus iohanniſ ex celo erat an ex hominibus. ergo baptiſmus iohannis non fuit a deo. Pre. omnis doctrina de nouo a deo procedēs aliquibus ſignis confirmatur. vnde ⁊ dominus exo. iiij. dedit moyſi poteſtatem ſigna faciendi. ⁊ ad Heb. ij. dicitur q cum fides nr̄a principiū accepiſſet enunciari a dn̄o per eos qui audiuerunt in nos confirmata eſt. conteſtante deo ſignis ⁊ prodigijs. ſed de iohanne baptiſta dicitur Joh. x. iohannes ſignum fecit nullum. ergo videtur q baptiſmus quo baptizauit iohannes non eſſet a deo. Pre. ſacramenta q̄ ſunt diuinitus inſtituta aliquibus ſacre ſcripture preceptis continentur. ſed baptiſmus iohannis non precipitū aliquo precepto ſacre ſcripture. ergo videtur q ſit a deo. Sed contra eſt quod dicitur ioh. i. qui me miſit baptizare in aqua. ille mihi dixit ſuper quem videris ſpiritū ⁊c̄. Rn̄. dōm q in baptiſmo iohannis duo poſſunt conſiderari. ſcilicet ipſe ritus baptizandi. ⁊ effectꝰ baptiſmi. Ritus quidem baptizandi non fuit ab hominibus. ſed a deo qui familiari reuelatione ſpūſſancti iohannem ad baptizandum miſit. Effectus aūt illius baptiſmi fuit adhuc ſolius hominis. quia nihil in illo baptiſmo efficiebatur. qd̄ homo facere non poſſet. vnde nō fuit a ſolo deo niſi inquātum deus in homine opatur. Ad .i. ergo dōm q p baptiſmum noue legis. homines interius per ſpūſſanctum baptizanē. quod fecit ſolus deus. per baptiſmum aūt iohānis. ſolum corpus mundabatur aqua vnde dicitē mat. iij. baptiſo vos in aqua. ille vos baptizabit in ſpūſancto. ⁊ ideo baptiſmus iohannis denominabatur ab ipſo. quia ſcʒ nihil in eo agebatur quod ipſe non ageret. baptiſmus aūt noue legis nō denominatur a miniſtro. qui principalem effectum baptiſmi non agit. ſcʒ interiorem mundatōnem. Ad .ij. dōm q tota doctrina ⁊ opatio iohānis ordinabatur ad xp̄m. qui in multitudine ſignorum. ⁊ ſuam doctrinam ⁊ iohannis confirmauit. Si aūt iohannes ſigna feciſſet. homines ex equo iohanni ⁊ xp̄o acceſſiſſet. et ideo vt hoīes principaliter xp̄o intenderent. non eſt datū iohanni vt faceret ſignum Judeis tñ querentibus quare baptizaret. confirmauit ſuum officium. auctoritate ſcripture. ego vox clamantis in deſerto ⁊c̄. vt dicitur Joh. i. ipſa etiam auſteritas vite eius officium eiuſ cōmendabat quia vt Criſo. dicit ſuper Mat. mirabile erat in humano corpore. tantam penitentiā videre. Ad .iij. dōm q baptiſmus iohannis non fuit ordinatus a deo. niſi vt modico tpe duraret. propter cās predictas. Et ideo nō fuit cōmendatuſ aliquo precepto cōmuniter tradito in ſacra ſcriptura. ſed familiari quadam reuelatione ſpirituſſancti vt dictum eſt.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur q in baptiſmo iohannis gratia daretur. Dicitē enim Mar. i. fuit iohannes in deſerto. baptizans ⁊ predicans baptiſmum penitentie in remiſſionē peccatoꝝ. Penitentia aūt ⁊ remiſſio peccatorum eſt per gratiam. ergo baptiſmus iohānis gratiam conferebat. Pre. baptizādi a iohāne confitebantur peccata ſua. vt habetē Mat. iij. ⁊ Mar. i. ſed confeſſio peccatoꝝ ordinatur ad remiſſionem peccatorum que fuit per gratiā. ergo baptiſmꝰ iohāniſ gratia conferebaē. Pre. baptiſmus iohannis ꝓpinquior erat baptiſmoꝰ xp̄i q̄ʒ circumciſio. Per circumciſionem aūt remittebatur peccatū originale. quia vt beda dicit idē ſaluiſere curationis auxilium. circumciſio in lege contra origenale vulnus peccati agebatur. quod nunc baptiſmꝰ agere reuelate gratie tempore conſueuit. ḡ multo magis baptiſmus iohannis remiſſionē peccatoꝝ opabatur. qd̄ ſine gratia fieri non pōt. Sed contra eſt qd̄ mat. iij. dr̄ ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam. qd̄ exponens Gre. in quadam omel. dicit iohannes non in ſpū. ſed in aqua baptizat. quia peccata ſoluere non valebat. ſʒ gratia eſt a ſpūſancto ⁊ per eā peccata tolluntur. ergo baptiſmus iohānis gratiā non conferebat. Rn̄. dōm q ſicut dictū eſt tota doctrina ⁊ opatio iohānis preparatoria erant ad xp̄m. ſicut miniſtri ⁊ inferioris artificis eſt preparare materiam ad formā quam inducit principalis artifex. gratia aūt conferenda erat hominibus per xp̄m. ſm̄ illud Joh. i. gratia ⁊ veritas per ieſum xp̄m facta eſt. Et ideo baptiſmus iohānis gratiam non conferebat. ſed ſolum ad gratiam preparabat. tripliciter. Vno mō per doctrinam iohannis inducentem homines ad fidē chriſti. Alio modo aſſuefaciendo homines ad ritum baptiſmi. Tertio modo p pn̄iam preparando hoīes ad ſuſcipiēdū effectum baptiſmi xp̄i. Ad .i. ergo. dōm q in illis verbis. vt Beda dicit pōt intelligi duplex pn̄ie baptiſmus. Vnus quidē quem iohānes baptizando conferebat. qui. ſ. baptiſmus dr̄ pn̄ie. qꝛ ſcʒ ille baptiſmus erat quoddā inductiuum ad pn̄iam ⁊ quaſi quedam proteſtatio qua profitebanē hoīes ſe pn̄iam acturos. Alius aūt eſt baptiſmus xp̄i. p quem peccata remittunē. quem iohānes dare non poterat. ſed ſolum predicabat dicens ille vos baptizabit in ſpūſancto ⁊c̄. Vel pōt dici q predicabat baptiſmū pn̄ie. i. inducentē ad pn̄iam. que quidē pn̄ia inducit hoīes in remiſſionē peccatoꝝ. Vel pōt dici q p baptiſmū

xp̄i. vt Hiero. dicit gratia datur. qua peccata gratis dimittuntur. quod aūt conſūmatur ꝑ ſponſum. initiatur ꝑ paranimphū ſcꝫ per iohannē. Unde dicitur ꝙ baptizabat et predicabat baptiſmum pn̄ie in remiſſionem peccatoꝝ nō ideo quia hoc ipſe ꝑficeret. ſed quia hoc inchoabat preparando. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ illa confeſſio peccatoꝝ nō fiebat ad remiſſionem peccatoꝝ. ſtatim per baptiſmum iohānis exhibendā. ſed conſequendam ꝑ pn̄iam conſequentē baptiſmū xp̄i. ad quem pn̄ia illa preꝑabat. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ circūciſio erat in remediū originalis peccati. ſed baptiſmus iohannis ad hoc non erat inſtitutus. ſed ſolum erat preparatorius ad baptiſmum xp̄i. vt dictum eſt. ſacramēta aūt ex vi inſtitutionis ſuū habent effectū.

## Ad quartū ſic proceditur

Uidetur ꝙ baptiſmo iohanniſ. ſolus xp̄s debuerat baptizari. quia ſicut dictum eſt ad hoc iohannes baptizauit. vt xp̄s baptiſaretur. ſicut dicit Aug. ſuper Ioh. Sed quod eſt ꝓprium xp̄o. non debet alijs conuenire. ergo nulli alij debuerunt illo baptiſmo baptizari. ¶ Pre. quicunqꝫ baptizatur. aut accipit aliquid a baptiſmo. aut baptiſmo aliquid confert. ſed a baptiſmo iohannis nullus aliquid accipere poterat. quia in eo gratia non conferebatur vt dictū eſt. nec aliquis baptiſmo aliquid conferre poterat vt xp̄s qui tactu ſue mundiſſime carnis. aquas ſanctificauit. ergo videtur ꝙ ſolus xp̄s baptiſmo iohānis debuit baptizari. ¶ Pre. ſi alij illo baptiſmo baptizabantur. hoc non erat niſi vt prepararentur ad baptiſmū xp̄i. ⁊ ſic conueniens videbatur ꝙ ſicut baptiſmus xp̄i oībus confertur ⁊ magnis ⁊ ꝑuis ⁊ gentilibus ⁊ iudeis. ita etiam baptiſmus iohannis conferretur. ſed non legitur ꝙ ab eo pueri baptizarentur. nec etiam gentiles. dicitur enī Mar. i. ꝙ egrediebantur ad eum iſraelite vniuerſi. ⁊ baptizabantur ab illo. ergo videtur ꝙ ſolus chriſtus a iohāne debuit baptizari. Sed contra eſt quod dicitur Luc. iij. factū eſt cum baptizaretur oīs populus ⁊ ieſu baptizato ⁊ orante apti ſunt celi.

¶ Rn̄. dōm ꝙ duplici de cā oportuit alios a chriſto baptizari baptiſmo iohānis. Primo quidē vt dicit Aug. ſuꝑ Iohā. quia ſi ſolus chriſtus baptiſmo iohannis baptizatus eſſet. non defuiſſent qui dicerent baptiſmum iohānis quo chriſtus eſt baptizatus. digniorē eſſe baptiſmo criſti quo alij baptizantur. Secūdo quia oportebat per baptiſmū iohānis alios ad baptiſmum chriſti preꝑari. ſicut dictum eſt. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ non ſolū ꝓpter hoc fuit iohannis baptiſmus inſtitutus vt chriſtus baptizaretur. ſꝫ etiam ꝓpter alias cauſas. vt dictum eſt. Et tn̄ ſi ad hoc ſolum eſſet inſtitutus. vt chriſtus eo baptizaretur oportebat tn̄ predictum incōueniens vitari. alijs hoc baptiſmo baptizatis. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ alij qui ad baptiſmum iohānis accedebant non poterant quidem aliquid baptiſmo conferre. nec tn̄ a baptiſmo gratiam accipiebant. ſed ſoluꝫ penitentie ſignum ¶ Ad. iij. dōm. ꝙ ille baptiſmus erat penitentie. que pueris non cōuenit. ideo illo baptiſmo pueri non baptizabantur. conferre autem gentibus viam ſalutis. ſoli chriſto reſeruabatur. qui eſt expectatio gentiuꝫ vt dicitur Gen̄. penultīo. ſed ⁊ ipſe chriſtus apoſtolis inhibuit gentibus euangelium predicare ante paſſionem ⁊ reſurrectionem. vnde multo minus conueniebat. per iohannem gentiles ad baptiſmum admitti.

## Ad quintuꝫ ſic porcedit

Uidetur ꝙ baptiſmus iohannis ceſſare debuerit poſtqꝫ chriſtus eſt baptizatus. dicitur enī Ioh. i. vt manifeſtet iſraeli. ꝓpterea veni in aqua baptizans. ſed xp̄o baptizato ſufficienter fuit manifeſtatus. tum ꝓpter teſtimonium iohannis. tum propter deſcenſum columbe. tum etiam teſtimonio vocis paterne. ergo non videtur ꝙ poſtea debuerit baptiſmus iohannis durare. ¶ Pre. Aug. dicit ſuper Ioh. baptizatus eſt xp̄s. ⁊ ceſſauit iohānis baptiſmꝰ ergo videtur ꝙ iohannes poſt chriſtum baptizatuꝫ non debuerit baptizare. ¶ Pre. baptiſmus iohannis erat preparatorius ad baptiſmum chriſti. ſed baptiſmus xp̄i incepit ſtatim xp̄o baptizato. quia tactu ſue mundiſſime carnis. vim generatiuam aquis contulit. vt beda dicit. ergo videtur ꝙ baptiſmus iohannis ceſſare debuerit chriſto baptizato. ¶ Sed contra eſt quod dicitur. Iohan. iij. venit ieſus in iudeam terram. ⁊ baptizabat. erat aūt ⁊ iohānes baptizans. ſed xp̄s non baptizauit priuſqꝫ fuit baptizatus. ergo videtur ꝙ poſtqꝫ xp̄us fuit baptizatus adhuc iohannes baptizabat. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ baptiſmus iohannis ceſſare non debuit chriſto baptizato. Primo quidem quia vt Criſo. dicit ſi ceſſaſſet iohānes baptizare xp̄o baptizato. eſtimaretur ꝙ zelo vel ira faceret. Secundo quia ſi ceſſaſſet a baptiſmo chriſto baptizato. diſcipulos ſuos in maiorem zelum miſiſſet. Tertio quia perſiſtens in baptizando ſuos auditores mittebat ad xp̄m. Quarto quia vt dicit Beda adhuc permanebat vmbra veteris legis. nec debet precurſor ceſſare donec veritas manifeſtetur.

¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ nondum chriſtus erat plene manifeſtatus eo baptizato. ⁊ ideo adhuc neceſſarium erat ꝙ iohānes baptizaret. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ baptizato xp̄o ceſſauit baptiſmus iohannis non tam̄ ſtatiꝫ. ſed eo incarcerato. vnde Criſo ſuper iohannem. eſtimo propter hoc ꝑmiſſam eſſe morteꝫ iohannis. vt eo ablato de medio. xp̄ꝫ maxime predicare incepiſſe. vt omnis multitudinis affectio ad chriſtum tranſiret. ⁊ non vltra. his que de vtroqꝫ erant ſententijs ſcinderentur. ¶ Ad. iij. dōꝫ ꝙ baptiſmꝰ iohannis preparatorius erat non ſolum ad hoc ꝙ chriſtꝰ baptizaretur. ſed ad hoc ꝙ alij ad chriſti baptiſmum accederent. quod non dum fuit impletum xp̄o baptizato.

## Ad ſextum ſic proceditur

Uidetur ꝙ baptizati baptiſmo iohannis non fuerunt baptizandi baptiſmo chriſti. iohannes enim non fuit minor apoſtolis cum de eo ſcriptum ſit Mat. xi. inter natos mulierum non ſurrexit maior iohanne baptiſta. ſed illi qui baptizabantur ab apoſtolis. non baptizabantur iterum. ſed ſolummodo addebatur eis impoſitio manuum. dicitꝰ enī act. viij. ꝙ aliqui tn̄ baptizati erant a philippo in nōie dn̄i noſtri ieſu xp̄i. tunc apoſtoli ſcꝫ petrus ⁊ iohānes imponebant manus ſuper illos. ⁊ accipiebant ſpiritū ſanctū ergo videtur ꝙ baptizati a iohanne non debuerint baptizari baptiſmo xp̄i. ¶ Pre. apoſtoli fuerunt baptizati baptiſmo iohannis. fuerunt enim quidam eorum diſcipuli iohannis. vt patet Ioh. i. ſed apoſtoli non videntur baptizati baptiſmo chriſti. dicitur enim Ioh. iiij. ꝙ ieſus non baptizabat ſed diſcipuli eius. ergo videtur ꝙ baptizati baptiſmo iohannis. non erant baptizandi baptiſmo chriſti. ¶ Pre. minor eſt qui baptizatur qꝫ qui baptizat. ſed ipſe iohannes non legitur baptiſatus baptiſmo xp̄i. ergo multo minus illi qui a iohanne baptizabantur indigebant baptiſmo xp̄i baptizari. ¶ Pre. Act. xix. dicitur ꝙ paulus inuenit quoſdam de diſcipulis. dixitqꝫ ad eos ſi ſpiritum ſanctum accepiſtis credentes. at illi dixerūt ad

enim ſed neqꝫ ſi ſpirituſſanctus eſt audiuimus. Ille vero ait in quo baptizati eſtis. qui dixerunt in iohannis baptiſmate. vnde baptizati ſunt iterum in nomine domini nr̄i ieſu chriſti. Sic ergo videtur ꝙ quia ſpiritumſanctum neſciebant ꝙ oportuit eos baptizari iterum ſicut Hieronymus dicit ſuper iohelem. ⁊ in ep̄la de viro vnius vxoris. ⁊ Ambro. in li. de ſpirituſancto. Sed quidam fuerūt baptiſati baptiſmo iohannis. qui habebant plenam notitiam trinitatis. ergo non erant baptiſandi iterum baptiſmo chriſti. ¶ Pre. ad Ro. x. ſuper illud hoc eſt verbum fidei quod predicamus dicit gloſa Aug. vnde eſt iſta virtus aque vt corpus tangat ⁊ cor abluat. niſi faciēte verbo non quia dicitur ſed quia creditur. ex quo patet ꝙ virtus baptiſmi dependet ex fide. Sed forma baptiſmi iohannis ſignificat fidem. in qua nos baptiſamur. dicit eniꝫ paulꝰ Actu. xix. iohannes baptiſabat baptiſmo penitentie populum. dicens in eum qui venturus eſt poſt ipſum vt crederent. hoc eſt in ieſum. ergo videtur ꝙ non oportebat baptiſatos baptiſmo iohannis iterum baptiſari baptiſmo chriſti. ¶ Sed contra eſt qḋ Aug. dicit ſuper iohannem qui baptiſati ſunt baptiſmate iohannis. oportet vt baptiſarentur baptiſmate domini. ¶ Rn̄. dicendū ꝙ ſm opinionem mgr̄i in ſcd̄a diſ. quarti ſententiarꝫ. illi qui baptiſati ſunt a iohanne. neſcientes ſpiritumſanctum eſſe. nec ſpem ponētes in illius baptiſmo. poſtea baptiſati ſūt baptiſmo chriſti. illi vero qui ſpem non poſuerunt in baptiſmo iohannis. ⁊ patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritumſanctū credebant. non fuerunt poſtea baptiſati. ſed impoſitione manuum ab apoſtolis ſuper eos facta. ſpiritumſanctum receperunt. Et hoc quidem verum eſt quantum ad primaꝫ ꝑtem quam multis auctoritatibus confirmat. Sed quantum ad ſecundam partem ſe penitus irrōnabile quod dicitur. Primo quidē quia baptiſmus iohannis neqꝫ graciam conferebat. neqꝫ caracterem imprimebat. ſed erat ſolum in aqua vt ip̄e dicit Mat. iij. vnde baptiſati fides vł ſpes quam habebat in xp̄m. non poterat hunc defectū ſupplere. Secundo quia quando in ſacramēto omittitur qḋ eſt de neceſſitate ſacramenti. non ſoluꝫ oportet ſuppleri qḋ fuerat omiſſum. ſed oportet totaliter innouari. Eſt autem de neceſſitate baptiſmi chriſti. ꝙ fiat non ſolum in aqua ſed etiam in ſpirituſancto. ſm illud Ioh. iij. niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto non pōt introire in regnum dei. vnde illis qui tantum in aqua baptiſati erant baptiſmo iohannis. non ſolum erat ſupplendum quod d̄erat. vt ſcilicet daretur eis ſpirituſſanctus ꝑ impoſitioneꝫ manuum. ſed erant iterum baptiſandi in aqua ⁊ ſp̄uſancto. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. ſuper iohannem. ꝙ iohannes quia non dabat baptiſmum chriſti ſed ſuum. quod autem dabatur a petro ⁊ ſic quod datuꝫ eſt a iuda erat chriſti. ⁊ ideo ſi quos baptiſauit iudas nō ſunt iterum baptiſandi. baptiſma enim tale eſt. qualis ē ille in cuius poteſtate datur. non qualis ille in cuius miniſterio datur. ⁊ inde eſt ꝙ baptiſati a iohanne dyacono qui baptiſmum chriſti dabat. non ſunt iterum baptiſati ſed acceperunt manus impoſitionem per apoſtolos. ſicut baptiſati per ſacerdotes confirmantur per epiſcopos. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. ad ſeleucianum. intelligimus diſcipulos chriſti fuiſſe baptiſatos. ſiue baptiſmo iohannis. ſicut nonnulli arbitrantur. ſiue quod magis credibile eſt baptiſmo chriſti. neqꝫ enim miniſterio baptiſandi defuit. vt haberet baptiſatos ſeruos. per quos ceteros baptiſaret. qui non defuit humilitatis miniſterio. quando eis pedes lauit. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ſicut dicit Criſoſto. ſuper Matth. per hoc ꝙ chriſtus iohanni dicenti ego a te debeo baptiſari reſpondit. ſine modo oſtenditur ꝙ poſtea chriſtus baptiſauit iohannem. et hoc dicit in quibuſdam libris apocriſis manifeſte ſcriptū eſſe. Certum tamen eſt. vt Hieronymus dicit ſuper mat. ꝙ ſicut chriſtus baptiſatus fuit in aqua a iohanne. ita iohannes a chriſto erat in ſpiritu baptiſandus. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ non eſt tota cauſa quare illi fuerunt baptiſati baptiſmo iohannis. quia ſpiritumſanctum non cognouerunt. ſed quia non erant baptiſmo chriſti baptiſati. ¶ Ad. v. dicendum ꝙ ſicut dicit Auguſtinus contra fauſtum ſacramenta noſtra ſunt ſigna preſentis gratie. ſacramenta vero veteris legis. fuerunt ſigna gratie future. vnde ex hoc ipſo ꝙ iohannes baptiſauit in nomine venturi datur intelligi ꝙ non dabat baptiſmum chriſti qui eſt ſacramentum noue legis.

## ¶ Queſtio. XXXIX.

**DEinde ꝯſiderādum** eſt de baptiſatione chriſti. et circa hoc queruntur octo. Primo vtrum chriſtus debuit baptiſari. Secundo vtrum debuerit baptiſari baptiſmo iohannis. Tertio de tempore baptiſationis. Quarto de loco. Quinto de hoc ꝙ ſunt ei celi aperti. Sexto de ſpirituſancto apparente in ſpecie columbe. Septimo vtrum illud animal fuerit vera columba. Octauo de voce paterni teſtimonij.

## ¶ Ad primūꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ non fuerit conueniens chriſtuꝫ baptiſari. Baptiſari enim eſt ablui. ſed chriſto non conuenit ablui. in quo nulla fuit impuritas. ergo videtur ꝙ chriſtum non decuerit baptiſari. ¶ Pre. chriſtus circuciſionem ſuſcepit vt impleret legem. ſed baptiſmus non pertinebat ad legem. ergo non debebat baptiſari. ¶ Pre. primum mouens in quolibet genere. eſt immobile ſm illum motum. ſicut celum quod eſt primum alterans. non eſt alterabile ſed chriſtus eſt primum baptiſans. ſm illud ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manentem. hic eſt qui baptiſat. ergo chriſtum non decuit baptiſari. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Matth. iij. ꝙ venit hieſus a galilea in iordanem ad iohannem vt baptiſaretur ab eo. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ conueniens fuit chriſtum baptiſari. Primo quidem quia vt dicit Ambro. ſuper lucam baptiſatus eſt dominus. non mundari volens. ſed mūdare aq̄s vt ablute per carnem chriſti que peccatum non cognouit baptiſatis vim haberent. ⁊ vt ſanctificatas relinqueret poſtmodum baptiſandum ſicut dicit Criſo. Secundo ſicut dicit Criſoſto. ſuper Mathe. quis chriſtus non eſſet peccator. tamen naturam ſuſcepit peccatricem. ⁊ ſimilitudinem carnis peccati. propterea ⁊ ſi pro ſe baptiſmate non indigebat. in alijs tamen carnalis natura opus habebat. ⁊ ſicut Gregorius naſanſenus dicit. baptiſatus eſt chriſtus. vt totum veteranum adam immergat aque. Tertio baptiſari voluit ſicut dicit Auguſtinus in ſermone epiphanie. quia voluit facere qḋ oībus faciendū imparit. et hoc eſt qḋ ip̄e dicit. ſic decet nos adimplere oēm iuſticiā. vt enī Amb. dicit ſup lu. hec eſt iuſticia. vt ꝙ alteꝝ facere velis. priꝰ ip̄e incipias. ⁊ tuo alios hortteris exēplo. ¶ Ad. i. ḡ dd̄. ꝙ. nō fuit baptiſatus xp̄s, vt ablueret. ſed vt ablueret ſicut dictū eſt. ¶ Ad. ij. dd̄m. ꝙ xp̄s nō ſolū debebat imi

plere ea q̄ ſunt veteris legis. ſ; etiā inchoare ea q̄ ſunt
noue legis. et ideo non ſolum voluit circumcidi ſed eti-
am baptiſari. ¶ Ad tertium dicendū ꝙ chriſtus ē pri-
mum baptiſans ſpiritualiter. ⁊ ſic non eſt baptiſatus. ſed
ſolum in aqua.

## ¶ Ad ſecundū ſic procedit.

Videtur ꝙ chriſtum non decuerit baptizari baptiſmo io
hannis. baptiſmꝰ enim iohannis fuit baptiſmꝰ pnīe. ſed
pnīa chriſto non ꝯuenit. q; nullum habuit peccatum. ḡ
videt̄ ꝙ non debuit baptizari baptiſmo iohīs. ¶ Preterea.
baptiſmus iohannis ſicut Chryſo. dicit. medium fuit in
ter baptiſmum iudeoꝝ ⁊ baptiſmum xp̄i. ſed medium ſa-
pit naturam extremoꝝ. Cum ḡ xp̄s non fuerit baptiſatꝰ
baptiſmate legali. nec etiam baptiſmate ſuo. videtur pari
ratione ꝙ baptiſmate iohannis baptiſari non debuerit.
¶ Pre. Omne qđ in rebꝫ humanis eſt optimū debet
xp̄o attribui. ſed baptiſmꝰ iohannis non tenet ſupremum
locum inter baptiſmata. ḡ non ꝯuenit chriſto baptiſari ba
ptiſmo iohannis. Sed ꝯ eſt qđ dr̄ Math. iij. ꝙ venit
ieſus in iordanem vt baptizaret̄ a iohanne. ¶ Rñ. dđ ꝙ
ſicut dicit Aug. ſuper Iohannem. baptiſatus dn̄s bapti
ſabat non baptiſmate q̄ baptiſatus eſt. vnde cum ipſe ba
ptizaret baptiſmo ꝓprio ꝯſequens eſt ꝙ non fuerat bapti
ſatus ſuo baptiſmo. ſ; baptiſmate iohannis. Et hoc fuit
ꝯueniens. Primo quidem ꝓpter ꝯditionem baptiſmi io
hannis. qui non baptiſauit in ſpiritu ſed ſolum in aqua.
chriſtus autē ſpirituali baptiſmate non indigebat. qui a
principio ſue ꝯceptionis gratia ſpirituſſancti repletꝰ fuit.
vt patet ex dictis. ⁊ hec eſt rō Chryſo. Secundo vt Beda
dicit. baptiſatus eſt baptiſmo iohannis. vt baptiſmo ſuo
baptiſmum iohannis ꝯprobaret. Tertio ſicut Greg. nā-
ſanſenus dicit. accedit ieſus ad baptiſmū iohannis ſan
ctificaturus baptiſmum. ¶ Ad .i. ḡ dđ. ꝙ ſicut ſupra di-
ctum eſt. xp̄s baptizari voluit vt nos ſuo exemplo induce
ret ad baptiſmum. ⁊ iō ad hoc ꝙ eſſet efficatior eius indu
ctio voluit baptizari baptiſmo quo manifeſte nō indige-
bat vt homines ad baptiſmum accederent qui indigebāt
Vñ Ambro. dicit ſuper Lucam. nemo refugiat lauacrū
gratie. qñ chriſtus lauacrum pnīe non refugit. ¶ Ad .ij.
dđ. ꝙ baptiſmꝰ iudeoꝝ in lege preceptus erat ſolū figu-
ralis. baptiſmus aūt iohannis aliqualiter erat realis. in-
q̄tum inducebat homines ad abſtinendū a peccatis. ba
ptiſmus autem xp̄i habet efficaciam mundandi a pecca-
to. ⁊ gratiam ꝯferendi. xp̄s autem neq; indigebat ꝑcipe-
re remiſſionem peccatoꝝ que in eo non erant. neq; recipe
re gratiam qua plenus erat. ſimiliter etiā cum ipſe ſit ve
ritas non ꝯpetebat ei id qđ in ſola figura gerebat̄. ⁊ ideo
magis ꝯgruum fuit qđ baptizaretur baptiſmo medio q̄
aliquo extremoꝝ. ¶ Ad .iij. dđ. ꝙ baptiſmus eſt quoddā
ſpirituale remedium. q̄to autem aliquid eſt magis perfe
ctū tanto minori remedio indiget. vñ ex hoc ipſo ꝙ chri-
ſtus maxime ꝑfectus eſt ꝯueniens fuit ꝙ non baptizaret̄
perfectiſſimo baptiſmo. ſicut ille qui eſt ſanus non indi-
get efficaci medicina.

## ¶ Ad tertium ſic procedit

Videt̄ ꝙ inconuenienti tp̄e chriſtus fuerit baptiſatꝰ. Ad
hoc enim xp̄s baptiſatus eſt vt ſuo exemplo alios ad ba-
ptiſmum prouocaret. Sed fideles chriſti laudabiliter ba
ptizant̄. non ſolus ante. xxx. annum. ſed etiā in infantili eta-
te. ḡ videt̄ ꝙ chriſtus nō debuit baptiſari in etate. xxx. an-
noꝝ. ¶ Pre. Chriſtus nō legit̄ docuiſſe vel miracula fe
ciſſe ante baptiſmum. ſed vtilius fuiſſet mundo ſi pluri
tp̄e docuiſſet incipiens a viceſimo anno vel etiam priꝰ. ḡ
videt̄ ꝙ chriſtus qui ꝓ vtilitate hoīm venerat añ triceſi-
mum annum debuerat baptizari. ¶ Pre. Iudicium ſa-
pientie diuinitus infuſe maxime debuit manifeſtari i xp̄o
Eſt aūt manifeſtatū in Daniele tp̄e ſue puericie. ſm̄ illđ.
Daniel. xiij. Suſcitauit dn̄s ſpiritum ſanctum pueri iu
nioris. cui nomen Daniel. ḡ multo magis chriſtus ī ſua
puericia debuit baptizari vel docere. ¶ Pre. Baptiſmꝰ
iohannis ordinat̄ ad baptiſmum xp̄i ſicut ad finem. ſ; fi-
nis eſt prior intentione. ⁊ poſtremum executione. ḡ debuit
primus baptizari a iohanne vel vltimꝰ. Sed ꝯ eſt qđ dr̄
Luce. iij. Factum eſt cū baptizaret̄ omnis ꝑplus ⁊ ieſu ba-
ptizato ⁊ orante. ⁊ infra ⁊ ipſe ieſus erat incipiens quaſi
annoꝝ. xxx. ¶ Rñ. dđ. ꝙ chriſtus ꝯuenienter fuit in tri-
ceſimo anno ſ baptizatus. Primo quidem q; chriſtꝰ bapti
ſabat̄ quaſi ex tunc incipiens docere ⁊ predicare. ad qđ re
quirit̄ perfecta etas qualis eſt triginta annorum. vnde et
Gen̄. xli. Legit̄ ꝙ. xxx. annoꝝ erat Ioſeph qñ ſuſcepit re
gnum egypti. ſimiliter etiam .ij. regum hō legit̄ de Da-
uid ꝙ. xxx. annoꝝ erat cum regnare cepiſſet. Ezechiel etiā
in anno triceſimo cepit ꝓphetiſare. vt habet̄ Ezechielis. i.
Secundo q; ſicut Chryſo. dicit ſuper Mattheum. futurū
erat vt poſt baptiſmū chriſti lex ceſſare inciperet. ⁊ ideo
hac etate chriſtus ad baptiſmum venit. qui poteſt omnia
peccata ſuſcipere. vt lege ſeruata nullus dicat ꝙ ideo eā
ſoluit ꝙ implere non potuit. Tertio q; per hoc ꝙ chriſtus
in etate perfecta baptizat̄ datur intelligi ꝙ baptiſmꝰ pa-
rit viros perfectos. ſm̄ illud ad Ephe. iiij. Donec occur-
ramus in vnitate fidei ⁊ agnitionis filij dei in virum ꝑ-
fectum. in menſura etatis plenitudinis chriſti. Vnde ⁊
ipſa ꝓprietas numeri ad hoc pertinere videtur. conſurgit
enim ternarius numerus ex conductu ternarij in denariū.
per ternarium autem intelligit̄ fides trinitatis. per dena-
rium autem impletio mandatorū. ⁊ in his duobꝫ perfe
ctio vite chriſtiane conſiſtit. ¶ Ad primum ergo dicen-
dum ꝙ ſicut dicit Grego. naſanſenus chriſtus non ē ba
ptiſatus quaſi indigeret purgatione. nec aliquod illi im-
mineret periculum differendo baptiſmū. ſed cui vis alij
non in paruum redundat periculum ſi exeat ex hac vita
non indutus veſte incorruptionis ſcilicet gratia. ⁊ licet bo-
num ſit poſt baptiſmum mundiciam cuſtodire potius ta
men eſt vt ipſe dicit. interdum paulisper maculari quam
gratia omnino carere. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ vti-
litas que a chriſto prouenit hominibus precipue eſt ꝑ fi-
dem ⁊ humilitatem. ad quorum vtrunq; pertinet quod
chriſtus non in pueritia vel adoleſcentia cepit docere. ſed
in perfecta etate. Ad fidem quidem quia per hoc oſtendi-
tur in eo vera humanitas. ꝙ per temporum incrementa
corporaliter profecit. et ne huiuſmodi profectus putare-
tur eſſe fantaſticus. noluit ſapientiam ſuam et virtutem
manifeſtare ante perfectam corporis etatem. Ad humi-
litatem vero ne ante perfectam etatē aliquis preſumptuo
ſe prelationis gradum ⁊ docendi officiū aſſumat. ¶ Ad
tertium dicendū ꝙ chriſtus proponebatur hominibus
in exemplum omnium. et ideo oportuit in eo oſtendi id
quod competit omnibus ſm̄ legem communē. vt ſcilicet
in etate perfecta doceret. Sed ſicut Grego. naſanſenus
dicit. Non eſt lex eccleſie q̄ raro ꝯtingit. ſicut nec vna hirun
do ver facit. aliquibꝫ enī ex quadā ſp̄ali diſpēſatione ſm̄
diuine ſapiē rōnem conceſſum eſt preter legem ꝯmunem

vt añ ꝑfectam etatem officium vel preſidendi vel docēdi haberent. ſicut ſalomon daniel. ⁊ Hieremias. ¶ Ad iiij. dõ. ꝙ chriſtus nec primus nec vltimus debuit a Johanne baptiſari qꝛ vt dicit Chryſo. ſup Mattheũ. Chriſtus ad hoc baptizat̄ vt ꝯfirmaret predicationem ⁊ baptiſmum iohannis. ⁊ vt teſtimonium acciperet a iohanne. non autem creditũ fuiſſet teſtimonio iohannis niſi poſtq̄ fuerunt multi baptiſati ab ipſo. ⁊ ideo non debuit primus a iohanne baptiſari. Similiter nec vltimus. qꝛ ſicut ipſe ibideꝫ ſubdit ſic lux ſolis non expectat occaſum luciferi ſꝫ eo procedente egredit̄. ⁊ ſuo lumine obſcurat illius cādorem. ſic ⁊ chriſtus non expectauit vt curſum ſuum iohannes impleret ſed adhuc eo docente ⁊ baptizante appãruit.

## ¶ Ad quartum ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ chriſtus nō debuerit baptiſari in iordane. Veritas enim debet reſpondere figure. ſed baptiſmum figura ꝓceſſit in tranſitu maris rubri. vbi egyptij ſunt ſubmerſi. ſicut peccata delent̄ in baptiſmo. ergo videtur ꝙ chriſtus magis debuerit baptizari in mari q̄ꝫ in flumine iordanis. ¶ Pre. Jordanis interpretat̄ deſcenſus. ſed per baptiſmum aliquis plus aſcendit q̄ꝫ deſcendat. Unde et Matth. iij. dicit̄ ꝙ baptiſatus ieſus confeſtim aſcendit de aqua ergo videt̄ inconueniens fuiſſe ꝙ chriſtus in iordane baptizaretur. ¶ Pre. Tranſeuntibꝫ filijs iſrahel aque iordanis conuerſe ſunt retrorſum. vt legitur Joſue. iij. ⁊ ſicut in pſal. dicitur. ſed illi qui baptizant̄ non retrorſuꝫ ſed in antea progrediuntur. Non ergo fuit conueniēs vt chriſtus in iordane baptizaret̄. Sed contra eſt quod dicitur Marci. i. ꝙ baptiſatus eſt ieſus a iohanne in iordane ¶ Rñ. dõ. ꝙ fluuius iordanis fuit per quem filij iſrahel in terram promiſſionis intrauerunt. hoc autem hꝫ baptiſmus chriſti ſpeciale pre omnibꝫ baptiſmatibꝫ ꝙ introducit in regnum dei. quod ꝑ terram promiſſionis ſignificat̄. Unde dicit̄ Johannis. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto non poteſt introire in regnuꝫ dei. ad qd̄ etiam pertinet ꝙ helyas diuiſit aquas iordanis. qui erat in curru igneo rapiendus in celũ vt dicit̄. iiij. Regũ ij. Quia ſcꝫ tranſeuntibꝫ per aquam baptiſmi per ignem ſpirituſſancti patet aditus in celum. ⁊ iõ conueniens fuit vt chriſtus in iordane baptizaret̄. ¶ Ad. i. ergo dõ. ꝙ trāſitus maris rubri prefigurauit baptiſmum q̄ꝫtum ad hoc ꝙ baptiſmus delet peccata. ſed tranſitus iordanis q̄ꝫtum ad hoc ꝙ baptiſmus apit ianuam regni celeſtis. qui eſt principalior effectus baptiſmi. ⁊ per ſolum chriſtum impletus. ⁊ iõ conuenientius fuit ꝙ chriſtus in iordane q̄ꝫ in mari baptizaret̄ ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ in baptiſmo eſt aſcenſus per profectum gratie qui requirit humilitatis deſcenſum. ſm illud Jacobi. iiij. Humilibꝫ autem dat gratiaꝫ ⁊ ad talem deſcenſum referendum eſt illud nomen iordanis. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ ſicut dicit Aug. in ſermone epi. ſicut antea aque iordanis retrorſum conuerſe ſunt ita modo chriſto baptiſato peccata retrorſum conuerſa ſunt. Vel etiam per hoc ſignatur ꝙ contra deſcenſum aquarum benedictio fluminis ſurſum ferebatur.

## ¶ Ad quintum ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ xp̄o baptizato non debuerunt celi apperiri. Illi enim apperiendi ſunt celi qui indiget intrare in celum. extra celũ exiſtens. ſed xp̄s ꝑerat in celo. ſm illud Jo. iij. Filius hoīs qui eſt in celo. ꝗ videt̄ ꝙ non debuerunt ei celi apperiri. ¶ Pre. Apertio celoꝝ aut intelligit̄ corporaliter aut ſpiritualiter ſed non poteſt intelligi corporaliter qꝛ corpora celeſtia ſunt impaſſibilia ⁊ infrangibilia. ſm illud. Job. xxxvij. Tu forſitan fabricatus es celos qui ſolidiſſimi quaſi ere fundati ſunt. Similiter etiaꝫ nec poteſt intelligi ſpiritualiter. qꝛ ante oculos filij dei celi antea clauſi non fuerunt. ꝗ inconuenienter videt̄ dici ꝙ baptizato chriſto apti fuerunt celi. ¶ Pre. Fidelibꝫ celum apertum eſt ꝑ xp̄i paſſionem. ſm illud ad Hebre. x. Habentes fiduciam in introitu ſanctoꝝ. in ſanguine chriſti. vñ etiam nec baptizati baptiſmo xp̄i ſi qui añ eius paſſionem deceſſerunt celos intrare potuerunt. ꝗ magis debuerunt apiri celi xp̄o patiente q̄ꝫ eo baptizato. Sed ꝯtra ē qd̄ dicit̄ Luce. iij. Jeſu baptizato ⁊ orante apertum eſt celum. ¶ Rñ. dõ. ꝙ ſicut dictum eſt chriſtus baptiſari voluit vt ſuo baptiſmo ꝯſecraret baptiſmum q̄ nos baptiſamur. ⁊ iõ in baptiſmo xp̄i ea demonſtrari debuerunt que ꝑtinent ad efficaciam noſtri baptiſmi. Circa quaꝫ tria ſũt ꝯſideranda. Primo quidem principalis virtus celeſtis. ⁊ iõ baptiſato chriſto aptum eſt celum vt oſtenderet ꝙ d̄ cetero celeſtis virtus baptiſmuꝫ ſanctificaret. Secundo operatur ad efficaciam baptiſmi fides eccleſie et eius qui baptiſat̄. vnde ⁊ baptizati fideꝫ profitent̄. ⁊ baptiſma dicitur fidei ſacramentum. ꝑ fidem autem inſpiciunt̄ celeſtia. q̄ ſenſum ⁊ rationem humanam excedunt. et ad hoc ſignificandum chriſto baptiſato aperti ſunt celi. Tertio qꝛ per baptiſmum xp̄i ſpecialiter apitur nobis introitus regni celeſtis. qui primo homini precluſus erat per peccatum. vnde baptiſato chriſto aperti ſunt celi vt oſtenderetur ꝙ baptiſatis patet via in celum. Poſt baptiſmũ autem neceſſaria eſt iugis oratio homini ad hoc ꝙ celum introeat. licet enim per baptiſmuꝫ remittant̄ peccata remanet tamen fomes peccati nos impugnãs interius. ⁊ mũdus ⁊ demones. qui impugnant exterius. ⁊ ideo ſignanter dicit̄ Luce. iij. ꝙ ieſu baptizato ⁊ orante apertuꝫ eſt celum. qꝛ ſcꝫ fidelibꝫ neceſſaria eſt oratio poſt baptiſmum. Vel vt det̄ intelligi ꝙ hoc ipſum qd̄ per baptiſmum celum apitur credentibꝫ eſt ex virtute orationis chriſti. vnde ſignanter dicitur Matthei. iij. ꝙ apertum eſt ei celuꝫ. ⁊ omnibꝫ propter eum. ſicut ſi imperator diceret alicui ꝓ alio petente ecce hoc beneficium non illi do ſed tibi. i. propter te illi. vt Chryſo. dicit ſuper Mattheum. ¶ Ad. i. ꝗ dõ. ꝙ ſicut dicit Chryſo. ſuper Mattheuꝫ. ſic chriſtꝰ ſm diſpoſitioneꝫ humanam baptiſatus eſt q̄uis propter ſe baptiſmo non indigeret ſic ſm diſpoſitionem humanã apti ſunt ei celi. ſm autem diuinam naturam ꝑerat in celis. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ ſicut Hierony. dicit ſuper Matth. Celi aperti ſunt chriſto baptiſato non reſeratione elemētorum. ſed ſpiritualibꝫ oculis. ſicut etiam Ezech. Jn principio voluminis ſui celos apertos eſſe ꝯmemorat. Et hoc probat Chryſo. ſuper Mattheum dicens. ꝙ ſi ipſa creatura ſcilicꝫ celorum rupta fuiſſet non dixiſſet aperti ſunt ei. qꝛ quod corporaliter aperitur omnibꝫ eſt apertum. vñ ⁊ Marci. i. aperte dicitur. ꝙ Jeſus ſtatim aſcendens de aqua vidit celos apertos. quaſi ipſa apertio celoꝝ ad viſionem xp̄i referat̄. qd̄ quideꝫ aliqui referũt ad viſionem corꝑaleꝫ dicentes ꝙ circa xp̄m baptiſatũ tantus ſplendor fulſit in baptiſmo vt viderent̄ celi aperti. Poteſt etiam referri ad ymaginariam viſionem. ꝑ quem modum ezechiel vidit celos apertos. formabat̄ enim ex virtute diuina ⁊ voluntate rationis talis viſio in ymaginatione chriſti. ad ſignandũ ꝙ ꝑ baptiſmũ celi aditus hoībꝫ aperitur. Poteſt etiam ad viſionem intellectualem referri. prout

chriſtus vidit baptiſmo iam ſanctificato apertum eſſe celum hominibus. qḋ tamen ante viderat fiendum. ¶ Ad .iij. dḋ. ꝙ per paſſionem chriſti apꝉ celum hominibus ſicut per cauſam ꝯmunem apꝉtionis celoꝝ. oportet tñ hãc cauſam ſingulis applicari. ad hoc ꝙ celum introeant. qḋ quidem fit per baptiſmum ſm̄ illud ad Ro. vi. Quicunqꝫ baptiſati ſumus in chriſto ieſu per mortem eius baptizati ſumus. ⁊ ideo potius fit mentio de apertione celoꝝ in baptiſmo ꝗꝫ in paſſione. Uel ſicut dicit Chryſo. ſuper Matth. baptiſato xp̄o celi tūc ſunt aperti. poſtqꝫ do tyrannum vicit per crucem qꝛ non erant porte neceſſarie celo vnqꝫ claudendo non dicunt angeli apꝉite portas. ſꝫ tollite portas. per qḋ dat Chryſo. intelligere ꝙ obſtacl'a quibus prius obſiſtentibus anime defunctoꝝ introire non poterant celos ſunt totaliter per paſſionem chriſti ablata. ꝗſi manifeſtata iam via per quam homines in celos erant intraturi.

## Ad ſextum ſic proceditꝉ.

Uidetur ꝙ inconuenienter ſpiritusſanctus ſuper chriſtū baptiſatum dicaꝉ in ſpecie columbe deſcendiſſe. ſpiritus enim ſanctus habitat in homine per gratiam. Sed in homine chriſto fuit plenitudo gratie a principio ſue ꝯceptionis ꝗ fuit vnigenitus a patre vt ex dictis patet. ǵ non debuit ſpiritusſanctus ad eum mitti in baptiſmo. ¶ Pre. Chriſtus dicitur in mundum deſcendiſſe per miſterium incarnationis quando exinaniuit ſemetipſum formã ſui accipiens. ſed ſpiritusſanctus non eſt incarnatus. ǵ incõuenienter dicitur ꝙ ſpiritusſanctus deſcendit ſuper eum. ¶ Pre. In baptiſmo chriſti oſtendi debuit ſicut in quodam exemplari id quod fit in noſtro baptiſmo. Sꝫ i noſtro baptiſmo non fit aliqua miſſio viſibilis ſpiritusſancti. ǵ nec in chriſti baptiſmo debuit fieri viſibilis miſſio ſpiritusſancti. ¶ Pre. Spiritusſanctus a chriſto in omnes alios deriuatur ſm̄ illud. Johannis .i. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed ſuper apoſtolos ſpiritusſanctus deſcendit non in ſpecie columbe. ſꝫ in ſpecie ignis. ergo nec ſuper chriſtuꝫ in ſpecie columbe deſcẽdere debuit. ſed in ſpecie ignis. Sed contra eſt quod dicitur Luce. iij. Deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie. ſicut columba in ipſum. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ hoc qḋ circa chriſtuꝫ factū eſt in eius baptiſmo ſicut Chryſo. dicit ſuper Matthꝫum. pertinet ad miſterium omnium qui poſtmodum fuerant baptizandi. omnes autem qui baptiſmo chriſti baptizantur ſpiritumſanctum recipiunt niſi ficte accedant. ſm̄ illud Matthꝫi. iij. Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto. ⁊ ideo conueniens fuit vt ſuper baptiſatum dominum ſpiritusſanctus deſcenderet. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. xv. de trini. abſurdiſſimum eſt dicere ꝙ chriſtus cum iam eſſet. xxx. annorū accepiſſet ſpiritumſanctum. ſed venit ad baptiſmum ſicut ſine peccato ita non ſine ſpiritu ſancto. ſi enim de Johanne ſcriptum eſt ꝙ replebitur ſpiritu ſancto ab vtero mr̄is ſue quid quidem in homine chriſto dicendum eſt. cuius carnis ipſa conceptio non carnalis ſed ſpiritualis. Nunc ergo. id eſt in baptiſmo corpus ſuum id eſt eccleſiaꝫ purificare dignatus eſt. in qua baptizati precipue accipiunt ſpiritumſanctum. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ ſicut Aug. dicit in. ij. de trini. ſpiritusſanctus deſcendiſſe dicitur ſuper chriſtū ſpecie corporali ſicut columba. non quia ipſa ſubſtantia ſpiritusſancti videtur. que eſt inuiſibilis. Necꝫ ita ꝙ illa viſibilis creatura in vnitateꝫ perſone diuine aſſumereꝉ necꝫ enim dicitur ꝙ ſpiritusſanctus ſit columba. ſicut dicitur ꝙ filius dei eſt homo ratione vnionis. Necꝫ etiam hoc modo ſpiritusſanctus viſus eſt in ſpecie columbe ſicut iohannes vidit agnum occiſum in appocalipſi. Ut habetur Apoc. i. Illa enim viſio facta fuit in ſpiritu per ſpirituales ymagines corporum. de illa vo columba null⁹ nūꝗꝫ dubitauit quin oculis viſa ſit. Necꝫ etiam hoc modo in ſpecie columbe ſpiritusſanct⁹ apparuit ſicut dicitꝉ. i. Coꝝ. x. Petra autem erat chriſtus illa enim iam erat in creatura. ⁊ per actionis modum nuncupata eſt nomine chriſti quem ſignabat. illa autem columba ad hoc tantum ſignãdum repente extitit ⁊ poſtea ceſſauit. ſicut flamma que in rubo apparuit moyſi. Dicitur ergo ſpiritusſanctus deſcẽdiſſe ſuper chriſtum non ratione vnionis ad columbam ſed vel ratione columbe ſignantis. ſpiritusſanctus qui deſcendendo ſuper chriſtum venit. vel etiam ratione gratie ſpiritualis. que a deo per modum cuiuſdam deſcenſus in creaturam deriuatur. ſm̄ illud Jacobi. i. Omne datum optimum ⁊ omne donum perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſicut dicit Chryſo. ſuper Mattheum. in principijs ſpiritualium rerum ꝯſenſibiles apparent viſiones. ꝓpter eos qui nullam intelligentiaꝫ incorporalis nature ſuſcipere poſſunt. vt ſi poſtea non fiant ex his que ſemel facta ſunt fidem recipiant. ⁊ ideo circa chriſtum baptiſatum corporali ſpecie ſpiritusſanctus viſibiliter deſcendit. vt ſuper omnes baptiſatos poſtea inuiſibiliter credatur deſcendere. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ ſpiritusſanctus in ſpecie columbe apparuit ſuper chriſtum baptiſatuꝫ propter tria. Primo quidem propter diſpoſitionem que requiritur in baptiſato. vt ſcꝫ non fictus accedat. quia ſicut dicitur. Sapiẽtie. i. Spiritusſanctus diſcipline effugiet fictum. columba enim eſt animal ſimplex. aſtucia ⁊ dolo carens. Unde dicitur Matthꝫi. x. Eſtote ſimplices ſicut columbe. Secundo ad deſignandum ſeptem dona ſpiritusſancti. que columba ſuis proprietatibus ſignat. Columba enim ſecus fluenta habitat. vt viſo accipitre mergat ſe ⁊ euadat. quod pertinet ad donum ſapientie ꝑ quam ſancti ſecus ſcripture dominice fluenta reſident. vt incurſum diaboli euadant. Item columba meliora grana eligit. qḋ pertinet ad donum ſcientie. qua ſancti ſententias ſanas quibus paſcantur eligunt. Item columba alienos pullos nutrit quod pertinet ad donum conſilij. quo ſancti omnes qui fuerunt pulli id eſt imitatores diaboli doctrina nutriunt ⁊ exemplo. Item columba non lacerat roſtro. qḋ ꝑtinet ad donum intellectus quo ſancti bonas ſententias lacerãdo non ꝑuertunt hereticoꝝ more. Item columba felle caret. qḋ pertinet ad donum pietatis. ꝑ quam ſancti ira irrationabili carent. Item colũba in cauernis petre nidificat. qḋ ꝑtinet ad donum fortitudinis. qꝛ ſancti in plagis mortis xp̄i ꝗ eſt petra firma nidum ponunt. i. ſuum refugium ⁊ ſpem. Itẽ columba gemitū ꝓ cantu hꝫ. qḋ pertinet ad donum timoris. ꝗ ſancti delectanꝉ in gemitu pro pctīs. Tertio apparuit ſpūſſcūs in ſpē colũbe. ꝓpter effectū ꝓpriū baptiſmi. qui eſt remiſſio pctōꝝ recõciliatio ad deū. Colũba enī eſt aĩal manſuetuꝫ. ⁊ iō ſic dicit Chryſo. in diluuio appꝉuit hoc aĩal ramū ferens oliue. ⁊ cõeꝫ orbis terraꝝ tranquillitatẽ ennuncians. ⁊ nūc etiã colũba appareꝫ in baptiſmo liberatõeꝫ nobis demonſtrans. Quarto apparuit ſpūs in ſpē colũbe ſuꝑ dn̄m baptiſatū. ad deſignãdū cõeꝫ effectū baptiſmi. qui ē ꝯſtructõ eccleſiaſtice vnitatis. Unde dr̄ Ephe. v. ꝙ xp̄s tradidit ſemetipſum vt ex

biberet ſibi glorioſam eccleſiam non habentẽ maculam. aut rugam. aut aliquid huiuſmodi. lauans eam lauacro aque in verbo vite. ⁊ ideo conuenienter ſpiritusſanctus in baptiſmo demonſtratus eſt in ſpecie columbe. que ẽ animal amicabile ⁊ gregale. Unde ⁊ Cantic. v. dicit̃. Una eſt columba mea. Super apoſtolos autem in ſpẽ ignis ſpiritusſanctus deſcendit propter duo. Primo quidẽ ad oſtendendum feruorem quo corda eorum erant tenenda ad hoc ꝙ chriſtum vbicunqȝ inter preſſuras predicarẽt. ⁊ ideo etiam in igneis linguis apparuit. vnde ⁊ Aug. dicit ſuper Johannem duobus modis oſtendit viſibiliter dominus ſpiritumſanctum. ſcȝ per columbam. ſuper dominũ baptiſatum. per ignem ſuper diſcipulos congregatos. ibi ſimplicitas. hic feruor oſtenditur. ergo ne ꝑ ſpiritumſanctum ſanctificati dolum habeant in columba demonſtratus eſt. ⁊ ne ſimplicitas frigida remaneat in igne demonſtratus nec moueat quia lingue diuiſe ſunt vnitatem ĩ columba cognoſcere. Secundo quia ſicut dicit Chryſo. cũ oportebat delictis cognoſcere quod fit in baptiſmo manſuetudo neceſſaria erat. que demonſtrat̃ in columba. ſed vbi adepti ſumus gratiam reſtat iudicij tempus. quod ſignatur per ignem.

## Ad ſeptimuȝ ſic ꝓcedit̃

Uidetur ꝙ illa columba in qua ſpiritusſanctus apparuit non verum animal fuerit. Illud enim videtur ſpẽtenus apparere quod ſm ſimilitudinem apparet. ſed Luce. iij. dicitur ꝙ deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum non ergo fuit vera columba. ſed quedaȝ ſimilitudo columbe. Preterea. Sicut natura nihil facit fruſtra ita nec deus. vt dicitur in. i. de celo ⁊ mundo ſȝ cum columba illa non aduenerit niſi vt aliquid ſignaret vt dicit Aug. in. ij. de trini. fruſtra fuiſſet vera columba. qȝ hoc ipſum fieri poterat per columbe ſimilitudinem. non ergo illa columba fuit verum animal. Pre. Proprietates cuiuſlibet rei inducunt in cognitionem nature illius rei. ſi ergo fuiſſet illa columba verum animal proprietates columbe ſignaſſent naturam veri animalis. non autẽ effectus ſpiritusſancti. non ergo videtur ꝙ illa columba fuerit verum animal. Sed contra eſt qđ dicit Aug. in li. de agone chriſtiano neqȝ hoc ita dicimus. vt dominuȝ ieſum chriſtum dicamus ſolum verum corpus habuiſſe. ſpiritum autem ſanctum fallaciter apparuiſſe oculis hominum ſed ambo illa corpora vera eſſe credimus. Reſponſio dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. non decebat vt filius dei qui eſt veritas patris aliqua fictione vteret̃. ⁊ ideo non fantaſticum ſed verum corpus accepit. Et qȝ ſpiritusſanctus dicitur ſpiritus veritatis vt patet Johã. xvi. Ideo ⁊ ipſe veram columbam formauit in qua appareret. licet non aſſumeret eam in vnitatem perſone. Unde poſt predicta verba Aug. ſubdit ſicut nõ oportebat vt homines falleret filius dei ſic non oportebat vt falleret ſpiritusſanctus ſed omnipotenti deo qui vniuerſam creaturaȝ ex nihilo fabricauit non erat difficile verum corpus colũbe ſine aliaꝝ columbaꝝ miniſterio figurare. ſicut non fuit ei difficile veꝝ corpus in vtero marie ſine virili ſemine fabricare. cum creatura corporea ⁊ in viſceribus femine ad formandum hominem ⁊ in ipſo mundo ad formandum columbam imperio diuino voluntatiqȝ ſeruiret. Ad primum ergo dicendum. ꝙ ſpiritusſanctus dicit̃ deſcẽdiſſe in ſpecie vel ſimilitudine columbe. non ad excludendũ veritatẽ colũbe. ſed ad oſtendendũ ꝙ non apparuit in ſpẽ ſue ſubſtantie. Ad. ij. dđ. ꝙ non fuit ſuperfluum formare veram columbã. vt in ea ſpiritusſanctus appareret. qȝ ꝑ ipſam veritatẽ columbe ſignatur veritas ſpiritusſancti. ⁊ effectus eius. Ad. iij. dđ. ꝙ proprietates columbe eodem modo ducunt ad ſignandam naturam columbe ⁊ ad deſignandum effectus ſpiritusſancti. per hoc enim ꝙ columba hȝ tales proprietates contingit ꝙ columba deſignat ſpiritumſanctum.

## Ad octauũ ſic proceditur

Uidet̃ ꝙ inconuenienter chriſto baptiſato fuit vox patris audita filium proteſtantis. filius enim ⁊ ſpiritusſanctus ſm hoc qđ ſenſibiliter apparuerunt dicunt̃ viſibiliter eſſe miſſi ſed patri non conuenit mitti. vt patet ꝑ Aug. in. ij. de tri. ergo nec apparere. Pre. Vox eſt ſignatiua verbi in corde percepti. ſed pater non eſt verbum. ergo inconuenienter manifeſtat̃ in voce. Pre. Homo chriſtus nõ incepit eſſe filius dei in baptiſmo. ſicut quidam heretici putauerũt. ſȝ ⁊ a principio ſue conceptionis fuit filius dei. magis ergo in natiuitate debuit vox patris proteſtari chriſti diuinitatẽ qȝ in eius baptiſmo. Sȝ contra eſt qđ dr̃ Matthei. iij. Ecce vox de celis dicens. hic eſt filius meus dilectus. in quo mihi cõplacui. Reſponſio dđ. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt in baptiſmo xpi qui fuit exemplar noſtri baptiſmi debuit demonſtrari qđ in noſtro baptiſmo perficit̃. baptiſmus autem quo baptizant̃ fideles conſecrat̃ in inuocatione ⁊ virtute trinitatis ſm illud Matthei vlt. Euntes docete oẽs gentes baptiſantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. ⁊ ideo in baptiſmo chriſti vt Hierony. dicit. miſterium trinitatis demõſtrat̃. dominus ipſe in natura humana baptiſatur. ſpiritusſanctus deſcendit in habitu columbe vox patris teſtimonium filio perhibentis audit̃ ⁊ ideo fuit conueniens vt in illo baptiſmo declararet̃ ĩ voce. Ad. i. ergo dđ. ꝙ miſſio viſibilis addidit aliquid ſuper apparitionem. ſ. auctoritatẽ mittentis. ⁊ ideo filius ⁊ ſpiritusſanctus qui ſunt ab alio dicuntur non ſolum apparere. ſed etiaȝ viſibiliter mitti. pater autem qui non eſt ab alio apparere quidem poteſt. viſibiliter autem mitti non poteſt. Ad. ij. dđ. ꝙ pater nõ demonſtrat̃ in voce niſi ſicut actor vocis vel loquens per vocem. Et qȝ proprium eſt patri producere verbuȝ qđ ẽ dicere vel loqui ideo conuenienter pater per voceȝ manifeſtatus eſt. que ſignat verbum. vnde ⁊ ipſa vox a patre emiſſa filiationem verbi proteſtat̃. Et ſicut ſpecies colũbe in qua demonſtratus eſt ſpiritusſanctus non eſt natura ſpiritusſancti nec ſpecies hominis in qua demonſtratus eſt ipſe filius non eſt ipſa natura filij dei. ita ⁊ ipſa vox nõ pertinet ad naturam verbi vel patris loquentis. Unde Johannis. v. Dñs dicit. neqȝ voceȝ eius patris vnqȝ audiſtis. neqȝ ſpecieȝ eius vidiſtis. per qđ ſicut Chryſo. dicit ſuper Johannem. paulatim eos in phicum dogma inducens oſtendit quoniam vox neqȝ circa deum eſt neqȝ circa ſpecies. ſed ſuperior ⁊ figuris eſt ⁊ loquelis talibus. Et ſicut columbã ⁊ etiam humanaȝ naturam a chriſto aſſumptam tota trinitas operata eſt. ita etiam formationẽ vocis. ſed tamen in voce declarat̃ ſolus deus pater vt loquens ſicut naturam humanam ſolus filius aſſumpſit ⁊ ſicut columba ſpiritusſanctus demonſtratus eſt. vt patet ꝑ Aug. in li. de fide. Ad. iij. dđ. ꝙ diuinitas xpi nõ debuit omnibus in eius natiuitate manifeſtari. ſȝ magis occultari ĩ defectibus infantilis etatis. ſȝ quando iam peruenit ad perfectã etatẽ ĩ qua oportebat eum docere ⁊ miracula facere ⁊ homines ad ſe conuertere tũc teſtimonio patris erat eius diuinitas iudicãda. vt ſic eius

doctrina credibilior fieret. Unde ⁊ ipſe dicit Johannis. v.
Qui miſit me pater ipſe teſtimonium perhibet de me. ⁊
hoc precipue in baptiſmo ꝑ quem homines renaſcunt in
filios dei adoptiuos. filij autem dei adoptiui inſtituuntur
ad ſimilitudinē filij naturalis. ſm illud ad Roma. viij.
Quos preſciuit hos ⁊ ꝑdeſtinauit conformes fieri ima-
gines filij ſui. Unde Hylarius dicit ſuper Mattheū. ꝙ
ſuper ieſum baptiſatum deſcendit ſpiritusſanctus et vox
patris audita eſt dicentis filius meus dilectus. vt ex his
que conſumabant in chriſto cognoſceremus poſt aque la-
uacrum ⁊ de celeſtib; partib; ſanctum in nos ſpm̄ auola-
re. ⁊ paterne vocis adoptiōe dei filios fieri. Qō. XL.

# Conſequenter poſt

ea que pertinent ad ingreſſum chriſti i mū-
dum vel ad eius principium conſiderandū
reſtat de his que pertinent ad progreſſum ipſius. Et pri-
mo conſiderandum eſt de modo conuerſationis ipſius.
Secundo de tēptatione eius. Tertio de doctrina. Quar-
to de miraculis. ¶ Circa primum queruntur quattuor.
Primo vtrum chriſtus debuit ſolitariam vitam ducere.
aut inter homines conuerſari. Secundo vtrum debuerit
auſteram vitam ducere in cibo veſtitu ⁊ potu an alijs cō-
munem. Tertio vtrum debuerit abiecte in hoc mūdo vi-
uere. an cum diuitijs ⁊ honore. Quarto vtrum debuerit
ſm legem viuere.

## Ad primum ſic procedit

Uidetur ꝙ chriſtus non debuerit inter homines conuer-
ſari. ſed ſolitariam vitam ducere. oportebat enim ꝙ chri-
ſtus ſua conuerſatione non ſolum ſe hominem eſſe oſten-
deret ſed etiam deum. ſed deum non conuenit cum homi-
nibus conuerſari. dicit enim Danielis. ij. Exceptis dijs
quorum non eſt cum hominib; conuerſatio. ⁊ philoſo. di-
cit in. i. polliti. ꝙ ille qui ſolitarius viuit aut eſt beſtia ſi. ſ.
propter ſeuiciam faciat. aut eſt deus. ſi hoc faciat propter
contemplandam veritatem. ergo videtur ꝙ non fuit con-
ueniens chriſtū inter homines conuerſari. ¶ Preterea.
Chriſt⁹ dum in carne mortali vixit debuit perfectiſſimā
vitam ducere. Perfectiſſima autem vita eſt contemplati-
ua. vt in ſecunda parte habitum eſt. ad vitam autem cō-
templatiuam maxime competit ſolitudo. ſm illud Oſee
ij. Ducam eam in ſolitudinem ⁊ loquar ad cor eius. er-
go videtur ꝙ chriſtus debuit ſolitariam vitam ducere.
¶ Pre. Conuerſatio chriſti debuit eſſe vniformis q2 ſem-
per in eo debuit apparere qđ optimum eſt. ſed quandoq3
chriſtus ſolitaria loca querebat turbas declinans. vnde re-
migius dicit ſuper Mattheum. tria refugia legitur domi-
nus habuiſſe. nauim. montem. ⁊ deſertum. ad quorum al-
terum quotienſcunq3 a turbis comprimebat deſcēdebat.
ergo ⁊ ſemper debuit ſolitariam vitam ducere. Sed con-
tra eſt qđ dicitur Baruch. iij. Poſt hoc in terris viſus ē.
⁊ cum hominib; conuerſatus eſt. ¶ Reſponſio dō. ꝙ cō-
uerſatio chriſti talis debuit eſſe vt conueniret fini incar-
nationis ſm quam venit in mundum. Uenit autem in
mundum. Primo quidem ad manifeſtandum veritatē
ſicut ipſe dicit Johannis. xix. In hoc nat⁹ ſum. ⁊ ad hoc
veni in mundum vt teſtimonium perhibeā veritati. Et
ideo non debebat ſe occultare. vitam ſolitariam agens. ſ3
in publicum procedere. publice predicando. Unde Luē
iiij. Dicit illis qui volebant eum detinere. quia ⁊ alijs ci-
uitatibus oportet me euangelizare regnum dei. quia ideo
miſſus ſum. Secundo venit ad hoc vt homines liberaret
ſm illud. i. Thimo. i. Chriſtus ieſus venit in hunc mun-
dum peccatores ſaluos facere. ⁊ ideo vt Chryſo. dicit in
eodem loco manendo poſſet chriſtus omnes ad ſe attra-
here vt eius predicationem audirent. non tamen hoc fecit
prebens nobis exemplum vt perambulemus et requira-
mus pereuntes ſicut paſtor ouem perditam. et medicus
accedit ad infirmum. Tertio venit vt per ipſum habeam⁹
acceſſum ad deum. vt dicitur ad Ro. v. Et ita familiari-
ter cum hominibus conuerſando conueniens fuit vt om-
nibus fiduciam daret ad ſe accedēdi. Unde dr̄ Matth.
ix. Factum eſt diſcumbente eo in domo ecce multi publi-
cani ⁊ peccatores venientes diſcumbebant cum ieſu. ⁊ cū
diſcipulis eius. quod exponens Hierony. dicit viderant
publicani ⁊ peccatores a peccatis ad meliora conuerſi lo-
cum inueniſſe penitentie ⁊ ob id etiam ipſi non deſperāt
ſalutem. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ chriſtus per
humanitatem ſuam voluit manifeſtare diuinitatem. ⁊ iō
conuerſando cum hominibus quod eſt proprium homi-
nis manifeſtauit omnibus ſuam diuinitatem. predican-
do ⁊ miracula faciendo. ⁊ innocenter ⁊ iuſte inter homīes
conuerſando. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ ſicut in ſecū-
da parte dictum eſt vita contemplatiua ſimpliciter ē me-
lior ꝗ3 actiua. que occupat circa corporales actus. S3 vi-
ta actiua ſm quam aliquis ꝑdicando ⁊ docēdo contem-
plata alijs tradit eſt perfectior ꝗ3 vita que ſolum contem-
platur. quia talis vita preſupponit habundantiam contē-
plationis. ⁊ ideo chriſtus talem vitam elegit. ¶ Ad. iij.
dicendum ꝙ actio chriſti fuit noſtra inſtructio ⁊ ideo vt
daret exemplum predicatoribus ꝙ non ſemper ſe darent
in publicum. ideo quandoq3 ſe dominus a turbis retraxit
quod quidem legitur feciſſe propter tria. Quandoq3 qui-
dem propter corporalem quietem. Unde Marci. vi. dici-
tur ꝙ dominus dixit diſcipulis. venite ſeorſum in deſertū
locum. ⁊ requieſcite puſillum. erant enim qui veniebāt ⁊
redibant multi. nec ſpaciū manducandi habebant. Quā-
doq3 vero orationis. Unde dicitur Judic. vi. Factum eſt
in illis diebus. exijt in montem orare. ⁊ erat pernoctans
in oratione dei. vbi dicit Ambro. ꝙ precepta virtutis ſuo
nos informat exemplo. Quandoq3 vero vt doceat fauo-
rem humanum vitare. vnde ſuper illud Matthei. v. Ui-
dit ieſus turbas aſcendit in montem Chryſo. dicit ꝑ hoc
ꝙ non in ciuitate et foro ſed in monte in ſolitudine ſedit
erudiuit nos nihil ad oſtentationem facere. ⁊ a tumultu-
bus abſcedere. et maxime cum de neceſſarijs diſputare
oportebat.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Uidetur ꝙ chriſtum decuerit auſteram vitam ducere in
hoc mundo. chriſtus enim multomagis predicauit perfe-
ctionem vite quam iohannes. ſed Johannes auſterā vi-
tam duxit. vt ſuo exemplo homines ad ꝑfectionē vite re-
uocaret. dicitur enim Matth. iij. ꝙ ipſe iohannes habe-
bat veſtimenta de pilis camelorum. et zonam pelliceam
circa lumbos ſuos. eſca autem eius erant locuſte ⁊ mel ſil-
ueſtre. qđ exponens Chryſo. dicit. Erat mirabile in hu-
mano corpore tantam pītam videre. ꝙ ⁊ iudeos magis
attrahebat. ergo videtur ꝙ multomagis chriſtum decuit
auſteritas vite. ¶ Preterea. Abſtinentia ad continentiā
ordinatur. Dicitur enim Oſee. iiij. Commedentes non
ſaturabunt. fornicati ſunt ⁊ non ceſſauerunt ſed chriſtus
continentiam et in ſe ſeruauit et alijs ſeruandam pro-

potuit.cum dixit Mathei.xix. Sunt eunuchi qui ſe ca/
ſtrauerunt propter regnum celoꝝ.qui poteſt capere capi/
at.ꝰ videtur ꝙ chriſtus in ſe ⁊ in ſuis diſcipulis auſteri/
tatem vite ſeruare debuit. ¶ Pre. Ridiculum videt̃ vt
aliquis diſtrictiorem vitam incipiat ⁊ ab ea in laxiorē re
uertat̃.poteſt enim dici contra eū qđ habetur. Luc.xiiij.
Hic homo incepit edificare ⁊ non potuit ꝯſummare.chri
ſtus autem diſtrictiſſimam vitam incepit poſt bapti**ſ**mū
manens in deſerto ⁊ ieiunans.xl.diebꝫ ⁊.xl.noctibꝫ. ergo
videtur non fuiſſe congruum ꝙ poſt tantam vite diſtri/
ctionem ad ꝯmunem vitam rediret. Sed cōtra eſt quod
dicitur Mathei.xi. Venit filius hominis manducans ⁊
bibens. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut dictum eſt con/
gruum erat incarnationis fini ꝙ chriſtus non ageret
ſolitariam vitam ſed cum hominibus conuerſaretur. qui
autem cum aliquibus conuerſatur conuenientiſſimum
ē vt ſe eis in conuerſatione conformet.ſm illud.i. Coꝛ.ix
Omnibus omnia factus ſum.et ideo conuenientiſſimū
fuit vt chriſtus in cibo ⁊ potu ꝯmuniter ſe ſicut alij habe/
ret.vnde Aug.dicit contra fauſtum. ꝙ Johannes dict᷒
eſt nō manducans neqꝫ bibens quia illo victu quo iudei
vtebant̃ non vtebat̃.hoc ergo dominus niſi vteretur nō
in eius ꝯparatione manducans bibenſqꝫ diceret̃. ¶ Ad
primum ergo dicendum ꝙ dominus in ſua conuerſatio/
ne exemplum perfectionis dedit in omnibꝫ que ꝑ ſe per/
tinent ad ſalutem.ipſa autem abſtinentia cibi ⁊ potus nō
ꝑ ſe pertinet ad ſalutem.ſm illud ad Ro.xiiij. Non ē re/
gnum dei eſca ⁊ potus. Et Aug.dicit libro de queſtioni/
bus euangelij expo.illud. Mathei.xi. Juſtificata eſt ſa/
pientia a filijs ſuis.quia ſcꝫ ſancti apoſtoli intellexerunt
regnum dei non eſſe in eſca ⁊ potu. ſed in equanimitate
tollerandi.quos nec copia ſubleuat nec deprimit egeſtas
Et in tertio de doctrina xpiana.dicit quod in omnibꝫ ta/
libus non vſus reꝝ ſed libido vtentis in culpa eſt. Vtraqꝫ
autem vita eſt licita ⁊ laudabilis.vt ſcꝫ aliquis a cōmuni
conſortio hominum ſegregatus abſtinentiam ſeruet. Et
vt in ſocietate aliorum poſitus communi vita vtat̃. Et
ideo dominus voluit vtriuſqꝫ vite exemplū dare homi/
nibus. Johannes autem ſicut Chryſo. ſuper Matheū.
nihil plus oſ̄ndit preter vitam ⁊ iuſticiam.chriſtus autē
a miraculis teſtimonium habebat. Dimittens ergo Jo/
hannem ieiunio fulgere ipſe contrariam inceſſit viam.
ad menſam intrans publicanorum ⁊ manducans et bi/
bens. ¶ Ad.ij.dō. ꝙ ſicut alij homines per abſtinentiā
conſequunt̃ virtutem continendi ita etiam chriſtus in ſe⁊
in ſuis per virtutem ſue diuinitatis carnē comprimebat
Unde ſicut legitur Mathei.ix. Phariſei ⁊ diſcipuli io/
hannis ieiunabant.non autem diſcipuli chriſti. quod ex
ponens Beda di. ꝙ Johannes vinum ⁊ ſiceram nō bi/
bit.quia illi abſtinentia meritum auget.cui potentia nul
la inerat nature.dominus autem cui naturaliter ſuppete/
bat delicta donare cur eos declinaret quos abſtinentibꝫ po
terat reddere puriores. ¶ Ad iij.dō. ꝙ ſicut Chryſo.di/
cit ſuper Matheum vt diſcas quam magnum bonum ē
ieiunium ⁊ qualiter ſcutum eſt aduerſus dyabolū ⁊ quo/
niam poſt baptiſmum non laſciuie ſed ieiunio intendere
oportet ipſe ieiunauit.non eo indigens ſed nos inſtruēs.
Non autem vltra proceſſit ieiunando quā moyſes ⁊ he
lyas.ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. ſm mi/
ſterium autem vt dicit Grego.quadragenarius numer᷒
exemplo chriſti in ieiunio cuſtoditur quia virtus decalogi
per libros quattuor ſancti euangelij impletur. denarius

enim quater ductus in quadragenarium ſurgit. Vel q2
in hoc mortali corpore ex quattuor elementis ſubſiſtim᷒.
per cuius volūtatem preceptis dominicis contraimus. q̄
per decalogum ſunt accepta. Vel ſm Aug.in li.lxxxiij. q.
omnis ſapientie diſciplina eſt creatorem creaturamqꝫ co/
gnoſcere.creator eſt trinitas pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanct᷒
creatura vero partim eſt inuiſibil' ſicut eſt anima.cui ter
narius numerus attribuitur.diligere enim deum triplici/
ter iubemur.ex toto corde.ex tota anima.ex tota mēte. par
tim viſibilis ſicut corpus cui quaternarius numerus de/
betur propter calidum frigidum humidum ⁊ ſiccum. de/
narius ergo numerus qui totam inſinuat diſciplinam
quater ductus ideſt numerus qui corpori tribuitur mul/
tiplicatus quia cum corporis adminiſtratio geritur qua/
dragesimum conficit numerum.et ideo tempus quo et
gemiſcimus ⁊ dolemus quadragenario numero celebra/
tur. Nec tamen incongruum fuit vt chriſtus poſt ieiuni
um ⁊ deſertum ad communem vitam rediret. hoc enim
conuenit vite ſm quam aliquis contemplata alijs tradit.
quam chriſtum dicimus oſtendiſſe.vt prius contempla/
tioni vacet.et poſtea ad publicum actionis deſcenderit.
alijs conuiuendo.vnde et Beda dicit ſuper Matheum
ieiunauit chriſtus ne preceptum declinaret. manducauit
cum peccatoribꝫ vt generi cernens agnoſceret poteſtatē.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ chriſtus in hoc mundo non debuerit pauperē
vitam ducere.chriſtus enim debuit eligibiliſſimam vitā
aſſumere. ſed eligibiliſſima vita eſt mediocris inter di/
uicias ⁊ paupertatem. dicitur enim Prouer.xxx. Men/
dicitatem ⁊ diuitias non dederis mihi.tribue tantum vi
ctui meo neceſſaria. ergo chriſtus non debuit pauperem
vitam ducere ſed moderatam. ¶ Preterea. Exteriores
diuitie ad vſum corporis ordinant̃ ꝗ̄tum ad victum et
veſtitū.ſed chriſtus in victu ⁊ veſtitu communem vitam
duxit.ſm modum aliorum quibus conuiuebat.ergo vi/
detur ꝙ etiam in diuitijs ⁊ paupertate communem mo/
dum viuendi debuerit ſeruare ⁊ non vti maxima paup/
tate. ¶ Preterea. Chriſt᷒ maxime inuitauit homines ad
exemplum humilitatis. ſm illud Mathei.xi. Diſcite a
me quia mitis ſum ⁊ humilis corde.ſed humilitas maxi/
me ꝯmendat̃ in diuitibus vt dicitur.i.ad Thymo.vl. Di
uitibus huius ſeculi precipe non altum ſapere.ergo vi/
detur ꝙ chriſtus non debuit ducere pauperem vitā. Sꝫ
contra.dicitur Mathei.viij. Filius hominis non habet
vbi caput ſuū reclinet.quaſi di. ſm Hierony. Quid me
propter diuitias ⁊ ſeculi lucra cupis ſequi.cum tante ſim
paupertatis vt nec hoſpiciolum quidem habeam. ⁊ tecto
vtar non meo. Et ſuper illud Mathei.xviij. Ut nō ſcā/
daliſemus eos vade ad mare.⁊c. Dicit Hiero. ſimplici/
ter hoc intellectum edificat auditorem.dum audit tante
dominum fuiſſe paupertatis vt vñ tributa pro ſe ⁊ apo/
ſtolo redderet non habuit. ¶ Rñ.dō. ꝙ chriſtū decuit
in hoc mundo pauperem vitam ducere. Primo quidē
quia hoc erat congruū ꝑdicationis officio. propter qđ
veniſſe ſe dicit Marci.i. Eamus in proximos vicos ⁊ ci/
uitates.vt ⁊ ibi predicem.ad hoc enim veni.ſed oportet
predicatores verbi dei.vt omnino vacent ꝑdicationi om
nino a ſecularium rerum cura eſſe abſolutos quod facere
non poſſunt qui diuitias poſſident. Unde et ipſe domi/
nus apoſtolos ad predicandum mittens dicit eis nolite
poſſidere aurum neqꝫ argentum et ipſi apoſtoli dicunt.

Actuum.vi. Non eſt equum nos relinquere verbum ⁊ miniſtrare menſis. Secundo quia ſicut mortem corporalem aſſumpſit vt nobis vitam largiret̃ ſpiritualez ita corporalem paupertatem ſuſtinuit vt nobis ſpirituales diuicias largiret̃ ſm illud .ij. Cor. viij. Scitis gratiam domini noſtri ieſu chriſti. quoniam propter nos egenus factus eſt. vt illius inopia diuites eſſemus. Tertio ne ſi diuicias haberet cupiditati eius predicatio aſcriberet̃. vnde Hiero. dicit ſup Matth. ꝙ ſi diſcipuli diuicias habuiſſent videbantur non eam ſalutis hominum ſed cauſa lucri predicaſſe. ⁊ eadem ratio eſt de chriſto. Quarto vt tā to maior virtus eius diuinitatis oſtenderet̃ quanto per paupertatem videbat̃ abiectior. vnde dicitur in quodam ſermone epheſi. concilij omnia paupera ⁊ vilia elegit. omnia mediocria ⁊ plurimiſ obſcura. vt diuinitas cognoſceretur orbem terrarum tranſformaſſe. propterea pauperculam elegit matrem pauperiorem patriam. egēs fuit pecunijs. ⁊ hoc tibi exponit preſepe. ¶ Ad primum ergo dicē dum ꝙ ſuperhabundantia diuitiarum ⁊ mendicitas vitanda videntur ab his qui volunt viuere ſm virtutem. inqñtum ſunt occaſiones peccandi. habundantia nanq3 diuitiarum eſt ſuperbiendi occaſio. mendicitas vero ē occaſio furandi. ⁊ mentiendi. aut etiam periurandi. Quia vero chriſtus peccati capax non erat. propter hanc cauſaz ex qua ſalomon hoc vitabat xp̃o vitanda nō erant. Neq3 tamen quelibet mendicitas eſt furandi ⁊ piurandi occaſio vt ibidem ſalomon ſubdere videtur. ſed ſola illa que ē cō traria voluntati ad quam vitandam homo furat̃ ⁊ periurat̃. Sed paupertas voluntaria hoc periculum non habz ⁊ talem paupertatem chriſtus elegit. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ communi vita vti qñtum ad victum ⁊ veſtituz poteſt aliquis non ſolum diuicias poſſidendo ſed etiam a diuitibus neceſſaria accipiendo. qđ etiam circa chriſtum factum ē. dicitur enim Luce. viij. ꝙ mulieres quedam ſequebantur chriſtum. que miniſtrabant ei de facultatib; ſuis vt dicit Hiero. contra vigilantiuz. conſuetudinis iudaice fuit nec ducebat̃ in culpam more gentis antiquo. vt mulieres de ſua ſubſtantia victum ⁊ veſtitum preceptorib; ſuis miniſtrarent. hoc autem quia ſcandalum facere poterat in nationib; paulus ſe abieciſſe ꝯmemorat. Sic ergo communis victus poterat eſſe ſine ſollicitudine īmpediente predicationis officium non aūt diuiciarum poſſeſſio. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ in eo qui ex neceſſitate pauper ē humilitas non multum commendatur. ſed in eo qui voluntarie pauper eſt. ſicut fuit chriſtus. ipſa enim paupertas eſt maxime humilitatis iudicium.

## Ad quartū ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus non fuerit conuerſatus ſm legē. lex enim precipiebat vt nihil opis in ſabbato fieret. ſicut deꝰ die ſeptimo requieuit ab omni opere qđ patrarat. ſed ipſe in ſabbato curauit hominem. ⁊ ei mandauerat vt tolleret lectum ſuuz. ergo videtur ꝙ non fuerit ſm legem ꝯuerſatꝰ. ¶ Pre. Eadem chriſtus fecit ⁊ docuit. ſm illud Act. i. Cepit ieſus facere ⁊ docere. ſed ipſe docuit Matthei. xv. ꝙ omne qđ intrat in os non coinquinat hominem. qđ ē contra preceptum legis. que per eſum ⁊ contactum quorundam animalium dicebat hominez immundum fieri vt patet Leuiti. xi. Ergo videt̃ ꝙ ipſe non fuerit conuerſatus ſm legem. ¶ Pre. Idem iudicium videt̃ eſſe facientis ⁊ ꝯſentientis. ſm illud ad Ro. i. Nō ſolum illi qui faciunt ſed etiam illi qui conſentiunt facientib;. ſed chriſtus conſenſit diſcipulis ſoluentibus legem in hoc ꝙ ſabbato ſpicas vellebant. excuſando eos vt habetur Matth. xij. Ergo videtur ꝙ chriſtus non conuerſatus fuit ſm legem. Sed contra eſt qđ dicitur Matth. v. Nolite putare quoniam veni ſoluere legem aut prophetas. qđ exponens Chryſo. dicit legem impleuit. Primo quidez nihil tranſgrediendo legalium. Secundo iuſtificando per fidem. qđ lex per litteram facere non valebat. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ chriſtus in omnib; ſm legis precepta conuerſatus eſt. in cuius ſignum etiam voluit circumcidi. circumciſio enim eſt quedam proteſtatio legis implēde. ſm illud ad Gal. v. Teſtificor omni homini circumcidenti ſe. quoniam debitor eſt vniuerſe legis faciēde. Voluit autem chriſtus legem obſeruare. Primo quidez vt legem veterem comprobaret. Secundo vt eaz obſeruādo in ſeipſo conſummaret ⁊ terminaret. oſtendens ꝙ ad ipſum erat ordinata. Tertio vt iudeis calumniandi occaſionem retraheret. Quarto vt homines a ſeruitute legis liberaret. ſm illud ad Gal. iiij. Miſit deus filium ſuuz factū ſub lege. vt eos qui ſub lege erant redimeret. ¶ Ad primum ergo dicendū. ꝙ dominus ſuper hoc ſe excuſat a tranſgreſſione legis tripliciter. Primo quidem quia preceptum de ſanctificatione ſabbati non interdicit opus diuinum ſed humanum opus. qꝫuis enim deus die ſeptimo ceſſauerit a nouis creaturis condendis ſemper tamen operatur in rerum gubernatione ⁊ conſeruatione. ꝙ autē chriſtus miracula faciebat erat operis diuini. Unde ipſe dicit Johānis. v. Pater meus vſq3 modo operat̃. ⁊ ego operor. Secundo excuſat ſe per hoc ꝙ illo precepto non prohibentur opera que ſunt de neceſſitate ſalutis corporalis. Unde ipſe dicit Luce. xiij. Unuſquiſq3 veſtrum non ſoluit ſabbato bouem ſuum aut aſinum ſuum a preſepio. ⁊ ducit adaquare ⁊ infra. xiiij. cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadit, ⁊ non continuo extrahit illū die ſabbati. manifeſtum eſt autem ꝙ opera miraculoꝝ que chriſtus faciebat ad ſalutem corporis ⁊ anime pertinebant. Tertio quia illo precepto non prohibent̃ opera que pertinent ad cultum dei. vnde dicitur Matthei. xij. An non legiſtis in lege. quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant ⁊ ſine crimine ſunt. Johannis. vij. dicit̃ ꝙ circumciſionem accepit homo in ſabbato. ꝙ autez chriſtꝰ paralitico mandauit vt lectum ſuuz portaret ſabbato ad cultum dei pertinebat. et ad laudem virtutis diuine. Et patet ꝙ ſabbatum non ſoluebat. qꝫuis hoc iudei falſe obijcerent dicentes. non eſt hic homo a deo qui ſabbatum non cuſtodit. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ chriſtus voluit oſtendere per illa verba ꝙ homo non reddit̃ immundus ſm animā ex vſu ciboꝝ quorumcunq3 ſm ſuam naturam. ſed ſolum ſm quandam figurationem. Qđ autem in lege quidaz cibi dicunt̃ vitandi hoc eſt propter quandaz figurationē. Unde Aug. dicit ꝯtra fauſtum. ſi de porco ⁊ agno requirat̃ vtrunq3 natura mundum eſt. qꝛ omnis creatura dei bona eſt. quadam vero ſignificatione agnus mundꝰ porcus immundꝰ eſt. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ. etiaz diſcipuli qñ eſurientes ſpicas ſabbato euellebāt a tranſgreſſione legis excuſant̃ propter neceſſitatez famis. ſicut ⁊ dauid tranſgreſſor legis non fuit. quando ꝓpter neceſſitatem famis ꝯmedit panes quos ei edere non licebat.

## Deinde cōſiderandū

eſt de temptatione chriſti. Circa hoc queruntur quattuor. ¶ Primo vtrum fuerit

ꝯueniens xp̄m temptari. Secundo de loco temptationis. Tertio de tp̄e. Quarto de modo ⁊ ordine temptationū.

## Ad primum ſic procedit

Videt̄ ꝙ xp̄o temptari non ꝯueniebat. temptare enim ē experimentum ſumere. qđ quidem nō fit niſi de re ignota. ſed virtus xp̄i erat nota etiam demonibꝫ. Dicitur enim Luce. iiij. ꝙ non ſinebat demonia loqui. q2 ſciebant eum eſſe xp̄m. ḡ videt̄ ꝙ non decuerit xp̄m temptari. ¶ Pre. ad hoc xp̄s venerat vt opera diaboli diſſolueret. ſm̄ illud i. Joh. iij. In hoc apparuit filius dei vt diſſoluat opa diaboli. ſed non eſt eiuſdem diſſoluere opa alicuius ⁊ ea pati. Et ita videt̄ inconueniens fuiſſe ꝙ xp̄s pateret̄ ſe temptari a diabolo. ¶ Pre. Triplex eſt temptatio. ſ. a carne a mundo. a diabolo. ſed xp̄s non fuit temptatus a carne. nec a mundo. ḡ nec etiam debuit temptari a diabolo. Sꝫ ꝯtra eſt qđ dr̄ Matth. iiij. Ductus eſt ieſus in deſertum vt temptaret̄ a diabolo. ¶ Rn̄. dđ. ꝙ xp̄s temptari voluit. Primo quidem vt nobis ꝯtra temptationes auxilium ferret. Unde Grego. dicit in omel. nō erat indignū redemptori noſtro ꝙ temptari voluit. qui venerat ⁊ occidi. vt ſic temptationes noſtras ſuis temptationibꝫ vinceret. ſicut mortem noſtraꝫ ſua morte ſupauit. Secundo ad noſtram cautelam. vt nullus quantumcūqꝫ ſanctus ſe exiſtimet ſecuꝝ ⁊ immunem a temptatione. Unde etiaꝫ poſt baptiſmum temptari voluit. q2 ſicut Hylarius dic̄ ſup matth. in ſanctificatis maxime diaboli temptamenta graſſant̄. q2 victoria magis eſt ei exoptāda de ſanctis. Un̄ Ecc. ij. dicit̄ fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia ⁊ timore. ⁊ prepara animam tuam ad temptationē. Tertio ꝓpter exemplum vt. ſ. nos inſtrueret qualiter diaboli temptationes vincamus. Unde Aug. dic in. iiij. de tri. ꝙ xp̄s diabolo temptandum ſe prebuit. vt ad ſupandas temptationes eius mediator eſſet. non ſolum p adiutorium vez etiā p exemplum. Quarto vt nobis fiduciam de ſua miſericordia largiret̄. Unde dicit̄ ad Hebre. iiij. Non habemus pontificem qui non poſſet ꝯpati infirmitatibꝫ noſtris. temptatum aūt per omnia p ſimilitudineꝫ abſqꝫ peccato. ¶ Ad. i. ḡ dđ. ꝙ ſicut dicit Aug. ix. de ciui. dei. chriſtus tm̄ innotuit demonibꝫ q̄tum voluit. non p id ꝙ eſt vita eterna. ſed p quedam temporalia ſue virtutis effecta. ex quibꝫ quandam ſuſpicionem habebant xp̄m eſſe filium dei. Sed q2 rurſus in eo quedam ſigna humane infirmitatis videbant non pro certo cognoſcebant eū eſſe filium dei. ⁊ iō eum temptare voluit. Et hoc figurat̄ Matth. iiij. vbi dr̄ ꝙ poſtq̄ eſuriit acceſſit ad eum temptator. q2 vt Hylarius dicit. temptare xp̄m diabolus nō fuiſſet auſus niſi in eo eſuritionis infirmitatem q̄ ſūt hominis recognoſceret. Et hoc etiam patet ex ipſo modo tē͂ptandi cum dixit. ſi filius dei es qđ exponens Grego. dic̄ quid ſibi vult talis ſermonis exorſus. non q2 cognouerat dei filium ventuꝝ eſſe. ſed veniſſe p corporis infirmitatē non putabat. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ xp̄s venerat ſoluere opera diaboli. non poteſtatiue agendo. ſed magis ab eo et eius membris patiendo. vt ſic diabolum vinceret iuſticia. nō poteſtate. Et ſicut dicit Aug. xiij. de tri. q2 diabolus nō potentia dei ſꝫ iuſticia ſuperandus fuit ⁊ ideo circa temptationem chriſti conſiderandum eſt qđ propria voluntate fecit. ⁊ quod a diabolo paſſus fuit. ꝙ enim temptationi ſe offerret fuit proprie voluntatis. Unde dicitur Matth. iiij. Ductus eſt ieſus in deſertum a ſpiritu. vt temptaret̄ a diabolo. qđ Grego. dicit intelligendum de ſpiritu ſctō. vt ſcꝫ illuc eum ſpiritus duceret. vbi eum ad temptandū ſpiritus malignus inueniret ſed a diabolo paſſus eſt qđ aſſumeret vel ſupra pīnaculum templi vel etiam in montem excelſum valde. Nec etiam mirum vt Grego. dicit ſi ſe ab illo permiſit in monteꝫ duci qui ſe permiſit ab miniſtris ipſius crucifigi. Intelligitur autem a diabolo aſſumptus non quaſi ex neceſſitate ſed quia. vt Origenes dicit ſuper Lucam ſequebatur enim ad temptationeꝫ. q̄ſi athleta ſponte procedens. ¶ Ad. iij. dicenduꝫ. ꝙ ſicut dicit Apoſto. chriſtus in omnibꝫ temptari voluit abſqꝫ peccato. temptatio autem que eſt ab hoſte poteſt eſſe ſine peccato. quia fit per ſolam exteriorem ſuggeſtionem. temptatio autem que eſt a carne nō poteſt eſſe ſine peccato. quia hec temptatio fit per delectationem ⁊ concupiſcentiam. et ſicut dicit Aug. non nullum peccatum eſt cum caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum. ⁊ ideo chriſtꝰ temptari voluit ab hoſte. non a carne.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Videt̄ ꝙ chriſtꝰ nō debuit temptari in deſerto. chriſtꝰ enī temptari voluit p exemplum noſtrum vt dictum eſt. ſed exemplum debet manifeſte proponi illis qui ſunt p exemplum informandi nō ḡ debuit in deſerto tēptari. ¶ Pre. Chryſo. dicit ſuper matth. ꝙ tūc maxime diabolus inſtat ad temptandum cum viderit ſolitarios vnde ⁊ in principio mulierem temptauit. ſine viro eaꝫ inueniens. ⁊ ſic videtur p hoc ꝙ in deſertum iuit vt temptaret̄ ꝙ temptationi ſe expoſuit. cum ḡ eius temptatio ſit noſtruꝫ exemplū videt̄ ꝙ etiam alij debeant ſe ingerere ad temptationes ſuſcipiendas. qđ videt̄ eſſe periculoſum. cum magis temptationum occaſionē vitare debeamus. ¶ Pre. Matth. iiij. Ponit̄ ſecunda chriſti temptatio qua diabolus chriſtum aſſumpſit in ciuitatem ſanctam. ⁊ ſtatuit eum ſupra pīnaculum templi Quod quidem non erat in deſerto nō ergo temptatus eſt ſolum in deſerto. Sed contra eſt qđ dicitur Marci. i. ꝙ erat ieſus in deſerto. xl. diebꝫ ⁊. xl. noctibus. et temptabatur a ſathana. ¶ Rn̄. dđ. ꝙ ſicut dictum eſt. chriſtus propria voluntate ſe exhibuit diabolo ad temptandum ſicut etiaꝫ propria voluntate membris eius ſe exhibuit ad occidendum. alioquin diabolus ad eum venire non auderet. Diabolus autem magis attemptat aliquem cum eſt ſolitarius. quia ſicut dicitur Eccleſiaſtici. iiij. Si quiſpiam preualuerit contra vnum duo reſiſtunt ei. ⁊ inde eſt ꝙ chriſtus in deſertum exiuit. quaſi ad campum certaminis. vt ibi a diabolo temptaretur. Unde Ambro. dicit ſuper Lucam ꝙ chriſtus agebat̄ in deſertum conſilio. vt diabolum prouocaret. nam niſi ille certaſſet ſcꝫ diabolus non iſte viciſſet ſcꝫ chriſtus. Addit autem ⁊ alias rationes dicens hoc chriſtum feciſſe miſterio. vt adam de exilio liberaret qui ſcꝫ de paradiſo in deſertum eiectus eſt. Exemplo vt oſtenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere. ¶ Ad primuꝫ ergo dicendum ꝙ chriſtus proponitur omnibus in exemplum p fidem ſm̄ illud ad Hebre. xij. Aſpiciētes in actorem fidei ⁊ conſummatorem ieſum. fides autem vt dicitur ad Ro. x. Eſt ex auditu nō ex viſu. quinymo dicitur. Jo. xx. Beati qui non viderunt ⁊ crediderunt. Et ideo ad hoc vt temptatio chriſti eſſet nobis in exemplum non oportet ꝙ ab omnibꝫ videretur. ſed ſufficiens fuit ꝙ omnibus narraretur. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ duplex eſt temptationis occaſio. Una quidem ex parte hominis puta cū aliquis ſe peccato propinquum facit. occaſiōes peccandi

non euitans. ⁊ talis occaſio temptationis eſt vitanda. ſic dictum eſt loth. Gen̄. xix. ne ſteteris in omni regione circa ſodomam. Alia vero temptationis occaſio eſt ex parte diaboli qui ſemper inuidet ad meliora tendentibus. vt Ambro. dicit. ⁊ talis temptationis occaſio non eſt vitanda. Unde Criſo. dicit ſuper Matthe. ꝙ non ſolum chriſtus ductus eſt in deſertum a ſpiritu. ſed omnes filij dei. habentes ſpiritumſanctum. non enim contenti ſunt ſedere ocioſi. ſed ſpiritusſanctus vrget eos aliquod magnum apprehendere quod eſt eſſe in deſerto. quantum ad diabolum. quia non eſt ibi iniuſticia in qua dyabolus delectatur. omne enim opus bonum eſt deſertum quantum ad carnem ⁊ mundum. quia non eſt ſm̄ voluntatem carnis ⁊ mundi. Talem autem occaſionem temptationis dare dyabolo non eſt periculoſum. quia maius eſt auxilium ſpiritusſancti qui eſt perfecti operis actor. ꝙ̄ impugnatio dyaboli inuidentis. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ quidam dicūt omnes temptationes factas fuiſſe in deſerto. Quorū quidam dicunt ꝙ chriſtus ductus eſt in ſanctam ciuitatem non realiter. ſed ſm̄ imaginariam viſionem. Quidam autem ꝙ etiam ipſa ciuitas ſancta ſcilicet hieruſalem. deſertum dicatur quia erat derelicta a deo. Sed hoc nō erat neceſſarium. quia marcus dicit ꝙ in deſerto temptabatur a dyabolo non autem dicit ꝙ ſolum in deſerto. ⁊c̄.

## Ad tertium ſic proceditur

Uidetur ꝙ temptatiō chriſti non debuit eſſe poſt ieiuniū dictum eſt enim ſupra. ꝙ chriſtum non decebat conuerſationis auſteritas. ſed maxime auſteritatis videtur fuiſſe ꝙ. xl. diebus ⁊. xl. noctibus nihil commederet ſic enim intelligitur quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus ieiunaſſe quia ſcilicet in illis diebus nullum cibum ſumpſit vt Gregorius dicit ergo videtur ꝙ non debuit hmōi ieiunium temptationi premittere. ¶ Pre. Mar. i. dicitur ꝙ erat in deſerto quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus. ⁊ tēptabatur a ſathana. ſed quadraginta diebꝰ ⁊ quadraginta noctibꝰ ieiunauit. ergo videtur ꝙ nō poſt ieiunium ſed ſil' cū ieiunaret. fuiſſet temptatus a dyabolo ¶ Pre. Chriſtus non legitur niſi ſemel ieiunaſſe. ſed nō ſemel ſolum fuit temptatus a dyabolo. dicitur enim Luc. iiij. ꝙ cōſumata omni tēptatione. dyabolus receſſit ab eo vſqȝ ad tempus. ſicut ergo ſecunde temptationi non premiſit ieiunium. ita nec prime premittere debuit. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Matth. iiij. cum ieiunaſſet quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibꝰ poſtea eſurijt. ⁊ tunc acceſſit ad eum temptator. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ conuenienter poſt ieiunium chriſtus temptari voluit. Primo quidem propter exemplum. quia cum omnibus ſicut dictum eſt immineat ſe contra temptationes tueri. per hoc ꝙ ipſe ante temptationem futuram ieiunauit docuit. ꝙ per ieiunium nos oportet contra tēptationes armari. vn̄ inter arma iuſticie apl's. ieiunia connumerat. ij. Cor. vi. Secundo vt oſtenderet ꝙ etiam ieiunantes dyabolus aggreditur ad temptandum ſicut alios. qui bonis operibus vacant. ⁊ ideo ſicut poſt baptiſmum. ita poſt ieiunium. chriſtus temptatur. Unde Criſo. ſuper Matt. vt diſcas quam magnum bonum ſit ieiunium. ⁊ qualiter ſcutum eſt aduerſus dyabolum. ⁊ quoniam poſt baptiſmum nō laſciuie. ſed ieiunio intendere oportet. chriſtus ieiunauit. non ieiunio indigens. ſed nos inſtruens. Tertio quia pꝰ ieiunium ſecuta eſt eſuries. que dedit dyabolo audaciam aggrediendi. ſicut dictum eſt. Cum autem eſurijt dn̄s vt hylarius dicit ſuper Matth. non fuit ex ſurreptiōe inedie. ſed nature ſue hominem dereliquit. non enim erat a deo dyabolus. ſed a carne vincendus. Unde etiam Criſo. dicit non vltra proceſſit in ieiunando ꝙ̄ moyſes ⁊ helyas. ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ chriſtum non decuit conuerſatō auſterioris vite vt ſe cōmunem exhiberet illis quibus predicauit. nullus autem debet aſſumere predicationis officium niſi prius fuerit purgatus ⁊ virtute pfectus. ſicut de xp̄o dicitur Actu. i. ꝙ cepit hieſus facere ⁊ docere. ⁊ ideo xp̄s ſtatim poſt baptiſmum auſteritatem vite aſſumpſit. vt doceret poſt carnem edomitam. oportere alios ad predicationis officium tranſire. ſm̄ illud apoſtoli caſtigo corpus meum. ⁊ in ſeruitutem redigo ne forte alijs predicans. ipſe reprobus efficiar. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ verbū illud marci poteſt ſic intelligi. ꝙ erat in deſerto. xl. diebus ⁊. xl noctibus. quibus ſcilicet ieiunauit. Quod autē dicitur ⁊ temptabatur a ſathana. intelligendum eſt non illis diebus. xl. ⁊. xl. noctibus. ſed poſt illos. eo ꝙ Mattheus dicit ꝙ cum ieiunaſſet. xl. diebus ⁊. xl. noctibus. poſtea eſuriјt. ex quo ſumpſit temptator occaſionem accedendi ad ipſum. Unde ⁊ quod ſubditur. ⁊ angeli miniſtrabant ei. conſecutiue intelligendum eſſe oſtenditur. ex hoc ꝙ mar. iiij. dicitur tunc reliquit eum dyabolus ſcilicet poſt temptationem. ⁊ ecce angeli acceſſerunt ⁊ miniſtrabant ei. ꝙ vero interponit marcus eratqȝ cum beſtijs inducitur ſm̄ Chriſo. ad oſtendendum quale erat deſertum. quia ſcilȝ erat inuiū hominibus ⁊ beſtijs plenum. Tamen ſm̄ expoſitionem bede. dominus temptabatur. xl. diebus ⁊. xl. noctibus. ſed hoc intelligendum eſt. non de illis temptationibus viſibilibus quas narrant marcus ⁊ lucas. que facte ſunt poſt ieiunium. ſed de quibuſdam alijs impugnationibus quas forte illo ieiunij tempore chriſtus eſt a dyabolo paſſus. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ſic̄ dicit Ambro. ſuper lucam receſſit dyabolus a chriſto vſqȝ ad tempus. quia poſtea non temptaturus. ſed aperte pugnaturus aduenit tempore ſcilicet paſſionis. ⁊ tamen per illam impugnationem videbatur chriſtum temptare de triſticia ⁊ odio proximorum. ſicut in deſerto de delectatione gule. ⁊ cōtēptu dei per ydolatriam.

## Ad quartuȝ ſic procedit

Uidetur ꝙ non fuit conueniens temptationis modus ⁊ ordo. temptatio enim dyaboli ad peccandum inducit. ſed ſi xp̄s ſubueniſſet corporali fami. conuertēdo lapides in panes. non peccaſſet. ſicut non peccauit cum panes multiplicauit quod non fuit minus miraculū vt turbe eſuriētī ſubueniret g̃ videt ꝙ nulla fuerit illa tēptatio. ¶ Pre. nullus perſuaſor conuenienter perſuadet contrariuȝ eius qd̄ intendit. ſed dyabolus ſtatuens chriſtum ſuper pinaculū templi. intendebat eum de ſuperbia aut vana gloria temptare. ergo inconuenienter perſuadet vt ſe mittat deorſuȝ quod ē cōtrarium ſuperbie vel vane glorie. que ſemp aſcēdere querit. ¶ Pre. vna temptatio conueniens eſt vt ſit de vno peccato. ſed in temptatione que fuit in monte. duo peccata perſuaſit. ſcilicet cupiditatem ⁊ ydolatriam. non ergo videtur fuiſſe conueniens temptationis modus. ¶ Pre. temptationes ad peccata ordinantur. ſed ſeptem ſunt vitia capitalia. vt in ſecunda parte habitum eſt non autem temptauit niſi de tribus ſcilicet gula ⁊ vana gloria. ⁊ cupiditate. non ergo videtur ſufficiens temptatio. ¶ Pre. poſt victoriam omnium vitiorum. remanet hoſ

temptatio ſuperbie. vel vane glorie. quia ſuperbia bonis operibus inſidiatur vt pereant. ſicut dicit Augu. inconuenienter ergo Matth. ponit vltimam temptationem cupiditatis in monte. mediam autem inanis glorie in templo preſertim cum lucas ordinet econuerſo. ¶ Pre. Hiero. ſuper Matth. dicit. ꝙ propoſitum chriſti fuit dyabolum humilitate vincere. non poteſtate. ergo non imperioſe obiurgando eum repellere debuit. vade retro ſathana.

¶ Prete. narratio euangelij videtur falſum continere. non enim videtur poſſibile. ꝙ chriſtus ſupra pinaculum templi ſtatui potuerit. qui ab alijs videretur. neq̧ aliquis mons tam altus inuenitur. vt inde totus mundus inſpici poſſit vt ſic ex eo potuerit chriſto omnia regna mundi oſtendi inconuenienter ergo videtur deſcripta chriſti temptatio. ¶ Sed contra eſt ſcripture auctoritas. ¶ Rñ. dicendum ꝙ teptatio que eſt ab hoſte fit per modum ſuggeſtionis. vt dicit Gre. non aūt eodem mō poteſt aliquid oībꝰ ſuggeri. ſed vnicuiq̧ ſuggeritur aliquid ex his circa que affectus eſt. ⁊ ideo dyabolus hominem ſpiritualem non ſtatim temptat de grauibus peccatis. ſed paulatim a leuioribus incipit. vt poſtmodum ad grauiora perducat. vnde Greg. dicit. xxxi. mo. exponēs illud iob. xxxix. procul odoratur bellum exhortationem ducum ⁊ vlulatum exercitus dicit bene duces exhortari. dici ſunt exercitus vlulare. quia prima vitia. decepte menti. quaſi ſub quadam ratione ſe ingerunt. ſed innumera que ſequūtur. dum hanc ad omnem inſaniam pertrahunt. quaſi beſtiali clamore confundunt. ⁊ hoc quidem dyabolus obſeruauit in temptatiōe primi hominis. nam primo ſollicitauit mētem primi hominis de ligni vetiti eſu dicens Geñ. iij. cur precepit vobis deus vt non comederitis de omni ligno paradiſi. Secundo de inani gloria cum dixit. aperientur oculi veſtri. Tertio produxit tēptationem ad extremam ſuperbiam cū dixit eritis ſicut dij. ſcientes bonū ⁊ malum. Et hunc etiā ordinem temptandi ſeruauit in chriſto. Nam primo temptauit ipſum de eo quod appetunt quantumcunq̧ ſpirituales viri. videlicet de ſuſtentatiōe corporalis nature per cibum. Secundo proceſſit ad id in quo ſpirituales viri quandoq̧ deficiunt. vt ſcilicet aliqua ad oſtentationem operentur. quod pertinet ad manem gloriam. Tertio produxit temptationem ad id quod iam non eſt ſpiritualium virorum. ſcilicet vt diuitias ⁊ mundi gloriam concupiſcant. vſq̧ ad contemptum dei. Et ideo in primis duabus temptationibus dixit ſi filius dei es. non autem in tertia que non poteſt ſpiritualibus viris conuenire. qui ſunt per adoptionem filij dei. ſicut ⁊ due prime. His autem temptationibus chriſtus reſtitit teſtimonijs legis. non poteſtate virtutis. vt hoc ipſo ⁊ hominem plus honoraret ⁊ aduerſarium plus puniret. cum hoſtis generis humani non quaſi a deo. ſed quaſi ab homine vinceretur. ſicut dicit leo papa. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ vti neceſſarijs ad ſuſtentationem non eſt peccatum gule. ſed ꝙ ex deſiderio huiuſmodi ſuſtentationis. homo aliquid inordinatum faciat ad vitium gule pertinere poteſt. Eſt autem inordinatum. ꝙ aliquis vbi poteſt haberi recurſus ad humana ſubſidia. pro ſolo corpore ſuſtentando. miraculoſe ſibi cibum querere velit. vnde ⁊ dominus filijs iſrael miraculoſe manna prebuit in deſerto. vbi aliunde cibum habere non potuit. Et ſimiliter chriſtus in deſerto turbas pauit miraculoſe. vbi aliter cibus haberi nō poterat. ſed chriſtus ad ſubueniendum fami. poterat aliter ſibi prouidere ꝙ̄ miracula faciendo. ſicut ⁊ iohannes baptiſta fecit. vt legitur Matth. iij. vel etiam ad loca proxima properando Et ideo putabat dyabolus ꝙ chriſtus peccaret. ſi ad ſubueniendum fami miracula facere temptaret. ſi eſſet purus homo. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ per humiliationem exteriorem. frequenter querit aliquis gloriam qua exaltetur circa ſpiritualia bona. vnde Auguſtinus dicit in lib. de ſermone domini in monte. aduertendum eſt non in ſolo corporearum rerum nitore atq̧ pompa. ſed etiam in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactantiam. Et ad hoc ſignificandum. dyabolus chriſto ſuaſit vt ad querendum gloriam ſpiritualem corporaliter mitteret ſe deorſum.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ diuitias ⁊ honores mundi appetere peccatum eſt. quando huiuſmodi inordinate appetuntur. hoc autem precipue manifeſtatur ex hoc ꝙ propter huiuſmodi adipiſcendis. homo aliquid inhoneſtum facit. ⁊ ideo non fuit contentus dyabolus perſuadere cupiditatem diuitiarum ⁊ honorum. ſed induxit ad hoc ꝙ propter huiuſmodi adipiſcenda. chriſtus eum adoraret quod eſt maximum ſcelus ⁊ contra deum. Nec ſolum dixit ſi adoraueris me. ſed addidit cadens. quia vt dicit Ambroſius habet ambitio domeſticū periculum. vt enī dominetur. prius alijs ſeruit. ⁊ incuruatur obſequio. vt honore donetur. et dum vult eſſe ſublimior. fit remiſſior. Et ſimiliter etiam in precedentibus temptationibus. ex appetitu vnius peccati. in aliud peccatum inducere eſt conatus. ſicut ex deſiderio cibi conatus eſt ducere in vanitatem. ſine cauſa miracula faciendi. ⁊ ex cupiditate glorie. conatus eſt ducere ad temptandum deum. per precipitium. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ ſicut dicit Ambroſi. ſuper lucam. non dixiſſet ſcriptura ꝙ conſumata omni temptatione dyabolus receſſit ab illo. niſi in tribus premiſſis eſſet omnis materia delictorum. quia cauſe temptationum cauſe ſunt cupiditatum. ſcilicet carnis oblectatio. ſpes glorie. ⁊ auiditas potentie. ¶ Ad quintū dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. in li. de conſenſu euangeliſtarum incertum eſt quid prius factum ſit. vtrum regna terre prius demonſtrata ſunt ⁊ poſtea in pinacula templi locatus ſit aut hoc prius ⁊ illō poſtea. nihil tamen ad rem dum omnia facta eſſe manifeſtum ſit. videntur autem euangeliſte diuerſum ordinem tenuiſſe. quia quandoq̧ ex inani gloria. venitur ad cupiditatem. quandoq̧ econuerſo. ¶ Ad ſextum dicendum ꝙ chriſtus cum paſſus fuiſſet temptationis iniuriam. dicente ſibi dyabolo ſi filius dei es. mitte te deorſum. nō eſt turbatus. nec increpauit dyabolum. quando vero diabolus dei vſurpauit honorem. dicens. hec omnia dabo tibi ſi cadens adoraueris me. exaſperatus eſt chriſtus. ⁊ repulit eum. dicens. vade ſathana vt nos ipſius diſcamus exemplo. noſtras quidem iniurias magnanimiter ſuſtinere dei autem iniurias nec vſq̧ ad auditum ſufferre. ¶ Ad ſeptimum dicendum ꝙ ſicut dicit Criſo. diabolus chriſtum ſic aſſumebat in pinaculum templi vt ab omnibus videretur. ipſe autem neſciente diabolo ſic agebat vt a nemine videretur. ꝙ autem dicit oſtendit ei omnia regna mundi. ⁊ gloriam eorum. non eſt intelligendum ꝙ videret ipſa regna vel ciuitates vel populos. vel argentum vel aurum. ſed partes in quibus vnumquodq̧ regnum vel ciuitas poſita eſt diabolus chriſto digito demonſtrabat ⁊ vniuſcuiuſq̧ regni honores ⁊ ſtatum verbis exponebat. Vel ſm Origenem. oſtendit ei quomodo ipſe per diuerſa vitia regnabat in mundo.

¶ Queſtio. XLII.

# Deinde ɔſiderādum

eſt de doctrina chriſti. Et circa hoc queruntur quattuor. Primo vtrum chriſtus debuit pꝛedicare ſolum iudeis vel gentibus. Secundo vtrum in ſua pꝛedicatione debuerit turbationes iudeorum vitare. Tertio vtrum debuerit pꝛedicare publice vel occulte. Quarto vtrum ſolum debuerit docere verbo. vel etiam ſcripto. De tempore autem quo docere incepit ſupra dictum eſt. cum de baptiſmo eius ageretur.

## Ad primū ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus non ſolum iudeis ſed etiam gentilibus debuerit pꝛedicare. dicitur enim Eſa. xlix. parum eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus iacob. ⁊ feces iſrael conuertendas. dedi te in lucem gentium vt ſis ſalus mea vſq; ad extrema terre. ſed lumen ⁊ ſalutem chriſtus pꝛebuit per ſuam doctrinam. ergo videtur parum fuiſſe ſi ſolis iudeis. ⁊ non gentibus pꝛedicauit. ¶ Pre. ſicut dicitur Matth. vij. erat docens eos ſicut poteſtatem habens. ſed maior poteſtas doctrine oſtenditur in inſtructione illorum qui penitus nihil audierunt. quales erant gētiles. vnde apoſtolus dicit ad Ro. xv. ſic pꝛedicaui euangelium non vbi nominatus eſt chriſtus. ne ſuper alienū fundamentum edificarem. ergo multomagis chriſtus pꝛedicare debuit gentilibus q̄ iudeis. ¶ Pre. vtilioꝛ eſt inſtructio multorum q̄ vnius. ſed chriſtus aliquos gentilium inſtruxit ſicut mulierem ſamaritanam Iohan. iiij. ⁊ chananeā Matth. xv. ergo videtur ꝙ multo fortius chriſtus debuerit multitudini gentium pꝛedicare. ¶ Sꝫ contra eſt quod dominus dicit Matth. xv. non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael ſed ad Roma. x. dicitur quomodo pꝛedicabunt niſi mittantur. ergo chriſtus non debuit pꝛedicare gentibus ¶ Rñ. dicendū ꝙ conueniens fuit pꝛedicationi chriſti. tam per ipſum q̄ per apoſtolos a pꝛincipio fieri ſolum iudeis. Prima quidem vt oſtenderet per ſuum aduentum impleri pꝛomiſſiones antiquitus factas iudeis non autem gentibus. vnde apoſtolus dicit ad Roma. xv. dico chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis. id eſt apoſtolum ⁊ pꝛedicatorem iudeorum propter veritatem dei ad confirmandas pꝛomiſſiones patrum. Secundo vt eius aduentus oſtenderetur eſſe a deo. que enim a deo ſunt ordinata ſunt. vt dicitur ad Ro. xiij. hoc autem debitus ordo exigebat vt iudeis q̄ deo erant propinquiores per fidē ⁊ cultū vnius dei. pꝛius quidem doctrina chriſti proponeretur. ⁊ per eos tranſmitteretur ad gentes. ſicut etiam in celeſti hierarchia per ſuperiores angelos ad inferiores diuine illuminationes deueniunt. Unde ſuper illud Matth. xv. non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrael. dicit Hierony. Non hoc dicit quin ad gentes miſſus ſit. ſed ꝙ pꝛimum ad iſrael miſſus eſt. Unde ⁊ Eſa. vltimo dicitur. mittam ex eis qui ſaluati fuerint. ſcilicet ex iudeis ad gentes. ⁊ annunciabunt gloꝛiam meam gentibus. Tertio vt auferret iudeis calumpniandi materiam. Unde ſuper illud Matt. x. in viam gentium ne abieritis Hiero dicit. opoꝛtebat pꝛimum aduentum chriſti nunciari iudeis. ne iuſtam haberent excuſationem. dicentes ſe ideo dominum reieciſſe. quia ad gentes ⁊ ſamaritanos apoſtolos miſerat. Quarto quia per crucis victoꝛiam. chriſtus meruit poteſtatem ⁊ victoꝛiam ⁊ dominiū ſuper gentes. Unde dicitur Apoc. ij. qui vicerit dabo ei poteſtatem ſuper gentes. ſicut ⁊ ego accepi a patre meo. Et ad philippē. ij. ꝙ quia factus eſt obediens vſq; ad moꝛtem. moꝛtem autem crucis. deus exaltauit illū. vt in nomine ieſu omne genu flectatur ⁊ omnis ligua ei confiteatur. Et ideo ante paſſionem ſuam noluit gentibus pꝛedicari ſuam doctrinam. ſꝫ poſt paſſionem ſuam dixit diſcipulis Matth. vlti. euntes docete omnes gentes. propter quod legitur Iohā. xij cum īminente paſſione quidam gentiles vellent videre hieſum. reſpondit niſi granum frumenti cadens in terrā moꝛtuum fuerit. ipſum ſolum manet. ſi autem moꝛtuum fuerit multum fructum affert. ⁊ ſicut Augu. ibidem dicit ſe dicebat granum moꝛtificandum in infidelitate iudeorum. multiplicandum in fide populoꝛum. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ chriſtus fuit in lumen ⁊ ſalutem gentium p diſcipulos ſuos quos ad pꝛedicandum gentibus miſit. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ non eſt minoꝛis poteſtatis ſꝫ maioꝛis facere aliquid per alios q̄ per ſeipſum. ⁊ ideo in hoc maxime diuina poteſtas in chriſto monſtrata eſt. ꝙ diſcipulis ſuis tantam virtutem contulit in docendo. vt gentes que nihil de chriſto audierant. conuerterent ad ipſum Poteſtas autem chriſti in docendo. attenditur ⁊ quantū ad miracula. per que doctrinam ſuam confirmabat. ⁊ q̄ntum ad efficatiam perſuadendi. ⁊ quantum ad auctoꝛitatem loquentis. quia loquebatur quaſi dominium habens ſuper legem. cum diceret ego autem dico vobis ⁊c̄. ⁊ etiā quantum ad veritatem rectitudinis quam in ſua conuerſatione monſtrabat. ſine peccato viuendo. ¶ Ad. iij. dicē. ꝙ ſicut chriſtus non debuit a pꝛincipio indifferenter gentibus ſuam doctrinam cōmunicare. vt iudeis tanq̄ pꝛiogenito populo deditus obſeruaretur. ita etiam non debuit gentiles omnino repellere. ne ſpes ſalutis eis pꝛecluderetur ⁊ propter hoc aliqui gentiliū particulariter ſunt admiſſi. propter excellentiam fidei ⁊ deuotionis eoꝛum.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ chriſtus debuerit iudeis ſine eoꝛum offenſione pꝛedicare. quia vt dicit Augu. in libro de agone xp̄ia. in nomine ieſu chriſti ſe nobis ad exemplum vite pꝛebuit filius dei. ſed nos debemus vitare offenſionem non ſolū fidelium ſed etiam infidelium. ſcḋm illud. i. Coꝛ. x. ſine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentibus ⁊ eccleſie dei. ergo videtur ꝙ etiam chriſtus in ſua doctrina offenſionem vitare debuerit. ¶ Pre. nullus ſapiens debet facere vnde effectū ſui operis impediat. ſed per hoc ꝙ ſua doctrina chriſtus iudeos turbauit impediebatur effectus doctrine eius. dicitꝰ enim Lu. xi. ꝙ cum dominus phariſeos ⁊ ſcribas repꝛehenderet. ceperunt grauiter reſiſtere. ⁊ os eius oppꝛimere de multis inſidiantes ei. ⁊ querentes aliquid capere de oꝛe eius vt accuſarent eum. non ergo videtur conueniēs fuiſſe ꝙ eos in ſua doctrina offenderet. ¶ Pre. apoſtolꝰ dicit. i. ad thimo. v. ſenioꝛem ne increpaueris. ſed obſecra vt patrem. ſed ſacerdotes ⁊ pꝛincipes iudeoꝛum erant illius populi ſenioꝛes. ergo videtur ꝙ non fuerint duris increpationibus arguendi. ¶ Sed cōtra eſt qḋ in Eſa. viij fuit pꝛophetizatum. ꝙ chriſtus eſſet in lapidem offenſionis. ⁊ petrā ſcandali. duabus domibus iſrael. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſalus multitudinis. eſt pꝛeferenda paci quorundam ſingularium hominū. ⁊ ideo quando aliqui ſua peruerſitate ſalutem multitudinis impediunt. non eſt timenda eoꝛum offenſio a pꝛedicatoꝛe vel doctoꝛe. ad hoc ꝙ multitudinis ſaluti prouideat. Scribe autem ⁊ phariſei ⁊ pꝛincipes iudeoꝛum. ſui malicia plurimum impedie

bant populi ſalutem. tum quia repugnabant chriſti doctrine. per quam ſola poterat eſſe ſalus. tum quia etiam prauis ſuis moribus vitam populi corrumpebant. Et ideo dominus non obſtante offenſione eorum. publice veritatem docebat. quam illi odiebant. ⁊ eorum vitia arguebat Et ideo dicitur Matth. xv. ꝙ diſcipulis domino dicentibus ſcis quia iudei audito hoc verbo ſcandalizati ſunt. reſpondit. ſinite illos. ceci ſunt ⁊ duces cecorum. ſi cecus ceco preſtet ducatum ambo in foueam cadunt. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ homo ſic debet eſſe ſine offenſione omnibus, vt nulli det ſuo facto vel dicto minus recto occaſionem ruine. ſi tamen de veritate ſcandalum oriatur magis eſt ſuſtinendum ſcandalum ꝗ̃ vt veritas relinquatur. vt Greg. dicit. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ per hoc ꝙ chriſtus publice ſcribas ⁊ phariſeos arguebat non impediuit. ſed magis promouit effectum ſue doctrine. quia cum eorum vitia populo innoteſcebant. minus auertebatur a chriſto propter verba ſcribarum ⁊ phariſeorum qui ſemper doctrine chriſti obſiſtebant. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ illud verbum apoſtoli eſt intelligendum de illis ſenioribus qui non ſolum etate vel auctoritate. ſed etiam honeſtate ſunt ſenes. ſm illud nume. xi. congrega mihi. xxi. viros de ſenioribus iſrael. quos tu noſti ꝙ ſenes populi ſint. Si autem auctoritatem ſenectutis in inſtrumentum malicie vertant publice peccando. ſunt manifeſte ⁊ acriter arguendi. ſicut et daniel dixit daniel. xiij. inueterate dierum malorum.

# Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ non omnia publice docere debuerit. legitur enim multa ſeorſum diſcipulis dixiſſe. ſicut patet in ſermone cene. vnde ⁊ Matth. x. dixit quod in aure audiſtis in cubilibus. predicabitur in tectis. Non ergo omnia publice docuit. ¶ Pre. profunda ſapientie non ſunt niſi perfectis exponenda. ſm illud. i. ad. Cor. ij. ſapientiam loquimur inter perfectos ſed doctrina chriſti continebat profundiſſimam ſapientiam. ergo non erat imperfecte multitudini cōmunicanda. ¶ Pre. idem eſt veritatem aliquā occultare ſilencio ⁊ obſcuritate verborum. ſed chriſtus veritatem quam predicabat occultabat turbis obſcuritate verborum. quia ſine parabolis non loquebatur ad eos. vt dicitur Matth. xiij. ergo pari ratione poterat occultare ſilentio. ¶ Sed contra eſt quod ipſe dicit Johan. xviij. in occulto locutus ſum nihil. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ doctrina alicuius poteſt eſſe in occulto tripliciter. Uno modo quantum ad intentionem docentis. qui intendit ſuam doctrinam non manifeſtare multis ſed magis occultare. quod quidem contingit dupliciter. Uno modo quandoque ex inuidia docentis. qui vult per ſuam ſcientiam excellere. et ideo ſcientiam ſuam non vult alijs communicare. quod in chriſto non habuit locum. ex cuius perſona dicit̄ Sap. vij. quoniam ſine fictione didici. ⁊ ſine inuidia communico. ⁊ honeſtatem illius non abſcondo. Quoniam vero hoc contingit propter inhoneſtatem eorum que docentur vt dicit Aug. ſuper Johannem ꝙ quedam ſunt mala. que portare non poṫ qualiſcunque pudor humanus. vnde de doctrina hereticorum dicit̄ Prouer. ix. aque furtiue dulciores ſunt. Doctrina aūt xp̄i non eſt neque de errore neque de immundicia. ⁊ ideo dn̄s dicit Marci. iiij. numquid venit lucerna id eſt vera ⁊ honeſta doctrina vt ſub modio ponatur Alio mō aliqua doctrina eſt in occulto. quia paucis proponitur. ⁊ ſic etiam xp̄s nihil docuit in occulto. quia omnem doctrinam ſuam vel turbe tote propoſuit. vel omnibus ſuis diſcipulis in cōmuni. Unde Aug. dicit ſuper iohannem quis in occulto loquitur. cum corā tot hominibus loquitur. preſertim ſi hoc loquitur paucis quod per eos velit innoteſcere multis. Tertio modo aliqua doctrina eſt in occulto quantum ad modum docendi. ⁊ ſic chriſtus quedam turbis loquebatur in occulto parabolis vtens ad nunciandum ſpiritualia miſteria. ad que capienda non erant idonei vel digni. ⁊ tamen melius erat eis vel ſic ſub tegumento parabolarum ſpiritualium doctrinam audire. ꝗ̃ omnino ea priuari. harum tamen parabolarum apertam ⁊ nudam veritatem. dominus diſcipulis exponebat per quos deueniret ad alios qui eſſent ydonei ſm illud. ij. ad thimo. que audiſti a me per multos teſtes hec cōmēda fidelibus hominibus qui idonei erunt ⁊ alios docere. Et hoc ſignatum eſt nume. iiij. vbi mandatur ꝙ filij aaron inuoluerent vaſa ſanctuarij. que leuite inuoluta portarent. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ſicut hylarius dicit ſuper Matth. exponens illud verbum inductum. non legimus dominum ſolitum fuiſſe noctibus ſermocinaſſe. ⁊ doctrinam in tenebris tradidiſſe ſed hoc dicit quia omnis ſermo eius carnalibus tenebre ſunt ⁊ verbum eius in fidelibus nox eſt. itaque quod ab eo dictum eſt inter infideles cum libertate fidei ⁊ confeſſionis eſt loquendum. Vel ſm Hierony. comparatiue loquitur quia ſcilicet erudiebat eos in paruo iudee loco reſpectu totius mundi. in quo erat per apoſtolorum predicationem doctrina chriſti publicanda. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ dn̄s non omnia profunda ſue ſapientie. ſua doctrina manifeſtauit. non ſolum turbis. ſed etiam nec diſcipulis. quibus dixit Joh. xvi. adhuc habeo multa dicere vobis que non poteſtis portare modo. Sed tamen quecunque dignum duxerit alijs tradere ſua ſapientia non in occulto ſed palam propoſuit. licet non ab omnibus intelligeretur. Unde Augu. dicit ſuper iohannem. intelligendum eſt ita dixiſſe dominum palam locutus ſum mundo. ac ſi dixiſſet. multi me audierunt. ⁊ rurſus non erat palam. quia non intelligebant. ¶ Ad. iij. dicendum. ꝙ dominus turbis in parabolis loquebatur ſicut dictum eſt. quia nō erant digni nec idonei. nudam veritatem accipere. quam diſcipulis exponebat. ꝙ autem dicitur ꝙ ſine parabolis non loquebatur eis ſm Criſo. intelligendum eſt. quantum ad illum ſermonē. Cum alias ⁊ ſine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel ſm Aug. in libro de queſtionibus euangelij. hoc dicitur non quia nihil proprie locutus eſt. ſed quia nullum fere explicauit ſermonem vbi non per parabolam aliquid ſignificauerit. Cum in eo aliqua proprie dixerit.

# Ad quartū ſic proceditur

Videtur ꝙ xp̄s debuerit ſuam doctrinam ſcripto tradere. ſcriptura enim inuenta eſt ad hoc ꝙ doctrina cōmendetur memorie in futurum. ſed doctrina xp̄i duratura erat in eternum. ſm illud Lu. xxi. celum ⁊ terra tranſibunt verba aūt mea non tranſibunt. ergo videtur ꝙ chriſtus doctrinam ſuam ſcripto debuerit mandare. ¶ Pre. lex vetus in figura xp̄i preceſſit ſm illud ad Hebre. x. vmbrā habet lex futurorum bonorum. ſed lex vetus a deo fuit deſcripta. ſm illud exodi. xxiiij. dabo tibi duas tabulas lapideas. et legem ac mandata que ſcripſi. ergo videtur ꝙ chriſtus doctrinam ſuam debuerit ſcribere. ¶ Pre. ad chriſtum ꝗ venerat illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedent. vt dicitur Lu. i. pertinebat erroris occaſionē excludere. ⁊ viam fidei aperire. ſed hoc feciſſet doctrinā ſuam ſcribendo. dicit enim Augu. in lib. de conſenſu euā

geliſtaꝝ. ꝙ ſolet non nullos mouere. cur ip̄e dominus nihil ſcripſit vt alijs de illo ſcribentibus neceſſe ſit credere. hoc enim illi querunt vel maxime qui chriſtum culpare aut blaſphemare non audent ei cui tribuunt excellentiſſimam ſapientiam. ſed tamen tanq̄ʒ homini diſcipulos vero eius dicunt magiſtro ſuo amplius tribuiſſe quā erat vt eum filium dei dicerent. ⁊ verbum dei per quod facta ſunt omnia. Et poſtea ſubdit. videntur parati fuiſſe hoc de illo credere ꝙ de ſe ille ſcripſiſſet. non ꝙ alij de illo ꝓ ſuo arbitrio predicaſſent. ergo videtur ꝙ chriſtus ip̄e doctrinam ſuam ſcripto tradere debuerit. ¶ Sed contra eſt ꝙ nulli libri ab eo ſcripti habentur in canone ſcripture.

Rn̄. dicendum ꝙ conueniens fuit chriſtum doctrinaʒ ſuam non ſcripſiſſe. Primo quidem propter dignitatem ipſius. excellentiori enim doctori. excellentior doctrine modus debetur. ⁊ ideo chriſto tanq̄ʒ excellentiſſimo doctori hic modus competebat. ꝙ doctrinam ſuam auditorum cordibus imprimeret. propter qđ dicit̄ Matt. vij. ꝙ erat docens eos. ſic poteſtatem habens. Unde etiaʒ apud gētiles pitagoras ⁊ ſocrates. qui fuerunt excellentiſſimi doctores. nihil ſcribere voluerunt. ſcripta enim ordinantur ad impreſſionem doctrine in cordibus auditorum ſicut ad finem. Secundo propter excellentiam doctrine chriſti que litteris cōprehendi non poteſt ſm illud Johan. vlti. ſunt ⁊ alia multa que fecit iheſus. que ſi ſcribantur ꝑ ſingula. nec ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribēdi ſunt libros. quos ſicut Augu. dicit non ſpacio locoꝝ credendum eſt mundum capere non poſſe. ſed capacitate legentium comprehendi non poſſe. Si autē chriſtus ſcripto ſuam doctrinā mandaſſet. nihil altius de eius doctrina homines exiſtimarent quam quod ſcriptura contineret. Tertio vt ordine quodam ab ip̄o doctrina ad omnes perueniret. Unde ipſe ſcilicet diſcipulos ſuos imediate docuit. qui poſtmodum alios verbo ⁊ ſcripto docuerunt. ſi autem ipſemet ſcripſiſſet eius doctrinam imediate ad omnes perueniſſe. vnde ⁊ de ſapientia dicitur Prouer. ix ꝙ miſit ancillas ſuas vocare ad artem. Sciendum tamē eſt ſicut dicit Augu. in. i. de conſenſu euangeliſtarum. aliquos gentiles eſtimaſſe chriſtum quoſdam libros ſcripſiſſe. continentes quedaʒ magica quibus miracula faciebat que diſciplina chriſtiana condempnat. Et tamen illi qui chriſti libros tales ſe legiſſe affirmant. nulla talia faciunt qualia illum de libris talibus feciſſe mōſtrat̄. diuino eniʒ iudicio ſic errant vt eoſdem libros ad petrum ⁊ paulum dicant tanq̄ʒ epiſtolari titulo prenotatos. eo ꝙ in pluribꝰ locis ſimul eos cum chriſto pictos viderunt. Nec mirum ſi a pingentibus fingentes decepti ſunt. toto enim tempore quo chriſtus in carne mortali cum ſuis diſcipulis vixit non dum erat paulus diſcipulus eius. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ſicut Augu. in eodem libro omnibus diſcipulis ſuis tanq̄ʒ membris ſui corporis chriſtus caput eſt. ita q̄ʒ cum illi ſcripſerunt que ille oſtendit ⁊ dixit. nequaq̄ʒ dicendum eſt ꝙ ip̄e non ſcripſerit. quando quidem membra eius id operata ſunt. que dictante capite cognouerūt quicquid enim ille de ſuis factis ⁊ dictis nos legere voluit. hoc ſcribendum illis tanq̄ʒ ſuis manibus imperauit.

¶ Ad. ij. dicendum ꝙ quia lex vetus in ſenſibilibus figuris dabatur. ideo etiam conuenienter ſenſibilibus ſignis ſcripta fuit. ſed doctrina chriſti que eſt lex ſp̄us vite ſcribi debuit non attramento ſed ſpiritu dei viui. non in tabulis lapideis. ſed in tabulis cordis carnalibus. vt apoſtolus dicit. ij. Cor. iij. Ad. iij. dicendum ꝙ illi qui ſcripture apoſtolorum de chriſto credere nolunt. nec ipſi chriſto ſcribenti credidiſſent. de quo ipſi opinabantur ꝙ magicis artibus feciſſet miracula.

## ¶ Queſtio. XLIII.

Deinde ꝯſiderandū eſt de miraculis a chriſto factis. Et primo in generali. Secundo in ſpeciali ḋ ſingulis miraculorum generibus. Tertio in particulari de transfiguratione ipſius. Circa primum queruntur quattuor. Primo vtrum chriſtus debuerit miracula facere. Secundo vtrum fecerit ea virtute diuina. Tertio quo tempore inceperit miracula facere. Quarto vtrum per miracula fuerit ſufficienter oſtenſa eius diuinitas.

## Ad primuʒ ſic procedit̄

Uidetur ꝙ chriſtus miracula facere non debuerit. factū enim chriſti verbo ipſius debuit concordare. ſed ip̄e dixit Matth. xvi. generatio mala ⁊ adultera ſignum querit. et ſignum non dabitur ei niſi ſignum ione prophete. ergo non debuit miracula facere. ¶ Pre. ſicut chriſtus in ſecundo aduentu. venturus eſt in virtute magna ⁊ maieſtate. vt dicitur Matth. xxiiij. ita ⁊ in primo aduentu venit in infirmitate. ſm illud Eſa. liij. virum dolorum ⁊ ſcientem infirmitatem. ſed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutem q̄ʒ ad infirmitatem. ergo non fuit conueniens vt in primo aduentu miracula faceret. ¶ Pre. Chriſtus venit ad hoc vt per fidem homines ſaluaret. ſm illud ad hebre. xij. aſpicientes in auctorem fide ⁊ conſumatorem iheſum. ſed miracula diminuunt meritum fidei. vnde Johan. iiij. niſi ſigna ⁊ prodigia videritis non creditis. ergo videtur ꝙ chriſtus non debuit miracula facere. ¶ Sed contra eſt ꝙ ex perſona aduerſariorum dicit̄ Johan. xi. quid facimus. quia hic homo multa ſigna facit. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ diuinitus conceditur homini miracula facere propter duo. Primo quidem ⁊ principaliter ad confirmandam veritatem quam aliquis docet. qꝛ enim ea que ſunt fidei. humanam rationem excedunt. nō poſſunt per rationes humanas probari. ſed oportet ꝙ probentur per argumentum diuine virtutis. vt dum aliquis facit opera que ſolus deus facere poteſt credūtur ea que dicuntur eſſe a deo. ſicut cum aliquis defert litteras annulo regis ſignatas. creditur ex voluntate regis proceſſiſſe quod in illis continetur. Secundo ad oſtendendum preſentiam dei in homine per gratiam ſpiritusſancti vt dum ſcilicet homo facit opera dei. credatur deus habitare in eo per gratiam. Unde dicitur ad galla. iij. qui tribuit vobis ſpiritum. ⁊ operatur virtutes in vobis. vtrunq̄ʒ autem circa chriſtum erat hominibus manifeſtandum. ſcilicet qđ deus eſſet in eo per gratiam. non adoptionis ſed vnionis ⁊ ꝙ eius ſupernaturalis doctrina eſſet a deo. ⁊ ideo conuenientiſſimum fuit vt miracula faceret. Unde ip̄e dicit Johan. x. ſi mihi non vultis credere operibus credite. ⁊ Johan. v. opera que dedit mihi pater vt faciam. ip̄a ſunt que teſtimonium perhibent de me. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ hoc ꝙ dicit. ſignum non dabitur ei niſi ſignum ione ſic intelligendum eſt vt Criſoſt. dicit. ꝙ non acciperent tale ſignum quale petebant de celo. non ꝙ nullum ſignum eis dederit. Uel quia ſigna faciebat. non propter eos q̄s ſciebat lapideos eſſe. ſed vt alios emendaret. ⁊ ideo non eis ſed alijs illa ſigna dabantur. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ

licet chriſtus venerit in infirmitate carnis. quod manifeſtatur per paſſiones. venit tamen in virtute dei. quod erat manifeſtandum per miracula. ¶ Ad .iij. dicenduꝫ ꝙ miracula intantum diminuunt meritum fidei. inquantum per hoc oſtenditur duricia eorum qui nolunt credere ea que ſcriptis diuinis probantur. niſi per miracula. Et tñ melius eſt eis vt per miracula conuertantur ad fidem. ꝙ ꝙ omnino in infidelitate permaneant. dicitur enim .i. Cor. xiiij. ꝙ ſigna data ſunt infidelibus. vt conuertantur ad fidem.

## ¶ Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ chriſtus non fecerit miracula virtute diuina virtus enim diuina eſt omnipotens. ſed videtur ꝙ chriſtus non fuerit oīpotens miracula faciendo. dicitur enim Matthe. vi. ꝙ non poterat ibi ſcilicet in pr̃ia ſua vllam virtutem facere ergo videtur ꝙ non fecit miracula virtute diuina. ¶ Pre. dei non eſt orare. ſed chriſtus aliqñ in miraculis faciendo orabat. vt patet in ſuſcitatione lazari. Joban. xi. ⁊ in multiplicatione panum vt patet Mat. xiiij. ergo videtur ꝙ non fecit miracula virtute diuina. ¶ Pre. ea que virtute diuina fiunt. non poſſunt virtute alicuius creature fieri. ſed ea que chriſtus faciebat. poterant etiam fieri virtute alicuius creature. vnde ⁊ phariſei dicebant ꝙ in beltzebub principe demonioruꝫ. eiciebat demonia. ergo videtur ꝙ chriſtus non fecit miracula virtute diuina. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Joban. x. pater in me manens ipſe fecit opera. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut in prima parte habitum eſt vera miracula ſola virtute diuina fieri poſſunt. quia ſolus deus poteſt mutare nature ordinem. quod pertinet ad rationem miraculi. vnde Leo papa. dicit in epiſtola ad flamianum. ꝙ cum in chriſto ſunt due nature. vna earum eſt ſcilicet diuina que fulget miraculis. alia humana que ſuccumbit iniurijs. ⁊ tamen vna earum agit cum cōmunicatione alterius. inquātum ſcilicet humana natura eſt inſtrumentuꝫ diuine actionis. ⁊ actio humana virtutem accepit a natura diuina ſicut ſupra habitum eſt. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ hoc quod dicitur non poterat ibi vllam virtutem facere. non eſt referendum ad potentiam abſolutam. ſed ad id quod poteſt fieri congruenter. non enim congruum erat vt inter incredulos operaretur miracula. vnde ſubditur ⁊ mirabatur propter incredulitatem eorum ſm̃ quem modum dicitur Geñ. xviij. non celare potero abraam que geſturus ſum. Et. xix. non potero facere quicꝙ donec ingrediaris illuc. ¶ Ad .ij. dicenduꝫ ꝙ dicit Criſo. ſuper illud Mat. xiiij. acceptis quinꝙ panibus ⁊ duobus piſcibus aſpiciens in celum benedixit ac fregit. oportebat inquit credi de chriſto. quoniam a patre. ⁊ quoniam ei equalis eſt. et ideo vt vtrunꝙ oſtendat. nunc quidem cum poteſtate. nunc autem orans miracula fecit. ⁊ in minoribus quideꝫ reſpiciat in celum. puta in multiplicatione panum. in maioribus autem que ſunt ſolius dei. cum poteſtate agit. puta quando peccatum dimiſit. mortuos ſuſcitauit. Quod autem dicitur Joban. xi. ꝙ in ſuſcitatione lazari oculos ſurſum leuauit. non propter neceſſitatem ſuffragij. ſed propter exemplum hoc fecit. vnde dicit propter populum qui circumſtat dixi vt credant quia tu me miſiſti. ¶ Ad .iij. dicenduꝫ ꝙ chriſtus alio modo expellebat demones quā virtute demoniū expellebantur. Nam virtute ſuperioruꝫ demonum ita demones a corporibus expelluntur. ꝙ tamē remanet dominium eorum quantum ad animā. non eniꝫ contra regnum ſuum agit diabolus. Sed chriſtus demones expellebat. non ſolum a corpore ſed multomagis ab anima. Et ideo dominus blaſphemiam dicentium eum virtute demoniorum demonia eijcere reprobauit. Primo quidem per hoc ꝙ ſathanas contra ſeipſum non diuiditur. Secundo exemplo aliorum qui demonia eijciebant per ſpiritum dei. Tertio quia demonium expellere non poſſet. niſi ipſum viciſſet virtute diuina. Quarto quia nulla conuenientia in operibus nec in effectu erat ſibi et ſathane. cum ſathanas diſpergere cuperet. quos chriſtus colligebat.

## ¶ Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus non incepit miracula facere in nuptijs immutando aquam in vinum. legitur enim in libro de infantia ſaluatoris ꝙ chriſt⁹ in ſua puericia multa miracula fecit. ¶ Sed miraculum de conuerſione aque in vinum fecit in nuptijs. triceſimo vel triceſimoprimo anno ſue etatis. ergo videtur ꝙ non incepit tūc miracula facere. ¶ Pre. chriſtus faciebat miracula ſecundum virtutem diuinam. ſed virtus diuina in eo fuit a principio ſue conceptionis. ex tunc eniꝫ fuit deus ⁊ homo. ergo videtur ꝙ a principio miracula fecerit. ¶ Preterea chriſtus poſt baptiſmum ⁊ temptationem cepit diſcipulos congregare. vt legitur Matth. iiij. ⁊ Joban. i. Sed diſcipuli congregati ſunt ad ipſum propter miracula. ſicut Lu. v. dicitur ꝙ petrum vocauit obſtupeſcentem propter miraculuꝫ quod fecerat in captura. ergo videtur ꝙ ante miraculum quod fecit in nuptijs fecerit alia miracula. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Joban. ij. hoc fecit initium ſignorum Jheſus in chana galilee. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ miracula facta ſunt a chriſto propter confirmationem doctrine eius. ⁊ ad oſtendendum virtutem diuinam in ipſo. Et ideo quantum ad primum non debuit incipere docere ante perfectam etatem. vt ſupra habitum eſt. cum de bapiſmo eius ageretur. Quantū autē ad ſc̄d̄ꝫ ſic debuit per miracula diuinitatem oſtendere. vt crederetur veritas diuinitatis ipſius. ⁊ ideo ſicut dicit Criſo. ſuper iohannem decenter non incepit ſigna facere ex prima etate. exiſtimaſſent enim fantaſiam eſſe incarnationem. ⁊ ante oportunum tempus cruci eum tradidiſſent. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut dicit Criſo. ſuper iohannem ex verbis iohannis baptiſte dicentis vt manifeſtaret in iſrael. propterea veni ego in aqua baptizans manifeſtum eſt ꝙ illa ſigna que quidam dicunt in puericia a chriſto facta. mendacia ⁊ fictiones ſunt. ſi enim a prima etate miracula feciſſet chriſtus. nequaꝙ eum iohannes ignoraſſet. necꝙ reliqua multitudo indiguiſſet magiſtro ad manifeſtandum eum. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ diuina virtus operabatur in chriſto ſm̃ ꝙ erat neceſſarium ad ſalutem humanam. propter quam carnem aſſumpſerat. ⁊ ideo ſic miracula fecit virtute diuina. vt fidei de veritate carnis eius. preiudicium non fieret. ¶ Ad .iij. dicendum. ꝙ hoc ipſum ad laudem diſcipulorum pertinet. ꝙ chriſtum ſecuti ſunt cum nulla eum miracula facere vidiſſent ſicut Grego. in omelia. Et ſicut Criſo. dicit maxime tunc ſigna neceſſarium erat facere. quando diſcipuli iam congregati erant. ⁊ deuote attendentes his que fiebāt. vnde ſubditur ⁊ crediderunt in eum diſcipuli eius. non quia tunc primum crediderunt. ſed quia tunc diligentius ⁊ perfectius crediderūt. Vel diſcipulos vocat eos qui futuri erant diſcipuli ſicut exponit Aug. in lib. de conſenſu euangeliſtarū.

# Ad quartū ſic proceditur

Videtur ꝙ miracula que chriſtus fecit non fuerunt ſuffi
cientia ad eius diuinitatem oſtendendam. eſſe enim deū
⁊ hominem proprium eſt chriſto. ſed miracula que chri
ſtus fecit etiam ab alijs ſunt facta. ergo videtur ꝙ nō fu
erint ſufficientia ad oſtendendum diuinitatem ipſius.
Pre. virtuti diuinitatis nihil eſt maius ſed aliqui fe
cerunt maiora miracula ꝗ̃ chriſtus. dicitur enim Johā.
xiiij. qui credit in me opera que ego facio. ⁊ ipē faciet. ⁊
maiora horum faciet. ergo videtur ꝙ miracula que chriſt⁹
fecit. non fuerunt ſufficientia ad oſtendendum diuinita
tem ipſius. Preterea ex particulari non ſufficienter
oſtenditur vniuerſale. ſed quodlibet miraculorum chri
ſti fuit quoddam particulare opus. ergo ex nullo eorum
potuit manifeſtari ſufficienter diuinitas chriſti ad quam
pertinet vniuerſalem virtutem habere de omnibus.
Sed contra eſt qđ dominus dicit Johā. v. opera quē de
dit mihi pater vt faciam teſtimonium perhibent de me.
Reſponſio dicendum ꝙ miracula que chriſtus fecit
ſufficientia erant ad manifeſtandum diuinitatem ipſius
ſm̄ tria. Primo quidem ſcđm ipſam ſpeciem operum.
que tranſcendebant omnem poteſtatem create virtutis.
⁊ iō non poterant fieri niſi virtute diuina. Et ꝓpter hoc ce
cus illuminatus dicebat Joh. ix. a ſeculo non eſt auditū
quia aperuit quis oculos ceci nati. niſi eſſet hic a deo nō
poſſet facere quicꝗ̃. Secundo propter modum miracu
la faciendi. quia ſcilicet quaſi propria poteſtate miracula
faciebat. non autem orando ſicut alij. vnde dicitur Luce.
vi. ꝙ virtus de illo exibat ⁊ ſanabat omnes. per quod oñ
ditur ſicut cirillus dicit ꝙ non accipiebat alienam virtu
tem. ſed cum eſſet naturaliter deus propriam virtutem
ſuper infirmos oſtendebat. Unde ſuper illud Mar. viij.
eijciebat ſpiritus verbo. ⁊ omnes male habentes curauit.
dicit Criſ. intende quantam multitudinem curatam trāſ
currant euangeliſte non vnumquemꝗ̃ curatum enarran
tes. ſꝫ vno verbo pelagus ineffabile miraculorū inducen
tes. ⁊ ex hoc oſtendebatur ꝙ haberet virtutem coequalē
patri. ſm̄ illud Joh. v. quecunꝗ̃ pater facit hec ⁊ filius ſi
militer facit. ⁊ ibidem. ſicut pater ſuſcitat mortuos ⁊ vi
uificat. ſic ⁊ filius quos vult viuificat. Tertio ex ipā do
ctrina. qua ſe deum dicebat que niſi vera eſſet non confir
maretur miraculis virtute diuina factis. Et ideo dicitur
Marci. i. que nam eſt doctrina hec noua? quia in poteſta
te ſpiritibus immundis imperat. ⁊ obediunt ei. Ad. i.
ergo dicendum ꝙ hec erat obiectio gentilium. vñ Augu.
dicit in epiſtola ad voluſianum. nulla inquiunt competen
tibus ſignis tante maieſtatis indicia claruerunt. quia lar
ualis illa purgatio. qua ſcilicet demones effugabat. debi
liū cura. reddita vita defunctis. ſi ⁊ alia conſiderantur deo
parua ſunt. Et ad hoc reſpondet Augu. fatemur ⁊ nos ta
lia quia quidem feciſſe prophetas. ſed etiam ipſe moyſes
⁊ ceteri prophete dominum hieſum prophetauerunt. ⁊ ei
gloriam magnam dederunt. qui propterea talia ⁊ ipſe fa
cere voluit. ne eſſet abſurdū quod per illos fecerat. ſi ipē
non faceret. ſed tamen ⁊ aliquid proprium debuit facere.
naſci de virgine. reſurgere a mortuis. in celum aſcendere
hoc deo qui parum putat quid plus expetet ignoro. Un
de homine aſſumpto alium mundum facere debuit. vt eū
eſſe crederemus per quem factus eſt mundus. ſed nec ma
ior mundus nec iſti equalis in hoc fieri poſſet. ſi autem
minorem faceret infra ipſum. ſimiliſſer hoc quoꝗ̃ parum
putaretur. que tamen alij fecerunt chriſtus excellentius
fecit. vnde ſuper iohannē xv. ſi opera non feciſſem in eis
que nemo alius fecit ⁊c. dicit Auguſt. nulla in operibus
chriſti videntur maiora ꝗ̃ ſuſcitatio mortuorum. quorū
ſcimus etiam antiquos feciſſe prophetas. fecit tamen ali
qua chriſtus que nemo alius fecit. Sed reſpondetur no
bis ⁊ alios feciſſe. que nec ipē nec alius fecit. ſed ꝙ ta
men multa vitia. ⁊ malas valitudines conuerſationeſꝗ̃
mortalium tanta poteſtate ſanaret. nullus omnino anti
quorum legitur feciſſe. Ut enim taceatur quia iubendo
ſicut occurrebant ſaluos ſingulos fecit. Matt. dicit quo
cunꝗ̃ introibat in vicos aut in villas aut ciuitates. in pla
teis ponebant infirmos ⁊ deprecabantur eum vt vel fim
briam veſtimenti eius tangerent. ⁊ quotquot tangebant
eum ſalui fiebant. hoc nemo alius fecit in eis. ſic enim in
telligendum eſt in eis non inter eos ⁊ coram eis. ſed pror
ſus in eis. quia ſanauit eos nec tamen alius quicunꝗ̃ in
eis talia opera fecit quoniā quiſquis alius homo aliquid
eorum fecit. ipſo faciente fecit. Ad ſecundum dicendū
ꝙ Auguſtin⁹ exponens illud verbum iohannis. inquirit
que ſunt iſta opera maiora que credentes in eum erant fa
cturi an forte ꝙ egros ipis tranſeuntibus etiam eorum
vmbra ſanabat. magis eſt enim ꝙ ſanet vmbra quā fim
bria. verum tamen quando chriſtus iſta dicebat verborū
ſuorum facta ⁊ opera commendabat. cum enim dixit pa
ter in me manens ipē facit opera que opera tunc dicebat
niſi illa que loquebatur. ⁊ eorundem verborum fructus
erat fides illorum. verumtamen euangelizantibus diſci
pulis. non tam pauci quam illi erant. ſed gentes etiam
crediderunt. Nonne ab ore ipſius diues ille triſtis abceſ
ſit. ⁊ tamen poſtea quod ab illo auditum non fecit vnus.
fecerunt multi. cum per diſcipulos loqueretur. Ecce ma
iora fecit. predicatus a credentibus. ꝗ̃ locutus audienti
bus. quia hoc ad hec monet. ꝙ hic maiora per apoſtolos
fecit. Non autem ipos tantum ſignans ait qui credit in
me. Audi ergo qui credit in me. opera que ego facio ipſe
faciet. prius ego facio. deinde faciet. quia facio vt faciat
que opera? vt ex impio iuſtus fiat. quod vtiꝗ̃ in illo. ſed
non ſine illo chriſtus operatur. prorſus hoc maius eſſe di
xerim. ꝗ̃ creare celum ⁊ terram. celum enim ⁊ terra tranſi
būt. predeſtinatorum autem ſalus ⁊ iuſtificatio permane
bit. Sed in celis angeli opera ſunt chriſti nunquid his
operibus maiora facit. qui cooperatur chriſto ad ſuam iu
ſtificationem. iudicet qui poteſt. vtrum maius ſit creare
iuſtos ꝗ̃ impios iuſtificare. certe ſi equalis eſt vtrumꝗ̃
potentie. hoc maioris eſt miſericordie. Sed omnia ope
ra chriſti intelligere. vbi ait maiora horum faciet. nulla
nos neceſſitas cogit. Horum enim forſitan dixit. que illa
hora faciebat tunc autem verba fidei faciebat. ⁊ vtiꝗ̃ mi
nus eſt verba predicare iuſticie. quod fecit preter nos. ꝗ̃
impium iuſticare. quod ita fecit in nobis vt faciamus et
nos. Ad tertium dicendum ꝙ quando aliquod parti
culare opus propriū eſt alicuius agentis. tunc per illud
particulare opus. probatur tota virtus agentis ſicut cum
ratiocinari ſit proprium hominis. oſtenditur aliquis eſſe
homo ex hoc ipſo ꝙ ratiocinatur. circa quodcunꝗ̃ parti
culare propoſitum. Et ſimiliter cum propria virtute mi
racula facere ſit ſolius dei. ſufficienter oſtenditur chriſtū
eſſe deum. ex quocunꝗ̃ miraculo. quod propria virtute
fecit.

Queſtio. XLIIII.

# Deinde ꝯſiderandū

eſt de ſingulis miraculorum ſpeciebus. Et primo de miraculis que fecit circa ſpirituales ſubſtantias. Secundo de miraculis que fecit circa celeſtia corpora. Tertio de miraculis que fecit circa homines. Quarto de miraculis que fecit circa creaturas irrationales.

## Ad primū ſic procedit

Videtur ꝙ miracula que fecit chriſtus circa ſpirituales ſubſtantias non fuerunt conuenientia. Inter ſpirituales enim ſubſtantias ſācti angeli prepollent demonibꝰ. quia vt Augu. dicit. iij. de trini. ſpiritus vite rationalis. deſertor atqȝ peccator regitur per ſpiritum vite rationalem piū ⁊ iuſtum. ſed chriſtus non legitur miracula feciſſe circa angelos bonos. ergo etiā neqȝ circa demones aliqua miracula facere debuit. ¶ Preterea miracula chriſti ordinabantur ad manifeſtandum diuinitatem ipſius. ſed diuinitas chriſti non erat demonibus manifeſtanda quia per hoc impeditum fuiſſet miſterium paſſionis eius. ſm illud prima Cor. ij. ſi cognouiſſent nunqȝ dominū glorie crucifixiſſent. ergo non debuit circa demones aliqua miracula feciſſe. ¶ Preterea miracula chriſti ad gloriam dei ordinabantur. vnde dicitur Matthe. ix. ꝙ videntes turbe paraliticum a chriſto ſanatum. timuerunt ⁊ glorificauerunt deum. qui talem poteſtatem dedit hominibus. ſʒ ad demones non pertinet glorificare deum. quia non eſt ſpecioſa laus i ore peccatoris. vt dicitur Eccleſiaſtici. xv. vñ ⁊ ſicut dicitur Matth. i. ⁊ Luce. iiij. non ſinebat demonia loqui. ea que ad gloriam ipſius pertinebant. ergo videtur non fuiſſe conueniens ꝙ circa demones aliqua miracula faceret. ¶ Preterea miracula a chriſto facta. ad ſalutem hominum ordinantur. ſed quedā demonia. ab hominibus eiecta fuerunt cum hominum detrimento. quandoqȝ quidem corporali. vt dicitur Matthe. ix. ꝙ demon ad preceptum chriſti exclamans. ⁊ multum diſcerpens hominem. exijt ab homine. ⁊ factus eſt ſicut mortuus. ita vt multi dicerent quia mortuus eſt. Quandoqȝ etiam cum dampno rerum. ſicut quando demones ad eorum preces miſit vt porcos. quos precipitauerunt in mare. vnde ciues illius regionis rogauerunt eum vt tranſiret a finibus eorum. ſicut legitur Matth. viij. ergo legitur inconuenienter feciſſe huiuſmodi miracula. ¶ Sed contra eſt ꝙ Zach. xiij. hoc prenunciatum fuerat. vbi dicitur ſpiritum immundum auferam de terra. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ miracula que chriſtus fecit. argumenta quedam fuerunt fidei. quam ipſe docebat. futurum autem erat ꝙ per virtutem diuinitatis eius. excluderet demonum poteſtatem ab hominibus credituris in eum. ſm illud Iohā. xij. nunc princeps mundi huius ejicietur foras. ⁊ ideo cōueniens fuit vt inter alia miracula etiam obſeſſos a demonibus liberaret. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ homines ſicut per chriſtum erant a poteſtate demonum liberādi. ita per eum erant angelis conſociandi. ſm illud Colo. i. pacificans per ſanguinem crucis eius. que in celis ⁊ in terris ſunt ⁊ ideo circa angelos aliqua miracula hominibus demonſtrare non conueniebat. niſi vt angeli hominibus apparerent. quod quidem factum eſt in natiuitate ipſius. ⁊ in reſurrectione ⁊ in aſcenſioue. ¶ Ad ſecundū dicendum ꝙ ſicut Augu. dicit. ix. de ciuitate dei chriſtus tantum innotuit demonibus quantum oportuit. ſed innotuit eis nō ſicut angelis ſanctis per id quod eſt vita eterna. ſed per quedam temporalia ſue virtutis effecta ⁊ primo quidem videntes chriſtum eſurire poſt ieiunium. eſtimauerunt eū non eſſe filium dei. vnde ſuper illud Lu. iiij. ſi filius dei es dicit Ambro. quid ſibi vult talis ſermonis exorſus. niſi quia cognouerat dei filium eſſe venturum. ſʒ per infirmitatem corporis non putauit. ſed poſtmodum viſis miraculis ex quadam ſuſpicatione coniecturauit eum eſſe filium dei. vnde ſuper illud Marci. i. ſcio quia ſis ſanctus dei. dicit Criſo. ꝙ non certam aut firmam aduentus dei habebat noticiam. ſciebat tamen ipm̄ eſſe chriſtum in lege promiſſum. vnde dicitur Luce. iiij. quia ſciebant ipſum eſſe chriſtum. ꝙ autem confitebantur ipſum eſſe dei filium magis erat ex ſuſpicatione qȝ ex certitudine vnde Beda dicit ſuper lucam demonia filium dei confitentur. Et ſicut dicitur poſtea. ſciebant eum eſſe chriſtum quia cum ieiunio fatigatum eum eſſe diabolus videret verum hominem intellexit. ſed quia temptando non preualuit. vtrum filius dei eſſet dubitabat. nunc autem per ſignorum potentiam vel intellexit vel potius ſuſpicatus eſt eum eſſe filium dei. non ideo igitur iudeis eum crucifigere perſuaſit. quia chriſtum ſiue dei filium non eſſe putauit. ſed quia ſe morte illius non preuidit eſſe dampnandum. de hoc enī miſterio a ſeculis abſcondito dicit Apoſ. ꝙ nemo principum huius ſeculi cognouit. ſi enim cognouiſſent nunqȝ dominum glorie crucifixiſſent. ¶ Ad tercium dicendum ꝙ miracula in expulſione demonum nō fecit chriſtus propter vtilitatem demonum. ſed propter vtilitatem hominum. vt ipſi eum glorificarent. ⁊ ideo prohibuit eos loqui ea que ad laudem ipſius pertinebant. Primo quidem propter exemplum. vt dicit athanaſius compeſcebat eius ſermonem. qȝuis vera fateretur. vt nos aſſuefaciat ne curemus de talibus etiam ſi vera loqui videantur. nephas eſt enim vt cum adſit nobis ſcriptura diuina inſtruamur a diabolo. Secundo propter periculum. quia veritati frequenter demones immiſcent mendacia. Vel ſicut Criſo. dicit non oportebat eos ſurripere officij apoſtolici gloriam. nec decebat chriſti miſteriū lingua vitiata publicari. quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Tertio quia vt Beda dicit volebat ex hoc inuidiam accendere iudeorum. vnde etiam ipſi apoſtoli iubentur reticere de ipſo ne diuina maieſtate predicata paſſionis diſpenſatio differatur. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ chriſtꝰ ſpecialiter venerat docere ⁊ miracula facere. propter vtilitatem hominum principaliter quantum ad anime ſalutē ⁊ ideo permiſit demones quos eijciebat hominibus aliquod nocumentum inferre vel in corpore vel in rebus propter anime humane ſalutem. ad hominum ſcilicet inſtructionem vnde Criſo. dicit ſuper Matth. ꝙ chriſtus permiſit demonibus in porcos ire. non quaſi a demonibus perſuaſus. ſed primo quidem vt inſtruat magnitudinē nocumenti demonum qui hominibus inſidiantur. Secundo vt homines diſcerent. quoniam neqȝ aduerſus porcos auderent aliquid facere niſi ipſe conceſſerit. Tertio vt oſtenderet ꝙ grauiora in illos homines operati eſſent qȝ in illos porcos. niſi eſſent diuina ꝓuidentia adiuti. Et propter eaſdem etiam cauſas permiſit eum qui a demonibus liberabatur grauius ad horam affligi. a qua tamē afflictione eum continuo liberauit. Per hoc etiam oſtenditur vt Beda dicit ꝙ ſepe dū conuerti ad deū poſt peccata conamur

mur maiori ⁊ nouiſq; antiqui hoſtis pulſantur inſidijs
q̄d facit velut odiū virtutis incuciat. vel expulſionis ſue
vindicet iniuriam. Factus eſt etiam homo ſanatus velut
mortuus vt Hierony. dicit. quia ſanatis dicitur mortui
eſtis. ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cum chriſto in deo.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ inconuenienter fuerunt a chriſto miracula fa
cta circa corpora celeſtia vt enim Diony. dicit. iiij. ca. de
diui. no. diuine prouidentie non eſt naturam corrumpe
re ſed ſaluare. corpora autem celeſtia ſm ſuam naturam
ſunt incorruptibilia ⁊ inalterabilia. vt probatur in primo
de celo. ergo non fuit conueniens vt ꝑ chriſtum fieret ali
qua mutatio circa ordinē celeſtium corporum. Pre
terea ſm motū celeſtium corporum temporum curſus de
ſignatur. ſm illud Geñ. i. Fiant luminaria in firmamen
to celi. vt ſint in ſigna ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos. ſic ergo
mutato curſu celeſtium corporum mutatur temporū di
ſtinctio ⁊ ordo. ſed non legit̄ hoc perceptū eſſe ab aſtro
logis. qui contemplantur ſydera ⁊ computant menſes.
vt dicitur Eſa. xlvij. Ergo videtur ꝙ per chriſtum non
fuerit aliqua mutatio facta circa curſum celeſtium corpo
rum. Preterea. Magis competebat chriſto facere mi
racula cum erat viuens et docens ꝙ̄ moriens. tum q̄r vt
dicitur ij. Cor. vlt. crucifixus eſt in infirmitate. ſed viuit
ex virtute dei. ſm quam miracula faciebat. tum etiam q̄r
eius miracula confirmatiua erant doctrine ipſius. ſed in
vita ſua non legitur chriſtus aliq̄d miraculum circa cor
pora celeſtia feciſſe. quinimo phariſeis petentibus ab eo
ſignum de celo dare renuit. vt habetur Math. xv. ⁊ xvi
Ergo videtur ꝙ nec in morte circa celeſtia corpora aliq̄d
miraculum facere debuit. Sed contra eſt quod dicitur
Luce. xxiij. Tenebre facte ſunt in vniuerſa terra. vſq; ad
horam nonam. ⁊ obſcuratus eſt ſol. Reſponſio dicen
dum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt chriſti miracula talia eē de
bebant vt ſufficienter eum deum eſſe oſtenderēt. hoc autē
non ita euidenter oſtenditur per tranſmutationes corpo
rum inferiorum que etiam ab alijs cauſis moueri poſſūt.
ſicut per tranſmutationem curſus celeſtium corporū qui
a ſolo deo ſunt immobiliter ordinata. Et hoc eſt q̄d Dio
niſius dicit in epiſtola ad policarpum. cognoſcere oportꝫ
non aliter aliquando poſſe aliquid peruerti celeſtis ordi
nationis ⁊ motus niſi cauſam haberet ad hoc mouentem.
que facit omnia ⁊ mutat ſm ſuum ſermonem. ⁊ ideo cō
ueniens fuit vt chriſtus miracula faceret etiam circa cele
ſtia corpora. Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut cor
poribus inferioribus naturale eſt moueri a corporibꝫ ce
leſtibus que ſunt ſuperiora ſm nature ordinem ita etiam
naturale eſt cuilibet creature vt tranſmutet̄ ſm eius vo
luntatem. Unde Aug. dicit. xxij. contra fauſtum. ⁊ habe
tur in glo. ad Ro. xi. ſuper illud contra naturam inſertus
es ⁊c. Deus creator ⁊ conditor omnium naturarum ni
hil contra naturam facit quia id eſt cuiq; rei natura q̄d fa
cit. ⁊ ita non corrumpitur natura celeſtium corporum. cū
eorum curſus immutatur. corrumperetur autem ſi ab ali
qua alia cauſa immutaretur. Ad ſecundum dicendū
ꝙ per miraculum a chriſto factum non eſt peruerſus or
do temporum. nam ſm quoſdā ille tenebre vel ſolis ob
ſcuratio que in paſſione chriſti accidit fuit propter hoc ꝙ
ſol ſuos radios retraxit nulla īmutatione facta circa mo
tum celeſtium corporum. ſm quem tempora menſuran
tur. Unū Hierony. dicit ſuper Mattheum luminare ma
ius videtur retraxiſſe radios ſuos. ne aut pendentem vi
derent dominum. aut impij blaſphemantes. ſua luce frue
rentur. talis autem retractio radiorum non ſic eſt intelli
genda. quaſi ſol in ſua poteſtate habeat omittere vel re
trahere radios. non enim ex electione ſed ex natura radi
os emittit. vt dicit Dionyſius. vij. ca. de diui. no. ſed ſol
dicitur retrahere radios inq̄ntum diuina virtute factū ē
vt ſolis radij ad terram non peruenirent. Origenes au
tem dicit hoc accidiſſe per interpoſitionem nubium. Unū
ſuper Math. dicit. conueniens eſt intelligere quaſdā te
nebroſas nubes multas ⁊ magnas occurriſſe ſuper hie
ruſalem ⁊ terram iudee. ⁊ ideo facte ſunt tenebre profun
de a ſexta hora vſq; ad nonam arbitror enim ſicut et cete
ra ſigna que facta ſunt in paſſione ſcilicet ꝙ velum eſt ſciſ
ſum ꝙ terra tremuit. ⁊c. in hieruſalem tantum facta ſunt
ita ⁊ hoc. aut ſi latius voluerit quis extendere ad terram
iudee. propter hoc ꝙ dicitur ꝙ tenebre facte ſunt in vni
uerſa terra. q̄d intelligitur de terra iudea. ſicut in libro re
gum dixit Abias ad helyam. viuit deus tuus. ſi eſt gens
aut regnum vbi non miſit domin⁹ meus querere te. oſtē
dens ꝙ eum queſierunt in gentibus que ſunt circa iudeā
Sed circa hoc magis eſt credendum dionyſio. qui ocula
ta fide inſpexit hoc accidiſſe non per interpoſitionē lune
inter nos ⁊ ſolem. dicit enim in epiſtola ad policarpum.
inopinabiliter ſoli lunam incidentem videbamus in egy
pto. ſcilicet exiſtentes vt ibidē dicitur Et deſignat ibi q̄
tuor miracula. Primum miraculum eſt. ꝙ naturalis ecli
pſis ſolis per interpoſitionem lune nunq; accidit niſi tē
pore coniunctionis ſolis ⁊ lune. tunc autem erat luna in
oppoſitione ad ſolem. xv. exiſtens. quia erat paſca iudeoꝝ
Unde dicit. non enim erat conueniens tempus. Secun
dum miraculum eſt. quia cum circa horam ſextam luna
viſa fuiſſet ſimul cum ſole in medio celi. in veſperis ap
paruit in ſuo loco. id eſt in oriente oppoſita ſoli. vnde dic
⁊ rurſus ipſam vidimus ſcilicꝫ lunam a nona hora ſcꝫ in
qua receſſit a ſole ceſſantibus tenebris vſq; ad veſperam
ſupernaturaliter reſtitutam ad dyametrū ſolis. id eſt vt
dyametraliter eſſet ſoli oppoſita. Et ſic patet ꝙ non eſt tur
batus conſuetus temporum curſus. quia diuina virtute
factum eſt ⁊ ꝙ ad ſolem ſupernaturaliter accederet preter
debitum tempus. ⁊ ꝙ a ſole recedens in locum proprium
reſtitueretur tempore debito. Tertium miraculum eſt ꝙ
naturaliter eclipſis ſolis ſemper incipit ab occidentali ꝑ
te. ⁊ peruenit vſq; ad orientalē. ⁊ hoc ideo quia luna ſm
proprium motum quo mouetur ab occidente in orientē
eſt velocior ſole in ſuo proprio motu. Et ideo luna ab oc
cidente veniens attingit ad ſolem. ⁊ pertranſit ipſum ad
orientem tendens. Sed tunc luna iam pertranſiuerat ſo
lem. ⁊ diſtabat ab eo per medietatem circuli in oppoſitio
ne exiſtens. vnde oportuit ꝙ reuerteretur ad orientē ver
ſus ſolem. et attingeret ipſum primo ex parte orientali ꝓ
cedens verſus occidentem. et hoc eſt quod dicit eclipſim
etiam ipſam vidimus inchoatam. et vſq; ad ſolarem ter
minum venientem. quia totum ſolem eclipſauit poſtea
hinc regredientem. Quartum miraculum fuit ꝙ in na
turali eclipſi ex eadē parte incipit ſol reapparere ex qua ꝑ
te incepit obſcurari. quia luna ſe ſoli ſubijciens naturali
ſuo motu ſolem pertranſit verſus orientem. ⁊ ita partem
occidentalem ſolis quā primo occupauerat primo etiam
derelinquit. tunc aūt luna miraculoſe ab oriente verſus

occidentem rediens non pertranſiuit ſolem vt eſſet eo orientalior. ſed poſtq̄ peruenit ad terminum ſolis reuerſa eſt verſus orientem. ⁊ ita partem ſolis quã vltimo occupauit primo etiam dereliquit. et ſic ex parte orientali inchoata fuit eclipſis. ſed in parte occidentali prius incepit claritas apparere. ⁊ hoc eſt ꝙ dicit Rurſus vidimus non ex eadem parte ſolis ⁊ defectum ⁊ repurgationẽ. ſed econtra ſm dyametrum factam. Quintum miraculum addit Chryſo. ſuper Mattheum. dicens ꝙ tribus horis tenebre permanſerunt. cum eclipſis ſolis in momento pertranſeat. non enim habet moram vt ſciunt illi qui conſiderauerunt. Unde datur intelligi ꝙ luna quieuerit ſub ſole. niſi forte velimus dicere ꝙ tempus tenebrarum cõputatur ab inſtanti quo incepit ſol obſcurari vſq̄ ad inſtans in quo ſol fuit totaliter repurgatus Sed ſicut origenes dicit ſuper Mattheum. aduerſus hoc filij ſeculi huius dicunt quoniam hoc factuꝫ tam miraculoſum nemo grecorum aut barbarorum ſcripſit. ⁊ dicit ꝙ quidam nomine flegon in cronicis ſuis ſcripſit hoc in principatu tyberij ceſaris factum ſed non ſignauit ꝙ fuerit in luna plena. potuit ergo hoc contingere. quia aſtrologi vbiq̄ terrarum tunc temporiſ exiſtentes non ſollicitabantur de obſeruanda eclipſi. quia tunc non erat. ſed illam obſcuritatem ex aliqua paſſione aeris putauerunt accidere. ſed in egypto vbi raro nubes apparent propter aeris ſerenitatẽ pertin otus eſt Dionyſius ⁊ ſocij eius vt predicta circa illam obſcuritatem obſeruarent. Ad tertium dicendũ ꝙ tunc precipue oportebat in chriſto per miracula diuinitatem chriſti oſtendere quando in eo maxime apparebat infirmitas ſm humanam naturam. ⁊ ideo in chriſti natiuitate ſtella noua apparuit in celo. vnde maxim⁹ dicit in ſermone natiuitatis ſi preſepe deſpicis erige paulisper oculos ⁊ nouam in celo ſtellam proteſtantem mundo natiuitatem dominicam intuere. in paſſione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem chriſti apparuit. et ideo oportuit vt maiora miracula oſtenderent circa principalia mundi luminaria. ⁊ ſicut dicit Chryſo. ſup Mattheum. hoc eſt ſignum qđ petentibus promittebat dare dicens. generatio praua ⁊ adultera ſignum querit. ⁊ ſignum non dabitur ei niſi ſignuꝫ Ione prophete. et ideo multo mirabilius eſt in eo ꝙ crucifixus erat hoc fieri q̄ ambulante eo ſuper terram.

## Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Uidetur ꝙ inconuenienter chriſtus circa homines miracula fecit. in homine enim potior eſt anima q̄ corpus. Sed circa corpora multa miracula fecit chriſt⁹. circa animas vero nulla feciſſe miracula legitur. naꝫ neq̄ aliquos incredulos ad fidem virtuoſe conuertit. ſed admonẽdo ⁊ exteriora miracula oſtendendo. neq̄ aliquos fatuos legitur ſapientes feciſſe. ergo videtur ꝙ non conuenienter fuiſſet circa homines miracula operat⁹. Preterea. Sicut ſupra dictum eſt chriſt⁹ faciebat miracula virtute diuina. cuius propriuꝫ eſt ſubito operari ⁊ perfecte. ⁊ abſq̄ adminiculo alicuius. Sed chriſtus non ſemper ſubito curauit homines. q̄tum ad corpus. dicitur enim Marci viij. ꝙ apprehenſa manu ceci eduxit eum extra vicum. et expuens in oculos eius impoſitis manibus ſuis interrogauit eum ſi aliquid videret. ⁊ aſpiciens ait video homines vel arbores ambulantes. deinde iterũ impoſuit manus ſuper oculos eius. ⁊ cepit videre. ⁊ reſtitutus eſt. ita vt videret clare omnia ⁊ ſic patet ꝙ non ſubito eum curauit. Sed primo quidem imperfecte ⁊ per ſputum. ergo videtur non conuenienter circa homines miracula feciſſe Preterea. Que ſe inuicem non conſequũtur nõ oportet ꝙ ſimul tollantur. ſed egritudo corporis non ſemper ex peccato cauſatur. vt patet per id quod dominus dicit. Iohannis. ix. Neq̄ hic peccauit. neq̄ parentes eius. vt cecus naſceretur. non ergo oportuit vt hominibus corporum curationem querentibus peccata dimitteret. ſicut legitur feciſſe circa paraliticum Matthei. ix. Preſertim q2 ſanatio corporalis cum ſit minus q̄ remiſſio peccatorum non videtur eſſe ſufficiens argumentum ꝙ peccata poſſit dimittere. Pre. Miracula chriſti facta ſunt ad cõfirmationem doctrine ipſius. ⁊ teſtimonium diuinitatis eius vt ſupra dictum eſt. ſed nullus debet impedire finem ſui operis. ergo inconuenienter chriſtus quibuſdam miraculoſe curatis precepiſſe videtur vt nemini dicerent. vt patet Matthei. ix. et Marci. viij. Preſertim quia quibuſdam alijs mandauit vt miracula circa ſe facta publicarent. ſicut Marci. v. legitur ꝙ dixit ei quem a demonibus liberauerat vade in domum tuam ad tuos. ⁊ nuncia eis. quanta dominus tibi fecerit. Sed contra eſt qđ dicitur Marci. viij. Bene omnia fecit. ⁊ ſurdos fecit audire. ⁊ mutos loqui. Reſponſio dicendum ꝙ ea que ſunt ad finem debent eſſe fini proportionata. chriſtus autem ad hoc in mundum venerat et docebat vt homines ſaluos faceret. ſm illud Iohannis. iij. Nõ enim miſit deus filium ſuum in mundum vt iudicet mundum. ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Et ideo conueniens fuit vt chriſtus particulariter homines miraculoſe curãdo oſtẽderet ſe eſſe vniuerſalem ⁊ ſpiritualem omnium ſaluatorem. Ad primum ergo dicendum ꝙ ea que ſunt ad finem diſtinguuntur ab ipſo fine. miracula autem a chriſto facta ordinabantur ſicut ad finem ad rationalis partis ſalutem. que conſiſtit in ſapientie illuſtratione. ⁊ hominum iuſtificatione. quorum primum preſupponit ſm q2 vt dicitur. Sapientie. i. In maliuolam animam non introbit ſapientia. nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. iuſtificare autem homines nõ conueniebat niſi eis volentibus. hoc enim eſſet ⁊ contra rationeꝫ iuſticie. que rectitudinem voluntatis importat. ⁊ etiam contra rationeꝫ humane nature. que libero arbitrio ad bonum ducenda eſt. non autem per coactionem. Chriſtus ergo virtute diuina interius hominem iuſtificauit. non tamen eis inuitis. nec hoc ad miracula pertinet. ſed ad miraculorum finem. ſimiliter etiam virtute diuina ſimplicibus diſcipulis ſapientiam infudit. vnde dicit eis Luce. xxi. Ego dabo vobis os ⁊ ſapientiam. cui non poterunt reſiſtere et contradicere omnes aduerſarij veſtri. qđ quidem q̄tum ad interiorem illuminationem inter viſibilia miracla nõ numeratur. ſed ſolum q̄tuꝫ ad exteriorem actum inquãtum ſcilicet videbant homines eos qui fuerant illiterati ⁊ ſimplices tam ſapienter ⁊ conſtanter loqui. Unde dicit. Actuum. iiij. Uidentes iudei petri conſtantiam ⁊ Iohãnis. comperto ꝙ homines eſſent ſine litteris ⁊ ydeote admirabantur. Et tamen huiuſmodi ſpirituales effectus ⁊ ſi a miraculis viſibilibus diſtinguantur ſunt tamen quedam teſtimonia doctrine ⁊ virtutis chriſti ſm illud. Ad Hebre. ij. Conſtante deo ſignis et portentis et varijs virtutibus et ſpiritusſancti diſtributionibus. Sed tamen circa animas hominum maxime quantum ad imitandas

immutandas inferiores vires chriſtus aliqua miracula
fecit. vnde ſuper illud Marci.ix. Surgens ſecutus eſt eũ
Hierony. dicit. fulgor ipſe ⁊ maieſtas diuinitatis occul
te que etiam in facie relucebat humana videntes ad ſe re
trahere poterat ex primo aſpectu Et ſuper illud Matth.
xxi. Eiiciebat omnes vendentes ⁊ ementes. Hierony. di
cit mihi iter omnia ſigna que fecit dominus hoc videtur
eſſe mirabilius. ꝙ vnus homo ⁊ illo tempore contempti-
bilis poterat ad vnius flagelli verbera tantã eiicere mul
titudinem. igneum enim quoddam ⁊ ſidereum radiabat
ex oculis. ⁊ diuinitatis maieſtas relucebat in facie eius.
Et origenes dicit ſuper Johannem hoc eſſe maius mira
culum eo quo aqua conuerſa eſt in vinum. eo ꝙ illic ſub-
ſiſtit inanimata materia. hic vero tot milia hominum do-
mantur ingenia. Et ſuper illud Johannis xviij. Abierũt
retrorſum ⁊ ceciderunt in terrã Aug. dicit. vna voce tur-
bam adiit ferocem. armiſqꝫ terribilem ſine telo vllo per-
cuſſit repulit ſtrauit. Deus enim latebat in carne. Et ad
idem pertinet qđ dicitur Luce.iiij. ꝙ ieſus tranſiens per
medium illorum ibat. vbi Chryſo. dicit ꝙ ſtare in me-
dio inſidiantium ⁊ non comprehendi diuinitatis eminẽ-
tiam oſtendebat. Et ꝙ dicitur Johannis. viij. Jeſus ab
ſcondit ſe ⁊ exiuit de templo. vbi Aug. dicit. non abſcon-
dit ſe in angulo templi. quaſi timens. vel poſt murũ vl
columnam diuertens ſed celica poteſtate inuiſibilem inſi
diantibus conſtituens per mediũ illorũ exiuit Ex qui
bus omnibus patet. ꝙ chriſtus quando voluit virtute di-
uina animas hominum immutauit. non ſolum iuſtificã
do ⁊ ſapientiam infundendo qđ pertinet ad miraculorũ
finem ſed etiam exterius alliciendo vel terrendo vel ſtu-
pefaciendo qđ pertinet ad ipſa miracula. ¶ Ad ſecun
dum dicendum ꝙ chriſtus venerat ſaluare mundum nõ
ſolum virtute diuina ſed per miſterium incarnationis ip
ſius. ⁊ ideo frequenter in ſanatione infirmorum non ſo
lum poteſtate diuina vtebatur. curando per modum im
perij. ſed etiam aliquid ad humanitatem ipſius ptinens
apponendo. Unde ſuper illud Luce. iiij. Singulis man⁹
imponens curabat omnes cirillus dicit. Quis vt de⁹ po-
tuiſſet verbo omnes pellere morbos tangit tamen eos.
oſtendens propriam carnem efficacem ad preſentanda re
media. Et ſuper illud Marci. viij. Expuens in oculos ei⁹
impoſitis manibus Chryſo. dicit ſpuit quidem ⁊ manus
imponit ceco volens oſtendere ꝙ verbum diuinum opa
tioni adiunctum mirabilia perficit. manus enim opera-
tionis eſt oſtenſiua. ſputum ſermonis ex ore prolati. Et
ſuper illud Johannis. ix. Fecit lutum ex ſputo. et liniuit
lutum ſuper oculos ceci dicit Aug. de ſaliua ſputum fecit
quia verbum caro factum. vel etiam ad ſignandũ ꝙ ipſe
erat qui ex limo terre hominẽ formauerat vt Chryſo. di-
cit. Eſt etiam circa miracula chriſti conſiderandum. ꝙ cõ
muniter perfectiſſima opera faciebat. vnde ſuper Johã
nem. ij. Omnis homo primum bonũ vinũ ponit. Chryſo.
dicit. talia ſunt chriſti miracula vt multo his que per na
turam fiunt ſpecioſiora ⁊ vtiliora fiant. ⁊ ſimiliter in in-
ſtanti infirmis perfectam ſanitatem conferebat. vnde ſu-
per illud Matthei. viij. Surrexit ⁊ miniſtrabat ill' Hie
ronymus dicit. ſanitas que confertur a domino tota ſil' re
dit. Specialiter autem in illo ceco contrarium fuit ꝓpter
infidelitatem ipſius vt Chryſo. dicit. ⁊ ſicut dicit Beda
qđ vno verbo totum ſimul curare poterat paulatim curat
vt magnitudinem humane cecitatis oſtendat. que vix ⁊
quaſi per gradus redeat ⁊ gratiam ſuam nobis indicet. p
quam ſingula pfectionis incrementa adiuuat. ¶ Ad ter
tium dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. chriſtus mira-
cula faciebat virtute diuina. dei autem perfecta ſunt ope-
ra. vt dicitur Deutro. xxxij. Non eſt autem aliquid perfe
ctum ſi finem non conſequatur. finis autem exterioris cu
rationis per chriſtum facte eſt curatio anime. ⁊ ideo nõ cõ
ueniebat chriſto vt alicuius corp⁹ curaret niſi curaret eius
animam. vnde ſuper illud Johannis. vij. Totum homi-
nem ſanum feci in ſabbato. dicit Aug. quia curatus ẽ. vt
ſanus eſſet in anima. Specialiter autem paralitico dixit
dimittuntur tibi peccata tua. quia vt Hierony. dixit ſup
Mattheum. datur ex hoc nobis intelligẽtia propter pec-
cata pleriſqꝫ euenire corporum debilitates. Et ideo forſi-
tan prius dimittuntur peccata. vt eius debilitas ablata
ſanitas reſtituatur. vnde ⁊ Johannis. v. dicit. Jam noli
peccare. ne deterius aliquod tibi contingat. vbi Chryſo.
dicit diximus ꝙ ex peccato nata erat ei egritudo. Quam
uis autem vt Chryſo. dicit ſuper Mattheum. quãto ani-
ma eſt potior corpore tanto peccatum dimittere maius ẽ
q̃ꝫ corpus ſanare. quia tamen illud non eſt manifeſtũ fa-
cit minus qđ eſt manifeſtius vt demõſtraret maius ⁊ nõ
manifeſtum. ¶ Ad quartũ dicit ꝙ ſuper illđ Matthei
xi. Videte ne quis ſciat Chryſo. dicit non eſt hoc contrari
um quod dicit ei quod alteri dicit vade ⁊ annuncia glori
am dei. erudit enim nos prohibere eos qui volunt nos p-
pter nos laudare ſi autem ad deum gloria refertur nõ de-
bemus prohibere ſed magis iniungere vt hoc fiat ma-
nifeſtum.

## Ad quartum ſic proceditur

Videtur ꝙ inconuenienter fecerit chriſtus miracula cir-
ca creaturas irrationales. Bruta enim animalia ſunt no
biliora plantis. ſed Chriſtus fecit aliquod miraculum
circa plantas. puta cum ad verbum eius eſt ſiccata ficul-
nea. vt dicitur Matthei. xxi. Ergo videtur ꝙ etiam chri-
ſtus circa aĩalia bruta miracula facere debuiſſet. ¶ Prete
rea. Pena non iuſte infertur niſi pro culpa ſed non fuit
culpa ficulnee ꝙ in ea chriſtus fructum non inuenit quã
do non erat tempus fructuum. ergo videtur ꝙ inconuenient
enter eam ſiccauerit ¶ Preterea. Aer ⁊ aqua ſunt in me
dio celi ⁊ terre. ſed chriſt⁹ aliqua miracula fecit in celo vt
ſupra dictum eſt. ſimiliter etiam in terra. quando in eius
paſſione terra mota eſt. ergo videtur ꝙ etiam in aere ⁊ a-
qua aliqua miracula facere debuerit. vt mare diuidere. ſi
cut fecit moyſes. vel etiam pluuiam. ſicut fecit Joſue et
helyas. ⁊ vt fierent in aere tonitrua. ſicut factũ eſt in mõ-
te ſynai quando lex dabatur. et ſicut helyas fec. iij. Reg.
xviij ¶ Preterea. Opera miraculoſa pertinent ad opus
gubernationis mundi. propter diuinã prouidentiã. Hoc
autem opus ſcdm preſupponit creationem. inconueniens
ergo videtur ꝙ chriſtus in ſuis miraculis vſus eſt creatiõ
ne. quando ſcilicet multiplicauit panes. non ergo conue-
nientia videntur fuiſſe eius miracula. circa creaturas irra
tionales. ¶ Sed contra eſt ꝙ chriſtus eſt dei ſapientia.
de qua dicitur. Sapientie. viij. ꝙ diſponit omnia ſuaui-
ter. ¶ Reſponſio dicendum ſicut ſupra dictum eſt mira-
racula chriſti ad hoc ordinabantur. ꝙ virtus diuinitatis
agnoſceretur in ipſo ad hominum ſalutem. pertinet autẽ
ad virtutem diuinitatis vt omnis creatura ſit ei ſubiecta
et ideo in omnibus creaturarum generibus miracl'a eũ
facere oportuit. ⁊ nõ ſolũ in hoibꝰ. ſed etiam in creaturis
irrationabilibus ¶ Ad primum ergo dicendũ ꝙ aĩalia

bruta propinquum ſe habent ſm genus ad hominem. vnde in eodem die cum homine facta ſunt. et quia circa corpus humanum multa miracula fecerat. non oportebat ꝙ circa corpora brutorum animalium alia miracula faceret. preſertim quia quantum ad naturam ſenſibilem et corporalem eadem ratio eſt de hominibus ⁊ animalibus precipue terreſtribus. Piſces autem cum viuãt in aqua magis a natura hominum differunt. vnde ⁊ alio die facti ſunt in quibus miraculum deus fecit. in copioſa piſcium captura. vt legitur Luce. v. ⁊ Johannis vlti. et etiam in piſce quem petrus cepit. ⁊ in eo inuenit ſtaterem. ꝙ autẽ porci in mare precipitati ſunt non fuit operatõ diuina miraculi. ſed operatio demonum. ex permiſſione dei. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ ſicut Chryſo. dicit ſuper Math. ꝙ in blantis vel brutis aliquid tale dominus operatur nõ queras qualiter iuſte ſiccata eſt ficus. ſi tempus nõ erat hoc enim querere eſt vltime dementie. quia ſcilicet in talibus non inuenitur culpa et pena. ſed miraculum inſpice ⁊ ãmirare miraculi factorem. nec facit creator iniuriã poſſidenti ſi creatura ſuo arbitrio vtatur ad aliorum ſalutem. ſed magis vt Hylarius dicit ſuper Mattheum in bonitatis diuine argumentum reperimus. nam nõ afferre voluit procurare per ſe ſalutis exemplum ſue virtutis poteſtate q̃ in humanis corporibus exercuit. vbi vero incõtumacis formã ſeueritatis conſtituebat futuri ſpeciem damno arboris indicauit. Et precipue vt Chryſo. dicit in ficulnea. que eſt humidiſſima vt miraculum magis appareat.

¶ Ad tertium dicendum ꝙ chriſtus etiam in aqua et in aere fecit miracula que ſibi conueniebant. quando ſcilicet vt legitur Matthei. viij. Imperauit ventis ⁊ mari. ⁊ facta eſt tranquillitas magna. non autem conueniebat ei qui omnia in ſtatum pacis ⁊ tranquillitatis reuocare venerat vt vel turbationem aeris vel aquarum diuiſionem faceret. vnde Apoſtolus dicit ad Hebre. xij. Non acceſſiſtis ad tractabilem ⁊ acceſſibilem ignem. ⁊ turbinẽ ⁊ caliginem ⁊ procellam. Circa paſſionem tamen diuiſũ eſt velum ad oſtendendum reſerationem miſteriorum legis. Aperta ſunt monumenta. ad oſtendendum ꝙ per eius mortem mortuis vita daretur. ⁊ terra mota ẽ. ⁊ petre ſciſſe ad oſtendendum ꝙ lapidea corda hominum per eius paſſionem emollirentur. ⁊ ꝙ totus mundus virtute paſſionis eius erat in melius commutandus. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ multiplicatio panum non eſt facta per modum creationis. ſed per additionem extranee materie. in panes conuerſe. Unde Aug. dicit ſuper Johannem. vnde multiplicat de paucis granis ſegetes inde in manibus ſuis multiplicauit quinque panes. Manifeſtum eſt autem ꝙ per conuerſionem grana multiplicantur in ſegetes.

## ¶ Queſtio. XLV.

Deinde cõſiderandũ eſt de transfiguratione chriſti. Et circa hoc q̃runtur quattuor. Primo vtrum conueniens fuit chriſtũ transfigurari. Secundo vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas glorioſa. Tertio de teſtibus transfigurationis. Quarto de teſtimonio paterne vocis.

### ¶ Ad primum ſic proceditur.

Uidetur ꝙ non fuit conueniens chriſtum transfigurari. Non enim conuenit vero corpori vt in diuerſas figuras mutetur ſed corpori fantaſtico. corpus autem chriſti nõ fuit fantaſticum ſed verum vt ſupra habitum eſt. ergo videtur ꝙ transfigurari non debuit. ¶ Preterea. Figura eſt in quarta ſpecie qualitatis. claritas autem in tertia ſpecie cum ſit ſenſibilis qualitas. aſſumpta ergo claritas a chriſto transfiguratio dici non debet. ¶ Preterea. Corporis glorioſi ſunt quattuor dotes vt infra dicetur. ſcilicet impaſſibilitas. agilitas. ſubtilitas. ⁊ claritas. non ergo magis debuit transfigurari ſm aſſumptionem claritatis. q̃ ſm aſſumptionem aliorum dotium. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Matthei. xvij. ꝙ Jeſus transfiguratus eſt añ tres diſcipulorum eius. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ dominus diſcipulos ſuos prenunciata paſſione ſua induxerat eos ad ſue paſſionis ſequelam. oportet autẽ ad hoc ꝙ aliquis directe procedat in via ꝙ finem aliqualiter precognoſcat ſicut ſagittator non recte iacit ſagittam niſi prius ſignum proſpexerit. in quod iaciẽda eſt. vnde ⁊ Thomas dicit Johannis. xiiij. Domine neſcimus quo vadis. ⁊ quomodo poſſumus viam ſcire. ⁊ hoc precipue eſt neceſſarium. quando via eſt difficilis ⁊ aſpera. ⁊ iter laborioſum. finis vero iocundus. chriſtus autem per ſuam paſſionem ad hoc peruenit vt gloriam obtineret. non ſolum anime. quam habuit a principio conceptionis ſed etiam corporis. ſm illud Luce vlti. Hec oportuit chriſtum pati. ⁊ ita intrare gloriam ſuam. ad quã etiam perducit eos qui veſtigia ſue paſſionis ſecuntur. ſm illud Act. xv. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. ⁊ ideo conueniens fuit vt diſcipulis gloriam ſue claritatis oſtenderet. quod eſt ipſum transfigurari cui ſuos configurabit. ſm illud ad Philippen. iij. Reformabit corpus humilitatis noſtre. configuratum corpori claritatis ſue. vnde Beda dicit ſuper Mattheum pia permiſſione factum eſt. vt contemplatione ſupermanantis gaudij breue tempꝰ deriuata. fortius aduerſa tollerent. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ Hierony. dicit ſuper Mattheũ. nemo putet chriſtum per hoc ꝙ transfiguratus dicitur priſtinam formam ⁊ faciem perdidiſſe. vel amiſiſſe corporis veritatem. et aſſumpſiſſe corpus ſpirituale vel aereum. ſed quomõ trãſfiguratus ſit euangeliſta demonſtrat dicẽs. reſplenduit facies eius ſicut ſol. veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. vbi ſplendor faciei oſtenditur. et candor deſcribitur veſtium. non ſubſtantia tollitur. ſed gloria commutatur. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ figura circa extremitatem corporis conſideratur. eſt enim figura que termino vel terminis clauditur. ⁊ ideo omnia illa que circa extremitatem corporis conſiderantur ad figuram quodammodo pertinere videntur. ſicut autem color ita ⁊ claritas corporis non tranſparentis in eius ſuperficie attenditur. ⁊ ideo aſſumptio claritatis transfiguratio dr̃. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ inter predictas quattuor dotes ſola claritas eſt claritas ipſius perſone in ſeipſa. Alie vero tres dotes non percipiuntur niſi in aliquo actu vel motu ſeu in paſſione. Oſtendit ergo chriſtus in ſeipſo aliqua illarum trium dotium indicia. pura agilitatis cum ſupra vndas maris ambulauit. Subtilitatis quãdo de clauſo vtero virginis exiuit. Impaſſibilitatis quando de manibus iudeorum vel precipitare vel lapidare eum volentium illeſus euadit. Nec tamen propter illas transfiguratus dicitur. ſed propter ſolam claritatem que pertinet ad aſpectũ perſone ipſius.

### ¶ Ad ſecundum ſic proceditur.

Uidetur ꝙ illa claritas non fuit claritas glorioſa. Dicit enim quedam gloſa Bede. ſuper illud Matthei

Matth. xvij. Tranſfiguratus eſt coram eis in corpore inquit mortali oſtendit non immortalitatem ſed claritatē ſimilem future immortalitati. ſed claritas glorie eſt claritas immortalitatis non ergo illa claritas quā chriſtus diſcipulis oſ̄dit fuit claritas glorie. ¶ Preterea. Sup illud Luc. ix. Non guſtabunt mortem niſi videant regnū dei. dicit glo. Bede .i. glorificationem corporis in ymaginaria repreſentatione future beatitudinis. ſed ymago ipſius rei non eſt ipſa res. ergo claritas illa non fuit claritas glorie beatitudinis. ¶ Preterea. Claritas glorie non eſt niſi in corpore humano. ſed claritas illa tranſfigurationis apparuit non ſolum in corpore chriſti. ſed etiā in veſtimentis eius et nube lucida. qua diſcipulos obumbrauit. ergo videtur ꝙ claritas illa non fuit glorie claritas.

¶ Sȝ ↄtra eſt qḋ ſuper illud Matth. xvij. Tranſfiguratus eſt ante eos Hierony. dicit. qualis futurus eſt tempore iudicij talis apparuit. Et ſuper illud Matth. xvij. donec videant filium hominis venientem in regno ſuo. Chryſo. dicit. volens monſtrare quid eſt illa gloria qua poſtea venturus eſt eis in preſenti vita reuelauit. ſicut poſſibile erat eos diſcere vt neq̄ in domini morte iam doleant. ¶ Rn̄. dicen. ꝙ claritas illa quā chriſtus in tranſfiguratione aſſumpſit fuit claritas glorie q̄tum ad eſſentiam non tamen q̄tum ad modum eſſendi. claritas enim corporis glorioſi deriuat̄ ab anime claritate. ſicut dic̄ Aug. in epiſtola ad dyoſcoꝝ. ⁊ ſimiliter claritas corporis in trāſfiguratione deriuata eſt a diuinitate ipſius. vt Damā. dicit. ⁊ a gloria anime eius. ꝙ enim a principio conceptionis gloria anime non redundaret in corpus ex quadā diſpēſatione diuina factum eſt. vt in corpore paſſibili expleret miſteria noſtre redemptionis. ſicut ſupra dictum eſt non tamen per hoc adempta eſt poteſtas chriſto deriuādi gloriam anime ad corpus. Et hoc idem factum eſt q̄tum ad claritatem in tranſfiguratione. aliter tamen q̄ in corpore glorificato. nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima. ſicut quedā qualitas permanens corpus afficiens. Unde fulgere corporaliter non eſt miraculoſe in corpore glorificato. ſed ad corpus chriſti in tranſfiguratione deriuata eſt claritas a diuinitate ⁊ anima ei⁹. non per modū qualitatis immanantis ⁊ afficientis ipſum corpus. ſed magis per modum paſſionis tranſeuntis. ſicut cum aer illuminatur a ſole. Unde ille fulgur tunc in corpore chriſti apparens miraculoſus fuit. ſicut ⁊ hoc ipſum ꝙ ambulauit ſuper vndas maris. vnde Diony. dicit in epiſtola ad gayum ſuper Iohannem. operat̄ chriſtus ea que ſunt hominis. ⁊ hoc monſtrat virgo ſupernaturaliter concipiens. ⁊ aqua inſtabilis materialium ⁊ terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem. Unde non eſt dicendum ſicut Hugo de ſancto victore dicit. ꝙ chriſtus aſſumpſit dotes claritatis in tranſfiguratione agilitatis. ambulādo ſuper mare ⁊ ſubtilitatis egrediendo de clauſo vtero virginis. quia dos nominat quandam qualitatem immanantem corpori glorioſo. ſed miraculoſe habuit ea que pertinent ad dotes etiam eſt ſimile q̄tum ad animam de viſione qua paulus vidit deum in raptu. vt in ſecunda parte dictum eſt. ¶ Ad .i. ergo dicen. ꝙ ex illo verbo non oſtenditur ꝙ claritas chriſti non fuit claritas glorie. ſȝ ꝙ nō fuit claritas corporis glorioſi. quia corpus chriſti nondū erat immortale. ſicut enim diſpenſatiue factum eſt vt in chriſto gloria anime non redundaret in corpus. ita potuit fieri diſpenſatiue vt redundaret q̄tum ad dotem claritatis ⁊ non q̄tum ad dotem impaſſibilitatis. ¶ Ad .ij. dicen. ꝙ illa claritas dicitur ymaginaria non quia eſſet vera claritas glorie. ſed quia erat quedam ymago repreſentans illam glorie perfectionem ſc̄m quā corpus erat glorioſum ¶ Ad .iij. dicen. ꝙ ſicut claritas que erat in corpore chriſti. repreſentauit futuram claritatem corporis eius ita claritas veſtimentorum eius deſignat futuram claritatē ſanctoꝝ. que ſuperabitur a claritate chriſti ſicut candor niuis ſuperabitur a candore ſolis. vn̄ Greg. dicit. xxij. moral. ꝙ veſtimenta chriſti facta ſunt ſplendentia. quia in ſupne claritatis culmine ſancti omnes ei luce iuſticie fulgētes adherebunt. veſtium enī nomine iuſtos quos ſibi adiungit ſignificat. ſc̄m illud his omnibus velut ornamento veſtieris. nubes autem lucida ſignat ſpiritusſancti gloriā vel virtutem paternam vt Orige. dicit. per quam ſancti in futura gloria protegentur. quamuis etiam conuenienter ſignificare poſſet claritatem chriſti mundi īnouati. que erit ſanctorum tabernaculum. vnde petro diſponēte tabernacula facere nubes lucida diſcipl̄os obumbrauit

## Ad tertiū ſic proceditur

Uidetur ꝙ non conuenienter inducti fuerunt teſtes trāſfigurationis. vnuſquiſq̄ enim maxime perhibere poteſt teſtimonium de notis ſed qualis eſſet futura gloria tempore tranſfigurationis chriſti nulli homini per experimētum erat adhuc notum. ſed ſolis angelis. ergo teſtes trāſfigurationis magis debuerūt eē angeli q̄ hoīes. ¶ Preterea. Teſtes veritatis non decet aliqua fictio ſed veritas. moyſes autem ⁊ helyas non ibi vere affuerunt ſed ymaginarie. dicit enim quedam glo. ſuper illud Luce. ix. Erāt autem ibi moyſes ⁊ helyas. ſciendū eſt inquit non ibi corpus vel animas moyſi ⁊ helye apparuiſſe. ſed in ſubiecta creatura illa corpora fuiſſe formata. poteſt etiam credi vt angelico miniſterio hoc factum eſſet. vt angeli eorum perſonam aſſumerent. non ergo videtur ꝙ fuerunt conuenientes teſtes. ¶ Preterea. Actuum .x. dicitur. ꝙ omnes prophete chriſto teſtimonium perhibent. ergo non ſolum moyſes et helyas debuerunt adeſſe tanq̄ teſtes ſed omnes prophete. ¶ Preterea. Gloria chriſti fidelibꝫ omnibus repromittitur. quos per ſuam tranſfigurationem ad illius glorie deſiderium accendere voluit. non ergo ſolum petrum iacobum et iohannem in teſtimonium ſue tranſfigurationis aſſumere debuit. ſed omnes diſcipulos

In contrarium eſt auctoritas euāgelice ſcripture. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ chriſtus transfigurari voluit. vt gloriam ſuam hominibus oſtenderet. ⁊ ad eam deſiderandā homines prouocaret ſicut ſupra dictum eſt. Ad gloriā autem eterne beatitudinis adducuntur homines per chriſtū non ſolum qui poſt eum fuerunt. ſed etiam qui eum preceſſerunt. vnde eo ad paſſionem properante taȝ turbe que ſequebantur q̄ que precedebant ei clamabāt oſanna. vt dicit̄ Matth. xi. Quaſi ſalutē ab eo petentes. ⁊ ideo cōueniens fuit vt de precedentibꝫ ipſum teſtes adeſſent. ſcȝ moyſes ⁊ helyas. et de ſequentibus ſcȝ petrus iacobus et iohannes. vt in ore duorum vel trium teſtium ſtaret hoc verbum. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ chriſtus per ſuam tranſfigurationem manifeſtauit diſcipulis corporis gloriam. que ad ſolos homines pertinet. ⁊ ideo conuenienter non angeli ſed homines pro teſtibus adducunt̄. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ illa gloſa dicitur eſſe ſumpta ex libro qui intitulatur de mirabilibus ſacre ſcripture. qui nō ē liber autēticus. ſȝ falſe aſcribit̄ Aug. ⁊ iō illi gloſe nō eſt ſtandū. dic enī Hiero. ſup Matth. ↄſiderandū ē

ꝙ ſcribis et pbariſeis de celo ſigna poſcentibus dare no
luit. hic vero vt apoſtolorum; augeat fidem dat ſignum
de celo. helia inde deſcendente quo conſcenderat. ⁊ moy-
ſe ab inferis reſurgente. quod non eſt ſic intelligendū q̄ſi
ſi anima moyſi ſuum corp⁹ reſumpſerit. ſed qđ anima ei⁹
apparuit ꝑ aliqđ corp⁹ aſſumptum. ſicut angeli apparent.
helyas autem apparuit in proprio corpore. Non quidem
de celo empyreo allatus. ſed de aliquo eminenti loco in
quo fuerat in curru igneo raptus. ¶ Ad tertiū dicendū
ꝙ ſicut Chryſo. dicit ſuper Mattheum. moyſes et helias
in medium adducunt̄ propter multas rationes. Primo
quia enim turbe dicebant eum eē helyam vel hieremiā
aut vnum ex prophetis capita prophetarum ſecum ducit.
vt ſaltem hinc appareat differentia ſeruoꝝ ⁊ domini. Se-
cunda ratio. quia moyſes legem dedit. helias pro gl'a do-
mini emulator fuit. vnde per hoc ꝙ ſimul cum chriſto ap
parent excludit̄ calumnia iudeoꝝ accuſantium chriſtum
tanq̄ tranſgreſſorē legis ⁊ blaſphemum. dei gloriam ſi-
bi vſurpantem. Tertia ratio eſt vt oſtendat ſe habere po-
teſtatem mortis ⁊ vite. ⁊ eē iudicem mortuoꝝ et viuorū
per hoc ꝙ moyſen iam mortuum ⁊ helyam adhuc viuen-
tem ſecum ducit. Quarta ratio eſt. quia ſicut Lucas dicit
loquebant̄ cum eo de exceſſu quem completurus erat in
hieruſalem id eſt de paſſione ⁊ morte ſua. ⁊ ideo vt ſuper
hoc diſcipuloꝝ animos confortaret inducit eos in mediū
qui ſe morti expoſuerunt pro deo. nam moyſes cum peri
culo mortis ſe obtulit pharaoni. helyas vero regi achab.
Quinta ratio eſt. quia voluit vt diſcipuli eius emularē-
tur moyſi manſuetudinem ⁊ zelum helie. Sextam ratio
nem addidit Hylarius. vt oſtenderet ſe ꝑ legem quā de-
dit moyſes ⁊ ꝓphetas inter q̄s helyas fuit precipuus eē
predicatū. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ alta miſteria non ſunt oībꝫ
exponenda īmediate, ſed ꝑ maiores ſuo tp̄e ad alios de-
bent deuenire. et iō vt Chryſo. dicit. aſſumpſit tres tanq̄
potiores. Nam petrus excellens fuit in dilectione quam
habuit ad chriſtum ⁊ iterū in poteſtate ſibi cōmiſſa. Iohā-
nes ꝓ ꝑ̄uilegio amoris q̄ a chriſto diligebat̄ ꝓpter ſu-
am ꝟginitatē. ⁊ iterū ꝓpter prerogatiuam euangelice do-
ctrine. Iacobo vero propter prerogatiuam martirij. ⁊ ta-
mē hos ipſos noluit hoc qđ viderant alijs annunciare. anͭ
reſurrectionem. ne vt Hierony. dicit. incredibile eſſet ꝓ
rei magnitudine. ⁊ poſt tantam gloriā ſequens crux ſcā-
dalum faceret. vel etiam totaliter impediret̄. et vt eſſent
ſpiritu ſancto repleti tunc geſtorum ſpūalium teſtes eſſent

## Ad quartum ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ inconuenienter additum fuit teſtimonium pa-
terne vocis dicentis hic eſt filius me⁹ dilectus. quia vt
dr̄. Iob. xxxiij. Semel loquit̄ deus. ⁊ ſecūdo idipſum nō
repetit. ſed in baptiſmo hocipſum paterna vox fuit ꝓteſta
ta. non ḡ fuit conueniens ꝙ hoc iterū proteſtaret̄ in trāſfigu-
ratione. ¶ Pre. In baptiſmo ſiľ cū voce pr̄na affuit ſpiri
tus in ſpē columbe. qđ in tranſfiguratione factū nō fuit.
non ḡ conueniens fuit patris ꝓteſtatio. ¶ Pre. Chriſt⁹ do
cere incepit poſt baptiſmū. ⁊ tn̄ vox patris in baptiſmo
ad eū audiendū hoīes non induxerat. ḡ nec in tranſfigu-
ratione inducere debuit. ¶ Pre. Non debent aliquibus
dici ea que ferre non pn̄t. ſcḋm illud Iohannis. xvi. adhuc
habeo vobis multa dicere. q̄ non poteſtis portare modo
ſed diſcipuli vocem patris ferre non potuerunt. dicitur
enim Matth. xvij. ꝙ diſcipuli audientes ceciderunt in
faciem ſuam et timuerunt. ḡ non debuit vox paterna ad

eos fieri. In ꝯtrarium eſt auctoritas euangelice ſcriptu-
re. ¶ Rn̄. dō. ꝙ adoptio filioꝝ dei eſt ꝑ quandā ꝯformi
tatem ymaginis ad dei filium naturalem. Quod quidē
fit dupliciter. Primo ꝑ gratiam vie. q̄ eſt ꝯformitas im
ꝑfecta. Secūdo ꝑ gloriam q̄ eſt ꝯformitas ꝑfecta. ſcḋm il-
lud. i. Iohannis. iij. Nunc filij dei ſumus. ⁊ nondum ap
paruit quid erimus. ſcimus quoniam cum apparuerit ſi-
miles ei erimus. quoniam videbimus eū ſicuti eſt quia
ergo gratiam per baptiſmum conſequimur. In tranſfi-
guratione autem premonſtrata eſt claritas future glorie.
ideo tam in baptiſmo q̄ in tranſfiguratione conueniens
fuit manifeſtare naturalem chriſti filiationē teſtimonio
patris. quia ſolus eſt perfecte conſcius illius perfecte ge-
nerationis ſimul cum filio ⁊ ſpiritu ſancto. ¶ Ad. i. ergo
dicendum ꝙ illud verbum referendum eſt ad eternā dei
locutionē qua deus pater verbum vnicum protulit. ſi-
bi coeternum. Et tamen poteſt dici ꝙ idem corpali voce
deus bis protulerit. non propter idem ſed ad oſtenden-
dum diuerſum modum. quo homines participare pn̄t ſi
militudinem filiationis eterne. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ſicut in
baptiſmo vbi declaratum eſt miſterium regenerationis
oſtenſa eſt operatio totius trinitatis per hoc ꝙ fuit ibi fi
lius incarnatus apparuit ſpiritus in ſpecie columbe et pa
ter fuit ibi declaratus in voce ita etiam in tranſfiguratio-
ne. quia eſt ſacramentum ſecunde regenerationis tota tri
nitas apparuit. pater in voce. filius in homine. ſpiritus-
ſanctus in nube clara. quia ſicut in baptiſmo dat innocen-
tiam que per ſimplicitatem columbe deſignatur ita in re-
ſurrectione dabit electis ſuis claritatem glorie. ⁊ refrige-
rium ab omni malo. que deſignat̄ in nube lucida. ¶ Ad
tertium dicendum ꝙ chriſtus venerat gratiam actuali-
ter dare gloriam vero verbo promittere. ⁊ ideo conueni-
enter in tranſfiguratione inducuntur homines vt ipſum
audiant. non autem in baptiſmo. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ con-
ueniens fuit diſcipulos voce paterna terreri ⁊ proſterni.
vt oſtenderetur ꝙ excellentia illius glorie que tunc demō
ſtrabatur excedit omnem ſenſum ⁊ facultatem mortaliū.
ſcḋm illud Exodi. xxxiij. Non videbit me homo et viuet.
Et hoc eſt qđ dicit Hierony. ſuper Mattheum. ꝙ huma-
na fragilitas. conſpectum maioris glorie ferre non ſuſti-
net. ab hac autem fragilitate ſanantur homines per chri-
ſtum eos in gloriam adducendo. qđ ſignificatur ꝑ hoc qđ
dicit eis ſurgite. nolite timere.

## Queſtio. XLVI.

Conſequenter conſi
derandum eſt de his que pertinent ad exitū
chriſti de mundo. Et primo de paſſione eius. Secundo
de morte. Tertio de ſepultura. Quarto de deſcenſu ad
inferos. Circa paſſionem occurrit triplex ꝯſideratō. Pri
ma eſt de ipſius paſſione. Secunda de cauſa efficiente
paſſionis. Tertia de fructu paſſionis. Circa primā que
runtur duodecim. Primo vtrum neceſſe fuit chriſtū pa
ti pro liberatione hominum. Secundo vtrum fuerit ali⁹
modus poſſibilis liberationis humane. Tertio vtrum il-
le modus fuerit conuenientior. Quarto vtrum fuit con-
ueniens ꝙ in cruce pateret̄. Quinto de generalitate paſ
ſionis eius. Sexto vtrum dolor quem in paſſione ſuſti-
nuit fuerit maximus. Septimo vtrum tota anima eius
pateret̄. Octauo vtrum paſſio ei⁹ impediuerit gaudiū
fruitionis. Nono ď tp̄e paſſionis. Decimo de loco. Vn
decimo vtrū conueniens fuerit ipm̄ cū latronibus crucifigi.

Duodecimo vtrum paſſio ipſius chriſti ſit deitati at-
tribuenda.

## Ad primum ſic procedit.

Videt ꝙ non fuerit neceſſarium chriſtum pati pro hu-
mani generis liberatione. humanum enim genus libera-
ri non potuit niſi a deo. ſm illud Eſa. xlv. Nunquid non
ego dominus. ⁊ non eſt vltra deus abſq; me. deus iuſtus
⁊ ſaluans non eſt preter me. in deum autem non cadit ali
qua neceſſitas. qꝛ hoc repugnat omnipotētie ipſius. ḡ nō
fuit neceſſarium chriſtum pati. Pre. Neceſſariū vo
luntario opponit. ſed chriſtus propria voluntate eſt paſ-
ſus, dicit enim. Eſa. liij. Oblatus eſt qꝛ ipſe voluit non
ergo fuit neceſſarium eum pati. Pre. Sicut dicitur in
pſal. Vniuerſe vie domini miſericordia ⁊ veritas. ſed nō
videt neceſſe ꝙ pateret ex parte miſericordie diuine. que
ſicut gratis dona tribuit ita gratis debita relaxat abſq; ſa-
tiſfactione, nec etiam ex pte diuine iuſticie. ſm quam ho-
mo eternam damnationem meruerat. ḡ non videt fuiſſe
neceſſarium ꝙ chriſtus ꝓ liberatione hominum pateret.
Preterea. Angelica natura ē excellentior q̄z humana
vt patet ꝑ Diony. iiij. ca. de di. no. ſʒ pro reparatione an-
gelice nature que peccauerat chriſtus non eſt paſſus. ḡ vi
detur ꝙ nec etiam fuerit neceſſarium ipſum pati ꝓ ſalu-
te humani generis. ſed ꝯtra eſt qd̓ dicitur Johannis. iij.
Sicut moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto ſic oportet
exaltari filium hominis. vt omnis qui credit in eum non
pereat. ſed habeat vitam eternam. Qd̓ quidem de exalta
tione in cruce intelligit. ḡ videt ꝙ chriſtum oportuit pa-
ti. Rñ. dd̓. ꝙ ſicut docet phūs in. v. metha. neceſſariū
multipliciter dicit. Vno modo ꝙ ſm ſui naturam īpoſſi
bile eſt aliter ſe habere. ⁊ vt ſic manifeſtum eſt. ꝙ non fuit
neceſſarium chriſtum pati. neq; ex parte dei neq; ex parte
hominis. Alio modo dicit aliquid neceſſarium ex aliq̄ ex-
teriori. qd̓ ſi ſit cauſa efficiens vel mouens facit neceſſita
tem coactionis vtputa cum aliquis non poteſt ire ꝓpter
violentiam detinentis ipſum. ſi vo illud exterius qd̓ ne-
ceſſitatem inducit ſit finis. dicitur aliquid neceſſariū ex
ſuppoſitione finis. quando ſcʒ finis aliquis aut nullo mō
poteſt eē aut non poteſt eē ꝯueniēter niſi tali fine ꝓſup-
poſito. Non ḡ fuit neceſſarium chriſtū neceſſitate coactiō
nis pati. neq; ex parte dei qui xp̄m diffinierat pati. neq;
etiā ex parte ipſius chriſti qui voluntarie paſſus ē. Fuit
autem neceſſarium neceſſitate finis. Qd̓ quidem tripliciter
ter poteſt intelligi. Primo quidem ex parte noſtra. qui ꝑ
eius paſſionem liberati ſumus. ſm illud Johannis. iij.
Oportet exaltari filiū hominis vt omnis qui credit in
eum non pereat. ſed habeat vitam eternam. Secundo ex
pte ipſius chriſti. qui per humilitatem paſſionis meruit
gloriam exaltationis. ⁊ ad hoc ptinet qd̓ dicit Luce. vlt.
ꝙ oportuit chriſtum pati. ⁊ ſic intrare gloriam ſuam. Ter
tio ex pte dei. cuius diffinitio eſt circa paſſionem xp̄i. pre
nunciata in ſcripturis. ⁊ prefigurat in obſeruantia veteris
teſtamenti. ⁊ hoc eſt qd̓ dicit Luce. xxij. Filiꝰ hominis ſm
ꝙ diffinitum eſt vadit. ⁊ Luce vlti. hec ſunt vba que locu
tus ſum ad vos. cum adhuc eſſem vobiſcum. qm̄ neceſ-
ſe eſt impleri omnia q̄ ſcripta ſunt in lege moyſi ⁊ ꝓphe-
tis ⁊ pſalmis de me. ⁊ qꝛ ſcriptum eſt. qm̄ oportebat chri-
ſtum pati. ⁊ reſurgere a mortuis. Ad. i. ḡ dd̓. ꝙ ratio
illa procedit de neceſſitate coactionis. ex pte dei. Ad. ij.
dd̓. ꝙ ratio illa procedit de neceſſitate coactionis. ex par-
te hominis chriſti. Ad. iij. dd̓. ꝙ hominem liberari ꝑ
paſſionem chriſti ꝯueniens fuit ⁊ miſericordie et iuſticie
eius. Juſticie quidem. qꝛ per paſſionem ſuam chriſtus ſa
tiſfecit pro peccato humani generis. ⁊ ita hō ꝑ iuſticiam
liberatus eſt. Miſericordie qꝛ cum homo ꝑſe ſatiſfacere n̄
poſſet pro peccato totius humane nature vt ſupra habi-
tum eſt. deus omnium ſatiſfactorem dedit filium ſuū ſm
illud ad Ro. iij. Juſtificati gratis ꝑ gratiam ipſius. ꝑ re-
demptionem que eſt in chriſto ieſu. quem ꝓpoſuit deꝰ ꝓ-
piciatorem ꝑ fidem in ſanguine ipſius. ⁊ hoc fuit habun
dantioris miſericordie q̄z ſi peccata abſq; ſatiſfactione di
miſiſſet. vñ dicit ad Ephe. ij. Deus qui diues eſt in mi
ſericordia propter nimiam charitatē qua dilexit nos cū
eſſemus mortui peccatis ꝯuiuificauit nos in xp̄o. Ad
iiij. dd̓. ꝙ peccatum angeli non fuit remiſſibile ſicut pec-
catum hominis. vt ex ſupra dictis patet in prima pte.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videt ꝙ non fuerit poſſibilis alius modus liberatiōis
humane nature q̄z ꝑ paſſionem chriſti. dixit enim domi
nus Johannis. xij. Niſi granum frumenti cadens in ter
ram mortuum fuerit ipſum ſolum manet. ſi autem mor-
tuum fuerit multum fructum affert. vbi dicit Aug. ꝙ ſe
ipſum granum dicebat. niſi ḡ mortem paſſus eſſet aliter
fructum noſtre liberationis non feciſſet. Pre. Matth.
xxvi. dicit dominus ad patrem. Pater mi ſi non pōt calix
hic tranſire niſi bibam illum fiat voluntas tua. Loquitur
autem ibi de calice paſſionis. ḡ paſſio chriſti preterire nō
poterat. vnde ⁊ Hylarius dic. iō calix tranſire nō poteſt
niſi illum bibat qꝛ pati niſi ex eius paſſione non poſſumꝰ
Pre. Juſticia dei exigebat vt homo a peccato liberare
tur chriſto ꝑ paſſionem ſuam ſatiſfaciente. ſed chriſtꝰ ſuā
iuſticiam non poteſt preterire. dicit enim. ij. Thymo. ij.
Si non credimus ille fidelis ꝑmanet. negare ſeipſū nō
poteſt. ſeipſum autem negaret ſi iuſticiam ſuam negaret.
cum ip̄e ſit iuſticia. ḡ videtur ꝙ nō fuit poſſibile alio mō
hominem liberari q̄z per paſſionem chriſti. Pre. Fidei
non poteſt ſubeſſe falſum. ſed antiqui patres crediderunt
chriſtum paſſurum. ergo videtur ꝙ non potuerit eē quin
chriſtus pateret. Sed ꝯtra eſt qd̓ Aug. dicit. xiij. de tri.
iſtum modum q̄ nos per mediatorem dei ⁊ hominum ho
minem ieſum chriſtum deus liberare dignat aſſerimꝰ bo
num. ⁊ diuine dignitati congruum. veꝝ etiaʒ oſtendamꝰ
alium modum poſſibilem deo fuiſſe. cuius poteſtati cun-
cta equaliter ſubiacent. Rñ. dd̓. ꝙ aliquid poteſt dici
poſſibile vel impoſſibile dupliciter. Vno modo ſimpli-
citer ⁊ abſolute. Alio modo ex ſuppoſitiōe. Simpliciter
ergo ⁊ abſolute loquēdo poſſibile fuit deo alio modo ho
minem liberare q̄z per paſſionem chriſti. quia non ē im-
poſſibile apud deum omne verbum. vt dicitur Luce. ij.
Sed ex aliqua preſuppoſitione facta ſic eſt impoſſibile.
quia enim impoſſibile eſt preſcientiam dei falli ⁊ eius vo
luntatem ſiue diſpoſitionem caſſari ſuppoſita preſcientia
⁊ preordinatione dei de paſſione chriſti. nō erat ſimul poſ
ſibile chriſtum non pati. ⁊ hominem alio modo q̄z ꝑ eius
paſſionem liberari. Et eſt eadem ratio de omnibꝫ his que
ſunt preſcita ⁊ preordinata a deo. vt in prima parte habi-
tum eſt. Ad primum ergo dicenduʒ ꝙ dominus ibi
loquitur ſuppoſita preſcientia et preordinatione dei. ſm
quam erat preordinatum vt fructus humane ſalutis non
ſequeret niſi chriſto patiente. Et ſimiliter intelligenduʒ
ē qd̓ ſecūdo obicit. ſi nō pōt hic calix trāſire niſi bibā illū.
ſcʒ ꝓpter hoc ꝙ tu diſpoſuiſti. vnde ſubdit fiat voluntas

tua. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ hec etiam iuſticia de/
pendet ex voluntate. ab humano genere ſatiſfactionē ꝓ
peccato exigente. alioquin ſi voluiſſet abſq; omni ſatiſfa/
ctione hominem a peccato liberare contra iuſticiam nō fe
ciſſet. ille enim iudex non poteſt ſalua iuſticia peccatum
ſine pena dimittere qui habet punire culpam in alium cō
miſſam. puta in aliquem hominem. vel in totam rempu
blicam. ſiue in ſuperiorem principē. ſed deus non habꝫ
aliquem ſuperiorem. ſed ipſe eſt ſupremum ⁊ cōe bonum
totius vniuerſi. Et ideo ſi dimittat peccatum qḋ habꝫ ra
tionem culpe ex eo ꝙ contra ipſum cōmittitur nulli facit
iniuriam. ſicut quicunq; homo remittit offenſam in ſe cō/
miſſam abſq; ſatiſfactione miſericorditer et non iniuſte
agit. ⁊ ideo dauid miſericordiā petens dicebat. Tibi ſo/
li peccaui. quaſi diceret potes ſine iuſticia mihi dimitte/
re. ¶ Ad .iiij. dō. ꝙ fides humana ⁊ etiam ſcripture di/
uine quibꝫ fides inſtruitur innititur preſcientie ⁊ ordina
tioni diuine. ⁊ ideo eadem ratio eſt de neceſſitate que ꝓ/
uenit ex ſuppoſitione eorū ⁊ de neceſſitate que prouenit
ex preſcientia ⁊ voluntate diuina.

## ¶ Ad tertiū ſic proceditur

Videt̃ ꝙ alius modus conuenientior fuiſſet liberationis
humane q̃ per paſſionem chriſti. natura enī in ſua opa/
tione imitatur opus diuinum. vtpote a deo mota ⁊ regu
lata. ſed natura non facit per duo qḋ poteſt facere ꝑ vnū
cum ḡ deus potuerit hominē liberare ſola propria volū/
tate non videt̃ conueniens fuiſſe ꝙ ad liberationem hu/
mani generis chriſti paſſio adderet̃. ¶ Preterea. Ea q̃
fiunt per naturam conuenientius fiunt q̃ ea que ꝑ vio/
lentiam fiunt. quia violentia eſt quedam exciſio ſeu caſuſ
ab eo qḋ eſt ſm naturam. vt dicit̃ primo de celo. ſed paſ/
ſio chriſti mortem violentam induxit. ergo ꝯuenientius
fuiſſet ꝙ chriſtus naturali morte moriendo hominē libe/
raret q̃ ꝙ pateret̃. ¶ Pre. Conuenientiſſimū videtur
ꝙ ille qui violenter ⁊ iniuſte detinet̃ per ſuperioris potē/
tiam ſpoliet̃. vnde ⁊ Eſa. lij. dicit̃. Gratis venūdati eſtis.
⁊ ſine argento redimemini. ſed dyabolus nullum ius in
homine habebat. quem per fraudem deceperat. ⁊ ꝑ quan/
dam violentiam ſeruituti ſubiectum detinebat. ḡ videt̃
conuenientiſſimum fuiſſe ꝙ chriſtus dyabolum per ſolā
potentiam ſpoliaret. abſq; ſua paſſione. Sed ꝯtra eſt qḋ
Aug. dicit. xiij. de tri. ſanande noſtre miſerie conuenien/
tior modus alius non fuit. q̃ per chriſti paſſionē. ¶ Re
ſponſio dicendū ꝙ tanto aliquis modus eſt ꝯuenientior
ad aſſequendum finem q̃to per ipſum plura concurrunt
que ſunt expedientia fini. ꝑ hoc autem ꝙ homo ꝑ chriſti
paſſionem eſt liberatus multa occurrerunt ad ſalutē ho/
minis pertinentia preter liberationem a peccato. Primo
enim ꝑ hoc homo recognoſcit q̃tū deus hominem diligat
et per hoc prouocat̃ ad eum diligendum in quo perfectio
humane ſalutis conſiſtit. vnde Apoſto. ad Ro. v. Com/
mendat ſuam charitatem deus in nobis quoniam cū ini/
mici eſſemus chriſtus pro nobis mortuus eſt. Secundo
quia ꝑ hoc dedit nobis exemplum obedientie. humilitatiſ
conſtantie. iuſticie. ⁊ ceterarū virtutum in paſſione chriſti
oſtenſarū. que ſunt neceſſarie ad humanam ſalutem. Vnͣ
dicitur. i. Pe. ij. Chriſtus paſſus ē pro nobis. vobis re/
linquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius. Tertio
q₂ chriſtus ꝑ paſſionem ſuam non ſolum hominē a pec/
cato liberauit ſed etiam gratiam iuſtificantem ⁊ gloriam
beatitudinis ei ꝓmeruit. vt infra dicet̃. Quarto q₂ ꝑ hoc
eſt homini indicta maior neceſſitas ſe immunē a peccato
ꝯſeruandi. ſm illud. i. Cor. vi. Empti eſtis ꝓcio magno.
glorificate ⁊ portate deū in corpore veſtro. Quinto quia
hoc ad maiorem dignitatē ceſſit. vt ſicut homo victꝰ fue
rat ⁊ deceptus a dyabolo ita etiam homo eſſet qui dyabo/
lum vinceret. ⁊ ſicut homo mortem meruit ita homo mo/
riendo mortē ſuperaret. vt dicitur. i. Cor. xv. Deo gra
tias qui dedit nobis victoriam per ieſum chriſtū. et ideo
ꝯuenientius fuit ꝙ ꝑ paſſionem chriſti liberaremur q̃ ꝑ
ſolam dei voluntatem. ¶ Ad. i. ḡ. dō. ꝙ ꝙ natura etiam
vt aliquid ꝯuenientius faciat plura ad vnum aſſumit ſic
duos oculos ad videndum. ⁊ idem patet in alijs. ¶ Ad
ij. dō. ꝙ ſicut dicit Chryſo. Chriſtus non ſui mortē quā
non habebat cum ſit vita ſed hoīm mortē venerat aſſum
pturus. vñ non ꝓpria morte corpus depoſuit. ſed ab hoī/
bus illatum ſuſtinuit. Sed et ſi egrotaſſet corpus eius et
in ꝯſpectu oīm ſolueret̃ inconueniens eum erat qui ſana/
ret aliorū languores habere ꝓpriū corpꝰ affectum languo
ribꝫ. Sed ⁊ ſi abſq; aliq̃ morbo alicubi ſeorſum corpꝰ de
poſuiſſet ac deinde ſe offerret nō crederet̃ ei de reſurrectō
ne diſſerenti. quō enim pateret chriſti in morte victoria
niſi coram omnibꝫ eam patiens ꝑ interruptionem corpo
ris probaſſet extinctam. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ licet dyabolus
iniuſte inuaſerit hominem tñ homo ꝓpter peccatum iuſte
erat in ſeruitute dyaboli derelictus a deo. ⁊ iō fuit ꝯueni
ens vt ꝑ iuſticiam hō a ſeruitute dyaboli liberaret̃. xp̄o ſa
tiſfaciente pro ipſo ꝑ paſſionem ſuam. Fuit etiam ꝯueni
ens hoc ad vincendam ſuperbiam dyaboli. qui eſt deſer/
tor iuſticie ⁊ amator peccati. vt xp̄s dyabolum vinceret ⁊
hominem liberaret. non ſolum ꝑ ſuam potentiam diuini
tatis. ſed etiam per iuſticiam ⁊ humilitatem paſſionis. vt
Aug. dicit. xiiij. de trinitate.

## ¶ Ad quartum ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ chriſtus non debuerit pati in cruce. veritas enī
debet reſpondere figure. ſed in figurā chriſti preceſſerūt
omnia ſacramenta veteris teſtamenti. in quibꝫ animalia
gladio necabant̃. ⁊ poſtmodum igne cremabant̃. ḡ vide
tur ꝙ chriſtus nō debuit pati in cruce. ſed magis gladio
vel igne. ¶ Preterea. Dam. dicit ꝙ chriſtꝰ non debuit
aſſumere deteſtabiles paſſiones. ſed mors crucis videtur
eſſe maxime deteſtabilis ⁊ ignominioſa. Vñ dī Sap. ij.
Morte turpiſſima ꝯdemnemꝰ eum. ḡ videt̃ ꝙ chriſtus
non debuit pati mortem crucis. ¶ Pre. de chriſto dicitur
Benedictus qui venit in noīe domini. vt patet Matthei
xxi. Sed mors crucis erat mors maledictionis. ſm illud
Deutro. xxi. Maledictus a deo eſt qui pendet in ligno. ḡ
videt̃ ꝙ non fuit ꝯueniens chriſtum crucifigi. ¶ Sed ꝯ
eſt qḋ dicitur ad Philippen. ij. Factus eſt obediēs vſq;
ad mortem. mortem autem crucis. ¶ Rñ. dō. ꝙ ꝯuenie
tiſſimū fuit chriſtum pati mortem crucis. Primo ꝓpter
exemplum ꝟtutis. dicit enim Aug. in li. lxxxiij. q. ſapien
tia dei homini eſt ad exemplum q̃ recte viueremus ſuſce
pit. pertinet aūt ad vitam rectam ea q̃ non ſunt metuen/
da non metuere. ſunt autem homines qui q̃uis mortē
ipſam non timeant genus tamen mortis horreſcunt. vt ḡ
nullum genꝰ mortis recte viuenti homini metuendū eſ
ſet illius hominis cruce oſtendendū fuit. nihil enim erat
inter omnia mortis illo genere execrabilius ⁊ formidabi/
lius. Secundo q₂ hoc genus mortis maxime ꝯueniens
erat ſatiſfactōni ꝓ peccato primi parentiſ. quod fuit ex eo
ꝙ contra mandatum dei pomum ligni vetiti ſumpſit.

Et ideo conueniens fuit ꝙ xp̄s ad ſatiſfaciendū pro pec
cato illo ſeipſum pateretur ligno affigi. quaſi reſtituens
quod adā ſubtulerat. ſcḋm illud pſal. quod non rapui tūc
exſoluebam. vnde Aug⁹. dicit in quodā ſermone de paſ
ſione. contempſit adam preceptum accipiens ex arbore.
ſed quicquid Adam perdit xp̄s in cruce iuenit. Tertia ra
tio eſt. quia vt Chriſo. dicit in ſermone de paſſione in ex
celſo ligno ⁊ non ſub tecto paſſus eſt vt etiam ipſius ae-
ris natura mundetur. ſed ⁊ ipſa terra ſimile beneficium
ſenciebat. decurrentis de latere ſanguinis ſtillatione mū
data. Et ſup illud Jo. iij. oportet exaltari filium hoīs. ex
altari audiens ſuſpenſionem intelligas in altum. vt ſan
ctificaret aerem. qui ſanctificauerat terram ambulando
in ea. Quarta ratio eſt. quia per hoc ꝙ ea moritur aſcen
ſum nobis parat in celum. vt Chriſo. dicit ⁊ inde eſt qḋ
ipſe dicit Jo. xij. ego ſi exaltatus fuero a terra omnia tra-
ham ad me. Quinta ratio eſt. quia hoc competit vniuer
ſali ſaluatiōi tocius mundi. vnde Greg. nazā. dicit ꝙ fi
gura crucis in medio contactu in quattuor extrema ptra
ſignat virtutem ⁊ prouidentiam eius qui in eo pepēdit
vbiqȝ diffuſam. Chriſo. etiam dicit. ꝙ in cruce expanſis
manibus moritur. vt altera manu veterem populum al
tera eos qui ex gentibus ſunt trahat. Sexta ratio eſt qꝛ
per hoc genus mortis diuerſe virtutes deſignantur. vn̄
Aug⁹. in li. de gratia. ve. ⁊ no. teſ. non fruſtra tale genus
mortis elegit vt latitudinis ⁊ altitudinis longitudinis ⁊
profunditatis de quibus Apo. loquitur magiſter exiſte
ret. Nam latitudo eſt in eo ligno quod trāſuerſū deſup
figitur. hoc ad bona opa pertinet. quia ibi extenduntur
manus. longitudo in eo quod ab ipſo ligno vſqȝ ad ter-
ram conſpicuū eſt. ibi enim quodammō ſtatur. id eſt pſi
ſtitur ⁊ perſeueratur quod longanimitati tribuitur. Alti
tudo eſt in ea ligni pte que ab illa que trāſuerſa figitur
ſurſū verſ⁹ relinquitur. hoc eſt ad caput crucifixi. quia be
ne ſperantium ſupna expectatio eſt. Jam vero illud ex
ligno quod fixū occultatur. vn̄ totū illud exurgit ſignat
pfunditatē gratuite gratie. Et ſic Aug⁹. dicit ſup Jo.
lignum in quo erant fixa membra pacientis etiam ad ca-
thedram fuit magiſtri docentis. Septima ratio eſt quia
hoc genus mortis plurimis figuris reſpondet. vt em̄ dic
Aug⁹. in ſermone de paſſione. de diluuio aquarum hu
manum genus archa lignea liberauit. De egypto dei po
pulo recedente moyſes mare virga diuiſit. ⁊ pharaonē
proſtrauit. ⁊ dei populū redemit. Item moyſes lignum
in aquam miſit. ⁊ amaram aquam in dulcedinem cōmu
tauit. Ex lignea virga de ſpūali petra ſalutaris vnda pro
fertur. Et vt amalech vinceretur contra virgam moyſes
expanſis manibus extenditur. Et lex dei arche teſtamēti
creditur lignee vt hijs omnibus ad lignum crucis quaſi
per quoſdā gradus veniatur. ¶ Ad. j. ḡ dōm ꝙ altare
holocauſtorum in quo ſacrificia animalium offerebant
erat factum de lignis vt habetur Exo. xxvi. ⁊ quantū ad
hoc veritas reſpondet figure. non aūt oportet ꝙ quantū
ad omnia. quia iam non eſſet ſimilitudo. ſed veritas. vt
Dam. dicit in. iij. libro. ſpecialiter tn̄. vt Chriſo. dicit nō
caput ei amputatur vt Jobi. neqȝ ſectus eſt vt yſayas vt
corpus integrum ⁊ indiuiſibile morti ſeruet ⁊ non fiat oc
caſio volentibus eccleſiam diuidere. loco autem materia
lis ignis fuit in holocauſto criſti ignis charitatis. ¶ Ad
ij. dōm ꝙ xp̄s deteſtabiles paſſiones aſſumere renuit q̄
pertinebant ad defectum gratie vel ſcientie aut etiā vir
tutis. non autem illas que pertinent ad iniuriam ab ex

teriori illatam quinymo. vt dicitur ad Heb. xij. ſuſtinuit
crucem. confuſione contempta. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut
Aug⁹. dicit. xiiij. contra fauſtum peccatum maledictum ē
⁊ per conſequēs mors et mortalitas. ex peccato ꝓueniēs
caro autem xp̄i fuit mortalis ſimilitudinem habens car
nis peccati. ⁊ propter hoc moyſes eā nominat maledictū
ſicut ⁊ Apl's. nominat eam peccatum dicens. ij. Cor. v.
eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fe-
cit. ſed per penā peccati. nec ideo maior inuidia eſt quia
dixit maledictus eſt a deo. niſi enim deus peccatū odiſ
ſet. non ad eam ſuſcipiendam atqȝ tollendam filium ſu-
um mitteret. confitere ergo maledictū ſuſcepiſſe pro no
bis quem confiteris mortuū eſſe pro nobis. vn̄ ad Gal.
iij. dicitur xp̄s nos redemit de maledicto legis. factus ꝓ
nobis maledictus.

## Ad quintum ſic procedit

Videt ꝙ xp̄s omnes paſſiones ſuſtinuerit. dicit enim
Hyla. x. de tri. vnigenitus dei ad peragendū mortis ſue
ſacramentum conſumaſſe in ſe omne humanorum gen⁹
paſſionem teſtatur. cum inclinato capite emiſit ſpiritū
videtur ergo ꝙ omnes paſſiones humanas ſuſtinuerit.
¶ Pre. Eſa. lij. dr̄. ecce itelliget ſeruus me⁹. ⁊ exaltabitur
⁊ eleuabitur. ⁊ ſublimis erit valde. ſcut obſtupuerunt ſu-
per eum multi ſic inglorius erit inter viros aſpectus ei⁹
⁊ forma eius inter filios hominum. ſed xp̄s eſt exaltatus
ſcḋm hoc ꝙ habuit omnem gratiam. ⁊ omnem ſcientiā
pro quo ſunt eo multi ammirantes obſtupuerunt. ergo
videtur ꝙ inglorius fuerit ſuſtinendo omnē paſſionem
humanam. ¶ Pre. xp̄i paſſio ordinata eſt ad liberatio-
nem hominis a peccato vt ſupra dictum eſt. ſed xp̄us ve
nit liberare hoīes ab omni peccatorum genere. ḡ debuit
pati omne genus paſſionum. Sed contra eſt quod dici
tur Jo. xix. milites primi quidem fregerunt crura. ⁊ alte
rius qui crucifixus eſt cum eo. ad iheſū aūt cum veniſ-
ſent nō fregerunt eius crura. non ergo paſſus eſt omnē
humanam paſſionem. ¶ Rn̄. dōm ꝙ humane paſſiōes
poſſunt conſiderari tripliciter. Vno modo q̄tum ad ſpe-
ciem. ⁊ ſic nō oportuit xp̄m pati omnem humanā paſſio
nem. quia multe paſſionum ſpecies ſibi inuicem contra
riantur. ſicut combuſtio in igne. ⁊ ſubmerſio in aqua. lo-
quimur enim nunc de paſſionibus ab extrinſeco illatis.
quia paſſiones ab intrinſeco cauſatas ſicut ſunt egritudi
nes corpales non decuit eum pati. vt ſupra dictum eſt.
Sed ſcḋm genus paſſus eſt omnē paſſionem humanam.
Quod quidem poteſt tripliciter conſiderari. vno modo
ex parte hominum. paſſus eſt enim aliquid ⁊ a gentibuſ
⁊ a iudeis. ⁊ a maſculis ⁊ a feminiſ. vt patet de ancillis ac
cuſantibus petrum. ⁊ etiam a principibus ⁊ a miniſtris
eorum. ⁊ popularibus. ſcḋm illud. pſ. quare fremuerūt gē
tes. ⁊ po. me. ſunt inania. aſtiterunt reges terre. ⁊ princi-
pes conuenerunt. ⁊c. paſſus eſt etiā a familiaribus ⁊ no-
tis. ſicut patet de iuda eum prodente. ⁊ petro ipſum ne-
gante. Alio modo patet idem ex parte eorum in quib⁹ ho
mo pōt pati. paſſus eſt enī xp̄s in ſuis amicis eū deſerē-
tibus in fama per blaſphemias cōtra eum dictas. in ho-
nore ⁊ gloria. ṗ irriſiōes ⁊ ꝯtumelias ei illatas. in rebus
ṗ hoc ꝙ veſtibus eſt ſpoliatus. in anima per triſticiam te
dium ⁊ timorem. in corpore ṗ vulnera ⁊ flagella. Tertio
poteſt conſiderari q̄tum ad corpis mēbra. paſſus ē em̄
xp̄s in capite pungētium ſpinarum coronā. in manib⁹ et
pedib⁹. fixionē clauorū in facie alapas ⁊ ſputa. et in toto

corpꝫe flagella. Fuit etiã paſſus ſcḋm omnẽ ſenſum corpeũ ſcḋm tactũ quidem flagellatus ⁊ clauis ꝯfixus. ſcḋm guſtuꝫ felle ⁊ aceto potatus. ſcḋm olefactũ in loco fetido cadauerũ mortuoꝝ qui dicit̃ caluarie appenſus patibulo. ſcḋm auditum laceſſitus vocibus blaſphemãcium. ⁊ irridenciũ. ſcḋm viſum videns matrẽ ⁊ diſcipulũ quem diligebat flentes ¶ Ad .j. ḡ dicḋm ꝙ verbum illud Hylarij eſt intelligẽdũ quãtum ad omnia genera paſſionũ. non quantũ ad omnes ſpecies. ¶ Ad .ij. dicḋm ꝙ ſimilitudo ibi attendit̃ nõ quãtum ad numerũ paſſionũ ⁊ gratiarũ. ſed quantũ ad magnitudinẽ vtriuſqꝫ quia ſicut ſublimat⁹ eſt in donis grãrum ſuꝑ alios ita deiectus eſt infra alios ꝑ ignominoſã paſſionẽ. ¶ Ad iij. dicḋm ꝙ ſcḋm ſufficiẽciam vna minima paſſio xp̄i ſufficiebat ad redimendũ genus humanum ab omnibus peccatis. ſed ſcḋm ꝯueniẽciã conueniens fuit ꝙ pateretur oĩa genera paſſionũ ſicut iam dictũ eſt.

## Ad ſextum ſic proceditur

Uidetur ꝙ dolor paſſionis xp̄i non fuerit maior omnibꝫ alijs doloribus. dolor enim pacientis augetur ſcḋm grauitatẽ ⁊ diuturnitatem paſſionis. ſed quidã martires grauiores paſſiones ⁊ diuturniores ſuſtinuerunt quam xp̄s vt patet de laurencio qui aſſatus eſt in craticula. ⁊ de vincencio cuius carnes ſunt vngulis lacerate ferreis. ḡ videt̃ ꝙ dolor xp̄i pacientis non fuerit maximus. ¶ Preterea. virtus mentis eſt mitigatiua doloris in tantum ꝙ ſtoyci poſuerũt triſticiam in animo ſapientis non cadere. Et ariſtote. poſuit ꝙ virtus moralis mediũ tenet in paſſionibꝫ ſed in xp̄o fuit ꝑfectiſſima virtus mentis ḡ videtur ꝙ in xp̄o fuerit minimus dolor. ¶ Preterea. quãto quid paciẽs ẽ magis ſenſibile tanto maior ſequitur dolor paciẽtis ſed anima eſt ſenſibilior ꝙ̃ corpus cum corpus ſẽciat ex aĩa. adam etiã in ſtatu innocencie videtur corpus ſenſibilius habuiſſe ꝙ̃ xp̄s qui aſſũpſit corpus humanũ cũ naturalibus defectibus. ḡ videtur ꝙ dolor aĩe pacientis in purgatorio vel in inferno vel etiaꝫ dolor ade ſi paſſus fuiſſet maior fuiſſet ꝙ̃ dolor paſſionis xp̄i. ¶ Preterea. maioris boni amiſſio cauſat maiorẽ dolorem. ſed peccator peccando amittit maius bonum ꝙ̃ xp̄s paciendo. quia vita gratie eſt melior ꝙ̃ vita nature. xp̄us ḡ qui amiſit vitaꝫ nature poſt triduũ reſurrecturus minus videt̃ aliquid amiſiſſe quã illi qui amittunt vitã in morte ꝑmanſuri. ḡ videt̃ ꝙ dolor chriſti nõ fuerit maximus dolor. ¶ Preterea. ĩnocẽcia paciẽtis diminuit dolorem paſſionis. ſed xp̄s innocenter eſt paſſus ſcḋm illud Hiere. xj. ego aũt quaſi angn⁹ mãſuetus qui portatur ad victimã. ḡ videtur ꝙ dolor paſſionis xp̄i non fuerit maximus. ¶ Preterea. in hijs que xp̄i ſũt nihil fuit ſupfluũ. ſed minimus dolor xp̄i ſuffeciſſet ad ſaluteꝫ humanã. habuiſſet enim infinitã virturẽ ex ꝑſona diuina ḡ ſupfluum fuiſſet aſſumere maximũ dolorem. ¶ Sed contra eſt quod habetur Treñ. iij. ex ꝑſona xp̄i attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Reſpondeo dicḋm ꝙ ſicut ſupra dictũ eſt cũ de defectibꝫ a xp̄o aſſumptis ageret̃ In xp̄o paciente fuit verus dolor ⁊ ſenſibilis. qui cauſatur ex corꝑali nociuo. ⁊ dolor interior q̇ cauſat̃ ex apprehenſiõe alicuius nociui qui triſticia d̃r vterqꝫ autem dolor in xp̄o fuit maximus inter dolores p̄ñtis vite. Quod quidẽ contingit ꝓpter quatuor. Primo quidem ꝓpter cauſas doloris. nam doloris ſenſibilis cauſa fuit leſio corꝑalis. que acerbitatem habuit. tum ꝓpter generalitatẽ paſſionis de qua dictũ eſt. tum etiam ex genere paſſionis. quia mors cõfixorũ in cruce eſt acerbiſſima. quia cõfiguntur in locis neruoſis ⁊ maxime ſẽſibilibꝫ. ſcilicet in manibus ⁊ pedibus et ipſũ pondus corꝑis pendẽtis continue auget doloreꝫ. hic eſt etiã doloris diuturnitas. quia non ſtatim moriunt̃ ſicut hij qui ſunt gladio interfecti. Doloris autem interioris cauſa fuit. Primo quidem omnia peccata humani generis. ꝓ quibus ſatiſfaciebat paciendo. vnde ea quaſi ſibi aſcribit dicens in p̄s. verba delictoꝝ meoꝝ. Secũdo ſpecialiter caſus iudeorum. ⁊ aliorum in eius mortem delinquenciũ. ⁊ precipue diſcipuloꝝ qui ſcandalũ paſſi fuerant in xp̄i paſſione. Tercio etiã amiſſio vite corꝑalis que naturaliter eſt horribilis humane nature. Secũdo pōt magnitudo conſiderari ex ꝑceptibilitate paciẽtis. nã et ſcḋm corpus erat optime complexionatus cum corpus eius fuerit formatum miraculoſe oꝑatione ſpiritus ſancti. ſicut ⁊ alia que per miracula facta ſunt. ſunt alijs pauciora vt Chryſo. dicit de vino in quod aquã conuertit in nupcijs. et ideo in eo maxime viguit ſenſus tactus ex cuius ꝑceptõne ſequitur dolor. Anima etiã ſcḋm vires interiores efficaciſſime apprehendit oẽs cauſas triſticie. Tercio magnitudo doloris xp̄i paciẽtis poteſt conſiderari ex doloris puritate. Nam in alijs paciẽtib⁹ mitigat̃ triſticia interior ⁊ etiã dolor exterior ex aliqua cõſideratione rationis ꝑ quãdam deriuationem ſeu redũdanciam a ſuꝑioribus viribus ad inferiores. quod in xp̄o paciente non fuit. vnicuiqꝫ eñi virium ꝑmiſit agere quod ſibi eſt ꝓpriũ. vt Dam. dicit. Quarto poteſt cõſiderari magnitudo paſſionis ⁊ doloris xp̄i pacientis ex hoc ꝙ paſſio illa et dolor a xp̄o fuerunt aſſumpta ꝓpter finem liberationis hominũ a peccato. et ideo tantam quantitatẽ doloris aſſumpſit ꝙ eſſet ꝓporcionata magnitudini fructus qui inde ſeq̇batur Ex hijs ḡ omnibus cauſis ſimul conſideratis manifeſte apparet ꝙ dolor xp̄i fuit maximus. ¶ Ad primũ ergo dicḋm ꝙ ratio illa ꝓcedit ex vno tantum predictoꝝ ſcꝫ ex leſione corꝑali. que eſt cauſa ſenſibilis doloris. ſed ex alijs cauſis multo magis dolor xp̄i paciẽtis auget̃ vt dictũ ẽ. ¶ Ad ij. dicẽdum ꝙ virtus moralis aliter mitigat triſticiã interiorem. ⁊ aliter exteriorem dolorem ſenſibilẽ. Triſticiam enim interiorem diminuit directe in ea mediũ conſtituendo ſicut in ꝓpria materia. mediũ autem in paſſionibꝫ virtus moralis cõſtituit vt in ſcḋa ꝑte habitum eſt non ſcḋm quantitatem rei. ſed ſcḋm quantitatem ꝓporcionis. vt ſcilicet paſſio non excedet regulam rationis. ⁊ quia ſtoyci putabant ꝙ nulla triſticia eſſet ad aliq̇d vtilis ideo credebãt ꝙ totalit̃ a rõne diſcordaret. ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ total̃r ẽet ſapiẽti vitãda. ſed ſcḋm rei veritatẽ triſticia aliqua laudabilis eſt vt Aug⁹ ꝓbat. xiiij. de ci. dei qñ ſcꝫ ꝓcedit ex ſancto amore. vtputa cum aliquis triſtatur de peccatis ꝓprijs vel alienis. aſſumitur etiam vt vtilis ad finẽ ſatiſfactionis ꝓ peccato ſcḋm illud .ij. Cor. vij. que ſcḋm deum eſt triſticia penitentiam in ſalutem ſtabilem oꝑatur. ⁊ ideo vt ſatiſfaceret xp̄s ꝓ peccatis omnium hoĩm aſſumpſit triſticiam maximam in quantitate abſoluta non tñ excedentẽ regulã rationis. Dolorem aũt exteriorem ſenſus virtus moralis directe non minuit. quia talis dolor non obedit rationi. ſed ſequitur corꝑis naturam diminuit tñ ipſam indirecte per redũdanciam a ſuꝑioribus viribus ĩ inferiores quod in chriſto non fuit vt. d. eſt. ¶ Ad iij. dicḋm ꝙ dolor anime ſeꝑate pacientis ꝑtinet ad ſtatuꝫ future dampnationis qui excedit omne malum huius vite. ſicut ſanctoꝝ gloria excedit omne bonum preſentis vite. vnde cum diximus chriſti dolorem eſſe maximum non comparam⁹ ipſum dolori anime ſeꝑate Corpus autem ade non pote

rat pati niſi peccaret. et ſic fieret mortale ⁊ paſſibile et minus doleret ꝓpter rationes predictas. ex quibꝰ etiã apparet ꝙ etiam ſi per impoſſibile ponatur ꝙ adam in ſtatu innocentie paſſus fuiſſet minor fuiſſet eius dolor ꝙ̃ xp̃i. ¶ Ad .iiij. dicendum ꝙ xp̃s non ſolũ doluit ꝓ amiſſione vite corpalis ꝓprie. ſed etiã ꝓ peccatis oĩm aliorum. qui dolor in xp̃o exceſſit omnẽ dolorem cuiuſlibet contriti. tũ quia ex maiore ſapientia ⁊ caritate ꝓceſſit ex quibus dolor cõtritionis augetur. tum etiã quia ꝓ oĩm peccatis ſil' doluit. ſm illud Eſa. liij. vere dolores noſtros ipſe tulit. Vita autẽ corpalis xp̃i fuit tante dignitatis ⁊ precipue ꝓpter dignitatẽ vnitam ꝙ de amiſſione eius etiã ad horã magis eſſet dolendũ ꝙ̃ de amiſſione alterius hominis ꝑ quodcũq̧ tempus. vnde etiã phs dicit. iij. ethi. ꝙ virtuoſus plus diligit vitam ſuã. quãto ſcit eã eſſe meliorem et tamen eam exponit ꝓpter bonũ virtutis. et ſimilit' xp̃s vitam ſuã maxime dilectam expoſuit ꝓpter bonum caritatis. ſm illud Hiere. xij. dedi dilectã animam meam in manibus inimicorum eius. ¶ Ad .v. dicendum ꝙ innocencia pacientis minuit dolorem paſſionis quantum ad numerum. q2 dum nocẽs patit' dolet non ſolũ de pena ſed etiam de culpa. innocens autẽ ſolum de pena. qui tñ dolor eo auget' ex innocencia. inquantũ apprehendit nocumentũ illatũ vt magis indebitũ. vnde ⁊ alij magis ſunt etiã reprehẽſibiles ſi eis ñ cõpaciunt'. ſm illud Eſa. lvij. iuſtꝰ autẽ perit et non eſt qui recogitet in corde ſuo. ¶ Ad .vj. dicendum ꝙ xp̃s voluit genus humanũ a peccato liberare non ſolũ poteſtate ſed etiã iuſticia ⁊ ideo non ſolũ attendit quantã virtutẽ dolor eius haberet ex diuinitate vnita. ſed etiam quantum dolor eius ſufficeret ſm naturam humanã ad tantam ſatiſfactionem.

## Ad ſeptimũ ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ xp̃s non fuerit paſſus ſm totam aĩam. anima enim patitur paciẽte corpe ꝑ accidens inquan tñ ẽ corporis actus ſed anima nõ eſt corporis actus ſm quamlibet partem eius. nam ĩtellectus nullius corporis actus ẽ. vt dicit' i. iij. de anima. ergo videtur ꝙ xp̃s nõ fuerit paſſus ſm totã aĩam. ¶ Preterea quelibet potencia anime patit' a ſuo obiecto. ſed ſuperioris ptis rationis obiectũ ſunt rationes eterne quibꝰ inſpiciẽdis et conſulẽdis intẽdit vt Augꝰ dicit. xij. de tri. Ex rationibus autẽ eternis nullum potuit xp̃s pati nocumentũ cum in nullo ei contrarient'. ergo videtur ꝙ non fuerit paſſus ſm totam animam. ¶ Preterea quãdo paſſio ſẽſibil' vſq̧ ad rationem ptingit tunc dicitur plena paſſio. que ĩ xp̃o ñ fuit vt Hiero. dicit ſed ſolũ ꝓpaſſio. vnde ⁊ Dyo. dicit in epiſtola ad iohannẽ euãgeliſtam. ꝙ paſſiones ſibi illatas paciebat' ſm iudicare ſolũ. non ergo videt' ꝙ xp̃s ſm totam animã pateretur. ¶ Preterea paſſio dolorem cauſat ſed intellectui ſpeculatiuo non ineſt dolor. q2 dilectioni que eſt in eo quod eſt conſiderare nulla triſticia opponit' vt phs dicit in. j. topicorũ. ergo videt' ꝙ chriſtus nõ pateretur ſm totã animam. ¶ Sed contra eſt quod in ps. dicit' ex pſona xp̃i. repleta ẽ malis anima mea. gloſa nõ vicijs ſed doloribus. quibus anima carni cõpatitur vel malis ſcilicet pereuntis populi cõpaciendo. Non autẽ fuiſſet aĩma eius hijs malis repleta ſi non ſm totã animã paſſus eſſet. ergo xp̃s ſm totam animã eſt paſſus. ¶ Rñ. dicendum ꝙ totum dicitur reſpectu partiũ. ptes autẽ anime dicunt' reſpectu potencie eius. ſic ergo dicitur aĩa tota pati inquantũ patit' ſm ſuam eſſenciã vel inquãtũ ſm omnes ſuas potencias patitur. Sed conſiderandũ ẽ. ꝙ aliqua potẽcia anime poteſt pati dupliciter. Vno modo paſſione ꝓpria que quidẽ eſt ſm ꝙ patitur a ſuo obiecto. ſicut ſi viſus paciatur ex ſuperhabundãcia viſibilis. Alio modo patit' aliqua potencia paſſione ſubiecti ſuper quod fundatur ſicut patit' viſus paciẽte ſenſu tactus in oculo ſuper quem fundat'. puta cũ oculus pungitur aut etiã diſtẽperatur per calorẽ. Sic ergo dicendũ. ꝙ ſi intelligamus totã animam rõe ſue eſſencie ſic manifeſtum eſt totã animam xp̃i paſſam eſſe. nam tota eſſencia anime coniũgitur corpi. ita ꝙ tota eſt in toto. ⁊ tota in qualibet parte eius. ⁊ ideo corpore paciẽte ⁊ diſpoſito ad ſeparatõem ab anima tota aĩa paciebat'. Si vero intelligamus totam aĩam ſm omnes ſuas potencias. ſic loquendo de paſſionibus ꝓprijs potenciarum paciebatur quidẽ ſm omnes vires quia in ſingulis viribus inferioribꝰ anime que circa corpalia operant' inueniebat' aliquid quod erat cauſa doloris xp̃i. ſicut ex ſupra dictis patet. Sed ſm hoc ſuperior ratio nõ paciebatur in xp̃o ex parte ſui obiecti ſcilicet dei qui non erat anime xp̃i cauſa doloris ſed delectatiõis et gaudij. Secũdum autẽ illũ modum paſſionis quo potẽcia aliqua dicitur pati ex parte ſui obiecti. ſic omnes potẽcie aĩe chriſti paciebantur. omnes enim potẽcie aĩe xp̃i radicant' in eſſencia eius. ad quam ꝑueniebat paſſio. paſſio corpore cuius ẽ actus. ¶ Ad .j. ergo dicendum ꝙ licet intellectꝰ ſm ꝙ eſt potencia quedã non ſit actus corporis eſſencia tñ anime xp̃i eſt corporis actus in qua radicatur potẽcia intellectiua. vt in prima parte dictum ẽ. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ illa rõ procedit de paſſione que ẽ ex parte ꝓprij obiecti ſm ꝙ ſuperior rõ in xp̃o paſſa non fuit. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ dolor tunc dicitur paſſio pfecta ꝑ quam aĩa perturbatur quñ paſſio ſenſitiue ptis pertingit vſq̧ ad ĩmutandã rõnem a rectitudine ſui actus vt ſequatur paſſionem et non habeat liberum arbitrium ſuper eam. Sic autẽ paſſio ſenſitiue ptis non peruenit in xp̃o vſq̧ ad rationem. ſed ex parte ſubiecti vt dictũ eſt. ¶ Ad .xij. dicendum ꝙ intellectus ſpeculatiuus nõ poteſt habere dolorem vel triſticiam ex parte ſui obiecti. quod ẽ verum abſolute conſideratũ quod eius perfectio. poteſt tñ ad ipſum ptinere dolor vel cã doloris ꝑ modũ iã dictum.

## Ad octauum ſic procedit'

Videt' ꝙ aĩa chriſti in articulo illius paſſionis nõ tota frueretur fruitiõe beata. impoſſibile ẽ enim ſimul dolere ⁊ gaudere. cum dolor ⁊ gaudiũ ſint contraria ſed aĩa xp̃i tota ꝙ paciebat' dolorẽ in tẽpe paſſiõis. vt ſuperius habitũ ẽ. nõ ergo poterat eẽ vt tota frueret'. ¶ Preterea phs dicit in .vij. ethi. ꝙ triſticia ſi ſit vehemẽs nõ ſolũ impedit contrariam delectatõem ſed quãcunq̧ ⁊ econuerſo. dolor autẽ paſſionis xp̃i fuit maximus vt oſtenſũ ẽ. ⁊ ſil'r delectatõ fruitõnis eſt maxima vt in prima ſcde ptis habitũ ẽ nõ ergo potuit eſſe ꝙ anĩa tota xp̃i ſimul pateret' ⁊ frueret'. ¶ Preterea fruitõ beata eſt ſm cognitõnem ⁊ amorẽ diuinorum vt patet ꝑ Augu. in .j. de doct. chri. ſed non omnes vires aĩe attingunt ad cognoſcẽdũ ⁊ amandũ deũ. non ergo tota aĩa chriſti fruebat'. ¶ Sed contra ẽ quod Dama. dicit in iij. li. ꝙ diuinitas xp̃i ꝑmiſit carni agere ⁊ pati quedam ꝓpria ergo pari rõne cũ ꝓpriũ eſſet aĩe xp̃i inquãtũ erat beata ꝙ fruebat' paſſio eius fruitõnem non impediebat. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt prius tota anima poteſt intelligi ⁊ ſm omnes eius potencias. ſi autem intelligatur ſm eſſenciam ſic tota anima fruebat'. in quantum eſt ſubiectũ ſuperioris ptis anime cuius eſt frui diuinitate. vt ſicut paſſio ratione eſſentie attribuitur ſuperiori parti anime ita econuerſo fruitio ratiõe ſuperioris partis anime attribuit' eẽntie

Si vero accipiam⁹ totā aīaꝫ vō͂e oīm potēciaꝝ eī⁹ ſic non tota aīa fruebatᷣ. nec directe quidē. quia fruitō nō poteſt eē act⁹ cuiuſlibet ptis aīme. nec per redūdanciā quia dūꝫ xp̄s viator erat nō fiebat redundātia glorie a ſupiori parte in inferiorem nec ab anima in corpus. ſed quia nec econuerſo ſupior ps aīe īpediebatᷣ circa id quod eſt ſibi ꝓpriū per inferiorē ꝯſequens eſt ꝙ ſupior ps anime ꝑfecte fruebatur xp̄o paciēte. ¶ Ad .j. ḡ dōm ꝙ gaudiū fruitionis non ꝯtrariatur directe dolori paſſionis. q2 non ſūt de eodem. nihil em̄ ꝓhibet cōtraria eidem ineſſe non ſm̄ idē ꝛ ſic gaudiū fruitōnis pōt ꝑtīere ad ſupiorē ptē rōnis ꝑ ꝓpriū actum. dolor aūt paſſionis ex pte corpis cui⁹ eſt forma. gaudiū vero fruitōnis ex parte anime cui ſubiciᷣ. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ verbū illud phī habet veritatē rōne redūdantie que naturaliter fit ab vna potencia anime in aliam ſed hoc in xp̄o non fuit vt ſup dictū eſt. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ratio illa procedit de totalitate anime quantum ad eius potencias.

## ¶ Ad nonum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ xp̄s non fuit cōuenienti tempe paſſus. paſſio enim xp̄i figurabatᷣ per ymolationem agni paſcalis. vn̄ ꝛ Apl's. dicit p̄ma corinth. v. paſca noſtrū ymolat⁹ ē chriſtus. ſed agnus paſcalis ymolabatᷣ. xiiij. die ad veſpaꝫ vt diciᷣ Exo. xij. ḡ videtur ꝙ xp̄s tunc debuerit pati. quod patet eſſe falſū. naꝫ tūc paſca cum ſuis diſcipulis celebrauit. ſm̄ illud Matt. xv. primo die azimoꝝ qn̄ paſca ymolabāt. ſequēti aūt die paſſus fuit. ¶ Pre. paſſio xp̄i diciᷣ eius exaltatō ſꝫ illud Jo. iij. oportet exaltari filiū hoīs ipſe aūt xp̄s diciᷣ ſol iuſticie vt patet Malach. vlt. ḡ videtur ꝙ debuit pati hora ſexta quādo ſol eſt in maxima ſua exaltatione. Cuius cōtrariū videᷣ ꝑ id quod diciᷣ Matt. xxv. erat aūt hora tercia. ꝛ crucifixerūt euꝫ. ¶ Pre. ſicut ſol in hora ſexta maxime exaltatᷣ quolibet die. ita ꝛ in ſolſticio eſtiuali maxime exaltatᷣ quolibet anno. Debuit ḡ xp̄s magis pati circa tēpus ſolſticij eſtiualis q̄ꝫ circa tēp⁹ equinoxij vernalis. ¶ Pre. per p̄ntiam chriſti in mūdo mundus illuminabatᷣ ſm̄ illud Jo. ix. quādiu ſū in mūdo lux mundi ſuꝫ. Conueniens. ergo fuiſſet humane ſaluti vt diucius in hoc mundo vixiſſet ita ꝙ non pateretᷣ in iuuenili etate. ſed magis in ſenili. ¶ Sed contra ē quod diciᷣ Jo. xiij. ſciens Jeſ⁹. ꝙ venit hora ei⁹ vt tranſeat de hoc mundo ad patrē. Et ibi. ij. dicit non duꝫ venit hora mea. vbi dicit Augu. tantū fecit quantū ſufficere iudicauit venit hora eius non neceſſitatis ſed volūtatis nō contradictionis ſed voluntatis. igitur conuenienti tēpore paſſus eſt. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū eſt. paſſio xp̄i ſubiecta erat eius voluntati volūtas aūt eius regebatᷣ diuina ſapīa que omnia conuenienter et ſuauiter diſponit vt diciᷣ Sap. viij. ꝛ ideo dōm eſt ꝙ cōuenienti tempe paſſio xp̄i celebrata eſt. vnde ꝛ in lib. q̄ſtionum. ve. ꝛ no. teſ. dr omnia ꝓprijs locis ꝛ tpibus geſſit ſaluator. ¶ Ad .j. dō. ḡ ꝙ quidam dicūt xp̄m paſſū fuiſſe. xiiij. luna quādo iudei paſca ymolabāt. vnde ꝛ Jo. xviij. dr ꝙ iudei nō introierūt in pretoriū pilati ipſo die paſſionis vt non contaminarentᷣ. ſed vt manducarēt paſca. vbi Criſo. dicit ꝙ tunc iudei faciebāt paſca ipſe vero ante vnaꝫ diem celebrauit paſca reſeruās ſuā occiſionē ſexte ferie. qn̄ ver⁹ paſca fiebat cui videtur ꝯſonare quod diciᷣ Jo. xiij. ante diē feſtū paſce xp̄s facta cena pedes diſcipuloꝝ lauit. Sed contra hoc videtur eſſe quod dr Matt. xxvj. ꝙ p̄ma die azimoꝝ acceſſerunt diſcipuli ad iħꝫ. dicentes vbi vis paremus tibi ꝯmedere paſca ꝛc. ex quo patet. cum primus dies azimorū dicatᷣ. xiiij. dies mēſis primi quādo agnus ymolabatᷣ ꝛ luna pleniſſima eſt vt Hiero. dicit. xiiij. luna xp̄m cenam feciſſe. ꝛ. xv. eum paſſū fuiſſe. Et hoc expreſſius manifeſtatᷣ per illud quod dicitur Mar. xiiij. prima die azimorū quando paſca ymolabant. Et Lu. xxij. venit dies azimoꝝ in quo neceſſe erat occidi paſca. Et ideo quidam dicunt ꝙ xp̄s die conuenienti. id eſt. xiiij. luna cum diſcipulis ſuis manducauit paſca demōſtrās ꝙ vſq₃ ad vltimū diē non erat ꝯtrari⁹ legi. vt Chri. dicit Sed iudei occupati circa procuratōnem mortis xp̄i contra legē celebrationem paſce in craſtinū diſtulerūt ꝛ ꝓpter hoc de hijs diciᷣ ꝙ in die paſce noluerūt intrare p̄toriū vt nō cōtaminarēt. ſed manducarēt paſca. Sed nec illud videᷣ eſſe ꝯſonū verb Mar. dicētis p̄mo die azimoꝝ quādo paſca ymolabant. ſimul ḡ xp̄s ꝛ iudei vetus paſca celebrauerūt et ſicut Be. dicit ſup marcū licet xp̄s qui ē paſca noſtruꝫ ſit crucifix⁹ ſequēti die. hoc ē. xv luna hac tn̄ nocte q̄ agn⁹ ymolabatᷣ corpis ſāguiniſq₃ ſui diſcipulis tradēs celebrāda miſteria ꝛ a iudeis vetus ꝛ alligat⁹ ipſi⁹ ymolationis hoc ē paſſionis ſue ſacrauit exordiū. Cū aūt dr Jo. xiij. ante diē feſtū paſce itelligiᷣ hoc fuiſſe. xiiij. luna quod tunc euenit feria quīta. Nā luna exñte quītadecima erat dies ſolēpniſſim⁹ paſce apud iudeos ꝛ ſic eūdē diē quē Jo. nōiat ante feſtū paſce ꝓpter diſtictōem naturalē dieruꝫ Matt. notat primū diem azimoꝝ quia ſm̄ ritū iudaice feſtiuitatis ſolemnitas incipiebat a veſpa diei p̄cedentis ꝙ aūt dr eos ꝯmeſturos eē paſca in. xv. luna intelligēdū ē ꝙ ibi paſca non dr agnus paſcalis qui ymolatus fuerat xiiij. luna. ſed dr cibus paſcalis id eſt azimi panes quos oportebat ꝯmedi a mūdis. vn̄ Cri. ibi aliā expoſitōnem ponit ꝙ paſca poteſt accipi ꝓ toto feſto iudeorum. quod ſeptē diebus agebatur ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ſicut dicit Aug⁹ in li. de concor. euange. hora erat quaſi ſexta cum tradit⁹ eſſet dn̄s crucifigēdus a pilato vt Jo. dicit nō enim erat plena ſexta ſꝫ quaſi ſexta. i. ꝑacta quīta. ꝛ aliquid de ſexta eſſe inceperat donec cōpleta ſexta xp̄o pēdēte in cruce tenebre fierēt Intelligiᷣ aūt fuiſſe hora tercia cū clamauerūt iudei vt dn̄s crucifigeretᷣ. Et veraciſſime demōſtratur tunc eos crucifixiſſe qn̄ clamauerūt. ḡ nec q̄ſquā cogitationem tante criminis a iudeis auerſus in milites ꝯuerteret erat īquit hora tercia ꝛ crucifixerūt eū. vt illi potī⁹ crucifixiſſe inueniantur qui hora tercia vt crucifigeretur clamauerunt quāq₃ nō deſinit qui paſceue quā Jo. ꝯmemorat dicens erat autē paſceue hora quaſi ſexta. vt horā diei terciaꝫ velit intelligi. paſceue quippe interpretatᷣ preparatio. verum autē paſca quod in paſſione domini celebratᷣ incepit preparari ab hora noctis nona quādo ſcilicet omēs principes ſacerdotū dixerūt. reus eſt mortis. Ab illa ergo hora noctis vſq₃ ad chriſti crucifixionem occurrit hora ꝑaſceue ſexta ſm̄ Johannem et hora tertia diei ſm̄ Marcum. Quidam tamen dicunt ꝙ hec diuerſitas ex peccato ſcriptoris contingit apud grecos. nam figure quibus tria ꝛ ſex repreſentātur ſatis ſunt propinque apud eos. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ſicut dicitur in libro de q̄ſtio no. ꝛ ve. teſ. voluit dominus mundū paſſione ſua redimere et reformare quando eum creauerat. id eſt in equinoctio et tunc dies ſup noctem increſcit. quia ꝑ paſſionem ſaluatoris a tenebris ad lucem ꝑducimur. Et quia perfecta illuminatō erit in ſecūdo aduentu chriſti ideo tempus ſecundi aduentus eſtati ꝯpatur. Matt. xxiiij. vbi diciᷣ. cum ramus eius iam tener fuerit et folia nata ſcitis, quia pro-

pe eſt eſtas. ita et vos cum videritis omnia hec ſcitote qꝛ ꝓpe eſt ⁊ in ianuis. ⁊ tunc etiā erit maxima chriſti exaltatō. ¶ Ad. iiij. dōz ꝙ xp̄s in iuuenili etate pati voluit ꝓpter tria. Primo vt ex hoc magis ſuam dilectionem commendaret ꝙ vitam ſuam ꝓ nobis dedit qn̄ erat in perfectiſſimo ſtatu. Secūdo quia nō cōueniebat vt in eo appareret nature diminutio. ſicut nec morbus vt ſupra dictum eſt. Tertio vt in iuuenili etate moriens ⁊ reſurgens futurā reſurgentiū qualitatem in ſeipſo xp̄s p̄monſtraret vnde dicitur ad Ephe. iiij. donec occurramus omnes in vnitate fidei ⁊ agnitionis filij dei ī virum perfectum in menſuram etatis plenitudinis chriſti.

## Ad decimum ſic ꝓcedit.

Videtur ꝙ non conuenienti loco xp̄s paſſus fuerit. xp̄s enim paſſus eſt ſm̄ carnem humanā. que quidē cōcepta fuit ex virgine in nazaret. ⁊ nata in bethleem. ergo videtur ꝙ non in hieruſalē ſed in nazareth vel bethleez pati debuerit. ¶ Pre. veritas debet reſpōdere figure. ſz paſſio xp̄i figurabaṫ per figuras veteris legis ⁊ ſacrificia. ſed hmōi ſacrificia offerebātur in templo. ergo etiā xp̄s in tēplo pati debuit ⁊ nō extra portā ciuitatis. ¶ Pre. medicina debet morbo reſpondere. ſed paſſio xp̄i fuit medicina cōtra peccatum ade. adam autē non fuit ſepultus in hieruſalem ſed in ebron. dicitur eñ Joſue. xiiij. nomē ebron antea vocabaṫ chariatthire. adaz maxim⁹ ibi in terra enachi ſitus erat. ¶ Sed contra eſt quod dicitur. Lu. xiij. nō capit ꝓphetā perire extra iheruſalē. Conuenienter ergo extra iheruſalem paſſus eſt. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut dicitur in li. lxxxiij. q̄ſtio. omnia ꝓprijs locis ⁊ tꝑibus geſſit ſaluator. qꝛ ſicut omnia tp̄a ſunt in manu eius ita etiā om̄ia loca. Et ideo ſic ꝯuenienti tꝑe xp̄us paſſus ita ⁊ cōuenienti loco. ¶ Ad j. ergo dōm ꝙ xp̄s ꝯuenientiſſime in iheruſalez paſſus ē. Primo quidem qꝛ iheruſalē erat locus a deo electus ad ſacrificia ſibi offerenda que quidē ſacrificia figuralia figurabant xp̄i paſſionē quod eſt verū ſacrificium. ſm̄ illud ad Ephe. v. Tradidit ſemetipſū hoſtiam ⁊ oblationē in odorem ſuauitatis. vnde Beda dicit in quadā omelia. ꝙ appropinquante hora paſſionis dn̄s appropinquare voluit loco paſſionis ſcꝫ in iheruſalem. quo ꝑuenit ante quinqꝫ dies paſce. ſicut agnus paſcalis ante quinqꝫ dies paſce ideſt. x. luna ſm̄ preceptū legis ad locuz ymolationis ducebatur. Scd̄o quia virtus paſſionis eius ad totum mundū diffundendum erat ⁊ ideo in medio terre habitalis pati voluit. ideſt in iheruſalē. vnde dicitur in p̄s. deus autē rex noſter an̄ ſecula opat⁹ eſt ſalutē ī medio terre ideſt in iheruſalē. que dicitur eſſe terre vmbilicus. Tertio hoc maxime cōueniebat humilitati ei⁹. vt ſicut turpiſſimū genus mortis elegit ita etiā ad eius humilitatē ptinuit ꝙ in loco tam celebrē ꝯfuſionē pati nō recuſauit. vñ Leo papa dicit in ſermone quodam epẏ. qui ſerui ſuſcepit formā precelegit bethleem natiuitate. hieruſalem paſſioni. Quarto vt oſtēderet principibus populi exortā eſſe iniquitatē occidentiū ipſum. et ideo in iheruſalez vbi principes ꝯmorabanṫ voluit pati vnde dr̄ Act. iiij. cōuenerūt ī iſta ciuitate aduerſ⁹ puerū ſanctū tuū ihm̄ quē vnxiſti herodes ⁊ pōti⁹ pilat⁹ cū gētib⁹ ⁊ populis iſrael. ¶ Ad ij. dōm ꝙ xp̄s non in templo aut in ciuitate ſed extra portam paſſus eſt ꝓpter tria. Primo vt veritas reſponderet figure. nam vitulus ⁊ hircus qui ſolēniſſimo ſacrificio ad expiatōnez tot⁹ multitudinis offerebanṫ extra caſtra ꝯburebantur. vt p̄cipiṫ Leui. xvj. vnde dicitur ad Heb. xiij quorū animaliū offerṫ ſāguis ꝓ peccato in ſancta ꝑ pontificē horum etiā corpora cremabātur extra caſtra. ꝓpter qd̄ ⁊ Jeſus vt ſc̄ificaret populū ſuuz extra portā paſſus eſt. Scd̄o vt per hoc daret exemplū nobis exeundi a mūdana ꝯuerſatione vnde ibidem ſubdiṫ. exeam⁹ ergo ad eum extra caſtra. improperiū eius portātes. Tertio vt Criſo. dicit in ſermone de paſſione. Noluit dominus pati ſub tecto aut in templo ne iudei ſubtraherēt ſacrificiū ſalutare. nec putarēt ꝓ illa tantū plebe oblatū. ⁊ ideo foras ciuitatē foras muros vt ſcias ſacrificiū eſſe ꝯmune quod totius terre eſt oblatō qd̄ cōmunis ē purificatio. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut Hiero. dicit ſup Matt. quidam exponunt caluarie locū in quo ſepultus eſt adā ⁊ ideo ſic appellatū quia ibi antiqui hoīs ſit cōdituz caput. fauorabilis interp̄tatio ⁊ mulcēs aures populi. nec tamē vera. extra vrbē eñ. ⁊ foris portā loca ſunt in quib⁹ truncanṫ capita dampnatoꝝ ⁊ caluarie ideſt decollatoꝝ ſūpſere nomen. ꝓpterea aūt ibi crucifixus eſt Jeſus vt vbi prius erat area dāpnatorum ibi erigerenṫ vexilla martirij. Adā vero iuxta ebrō in libro Jeſu filij naue ſepultum legimus. Magis aūt xp̄s in loco communi dampnatorū q̄ȝ iuxta ſepulchꝝ crucifigendus erat vt oſtenderiṫ ꝙ xp̄i crux non ſolum erat remediū contra peccatum ꝑſonale ade ſed etiaz cōtra peccatum tocius mundi.

## Ad vndecimū ſic procedit

Videtur ꝙ non fuit cōueniens xp̄m cum latronibus crucifigi. dicitur enim. ij. Cor. vj. que ꝑticipatio iuſticie cū iniquitate. Sed chriſtus factus eſt nobis iuſticia a deo. iniquitas autē ꝑtinet ad latrones non ergo fuit cōueniens vt chriſtus ſimul cuz latronib⁹ crucifigereṫ. ¶ Pre. ſup illud Matt. xxvj. ſi oportuerit me mori tecū nō te negabo Orig. dicit mori cum Jeſu. ꝓ omnib⁹ moriēte mori nō erat. Et Ambro. dicit ſup Luc. xxij. paratus ſum tecuz ⁊ in carcerem et in mortem ire. paſſio inquit domini emulos habet. pares non habet. multo ergo min⁹ videṫ ꝙ chriſt⁹ ſimul cum latronibus pateret. ¶ Pre. Matt. xxvij. dicitur ꝙ latrones qui crucifixi erant improperabāt ei ſꝫ Lu. xxiij. dicitur ꝙ vnus eorum qui crucifixi erant cum chriſto ei dicebat. memento mei domine cum veneris in regnum tuum. ergo videtur ꝙ preter latrones blaſphemantes fuerit cum eo crucifixus alius non blaſphemans Et ſic videtur incōuenienter ab euangeliſtis enarratum ꝙ chriſtus fuerit cum latronibus crucifixus. ¶ Sed cōtra eſt quod. Eſa. liij. fuerat ꝓphetizatum cum ſceleratis reputatus eſt. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ chriſtus inter latrones crucifixus eſt. alia quidem ratione quantum ad intentionem iudeorum. alia vero quantum ad dei ordinationem. Quantum enim ad intentionem iudeorū duos latrones vtrimqꝫ crucifixerūt ſicut dicit. Criſo. vt eorū ſuſpitionis fieret ꝑticeps. ſed ita nō euenit. nam de illis nil dicitur hui⁹ autem crux vbiqꝫ honoratur. reges dyademata deponentes aſſumūt crucē in purpuris. in dyadematib⁹. in armis. in menſa. ſacrata vbiqꝫ terrarū crux emicat. Quantum vero ad dei ordinationem chriſtus cum latronibus crucifixus eſt. quia vt Hiero. dicit ſup Matt. ſic ꝓ nobis maledictum crucis factus eſt chriſtus. ſic pro omni ſalute inter noxios quaſi noxius crucifigitur. Scd̄o vt Leo papa. dicit in ſermone de paſ. duo latrones vnus ad dextram alius ad ſiniſtrā crucifiguntur. vt in ipſa patibuli ſpē demonſtraretur illa que in iudicio ipſius omniū hominum faciēda eſt di. cre. tōꝝ ideo Aug⁹. dicit ſup Job. ipſa

crux ſi attendam⁹ tribunal fuit. in medio em̄ iudice cōſti-
tuto vnus qui credidit liberatus alter q̄ īꝑperauit dāpna-
tus eſt. iam ſignificabat quid facturus eſt de viuis ⁊ mor-
tuis alios poſiturus ad dextram. alios ad ſiniſtrā. Tercio
ſm̄ Hy. duo latrones leue ac dextre affiguntur omnez
humani generis diuerſitatem vocari ad ſacramētū paſſi-
onis domini oſtendentes. ſed quia ꝑ diuerſitatē fideliū
atq̄ infidelium fit omnium ſm̄ dextram ⁊ ſiniſtrā diui-
ſio vnus ex duobus ad dextram ſitus fidei iuſtificatōne
ſaluat̄. Quarto quia vt Beda dicit ſup̄ Matt. latrones
qui cum domino crucifixi ſunt ſignant eos qui ſub fide ⁊
confeſſione chriſti vel agone martirij vl̄ qualibet artōris
diſcipline inſtituta ſubeūt. ſed qui hec ꝓ eterna gloria ge-
rūt dextera latrōis fide deſignāt̄. Qui vero hūane laudiſ
intuitu ſiniſtri latronis mentem ymitant̄ ⁊ act⁹. Ad.
j. ḡ dcēm ꝙ ſicut xp̄s debitum mortis nō habuit ſed mor-
tem voluntarie ſubijt vt ſua virtute vinceret mortem. ita
etiā non habuit meritū vt cū latronibus poneret̄ ſed vo-
luit cum iniquis deputari vt ſua virtute iniquitatem de-
strueret. vnde Criſo. ſup̄ Iob. dicit ꝙ latronem in cruce
cōuertere ⁊ in ꝑadiſum inducere non minus fuit q̄z cō-
tundere petras. Ad. ij. dcēm ꝙ non cōueniebat ꝙ cuz
chriſto aliquis alius pateret̄ ex eadem cauſa. vnde Orig.
ibi ſubdit omnes fuerant in peccatis et omnes op⁹ habe-
bant vt ꝓ eis alius moreret̄ nō ipſi ꝓ alijs. Ad. iij. dcō.
ꝙ ſicut Aug⁹ dicit in li. de conſenſu euangeliſtaꝝ. poſſū⁹
intelligere mattheum poſuiſſe pluralē numerū ꝓ ſingula-
ri cum dixit latrones improperabant ei. vel poteſt dici
ſm̄ Hie. ꝙ primo vterq̄ blaſphemauerit. deinde viſis
ſignis vnus eorum credidit.

## Ad duodecimū ſic ꝓcedit

Videt̄ ꝙ paſſio chriſti n̄ ſit eius diuinitati attribuenda
ſiue aſcribenda. dicitur enim prima Cor. j. ſi cognouiſſēt
nunq̄ȝ dominum glorie crucifixiſſent ſed domin⁹ glorie
eſt xp̄s ſm̄ diuinitatem. ergo paſſio xp̄i non ꝯpetit ei ſm̄ di-
uinitatem. Pre. principiū ſalutis humane ē ipſa di-
uinitas. ſm̄ illud pſalmi. ſalus autem iuſtoꝝ a domino
Si ergo paſſio chriſti ad eius diuinitatē nō ꝑtineret vi-
detur ꝙ nō poſſet eſſe nobis ſalutifera. Pre. iudei pu-
niti ſunt pro peccato occiſionis chriſti tāq̄ȝ homicide ip-
ſius dei. quod magnitudo demonſtrat pene. hoc aūt nō
eſſet ſi paſſio ad diuinitatē non ꝑtineret. ḡ paſſio xp̄i ad
diuinitatē ꝑtinuit. Sed cōtra eſt quod Atha. dicit in
ep̄la ad epitectū. natura deus manens verbū eſt īpaſſibi-
le. ſed impaſſibile non poteſt pati. paſſio ergo xp̄i non per-
tinebat ad eius diuinitatez. Rn̄. dcēm ꝙ ſicut ſup̄ di-
ctū eſt. vnio humane nature ⁊ diuine facta eſt in ꝑſona
⁊ hypoſtaſi ⁊ ſuppoſito manente tn̄ diſtinctōne naturarū
vt ſcilicet ſit eadē perſona ⁊ hypoſtaſis diuine ⁊ humane
nature. ſalua tn̄ vtriuſq̄ȝ nature ꝓprietate. et ideo ſicut ſu-
pra dictū eſt ſuppoſito diuine nature attribuenda eſt paſ-
ſio nō rōne diuine nature que eſt impaſſibilis. ſꝫ ratione
nature humāe. Vnde in ep̄la ſynodali cirilli dicit̄ ſi quis
non confitet̄ dei verbum paſſum carne ⁊ crucifixum carne
anatema ſit. ꝑtinet ḡ paſſio chriſti ad ſuppoſitum diui-
ne nature. rōne nature paſſibilis aſſumpte. non aūt rōe
diuine nature impaſſibilis. Ad. j. ḡ dcēm ꝙ domin⁹ glo-
rie dicit̄ crucifixus. nō ſm̄ ꝙ dominus eſt glorie. ſed ſm̄
ꝙ erat homo paſſibilis. Ad. ij. dcēm ꝙ ſicut dicit̄ in
quodā ſermone epheſini concilij. ꝙ mors xp̄i tanq̄ȝ facta
mors dei ſcilicet ꝑ vnionez in ꝑſona deſtruxit mortē. qm̄
deus ⁊ homo erat qui paciebatur. non enim in natura dei
leſa erat. nec mutatione ſua ſuccedunt paſſiones. Ad
iij. dcēm ꝙ ſicut ibidem ſubdit̄ non purum hominē cru-
cifixerunt iudei. ſed deo intulerunt ꝓſumptiones. pone
enim principem loqui per verbū. ⁊ hoc formari ꝑ literas
in carta aliqua. ⁊ dirigi ciuitatib⁹. ⁊ aliquis inobediens
cartam dirumpat ad mortis ſententiā deducet̄. non tāq̄ȝ
diſcerpēs ſed tanq̄ȝ verbum īpiale dirūpens. Non ergo
ſecurus ſit iudeus tanq̄ȝ purū hominem crucifigēs quod
enim videbat quaſi carta erat. quod autem in ea celabat
īpiale verbum erat natū ex natura non ꝓlatum ꝑ linguā

Queſtio. XLVII.

# Deinde cōſiderādū ē

de cā efficiēte paſſionē xp̄i. Et circa hoc q̄runtur ſex. Pri͛o vtrum xp̄s fuerit ab alijs occiſus vel a
ſeipſo. Secūdo ex quo motiuo ſeipſū paſſiōi tradidit
Tercio vtrū pater tradiderit eū ad paciēdū. Quarto vtꝝ fuit cōueniens vt per manus gentium pateretur
vel pocius a iudeis. Quinto vtrū occiſores eius eum
cognouerunt. Sexto de peccato eoꝝ qui xp̄m occiderūt

## Ad primū ſic procedítur

Videtur ꝙ chriſtus nō fuerit ab alio occiſus ſꝫ a ſeipſo
dicit enim ipſe Jo. x. nemo a me tollit animā meā ſed ego
ponā eā. ille autē dicitur aliquē occidere qui animā eius
tollit nō ē ergo xp̄s ab alijs occiſus ſed a ſeipſo. Pre.
illi qui ab alijs occidunt̄ paulatim debilitata natura de-
ficiunt. ⁊ maxime hoc apparet in crucifixis. vt em̄ Augu.
dicit in. iiij. de tri. longa morte cruciabant̄ ligno ſuſpenſi
in xp̄o autem hoc non accidit. naz clamans voce magna
emiſit ſpū̄z. vt dicit̄ Matt. xxvij. nō ergo xp̄s ab alijs oc-
ciſus eſt ſed a ſeipſo. Pre. illi qui ab alijs occiduntur
per violentiā moriūtur. ⁊ ita non voluntarie. q̄ȝ violētū
opponitur volūtario. ſed Aug⁹ dicit. iiij. de tri. ꝙ ſpiritus
xp̄i non deſeruit carnez inuit⁹. ſed quia voluit. qn̄ voluit
⁊ quō voluit. non ergo xp̄s eſt ab alijs occiſus ſed a ſeipo
Sed contra eſt quod dicitur Luc. xviij. poſtq̄ȝ flagella-
uerunt occiderūt eum. Rn̄. dcēm ꝙ aliquid poteſt eſſe
cauſa alicuius effectus dupliciter. Vno modo directe ad
illud agendū. ⁊ hoc modo ꝑſecutores xp̄i eum occiderūt
quia ſufficientem cauſā mortis ei intululerūt cum inten-
tione occidendi ipſū. ⁊ in effectu ſubſequente quia ſcilicet
ex illa cauſa eſt mors ſubſecuta. Alio mō dr̄ aliquis cau-
ſa alicuius indirecte. ſcꝫ quia non ipſe īpedit cum īpedire
poſſet ſicut ſi dicatur aliquis alium ꝑfundere. quia non
claudit feneſtram per quā nullus ingreditur. ⁊ hoc modo
īpſe chriſtus fuit cauſa paſſionis ⁊ mortis. poterat enim
ſuam paſſionem ⁊ mortem impedire. Primo quidez ad-
uerſarios reprimendo. vt eū aut non vellent. aut nō poſ-
ſent interficere. Scdō q̄ȝ ſpiritus eius habebat poteſtatē
conſeruandi naturam carnis ſue ne a quocunq̄ȝ leſiuo in-
flicto opprimeret̄. quod quidez habuit anima xp̄i q̄ȝ erat
verbo dei coniūcta in vniate ꝑſone vt Aug⁹. dicit in. iiij
de tri. quia ergo anima xp̄i non repulit a ꝓprio corpore
nocumentum illatū ſed voluit ꝙ natura corꝑalis illi no-
cumento ſuccumberet dicitur ſuam animam poſuiſſe. vl̄
volūtari⁹ mortu⁹ eē. Ad. j. ḡ dcō. ꝙ cū dicit̄ nemo tollit
aīaz meā a me ītelligit̄ me inuito. qd̄. n. aliq̄s īuito auffert
cui reſiſtere nō poteſt illud ꝓprie dicitur tolli. Ad. ij. dcō
ꝙ vt chriſtus oſtenderet ꝙ paſſio illata ꝑ violentiā eius
animā non eripiebat naturam corꝑalem in eius fortitudi

ne conſeruauit vt etiā in extremis poſſi⁹ voce magna cla
maret. qđ inter alia miracula eius mortis computaꝰ. vñ
dicitur Matt. xxvij. videns autē centurio qui ex aduer
ſo ſtabat quia ſic clamans expiraſſet ait vere homo hic fi
li⁹ dei erat. Fuit etiā mirabile ī xp̄i morte ꝙ veloci⁹ mor
tuus fuit alijs qui ſimili pena afficiebanꝰ. vnde dr̄. Joh.
xix. qui cum xp̄o erant fregerūt crura vt cito morerentur
ad Jeſum autē cum veniſſet inuenerūt eum mortuum
vñ non fregerūt eius crura. Et Mar. xv. dr̄ ꝙ pilat⁹ mi
rabatur ſi iā obijſſet. ſicut enim eius volūtate natura cor
palis conſeruata eſt in ſuo vigore vſqꝫ ad extremū ſic etiā
quando voluit ſubito ceſſit nocumento illato. ¶ Ad. iij
dōm ꝙ chriſtus ſimul ⁊ violentiā paſſus ē vt moreretur
et tamen voluntarie mortuus fuit. quia violentia corpi
eius illata fuit. que tamē tantū corpori eius ꝓualuit quā
tum ipſe voluit.

## ¶ Ad ſecundum ſic ꝓcedit

Uidetur ꝙ non fuerit xp̄s ex obediencia mortuus. obe
diencia enim reſpicit p̄ceptum. ſed non legitur xp̄o fuiſſe
preceptum ꝙ ip̄e pateretur. nō ergo ex obediēcia paſſus
fuit. ¶ Pre. illud dicꝰ ex obediēcia aliquid facere quod
facit ex neceſſitate precepti. xp̄s aūt nō ex neceſſitate ſꝫ vo
luntarie paſſus fuit. non ergo paſſus eſt ex obedientia
¶ Pre. caritas eſt excellencior virtus qꝫ obediencia. ſed
chriſtus legitur ex caritate paſſus ſm illud ad Ephe. v.
ambulate in dilectōne ſicut ⁊ xp̄s dilexit vos ⁊ tradidit
ſemetipſum ꝑ vobis. ergo paſſio xp̄i magis debet attri
bui caritati qꝫ obediencie. ¶ Sed contra ē qđ dicitur ad
Phi. ij. chriſtus factus ē obediēs vſqꝫ ad mortē. ¶ Rñ.
dōm ꝙ conuenientiſſimum fuit ꝙ xp̄s ex obediēcia patereꝰ
Primo quidem. qꝛ hoc conueniebat iuſtificationi huma
ne. vt ſicut ꝑ vnius inobedienciā peccatores cōſtituti ſūt
multi. ita ꝑ vnius hominis obedienciā iuſti conſtituātur
multi. vt dicꝰ ad ro. v. Secūdo hoc fuit cōueniens recō
ciliationi dei ad homines. ſꝫ illud ad Ro. v. reconciliati
ſumus nos ꝑ mortē filij eius. inquātū ſcilicet ipſa mors
chriſti fuit qđdam ſacrificiū acceptiſſimum deo. ſm illđ
ad Ephe. v. tradidit ſemetipſū ꝑ nobis oblationem ⁊ ho
ſtiam in odorem ſuauitatis. obediēcia vero omnibus ſa
crificijs antefertur ſm illud p̄mi Reg. xv. obedientia pl⁹
valet qꝫ victima. ⁊ ideo conueniens fuit vt ſacrificiū paſ
ſionis ⁊ mortis xp̄i ex obediēcia ꝓcederet. Tercio hoc cō
ueniens fuit eius victorie qua de morte ⁊ actione mor
tis triūphauit non eñ miles vincere poteſt niſi duci obe
diat. et ita homo xp̄s victoriā obtinuit ꝑ hoc ꝙ deo fuit
obediēs. ſm illud Prouer. xxj. vir obediēs loquiꝰ victo
rias. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ xp̄s mandatum accepit a pa
tre vt pateretur. dicitur enim Jo. x. poteſtatē habeo ponē
di animam meam ⁊ poteſtatem habeo iterū ſumendi eā.
⁊ hoc mandatū accepi a patre meo ſcꝫ ponendi animam
meam ⁊ ſumendi eam. Ex quo vt Criſo. dicit non eſt intel
ligendū ꝙ prius expectauerit audire ⁊ opus fuerat ei di
cere ſed voluntarium monſtrauit ꝓceſſum ⁊ cōtrarietatis
ad patrem ſuſpitiōem deſtruxit. Quia tñ in morte chriſti
lex vetus conſumata eſt ſm ꝙ ipſe moriens dixit Jo. xix.
conſumatum eſt Patet ꝙ paciendo omnia veteris legis
precepta impleuit. Moralia quidē que in preceptis cari
tatis fundanꝰ impleuit inquātū paſſus ē ex dilectiōe pa
tris ſm illud Jo. xiiij. vt cognoſcat mund⁹ quia diligo
patrem ⁊ ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio. ſur
gite eamus hinc ſcilicet ad locum paſſionis. Et etiam ex
dilectione ꝓximi ſm illud ad Gal. ij. dilexit me ⁊ tradi
dit ſemetipſum pro me. Cerimonialia vero precepta le
gis que ad ſacrificia ⁊ oblationes precipue ordinanꝰ im
pleuit chriſtus ſua paſſione inquantum omnia antiqua
ſacrificia figure fuerūt illius veri ſacrificij quod chriſtus
obtulit ꝑ nobis moriendo. vnde dicꝰ ad Colo. ij. nemo
vos iudicet in cibo aut potu. aut in ꝑte diei feſti aut neo
menie que ſūt vmbra futurorꝫ. corp⁹ autē xp̄i eo ſcilicet
ꝙ chriſt⁹ compaꝰ ad illa ſicut corp⁹ ad vmbrā. ¶ Pre
cepta vero iudicialia legis que precipue ordinanꝰ ad ſatiſ
faciendū iniuriam paſſis impleuit xp̄s ſua paſſione. qm̄ ī
p̄s. dicꝰ que non rapuit tunc exoluit ꝑmittēs ſe ligno af
figi ꝑ pomo quod de ligno homo rapuerat cōtra manda
tum dei. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ obediencia ⁊ ſi īportet neceſſi
tatem reſpectu eius. quod p̄cipitur. tamē importat volū
tatem reſpectu impletōnis precepti. et talis fuit obedien
cia chriſti. nā ipſa paſſio et morſ ſm ſe cōſiderata naturali
voluntati repugnabat. volebat tñ xp̄s dei voluntatē cir
ca hoc implere. ſm illud p̄s. vt facerem voluntatem tuā
deus meus volui. vnde dicebat Matt. xxvj. ſi non poteſt
tranſire a me calix iſte niſi bibam illum fiat voluntas tua
¶ Ad. iij. dōm ꝙ eadem ratione chriſtus paſſus eſt ex ca
ritate et obediencia. quia etiā p̄cepta caritatis non niſi ex
obediencia īpleuit. et obediēs fuit ex dilectione ad patrē
precipientem.

## ¶ Ad tercium ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ deus pater non tradiderit eum paſſioni. ini
quum eñ ⁊ crudele eſſe videꝰ ꝙ innocēs paſſioni ⁊ mor
ti tradatur. ſed ſicut dicitur Deutro. xxij. deus fidelis et
abſqꝫ vlla iniquitate. ģ xp̄m īnocentē non tradidit paſſio
ni et morti. ¶ Pre. non videtur ꝙ aliquis a ſeipſo ⁊ ab
alio morti tradatur. ſed xp̄s tradidit ſemetipſū pro nobis
ſm ꝙ dicitur Eſa. liij. tradidit in mortem animam ſuam
non ģ videtur ꝙ deus pater eum tradidit. ¶ Pre. iudas
vituperatur ex eo ꝙ tradidit xp̄m iudeis. ſm illud Jo. vj.
vnus ex vobis dyabolus eſt. quod dicebat p̄ter iudam q̄
erat eum traditurus ſimiliter etiā vituperantur iudei qui
eum tradiderūt pylato. ſꝫ ꝙ ipſe dicit Jo. xviij. gens tua
et pontifices tui tradiderunt te mihi. pylatus autem tra
didit ipſum vt crucifigereꝰ. vt habetur Jo. xix. non ē aūt
conuencio iuſticie cum iniquitate. vt dicꝰ ij. Corith. vj.
ergo videtur ꝙ deus pater non tradiderit eum paſſioni
¶ Sed contra eſt quod dicitur ad Ro. viij. ꝓprio filio
ſuo non pepcit deus ſed ꝑ nobis omnibus tradidit illū
¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut dictum eſt chriſtus paſſus eſt volū
tarie ex obediencia patris. vnde ſm tria deus pater tradi
dit chriſtū paſſioni. Uno quidē modo ſm ꝙ ſua eterna
voluntate preordinauit paſſionē chriſti ad humani gene
ris liberationem. ſm illud quod dicitur Eſa. liij. domin⁹
poſuit in eo iniquitatem omniū noſtrum. ⁊ iterum domi
nus voluit cōterere eum in infirmitate. Secūdo, in quan
tum inſpirauit ei voluntatem paciendi ꝑ nobis. infunden
do ei caritatem. vnde ibidē ſequitur oblatus eſt qꝛ ipſe
voluit. Tercio non ꝓtegendo eum a paſſione ſed exponē
do perſequentibus. vnde vt legitur Matthe. xxvij. pen
dens in cruce xp̄s dicebat. deus me⁹ vt quid dereliquiſti
me. quia ſcilicet poteſtati pſequētium eum expoſuit. vt
Aug. dicit. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ innocentē hominē paſ
ſioni et morti tradere contra eius voluntatē eſt impium
et crudele. ſic autem deus pater chriſtum non tradidit ſed
inſpirando ei voluntatem patiendi ꝑ nobis. in quo oſten

diĉ ⁊ dei ſeueritas qui peccatum ſine pena dimittere no/
luit. quod ſignat Apl's dicens ꝓprio filio ſuo non pepcit
deus. Et bonitas eius in eo ꝙ cũ homo ſufficiẽter ſatiſfa
cere non poſſet ꝑ aliquam penam quam pateretᷣ ei ſatiſ/
factorem dedit. quod ſignauit Apl's dicens ꝓ nobis om
nibus tradidit illum. Et ad Ro. iij. dicit quem ſcꝫ xp̄m
ꝓpiciatorem per fidem propoſuit deus in ſanguine ipſius
Ad. ij. dõm ꝙ chriſtus ſm̄ ꝙ deus tradidit ſemetip̄m
in mortem eadem voluntate ⁊ actione qua et pater tra/
didit eum Sed inquantum homo tradidit ſemetipſum
voluntate a patre inſpirata. vnde non eſt contrarietas in
hoc ꝙ pater tradidit chriſtũ ⁊ ipſe tradidit ſemetipſum.
Ad. iij. dõm ꝙ eadem actio diuerſimode iudicatur in
bono vl' ĩ malo ſm̄ ꝙ ex diuerſa radice procedit pater enĩ
tradidit chriſtum et ipſe ſemetipſũ ex caritate. ⁊ ideo lau/
datur. Judas aũt tradidit chriſtuꝫ ex cupiditate. iudei ex
inuidia. pylatus ex timore mundano. quo timuit ceſarem
et ideo ipſi vituꝑantur.

## Ad quartum ſic procediť

Videtur ꝙ non fuit cõueniens chriſtum pati a gentilibꝫ
quia enim ꝑ mortem iħu chriſti homines erant a pecca/
to liberandi conueniens videtur vt pauciſſimi ĩ morte eiꝰ
peccarent. Peccauerunt aũt in morte eius iudei ex quoꝝ
perſona dicitur Matt. xxj. hic eſt heres. venite occidamꝰ
eum. ğ videtur cõueniens fuiſſe ꝙ in peccato occiſionis
chriſti gentiles non implicarentur. Pre. veritaſ debet
reſpondere figure. ſed figuralia ſacrificia veteris legis nõ
gentiles ſed iudei offerebant. ğ nec chriſti paſſio que fuit
verum ſacrificium impleri debuit ꝑ manus gentilium
Pre. ſicut diciť Jo. v. iudei querebant chriſtum inter/
ficere non ſolum quia ſoluebat ſabbatum ſed etiam quia
patrem ſuum dicebat deum. equalem ſe deo faciens. ſed
hoc videtur ſolum contra legem iudeorum. vñ ⁊ ipſi di/
cunt Jo. xix. ſm̄ legem debet mori quia filium dei ſe fecit
ergo videtur ꝯueniens fuiſſe ꝙ chriſtus non a gentilibꝫ
ſed a iudeis pateretᷣ. ⁊ falſum eſſe ꝙ dicunt nobis nõ li/
cet interficere quenꝗ. cum multa peccata ſm̄ legẽ morti
puniantᷣ vt patet Leui. xx. Sed contra eſt quod domi
nus dicit Matt. xx. tradent eum gentibus ad illudendũ
Rñ. dõm ꝙ in ipſo mõ paſſionis chriſti prefiguratus
eſt effectus ipſius. Primo enim paſſio chriſti effectum
ſalutis habuit in iudeis. quorum plurimi in morte xp̄i
baptiſati ſunt. vt patet Act. ij. ⁊ iij. ſcdõ vero iudeis predi
cantibus effectum paſſionis xp̄i trãſiuit ad gẽtes. ⁊ ideo
cõueniens fuit vt chriſtus a iudeis pati inciperet ⁊ poſtea
iudeis tradentibus eiꝰ paſſio ꝑ manus gentilium finire
tur. Ad. j. ğ dõm ꝙ quia chriſtuſ ad oſtendendum ha
bundanciam caritatis ſue ex qua paciebatur in cruce po/
ſitus veniam ꝑſecutoribus poſtulauit et vt huius peti/
tionis fructus ad iudeos ⁊ gentiles ꝑueniret voluit xp̄us
ab vtriſꝗ pati. Ad. ij. dõm ꝙ paſſio chriſti fuit ſacrifi/
cij oblatõ inquantum chriſtus ꝓpria voluntate mortem
ſuſtinuit ex caritate. inquantum autem a ꝑſecutoribus ẽ
paſſus non fuit ſacrificiũ. ſed peccatũ grauiſſimũ. Ad.
iij. dõm ꝙ ſicut Augꝰ dicit iudei dicentes. nobis nõ licet
interficere quenꝗ intellexerunt non ſibi interficere. quem
ꝗ ꝓpter diei ſanctitatem quam celebrare iam ceperant
Vel hoc dicebant vt Criſo. dicit quia volebant eum oc/
cidere non tanꝗ tranſgreſſorem legis. ſed tanꝗ publicũ
hoſtem. quia regem ſe fecerat. de quo non erat eoꝝ iudi/
care. Vel quia non licebat eis crucifigere quod cupiebãt
ſed lapidare quod in ſtephano fecerunt. Vel melius eſt
dicendum ꝙ per romanos quibus erant ſubiecti erat eis
poteſtas occidendi interdicta.

## Ad quintũ ſic proceditur

Videtur ꝙ ꝑſecutores chriſti eum cognouerunt. dicitur
enim Matt. xxij. ꝙ agricole vidẽtes filiuꝫ dixerunt inter
ſe. hic eſt heres venite occidamus eum vbi dicit Criſoſti.
⁊ Hiero. manifeſtiſſime dominus ꝓbat hijs verbis iu/
deorum principes non ꝑ ignorantiam ſed per inuidiam
dei filium crucifixiſſe. intellexerunt enim eſſe illum cui
pater ꝑ ꝓphetam dicit. poſtula a me ⁊ dabo tibi gentes
hereditatem tuã. ergo videtur ꝙ cognouerũt eũ eſſe xp̄m
vel filium dei. Pre. Jo. xv. dominus dixit. nunc autẽ
viderunt ⁊ oderunt me ⁊ patrem meũ. quod autẽ videť
ꝑfecte cognoſcitur. ergo iudei cognoſcẽtes xp̄m ex cauſa
odij ei paſſionem intulerunt. Pre. in quodã ſermone
Ephe. concilij dicitur ſicut qui cartaꝫ imꝑialem dirumpit
tanꝗ imꝑatoris dirumpens verbum ad mortem addici
tur. ſic crucifigens iudeus quem viderat penas dabat tã/
ꝗ in ipſum verbum ꝑſumptionis iniciens. hoc autẽ nõ
eſſet ſi eum dei filium eſſe non cognouerunt quia igno/
rãtia eos excuſaſſet. ğ videtur ꝙ iudei xp̄m crucifigentes
cognouerunt eum eſſe filium dei. Sed contra ẽ quod
dicitur prima Cor. ij ſi cognouiſſent nũꝗ dominum glo
rie crucifixiſſent. ⁊ Act. iij. petrus dicit iudeis loquens
ſcio ꝙ per ignorantiam feciſtis ſicut ⁊ ꝑncipes veſtri et
dominus in cruce pendens dixit. pater dimitte illis non
enim ſciunt quid faciunt. Rñ. dicendũ apud iudeos
quidam erant maiores. ⁊ quidam minores. Maiores q̃/
dem qui eorum principes dicebantur cognouerũt. vt di/
citur in libro no. ⁊ ve. teſ. ſicut et demones cognouerunt
eum eſſe chriſtum promiſſum in lege omnia enim ſigna
videbant in eo que dixerant futura ꝓphete. miſteriũ aũt
diuinitatis eius ignorabant. ⁊ ideo Apl's dicit. ſi cogno/
uiſſẽt nunꝗ dominũ glorie crucifixiſſent. Sciendum tñ
ꝙ eorum ignorantia non eos excuſabat a crimine. qꝛ erat
quoddãmodo ignorantia affectata. videbant enim euidẽ/
tia ſigna eius diuinitatis. ſed ex odio ⁊ inuidia chriſti ea
ꝑuertebant. ⁊ verbis eius quibus filium dei ſe fatebatur
credere noluerunt. vnde ipſe de eis dicit Jo. xv. ſi nõ ve/
niſſem ⁊ locutus non fuiſſem peccatum non haberẽt nũc
autem excuſatõnem non habent de peccato ſuo et poſtea
ſubdit. ſi opa nõ feciſſem ĩ eis que nemo alius fecit pec/
catum non haberent et ſic ex ꝑſona eorum accipi poteſt
quod diciť Job. xxj. dixerunt deo recede a nobis. ſciam
viarum tuarum nolumus. Minores vero ideſt popla/
res qui miſteria ſcripture nõ nouerant non plene cogno
uerunt ipſum eſſe nec xp̄m nec filium dei. licet aliqui eo/
rum etiam in eum crediderunt multitudo tamen nõ cre/
didit. et ſi aliquando dubitarent an ipſe eẽt chriſtus ꝓpť
ſignorum multitudinẽ et efficaciam doctrine vt habetur
Jo. vij. tamẽ poſtea decepti fuerunt a ſuis principibꝫ vt
eũ nĩ crederẽt neꝗ xp̄m. vñ ⁊ petrꝰ eis dixit ſcio ꝙ ꝑ igno
rãtiã hoc feciſtis qꝛ ſcꝫ per ꝑncipes ſeducti erãt. Ad pri
mũ ğ dõ. ꝙ illa vͣba diciũť ex ꝑſõa colonoꝝ vinee ꝑ q̃s ſi
gnãť rectores illiꝰ ꝓpli. q̃ eũ ꝯgnouerũt eẽ heredẽ ĩquãtũ
ꝯgnouerũt eũ eẽ xp̄m ĩ lege ꝓmiſſũ. Sed cõtra hanc
rñſionẽ vĩ eſſe illa vͣba p̄s. poſtula a me ⁊ dabo tibi gẽ
tes hereditatẽ tuã eidẽ diciũť cui dr̄ filiꝰ meꝰ es tu ego ho
die genui te ſi ğ ꝯgnouerũt illũ eẽ cui dictũ eſt poſtula a
me ⁊ dabo tibi gẽtes hereditatẽ tuã. ſeqť ğ ꝙ ꝯgnouerũt

eū eē filiū dī Chri. etiā ibidē dic ꝙ ꝯgnouerūt eū eē filiū
dei Beda etiā dic ſup illud Matt. xxvi. q2 neſciūt q̄d fa
ciunt. notandū inquit ꝙ nō pro eis orat qui quē filium
dei intellexerunt crucifigere q̄ꝫ confiteri maluerūt. ſꝫ ad
hoc pōt reſponderi ꝙ cognouerūt eū eē filium dei nō per
naturā ſed ꝑ excellētiā gratie ſingularis. Poſſum⁹ tamē
dicere ꝙ etiā verū dei filiū cognouiſſe dicunt̄ quia ꝑeui-
dentia ſigna hmōi rei veritatē habebant. quibus tñ aſſē-
tire ꝓpter odium ⁊ inuidiam noluerunt. vt euꝫ recognoſ-
cerent eē filiū dei. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ante illa verba ꝑmit
titur ſi opa non feciſſem in eis que nemo alius fecit ñ ha
berent peccatū. ⁊ poſtea ſubditur nūc aūt viderūt ⁊ ode
runt ⁊ me ⁊ patrem meuꝫ per q̄ð oſtenditur ꝙ videntes
opa xp̄i mirifica ex odio ꝓceſſit ꝙ eum filiū dei ñ cogno-
uerunt. ¶ Ad. iij. dicēdum ꝙ ignorantia affectata nō
excuſat a culpa. ſed magis videtur culpā aggrauare. oſtē
dit enim hoīem ſic vehementer eſſe affectū ad peccandū
ꝙ vult ignorantiam incurrere. ne vitet peccatum. ⁊ ideo
iudei peccauerunt non ſolum hominis xp̄i ſed tanq̄ꝫ dei
crucifixores.

## ¶ Ad ſextum ſic proceditur

Videt̄ ꝙ peccatum crucifigentium xp̄m nō fuit grauiſſi
mum. nō enim eſt grauiſſimum pctm̄ q̄ð excuſatiōeꝫ ha-
bet. ſꝫ ip̄e dn̄s excuſauit peccatū crucifigētiū dicēs pater
ignoſce illis q2 neſciūt quid faciūt nō ḡ pctm̄ eoꝝ fuit gra
uiſſimū. ¶ Pre. dn̄s dixit pilato Jo. xix. qui tradidit me
tibi maius peccatū habet. Ipſe aūt Pylat⁹ fecit xp̄m cru
cifigi ꝑ ſuos miniſtros. ergo videt̄ fuiſſe maius peccatū
iude ꝓditoris peccato crucifigētiū xp̄m. ¶ Pre. ſm̄ phūꝫ
v. ethico. nullus patit̄ iniuſtū volens. ⁊ ſic ip̄e ibidē dic
nullo paciēte iniuſtū null⁹ facit iniuſtū. ḡ volenti null⁹
facit iniuſtū. ſꝫ xp̄s volūtarie ē paſſus vt ſup̄ habitū ē non
ḡ iniuſtū fecerūt crucifixores xp̄i. ⁊ ita eoꝝ pctm̄ nō ē gra
uiſſimū. ¶ Sꝫ ꝯ ē q̄ð ſup illud Matt. xxiij. dicit̄ ⁊ vos
implete menſurā patꝝ veſtroꝝ Chri. dic quātū ad veri
tateꝫ exceſſerūt mēſurā patꝝ ſuoꝝ. illi. n. hoīes occiderūt
iſti deū crucifixerūt. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſic dictū ē principes
iudeoꝝ cognouerūt xp̄um. ⁊ ſi aliqua ignorātia fuit in eis
fuit ignorātia affectata. que eos ñ poterat excuſare. ⁊ iō
pctm̄ eoꝝ fuit grauiſſimū. tū ex genere pcti. tū ex malitia
volūtatis Minores aūt iudei grauiſſime peccauerūt quā
tū ad genus pcti. In aliquo tñ diminuebatur eoꝝ pctm̄
ꝓpter eoꝝ ignorātiā. vñ ſup illud Luc. xxiij. neſciūt quid
faciūt dic Beda ꝓ illis rogat qui neſcierūt q̄d fecerūt ꝫe-
lū dei habentes. ſꝫ nō ſm̄ ſciaꝫ. multo aūt magis fuit ex-
cuſabile pctm̄ gentiliū. ꝑ quoꝝ man⁹ crucifixus ē xp̄s qui
legis ſciaꝫ ñ habebāt. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ excuſatio illa dñi
ñ refert̄ ad ꝓncipes iudeoꝝ. ſꝫ ad minores de ꝓplo ſic
dctm̄ ē ¶ Ad. ij. dō. ꝙ iudas tradidit xp̄m nō pylato ſꝫ
ꝓncipib⁹ ſacerdotū. q tradiderūt eū pylato. ſm̄ illud Jo.
xviij. gēs tua ⁊ pontifices tui tradiderūt te mihi hoꝝ tñ
oīm pctm̄ fuit mai⁹ q̄ꝫ pylati. qui timore ceſaris occidit
xp̄m. ⁊ etiā q̄ꝫ pctm̄ militū. q mādato ꝑſidis xp̄ꝫ crucifixe-
runt nō ex cupiditate ſic iudas. nec etiā ex inuidia ⁊ odio
ſicut ꝓncipes ſacerdotū. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ xp̄s voluit qui
dē ſuam paſſionem ſic ⁊ deus eā voluit nūq̄ꝫ tñ actiōem
iudeoꝝ voluit. ⁊ ideo occiſores xp̄i ab iniuſticia non ex-
cuſant̄. ⁊ tñ ille q occidit hoīem iniuriā facit nō ſolū ho-
mini ſꝫ etiā deo ⁊ reipuplice. ſicut etiā ⁊ ille qui occidit
ſemetipm̄. ſic ħpūs dicit. v. ethi. vñ Dauid damnauit
illū ad morteꝫ q non timuerat mittere manū vt occideret

chriſtum domini q̄ꝫuis eo petente. vt legitur. ij. Regum
primo.

¶ Queſtio. XLVIII.

# Deinde cōſiderādū ē

de effectu paſſionis xp̄i. Et primo de modu ef
ficiendi Secūdo de ipſo effectu. Circa primū
queruntur ſex. Primo vtꝝ paſſio xp̄i cauſauit noſtraꝫ ſa
lutem ꝑ modum meriti. Secundo vtꝝ per modū ſatiſfa
ctionis. Tertio vtrum ꝑ modū ſacrificij. Quarto vtruꝫ
per moduꝫ redemptionis. Quinto vtrum eſſe redemp
torem ſit proprium xp̄i. Sexto vtꝝ cauſauerit effectum
noſtre ſalutis ꝑ modū efficientie.

## ¶ Ad primū ſic proceditur

Videtur ꝙ paſſio xp̄i non cauſauit nr̄am ſalutē ꝑ modū
meriti. paſſionū enim principia nō ſunt in nobis. nullus
aūt meret̄ aut laudat̄ niſi ꝑ id cuius principiū ē in ipſo
ḡ paſſio xp̄i nihil eſt opata ꝑ modū meriti. ¶ Pre. xp̄s
ab initio ſue paſſiōis meruit ⁊ ſibi et nobis. vt ſup̄ dictū
ē. ſed ſupfluum eſt iterum mereri id quod aliud merue-
rat. ḡ xp̄s ꝑ ſuam paſſionē nō meruit noſtrā ſalutē.
Pre. radix merendi ē charitas. ſed charitas xp̄i nō fuit
augmentata magis in paſſiōe q̄ꝫ ante. ḡ nō magis me-
ruit ſalutē noſtram patiendo q̄ꝫ ante fecerat. ¶ Sed ꝯ
ē q̄ð ſup illud ad Phi. ij. ꝓpter quod ⁊ de⁹ exaltauit il-
lum. dic Aug⁹. humilitas paſſionis claritatis ē meritum
claritas humilitatis eſt ꝑmiū. ſed ip̄e clarificatus ē nō ſo
lum in ſeip̄o. ſed etiaꝫ ī ſuis fidelibus. vt ipſe dicit Joh.
xvij. ḡ videtur. ꝙ ipſe meruit ſalutem ſuorum fidelium.
¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſup̄ dictū ē xp̄o data eſt gratia non
ſoluꝫ ſic ſingulari ꝑſone ſed inquantū ē caput eccleſie. vt
ſcꝫ ab ipſo redundaret ad mēbra. ⁊ ideo opa xp̄i hoc mo
do ſe habent tam ad ſe q̄ꝫ ad ſua membra ſicut ſe habent
opera alterius hominis in gratia cōſtituti ad ipſum. ma
nifeſtum eſt autem ꝙ quicunq̄ꝫ in gratia conſtitu⁹ prop
ter iuſtitiam patitur ex hoc ipſe meretur ſibi ſalutem. ſed
illud Math. v. beati qui perſecutionem patiunt̄ prop-
ter iuſtitiam vñ xp̄s non ſolū per ſuam paſſionem ſibi ſꝫ
etiam omnibus membris meruit ſalutem. ¶ Ad. i. ergo
dōm ꝙ paſſio inquantum hmōi habet principium ab ex
teriori. ſed ſm̄ ꝙ eaꝫ aliquis volūtarie ſuſtinet habet pri
cipium ab interiori. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ xp̄s a principio ſue
conceptionis meruit nobis ſalutem eternaꝫ. ſed ex parte
noſtra erant īpedimenta quedā. quibus impediebamur
conſequi effectum ꝑcedentium meritoꝝ. vnde ad remo-
uendum illa impedimenta oportuit xp̄m pati. vt ſupra
dictum eſt. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ paſſio xp̄i habuit aliquem
effectum quem non habuerūt ꝑcidentia merita. nō prop
ter maiorem charitatem. ſed propter genus opis. quod
erat conueniens tali effectui vt patet ex rationibus ſupra
inductis de conuenientia paſſionis xp̄i.

## ¶ Ad ſecundum ſic ꝓcedit̄

Videtur ꝙ paſſio xp̄i cauſauerit noſtraꝫ ſalutem per mo
dum ſatiſfactionis. eius enim videtur. ſatiſfacere cuius
eſt peccare. ſicut patet in alijs penitentie partib⁹. ſed xp̄s
non peccauit. ſm̄ illud. i. Pe. ij. qui peccatum non fecit
ḡ ipſe nō ſatiſfecit propria paſſiōe. ¶ Pre. nulli ſatiſfit
ꝑ maiorē offenſā ſꝫ maxia offenſa fuit ꝑpetrata ī xp̄i paſ
ſiōe. q2 grauiſſime peccauerūt q eū occiderūt. vt ſup dictū ē

ergo videt̄ ꝙ ꝑ paſſionē xp̄i nō potuit deo ſatiſfieri.
¶ Pre. ſatiſfactio importat quandam equalitatem ad cul-
pam cum ſit actus iuſticie. ſed paſſio xp̄i nō videt̄ equal̄
eē omnibus peccatis humani generis. quia xp̄s non eſt
paſſus ſcḋm diuinitatem ſed ſcḋm carnem. ſcḋm illud. i. Pe.
iiij. xp̄o ergo paſſo in carne. anima autē in qua nō eſt pec
catum potior eſt ꝙ̄ caro. non ergo xp̄s ſua paſſione ſatiſ
fecit ꝓ peccatis noſtris. ¶ Sed cōtra eſt quod ex ꝑſona
eius dicitur in p̄s. quod non rapui tunc exſoluebam. nō
autem exoluit qui perfecte non ſatiſfecit. ergo videtur ꝙ
xp̄s paciendo ſatiſfecit ꝑfecte ꝓ peccatis noſtris. ¶ Rn̄.
dō. ꝙ ille proprie ſatiſfecit pro offenſa qui exhibet offen-
ſo id quod eque vel magis diligit ꝙ̄ oderit offenſam. xp̄s
aūt ex charitate ⁊ obedientia paciēdo maius aliquid deo
exhibuit ꝙ̄ exigeret recompenſatio totius offenſe. ſ. hu-
mani generis. Primo quidem ꝓpter magnitudinē chari
tatis ex qua paciebatur. Secūdo ꝓpter dignitatē vite ſue
quā pro ſatiſfactiōe ponebat. que erat vita dei ⁊ hominis
Tertio ꝓpter generalitatem paſſionis. ⁊ magnitudinem
doloris aſſumpti. vt ſup̄ dictum eſt. ⁊ ideo paſſio xp̄i nō
ſolum ſufficiens ſed etiā ſupabundans ſatiſfactio fuit
pro peccato generis humani. ſcḋm illud. i. Io. ij. ip̄e eſt pro
piciatio ꝓ peccatis noſtris. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ caput
⁊ mēbra ſunt quaſi vna perſona miſtica. ⁊ iō ſatiſfactio
xp̄i ad oēs fideles ꝑtinet. ſicut ad ſua membra. inquantū
etiam duo hoīes ſunt vnum in charitate vnus pro alio
ſatiſfacere poteſt. vt infra patebit. Non eſt aūt ſimilis rō
de confeſſione ⁊ contritione quia ſatiſfactio ꝯſiſtit in actu
exteriori. ad quē aſſumi oportet inſtrumenta inter que cō
putantur etiam amici. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ maior fuit cha
ritas xp̄i pacientis ꝙ̄ malicia crucifigētiū. Et ideo plus
potuit xp̄s ſatiſfacere ſua paſſiōe ꝙ̄ crucifixores offende
re crucifigendo ⁊ occidendo. intm̄ ꝙ paſſio xp̄i ſufficiens
fuit ⁊ ſupabundans ad ſatiſfaciendum ꝓ pctīs crucifi-
gentium ip̄m. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ dignitas carnis xp̄i nō
eſt eſtimāda ſolū ſcḋm carnis naturā. ſed ſcḋm ꝑſonā aſſumē
tē. ſ. inquantū. ſ. erat caro dei. ex q̄ habebat dignitatē īfinitā

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ paſſio xp̄i non fuerit opata ꝑ modum ſacrifi
cij. veritas enim debet reſpondere figure. ſed in ſacrificijs
veteris legis que erant figure xp̄i nūꝙ̄ offerebatur caro
humana quinymo hec ſacrificia nephanda habebantur
ſcḋm illud p̄s. effuderunt ſanguinem innocentē. ſangui
nem filioꝝ ſuoꝝ ⁊ filiaꝝ. quas ſacrificauerūt ſculptilib'
⁊c. ergo videt̄ ꝙ paſſio xp̄i ſacrificiū dici nō poſſit. ¶ Pre.
Aug'. dicit. x. de ci. dei. ꝙ ſacrificiū viſibile inuiſibilis ſa
crificij ē ſacramētū. i. ſacrum ſignū. ſ; paſſio xp̄i nō ē ſig-
nū ſ; magis ſignatū ꝑ alia ſigna. ḡ videt̄ ꝙ paſſio xp̄i nō
ſit ſacrificiū. ¶ Pre. quicūꝙ̄ offert ſacrificiū aliquid ſa-
crum facit. vt ipſum nomē ſacrificij demōſtrat. illi autē
qui xp̄m occiderūt nō fecerūt aliquod ſacrum. ſ; magnā
maliciā ꝑpetrauerunt. ḡ paſſio xp̄i magis fuit maleficiū
ꝙ̄ ſacrificiū. ¶ Sed ꝯ̄ eſt qḋ Ap̄ls dicit ad Eph̄. v. tradi
dit ſemetip̄m ꝓ nobis oblationē ⁊ hoſtiā deo in odorē
ſuauitatis. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſacrificiū ꝓprie dicit̄ aliquid
factū in honorē ꝓprie deo debitū ad eū placandū. ⁊ inde
eſt vt Aug'. dicit. x. de ciui. dei. verum ſacrificiū eſt om
ne opus quod agitur vt ſancta ſocietate deo inhereamꝰ
relatum ſc; ad illū finē boni quo veraciter beati eſſe poſ-
ſumus. Chr̄. aūt vt ibidē ſubditur ſeip̄m obtulit in paſ
ſione ꝓ nobis. ⁊ hoc ip̄m opus ꝙ voluntarie paſſionē ſu
ſtinuit fuit deo maxīe acceptū. vtpote ex charitate ꝓue-
niens. vn̄ manifeſtū ē ꝙ paſſio xp̄i fuit verū ſacrificium
ſicut ip̄e poſtea ſubdit in eodē libro. huiꝰ veri ſacrificij mul
tiplicia variaꝙ̄ ſigna erant ſacrificia prima ſanctoꝝ. cū
hoc vnū ꝑ multa figuraret̄. tanꝙ̄ verbis multis res vna
diceret̄. vt ſine faſtidio multū ꝯmēdaret̄. Et cū quattuor
ꝯſiderentur in omi ſacrificio vt Aug'. dicit in. iiij. de tri.
ſc; cui offerat̄ quod offeratur. a quo offeratur et pro q̄-
bus offeratur idē ipſe qui vnus veruſꝙ̄ mediator ꝑ ſacri
ficium pacis reconciliat nos deo vnū cum illo maneret
cui offerebat. vnū ī ſe faceret ꝓ quibus offerebat. vnus ip
coꝛpalis. ſed coꝛpus illud fuit inſtrumētum diuinitatis
ſibi vnite operans in virtute eius etiam moꝛtuum.

Queſtio. LI.

DEinde cõſiderãdũ ẽ de ſepultura chriſti. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo vtrum cõueniẽs fuerit xp̄m ſepeliri. Secundo de modo ſepulture eius. Tertio vtrũ corpus eius fuerit in ſepulcro reſolutum. Quarto de tẽpore quo iacuit in ſepulcro.

## Ad primum ſic procedit

Videtur ꝙ non fuerit cõueniens xp̄m ſepeliri. de chriſto em̃ dicitur in p̄s. factus eſt ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. ſed in ſepulcro includunt̃ corꝑa mortuoꝝ qđ videtur ↄtrarium libertati eſſe. ḡ non videt̃ fuiſſe cõueniens ꝙ corpus chriſti ſepeliretur. ¶ Pre. nihil circa xp̄m fieri debuit quod nõ eſſet ſalutiferum nobis. ſed in nullo videtur ad ſalutem hominum ꝑtinere ꝙ chriſtus fuit ſepultus. ḡ nõ fuit cõueniens xp̄um ſepeliri. ¶ Pre. incõueniens videtur eſſe ꝙ deus qui eſt ſuꝑ celos excelſus in terra ſepeliretur. ſed illud quod conuenit corpori chriſti mortui attribuit̃ deo ratione vnionis. ḡ incõueniens videtur xp̄um fuiſſe ſepultum. ¶ Sed contra eſt qđ dominꝰ dicit Matt. xxvj. de muliere que eũ inunxit opꝰ inquit bonũ opata eſt in me. ⁊ poſtea ſubdit. mittẽs vngentum hoc in corpus meum ad ſepeliendum me fecit. Rñ. dđm ꝙ conueniens fuit xp̄um ſepeliri. Primo quidem ad cõprobandum veritatem mortis non enim aliq̇s in ſepulcro ponitur niſi quãdo iam de veritate mortis cõſtat. vnde ⁊ Mar. xv. legitur ꝙ pylatus anteꝗ̃ cõcederet chriſtum ſepeliri diligenti inq̇ſitione cognouit eum mortuũ eſſe. Scđo q2 ꝑ hoc quod xp̄s de ſepulcro reſurrexit dat̃ ſpes reſurgendi ꝑ ipſum. hijs qui ſũt in ſepulcro ſm̃ illud Jo. v. omnes qui in monumentis ſunt audiẽt vocẽ filij dei. ⁊ qui audierint viuent. Tertiõ ad exemplũ eorum qui ꝑ mortez xp̄i ſpiritualiter moriunt̃ peccatis. qui abſcõduntur a conturbatione hominũ. vnde dicitur ad Colo. iij. mortui eſtis ⁊ vita veſtra abſcondita ẽ cum xp̄o ĩ deo vnde ⁊ baptiſati qui ꝑ mortez xp̄i moriũt̃ peccatis quaſi conſepeliuntur xp̄o per immerſionem ſm̃ illud ad Ro. vj. conſepulti ſumus cũ xp̄o ꝑ baptiſmũ in mortez. ¶ Ad. j. ḡ dđm ꝙ xp̄s etiaz ſepultus oſtendit ſe inter mortuos liberum fuiſſe in hoc ꝙ ꝑ incluſionem ſepulcri non potuit ĩpediri. quin ab eo reſurgẽdo exiuit. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ ſicut chriſti mors efficienter opata eſt noſtram ſalutem ita etiã eius ſepultura. vnde Hiero. dicit ſuꝑ Matt. ſepultura chriſti reſurgimus. Et Eſa. liij. ſuꝑ illud. dabit impios ꝓ ſepultura. dicit glo. ideſt gentes que ſine pietate erãt deo patri dabit quia mortuus ⁊ ſepultus eos acq̇ſiuit. ¶ Ad iij. dđ. ꝙ ſic dicit̃ in quodã ſermone concilij Epheſini. nihil horũ que ſaluant homines iniuriam deo facit que oſtendunt deum non paſſibilem ſed clementẽ. Et in alio ſermone eiuſdem concilij legitur. nihil putat iniuriam deus quod eſt occaſio ſalutis hominibꝫ. tu quidem nõ ita vilem naturam dei arbitreris tanquã que aliquãdo ſubiecta poſſit eſſe iniurijs.

## Ad ſecundum ſic ꝓcedit

Videt̃ ꝙ non cõuenienti modo xp̄s fuit ſepultus. ſepultura em̃ eius reſpondet morti ipſius. ſed xp̄s fuit paſſus abiectiſſimaz mortem. ſm̃ illud Sap. ij. morte turpiſſima contẽpnemus eum. ḡ incõueniens videtur fuiſſe ꝙ xp̄o exhibita fuit honorabilis ſepultura. inquantũ a magnatibus fuit tumulatus. ſcꝫ a ioſeph ab aromathia. qui erat nobilis decurio. vt habetur Mar. xv. et nycodemo qui erat princeps iudeorum. vt habet̃ Jo. iij. ¶ Pre. circa chriſtum non debuit aliquid fieri quod eſſet ſuꝑfluitatis exemplum. videt̃ aũt ſuꝑfluitatis fuiſſe ꝙ ad ſepeliendum chriſtum nicodemus venit ferens mixturã mirre ⁊ aloes quaſi libras centum. vt dicitur Jo. xix. preſertim cum mulier preuenerit corpus eius vngere in ſepulturã vt dicitur Mar. xiiij. non ergo fuit hoc conueniẽter circa chriſtum factum. ¶ Preterea non eſt conueniens ꝙ aliquod factum ſibiipſi diſſonum ſit. ſed ſepultura xp̄i fuit ſimplex ex vna pte. quia ſcꝫ ioſeph inuoluit corpus eiꝰ in ſindone munda. vt dicitur Matt. xxvij. non aũt auro gemmis aut ſerico. vt Hieronymꝰ. ibidem dicit. Ex alia vero parte videt̃ fuiſſe ambicioſa. inquantum eum cũ aromatibus ſepelierũt. ergo videtur non fuiſſe ↄueniẽs modus ſepulture chriſti. ¶ Pre. quecunq̄ ſcripta ſunt ⁊ ꝑcipue de chriſto ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. vt dicitur ad Roma. xv. ſed quedã ſcribũtur in euangelijs circa ſepulcrum que in nullo videntur ad noſtraz doctrinam ꝑtinere. ſicut ꝙ fuit ſepultꝰ in orto ⁊ ꝙ in monumẽto alieno. ⁊ nouo. ⁊ exciſo in petra. inconueniẽs ergo fuit modus ſepulture chriſti. ¶ Sed contra eſt quod dicit̃ Eſa. xj. ⁊ erit ſepulcrum eius glorioſum. ¶ Rñ. dđm ꝙ modus ſepulture xp̄i oſtenditur eſſe conueniens quãtũ ad tria. Primo quidem quantũ ad confirmandam fidem mortis et reſurrectionis ipſius. Secũdo ad cõmendãdã pietatem eorũ qui eum ſepelierũt vnde dicit Augꝰ in. j. de ci. dei laudabiliter cõmemorantur in euangelio q̇ corpus eius de cruce acceptum diligenter atq̄ honorifice tegendum ſepeliendũq̄ curarũt. Tertio quantũ ad miſterium. per hoc informantur illi qui xp̄o conſepeliuntur in mortem. ¶ Ad. j. ḡ dđm ꝙ circa mortem chriſti cõmẽdantur patientia ⁊ conſtantia ipſius qui mortez eſt paſſus. ⁊ tantomagis quãto mors fuit abiectior. ſed in ſepultura honorifica conſideratur virtus morientis. qui cõtra intentionem occidentium etiã honorifice ſepelitur. ⁊ prefiguratur deuotio fidelium qui erant chriſto mortuo ſeruituri. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ in hoc ꝙ euãgeliſta dicit ꝙ ſepelierunt eũ ſicut mos ẽ iudeis ſepelire. ſicut dicit Augꝰ. ſuꝑ Jo. ammonuit hmõi officijs que mortuis exhibẽtur morem cuiuſq̄ gentis eſſe ſeruandum. erat autem illius gentis conſuetudo vt mortuoꝝ corpora varijs aromatibꝫ condirentur. vt diutius ſeruarent̃ illeſa. vnde ⁊ in. ij. de doc. chriſtiana dicitur ꝙ in omnibꝫ talibus non vſus rerum ſed libido vtentis in culpa eſt. ⁊ poſtea ſubdit quod in alijs ꝑſonis plerumq̄ flagiciũ eſt in diuina vel ꝓphetica ꝑſona magni cuiuſdam rei ſignũ eſt. mirra enim et aloes ꝓpter ſui amaritudinem ſignificant penitentiã. ꝑ quam aliquis in ſeipſo xp̄m conſeruat. abſq̄ corruptiõe peccati. odor autem aromatũ ſignat bonaz famã. ¶ Ad. iij. ḡ dđ. ꝙ mirra ⁊ aloes exhibebant̃ corpi xp̄i vt ĩmune ſeruaret̃ a corruptõne. quod videbat̃ ad quandã neceſſitatem ꝑtinere. vnde dat̃ nobis exẽplũ ꝙ licite poſſumꝰ aliquibus precioſis vti medicinaliter ꝓ neceſſitate noſtri corporis conſeruandi. Sed inuolutio corporis ꝑtinebat ad quandam decentiam honeſtatis ⁊ in talibus ſimplicibus debemus eſſe contenti. Per hoc tamen ſignabatur vt Hiero. dicit ꝙ ille in ſindone munda inuoluit ieſum qui mente pura eum ſuſcipit. Et hinc vt Beda dicit ſuꝑ Mar. eccleſie mos obtinuit vt ſacrificium altaris non in ſerico non in panno tincto ſed in lino terreno celebretur ſicut corpus domini eſt in ſindone munda ſepultũ. ¶ Ad

iiij. dōm ꝙ chriſtus ſepelitur in orto. ad deſignandum ꝙ ꝑ mortem ⁊ ſepulturam ipſius liberamur a morte quam incurrimus ꝑ peccatum ade in orto ꝑadiſi cōmiſſū. Ideo autē ſaluator in aliena ponitur ſepultura vt Aug⁹ dicit in quodam ſermone quia ꝑ aliorum moriebatur ſalute. ſepulcrum autē mortis eſt habitaculum. Per hoc etiam in conſenſu patet paupertatis habūdātia ꝓ nobis ſuſcepte nam qui domū in vita non habuit poſt mortē quoqꝫ in alieno ſepulcro recondit̄. ⁊ nudus exiſtēs a ioſeph operit̄ In nouo autem pōitur monumento. vt Hiero. dicit ne poſt reſurrectionē ceteris corꝑibus remanētib⁹ ſurrexiſſe alius fingerentur. Poteſt autē ⁊ nouū ſepulcrū Marie virginalē vterum demonſtrare. Per hoc etiā datur intelligi ꝙ per xp̄i ſepulturam omnes innouamur morte et corruptione deſtructa. In monumēto aūt deciſo in petra conditus eſt. vt Hiero. dicit ne ſi ex multis lapidib⁹ edificatum fuiſſet tumuli fundamentis ſuffoſſis ſublat⁹ furto diceretur. vnde ⁊ ſaxū magnū qđ appoſitū fuit oſtēdit ꝙ ñ abſqꝫ auxilio plurimoꝝ ſepulchrū potuiſſet reſerari Si etiā ſepultus fuiſſet in terra dicere poterant ſuffoderunt terram ⁊ furati ſunt eum ſicut Aug⁹ dicit. Signat̄ autem miſtice per hoc vt Hyla. dicit quia ꝑ appoſtoloꝝ doctrinam imꝑetus duricie gentilis quodam doctrine opere exciſus chriſtus infertur rude ſcilicet ac nouū nullo antea ingreſſum timore dei ꝑ vim. Et quia nihil oporteat preter eum in pectora noſtra penetrare lapis hoſtio aduoluitur. Et ſicut Orige. dicit non fortuitu ſcriptum eſt ꝙ ioſeph inuoluit corpus chriſti ſindone mūda. ⁊ poſuit in monumento. ⁊ aduoluit lapidem magnū. quia omnia que ſūt circa corp⁹ ieſu mūda ſūt et nouā. ⁊ valde magna.

## Ad terciū ſic proceditur

Videtur ꝙ corpus chriſti ī ſepulcro fuit īcineratū. ſicut enim mors eſt pena peccati primi parētis ita ⁊ incineratio. dictum enim eſt primo homini poſt peccatū. puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. vt dicit̄ Gen. iij. ſed chriſtus mortem ſuſtinuit vt nos a morte liberaret. ḡ etiam incinerari debuit corp⁹ eius vt nos ab incineratōne liberaret ¶ Pre. corpus chriſti fuit eiuſdem nature cum corꝑib⁹ noſtris. ſed corpora noſtra ſtatim poſt mortē reſolui incipiunt. ⁊ ad putrefactionem diſponuntur qꝛ exalante calido naturali. ſuperuenit calor extraneus. q̄ putrefactōnē cauſat. ḡ videtur ꝙ ſimiliter in corpore chriſti acciderit. ¶ Pre. ſicut dictum eſt chriſtus ſepeliri voluit vt daret hominibus ſpem reſurgendi etiā de ſepulcris. ḡ etiā incinerationē pati debuit vt ſpem reſurgendi īcineratis poſt incinerationem daret. ¶ Sed contra eſt quod in ps̄. dr̄ non dabis ſanctum tuum videre corruptionē. quod Da. exponit in. iij. libro de corruptione que eſt ꝑ reſolutionē in elementa. ¶ Rn̄. dōm ꝙ non fuit conueniens corpus chriſti putrefieri vel quocunqꝫ modo incinerari. quia putrefactio cuiuſcūqꝫ corporis ꝓuenit ex infirmitate nature illius corporis que nō poteſt amplius corpus cōtinere in vnum. mors autē chriſti ſicut ſupra dictū eſt nō debuit eſſe cum infirmitate nature. ne crederet̄ non eſſe volūtaria. ⁊ ideo non ex morbo ſed ex paſſione illata voluit mori cui ſe obtulit ſponte. ⁊ ideo chriſtus ne mors ei⁹ nature infirmitati aſcriberetur noluit corpus ſuum qualitercūqꝫ putrefieri. aut qualitercūqꝫ reſolui. ſed ad oſtenſionē virtutis diuine voluit corpus illud incorruptum ꝑmanere vnde Criſo. dicit ꝙ viuentibus alijs hominibus hijs ſcꝫ qui egerunt ſtrēnue arridēt ꝓpria geſta. hijs aūt pereūtibus pereunt. Sed in chriſto totū ē contrariū. Nam ante crucem omnia ſunt meſta ⁊ infirma. vt aūt crucifix⁹ eſt omnia clariora ſunt facta. vt noſcas non purum hominem crucifixum. ¶ Ad. j. ḡ dōm ꝙ chriſtus cum non eſſet ſubiectus peccato neqꝫ morti erat obnoxius neqꝫ incinerationi. voluntarie tamen mortem ſuſtinuit ꝓpter noſtram ſalutem. ꝓpter rationes ſupra dictas. Si aūt corpus eius fuiſſet putrefactum vel reſolutū magis hoc fuiſſet in detrimentum humane ſalutis. dum non crederetur in eo eſſe virtus diuina. vnde ex ꝑſona eius in ps̄. dicit̄ q̄ vtilitas in ſanguine meo dū deſcendero in corruptionem quaſi diceret ſi corpus meū putreſcat ꝑdetur effuſi ſanguis vtilitas. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ corpus chriſti quantū ad conditionē nature paſſibilis putrifactibile fuit. licet nō quātū ad meritum putrefactionis quod eſt peccatum. ſed virtus diuina corpus chriſti preſeruauit a putrefactione ſicut et reſuſcitauit a morte. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ xp̄s de ſepulchro reſurrexit virtute diuina a que nullus terminus coercetur. Et ideo hoc ꝙ a ſepulchro reſurrexit ſufficiens argumentū fuit ꝙ homines erant reſuſcitandi virtute diuina. nō ſolū de ſepulchris. ſed etiā de quibuſcunqꝫ cineribus.

## Ad quartum ſic procedit̄

Videtur ꝙ xp̄s non fuit in ſepulcro ſolum vna die ⁊ duabus noctibus. dicit enī ipſe Matt. xij. ſicut fuit ionas ī ventre ceti tribus dieb⁹ ⁊ tribus noctib⁹ ita filius hominis erit in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibus. ſed in corde terre fuit in ſepulcro exiſtens. nō ḡ fuit in ſepulcro ſolum vna die ⁊ duabus noctibus. ¶ Pre. Gre. dicit in om̄. paſcali. ꝙ ſicut ſāpſon abſtulit media nocte portas gaſe ita xp̄us media nocte auferens portas inferni reſurrexit. ſed poſtqꝫ reſurrexit non fuit in ſepulcro ergo nō fuit in ſepulcro duabus noctibus īregris. ¶ Pre. ꝑ mortē xp̄i lux ꝑualuit tenebris. ſed nox ad tenebras ꝑtinet. dies autē ad lucem. ḡ conueniētius fuit ꝙ corpus xp̄i fuerit in ſepulcro duobus diebus ⁊ vna nocte qꝫ econuerſo. ¶ Sed contra eſt quod ſicut dicit. Aug⁹ in. iiij. de tri. a veſpe ſepulture vſqꝫ ad diluculum reſurrectionis xxxvj. hore ſūt ideſt nox tota cum die tota. ⁊ nocte tota. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ipſū tēpus quo xp̄s in ſepulchro māſit effectum mortis ei⁹ repn̄tat. dictū eſt aūt ſup̄ ꝙ ꝑ mortē xp̄i liberati ſum⁹ a duplici morte ſcꝫ a morte anime ⁊ a morte corꝑis. Et hoc ſignatur per duas noctes. quibꝫ xp̄s in ſepulcro permanſit mors autem eius qꝛ non fuit ex peccato ꝓueniens ſed ex caritate ſuſcepta non habuit rōnē noctis ſed diei ⁊ ideo ſignat̄ ꝑ diem integram. quo chriſtus fuit in ſepulchro. Et ſic conueniēs fuit ꝙ xp̄s vna die ⁊ duab⁹ noctib⁹ eſſet in ſepulchro. ¶ Ad. j. ḡ dōm ꝙ ſicut dicit Aug⁹ in libro de conſenſu euangeliſtarū quidā modū ſcripture neſciētes noctē voluerunt animaduertere tres illas horas a ſexta vſqꝫ ad nonam quibus ſol obſcuratus eſt. ⁊ diem tres horas alias quibus terris eſt redditus. ⁊ a nona vſqꝫ ad eius occaſum ſequitur nox futura ſabbati qua cū ſuo die computata erunt iam due noctes ⁊ duo dies. Poſt ſabbatum autem ſequit̄ nox ꝑmi ſabbati. ſcꝫ illuceſcētis diei dominici in qua tunc dominus reſurrexit. Et ita adhuc non conſtabit ratio trium dierum ⁊ trium noctium Reſtat ergo vt hoc inueniatur illo ſcripturarum vſitato modo loquendi quo a ꝑte totū intelligitur ita ſcꝫ ꝙ vnā noctem ⁊ vnū diem accipiamus pro vno die naturali. et ſic primus dies computatur ab extrema ꝑte ſui. qua xp̄s

in ſexta feria eſt mortuus ⁊ ſepultus. ſecunda autem dies eſt integra. cum .xxiiij. horis nocturnis ⁊ diurnis. nox autẽ ſequens ptinet ad tercium diem. Sicut enim primi dies ꝓpter futurum hominis lapſũ a luce in nobis ita iſti ꝓpter hominis repationem a tenebris in lucem computantur. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ in tantũ lux in morte xp̄i preualuit ꝙ ſignatur per vna diem ꝙ tenebras duarũ noctiũ idest duplicis mortis noſtre remouit. vt dictum eſt. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ſicut Aug⁹. dicit .iiij. de tri. chriſtus in diluculo reſurrexit in quo aliquid lucis apparet. ⁊ adhuc tñ aliquid remanet noctis tenebrarũ vnde de mulieribus dicitur Io. xx. ꝙ cum tenebre adhuc eſſent venerunt ad monumẽtũ. Rõe ergo harum tenebrarum Gre. dicit xp̄m in media nocte reſurrexiſſe. non quidem diuiſa nocte in duas ptes equales. ſꝫ infra illaꝫ noctẽ. Illud enim diluculum ⁊ ps noctis ⁊ ps diei dici poteſt ꝓpter cõicantiam quã habet cũ vtroqꝫ.

## Queſtio. LII.

Deinde conſiderãdũ eſt de deſcẽſu xp̄i ad inferos. Et circa hoc queritur octo. Primo vtrum conueniẽs fuerit xp̄m ad inferos deſcendere. Secundo in quẽ infernũ deſcenderit. Tertiõ vtrum totus fuerit in inferno. Quarto vtrum aliquam moram ibi contraxerit. Quinto vtrum ſãctos patres ab inferno liberauerit. Sexto vtrum ab inferno liberauerit dãpnatos. Septimo vtrum liberauerit pueros in peccato originali defũctos. Octauo vtrum liberauerit omnes de purgatorio.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ non fuerit cõueniens xp̄m ad infernum deſcendere. dicit enim Aug⁹. in ep̄la ad euodium. nec ipſos quideꝫ inferos vſpiam ſcripturarum in bono appellatos potui reperire. ſed anima xp̄i non deſcendit ad aliquod malũ quia nec anime iuſtorum ad aliquod malum deſcendunt. ergo videtur ꝙ non fuit cõueniens xp̄m ad inferos deſcẽdere. ¶ Preterea. deſcendere ad inferos nõ poteſt xp̄o cõuenire ſecundum diuinã naturã que eſt oĩno imobilis. ſed ſolum cõuenire poteſt ei ſecundum naturam aſſumptã. ea vero que xp̄s fecit vel paſſus eſt in natura aſſumpta ordinantur ad humanam ſalutem. ad quam non videtur neceſſariũ fuiſſe ꝙ chriſtus deſcendit ad inferos. quia per paſſionem ſuam quaꝫ in hoc mũdo ſuſtinuit nos liberauit a culpa ⁊ pena. vt ſupra dictũ eſt. non ergo fuit cõueniens ꝙ xp̄s ad infernum deſcenderit. ¶ Preterea. per mortẽ xp̄i ſeparata eſt anima a corpore eius. quod quidem poſitum fuit in ſepulcro vt ſupra habitum eſt non videtur autẽ ꝙ ſecundum animã ſolam deſcenderit. quia anima cum ſit incorporea non videtur ꝙ localiter poſſit moueri. hoc enim eſt corporum. vt ꝓbatur .vj. phiſi. deſcenſus autẽ motũ corporalem importat. non ergo fuit conueniens ꝙ xp̄s ad infernum deſcenderet. ¶ Sed contra eſt quod dicitur in ſimbolo. deſcendit ad inferos. Et apoſ. dicit ad Ephe. iiij. ꝙ autem aſcendit quid eſt niſi quia deſcẽdit primũ in inferiores ptes terre. gloſa idest ad inferos. Reſpondeo dicendum ꝙ cõueniens fuit xp̄m ad infernũ deſcendere. Primo quidem quia ipſe venerat portare penã noſtram vt nos a pena eriperet. ſecundum illud Eſa. liij. vere languores noſtros ipſe tulit. ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. ex peccato autẽ homo non ſolũ incurrebat mortem corporis. ſed etiã deſcenſum ad inferos. Et ideo ſicut fuit cõueniẽs eũ mori vt nos a morte liberaret ita conueniens fuit eum deſcendere ad inferos. vt nos a deſcenſu ad inferos liberaret. vnde dicitur Oſee. xiij. Ero mors tua o mors morſus tuus ero inferne. Secundo quia conueniens erat vt victo dyabolo per paſſionem victos eius eriperet qui detinebantur in inferno. ſecundum illud Zach. ix. tu quoqꝫ in ſanguine teſtamenti victos tuos emiſiſti de lacu. Et ad Colo. ij. dicitur expolians principatus et poteſtatem traduxit cõfidenter. Tertiõ vt ſicut poteſtatẽ ſuaꝫ oſtendit in terra viuendo ⁊ moriendo. ita etiã poteſtatem ſuam oſtendere debuit in inferno ipſum viſitando ⁊ illuminando. vnde dicitur in pſ. attollite portas principes veſtras. glo. idest principes inferni auferte poteſtatẽ veſtraꝫ qua vſqꝫ nũc homines in inferno detinebatis ⁊ ſic in nomine ieſu omne genu flectatur. non ſolum celeſtium ſed etiã infernorum. vt dicitur ad Philip. ij. ¶ Ad .j. ergo dicendum ꝙ nomẽ infernorum ſonat in malum pene. nõ autẽ in malũ culpe. vnde decuit in infernũ xp̄m deſcendere. non tanqꝫ ipſe eſſet debitor pene. ſed vt eos qui erãt pene obnoxij liberaret. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ paſſio xp̄i fuit quedã cauſa vniuerſalis humane ſalutis tam viuorũ qꝫ mortuorum. Cauſa autẽ vniuerſalis applicatur ad ſingulares effectus per aliquid ſpeciale. vnde ſicut virtus paſſionis xp̄i applicatur viuentibus per ſacramenta cõfigurantia nos paſſioni xp̄i ita etiã applicata eſt mortuis per deſcenſum xp̄i ad inferos. ꝓpter quod dicitur ſignanter Zach. ix. ꝙ eduxit victos de lacu in ſanguine teſtamenti ſui. i. per virtutem paſſionis ſue. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ anima xp̄i non deſcendit ad inferos eo genere quo corpus mouetur. ſed eo genere motus quo angeli mouentur. ſicut in prima parte habitum eſt.

## Ad ſecundum ſic ꝓcedit

Videtur ꝙ chriſtus etiam deſcenderit ad infernũ dãpnatorum. dicitur enim ex ore diuine ſapientie Eccl. xxiiij. penetrabo omnes inferiores partes terre ſed inter inferiores partes terre computatur etiã infernus dampnatorum. ſecundum illud pſ. intrabunt in inferiora terre ergo chriſtus qui eſt dei ſapiẽtia etiaꝫ vſqꝫ ad infernũ dãpnatorum deſcendit. ¶ Preterea. Act. ij. dicit petrus. ꝙ deus xp̄m ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. iuxta quod impoſſibile erat teneri illũ ab eo. ſed dolores non ſunt in inferno patrũ. neqꝫ etiã in inferno puerorum. qui non puniuntur pena ſenſus ꝓpter peccatum actuale. ſed ſolum pena dampni ꝓpter peccatũ originale. ergo chriſtus deſcendit in infernum dãpnatorum vel etiã in purgatoriũ. vbi homines puniuntur pena ſenſus pro peccatis actualibus. ¶ Preterea. prima Pe. iiij. dicitur ꝙ xp̄s hijs qui in carcere incluſi erant ſpũ veniens predicauit. qui increduli fuerant aliquando. quod ſicut Atha. dicit in ep̄la ad epitectum intelligitur de deſcenſu xp̄i ad inferos. dicitur enim corpus xp̄i fuit in ſepulcro poſitũ quando ipſe perrexit predicare hijs qui in cuſtodia erant ſpiritibus ſicut dixit petrus. Conſtat autẽ ꝙ increduli erant in inferno dampnatorum. ergo xp̄s ad infernum dãpnatorum deſcendit. ¶ Preterea. Aug⁹. dicit in ep̄la ad euodiũ ſi nõ in illos abrahe ſynum xp̄m mortuum veniſſe ſacra ſcriptura dixiſſet non nominato inferno eiuſqꝫ doloribus miror ſi quiſqꝫ euꝫ ad inferos deſcendiſſe aſſerere auderet. Sed quia euidẽcia teſtimonia ⁊ infernum cõmemorant et dolores nulla cauſa occurrit cur illuc credatur veniſſe ſaluator niſi ab eiſdem doloribus ſaluos faceret. ſed locus dolorum eſt infernus dampnatorum. ergo chriſtus in infernũ dãpnatorum deſcendit. ¶ Preterea. ſicut dicit Aug⁹. in quodã ſermone de paſſione chriſti. xp̄s ad infernũ deſcendens omnes iuſtos qui peccato originali tenebantur abſoluit. ſed inter illos erat etiã iob qui de ſeipſo dicit Iob. xvij. in profundiſſima inferni deſcendent omnia mea. ergo etiam ad

ꝓfundiſſimū inferni deſcendit. ¶ Sed contra eſt ꝙ de in-
ferno dampnatorum dicitur Job. x. anteꝗ̃ vadam. ⁊ non
reuertar ad terram tenebroſam opertam mortis caligine.
Nulla autē eſt conuentō lucis ad tenebras. vt dicitur. ij.
Cor. vj. ḡ chriſtus qui eſt lux ad illum infernum dāpna-
toꝝ ñ deſcendit. ¶ Rñ. dōm ꝙ dupliciter aliquid dicit̃
alicubi eſſe. Uno modo ꝑ ſuum effectū et hoc modo xp̄s
in quemlibet infernū dampnatorū deſcendit. aliter tñ
⁊ aliter. nam in infernum dampnatoꝝ habuit hūc effectū
ꝙ deſcendens ad inferos eos de ſua incredulitate ⁊ mali-
cia confutauit. Illis vero qui detinebātur in purgatorio
ſpem glorie conſequēde dedit. ſanctis aūt patribus qui ꝓ
ſolo peccato originali detinebantur ī inferno lumē eterne
glorie infudit. Alio modo dicitur aliquid eſſe alicubi per
ſuam eſſentia et hoc modo anima xp̄i deſcendit ſolum ad
locum inferni quo iuſti detinebant̃ vt quos ipſe ꝑ gratiā
interius viſitauit ſm̄ diuinitatem eos etiā ſm̄ animam
viſitaret ⁊ loco. Sic autē ī vna pte inferni exiſtēs effectū
ſuum aliqualiter ad omnes īferni partes diriuauit ſicut
in vno loco terre paſſus totū mundū ſua paſſione libera-
uit. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ chriſtus qui eſt dei ſapientia pe-
netrauit omnes inferiores partes terre non localiter ſm̄
animam omnes circuiendo. ſed effectum ſue potentie ali-
qualiter ad omnes oſtendendo. ita tamē ꝙ ſolos iuſtos
illuminauit. ſequit̃ enim ⁊ illuminabit omnes ſꝑantes ī
domino. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ duplex eſt dolor. vn⁹ de paſſio
ne pene. quam patiunt̃ homines pro peccato actuali. ſm̄
illud pſ. dolores inferni circūdederunt me. alius autem
dolor ē de dilatiōe ſꝑate glorie. ſm̄ illud ꝓuer. xiij. ſpes
que differtur affligit animam quem quidē dolorem etiā
paciebantur patres in inferno ad quod ſignificandum.
Aug⁹ in ſermone de paſſione dicit ꝙ lacrimabili obſecra
tione xp̄m orabant. vtroſqꝫ autē dolores chriſt⁹ ſoluit ad
infernum deſcendens. aliter tamen ⁊ aliter. nam dolores
penarū ſoluit preſeruando ab eis. ſicut medicus dicitur
ſoluere morbum a quo preſeruat ꝑ medicinam. dolores
autē tantos ex dilatione glorie actualiter ſoluit gloriam
prebendo. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ illud quod ibi petrus dicit
ab aliquibus refertur ad deſcenſum xp̄i ad inferos. ſicut
exponentes verbum illud hijs qui carcere concluſi erant
in inferno ſpū id eſt ſm̄ animam xp̄s veniens predicauit
qui increduli fuerāt aliquādo. vnde ⁊ Dam̄. dicit in. iij.
li. ꝙ ſicut hijs qui in terra ſunt euangelizauit ita et hijs
q̄ ſunt ī inferno. non quidem vt ī credulos ad fidem con
uerteret. ſed vt eorum infidelitatē confutaret. quia ⁊ ipſa
predicatio nihil aliud intelligi poteſt ꝗ̃ manifeſtatio di-
uinitatis eius que manifeſtata ē infernalibus ꝑ virtuoſū
deſcenſum xp̄i ad inferos. Aug⁹ tamen melius exponit in
ep̄la ad euodium. vt referatur non ad deſcenſum chriſti
ad inferos. ſed ad operationem diuinitatis eius quā ex-
ercuit a principio mundi. vt ſit ſenſus. ⁊ hijs qui ī carcere
concluſi erant veniens ſcꝫ in corpe mortali. quod eſt qui-
dam carcer anime. ſpū ſue diuinitatis veniens predica-
uit ꝑ internas inſpirationes. ⁊ etiā exteriores āmonitōes
ꝑ ora ſanctorum. hijs inquam predicauit qui increduli
fuerant aliquando noe ſcꝫ predicante. quādo expectabāt
dei pacientiam. ꝑ quam differebat̃ pena diluuij. vñ ſub-
dit. in diebus noe cum fabricaretur archa. ¶ Ad. iiij. dō.
ꝙ ſinus abrahe poteſt ſm̄ duo conſiderari. Uno modo
ſm̄ quietem que ibi erat a pena ſenſibili. ⁊ quantum ad
hoc non cōpetit ei. nec nomen inferni nec ꝙ ibi ſunt aliqui
dolores. ¶ Alio modo poteſt conſiderari quantū ad pri-
uationem glorie ſꝑate. ⁊ ſm̄ hoc habet rationem inferni
et doloris. ⁊ ideo nunc dicitur ſinus abrahe illa requies
beatorum. non tamen dicitur infernus. nec dicunt̃ nunc
in ſinu abrahe eſſe dolores. ¶ Ad. v. dōm ꝙ ſicut dicit
Gre. ibidem ipſa ſuꝑiora loca inferni ꝓfundiſſimum īfer
ni vocat. Si enim quantum ad celſitudinem celi aer ille
caliginoſus infernus eſt. quantū ad euidē aeris altitudi
nem terra que inferius iacet ⁊ inferius intelligi ⁊ ꝓfun-
dum poteſt. quantum vero ad eiuſdem terre altitudinē
illa loca inferni que ſuꝑiora ſūt alijs receptaculis inferni
hoc modo inferni ꝓfundiſſimi appellatione ſignātur.

## ¶ Ad tertiū ſic procedit̃ur

Uidetur ꝙ chriſtus non fuit totus in inferno. corp⁹ enī
chriſti eſt aliqua pars eius. ſed corpus chriſti non fuit in
inferno. ḡ totus xp̄us non fuit in inferno. ¶ Pre. nihil
cuius partes abinuicē ſeꝑate ſunt poteſt dici totum. ſed
corpus ⁊ anima que ſunt ptes humane nature fuerunt
abinuicem ſeꝑata poſt mortem. vt ſupra dictū ē deſcēdit
aūt ad infernum mortuus exiſtens. non ergo potuit tot⁹
eſſe in inferno. ¶ Pre. illud totum dicit̃ eſſe in loco cui⁹
nihil eſt extra locum illum. ſed aliquid erat extra infernū
quia ⁊ corpus erat in ſepulcro. ⁊ diuinitas vbiqꝫ. ergo xp̄⁹
non fuit totus in inferno. ¶ Sed contra eſt quod Aug⁹
dicit in libro de ſimbolo. totus filius apud patrem tot⁹
in celo. totus in terra. totus in vtero virginis. tot⁹ in cru-
ce. totus in inferno. tot⁹ in paradiſo quo latronē induxit
¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut patet ex hijs que in prima pte dicta
ſunt maſculinum genus refertur ad hypoſtaſim vl̄ ꝑſonā
neutrum autē genus ꝑtinet ad naturam. in morte autem
chriſti licet anima fuerit ſeꝑata a corpore neutrum tamē
fuit ſeꝑatum a ꝑſona filij dei vt ſupra dictum eſt. Et ideo
in illo triduo mortis chriſti dicendū eſt ꝙ totus chriſtus
fuit in ſepulcro. quia tota ꝑſona fuit ibi ꝑ corpus ſibi vni
tum ⁊ ſimiliter totus fuit in inferno. quia tota ꝑſona fuit
ibi ratione anime ſibi vnite. totus etiā chriſtus tunc erat
vbiqꝫ ratione diuine nature. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ corp⁹
xp̄i quod tunc erat in ſepulcro non ē pars ꝑſone increate
ſed nature aſſumpte. Et ideo ꝑ hoc ꝙ corpus chriſti non
erat in inferno non excluditur quin totus xp̄us fuit ibi
ſed oſtenditur ꝙ ibi non fuit totum quod ꝑtinet ad hu-
manā naturam. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ex aīa ⁊ corpore vni-
tis conſtituitur totalitas humane nature non autē totali-
tas diuine ꝑſone. ⁊ ideo ſoluta vnione anime ⁊ corporis
ꝑ mortem remanſit totus chriſtus. ſed non remanſit hu-
mana natura in ſua totalitate. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ꝑſona
chriſti eſt tota in quolibet loco. ſed non totaliter. quia nullo
loco circumſcribitur. ſed nec omnia loca ſimul accepta
eius immēſitatem comprehendere poſſunt. quinymo ipſe
ſua immenſitate omnia cōꝑhendit. Hoc autē locū habet
in hijs que corꝑaliter ⁊ circumſcriptiue ſunt in loco. ꝗ ſi
totum ſit alicubi nil eius ſit extra. ſed hoc in deo locum
non habet. vnde Aug⁹ dicit in ſermone de ſimbolo. non
ꝑ diuerſa tp̄a vel loca dicimus vbiqꝫ xp̄m eſſe totum vt
modo ibi ſit totus. ⁊ alio tempe alibi totus. ſed vt ſemper
vbiqꝫ ſit totus.

## ¶ Ad quartū ſic procedit̃ur

Uidetur ꝙ xp̄s nullam morā contraxerit in inferno. xp̄s
enī ad hoc ī infernū deſcendit vt ex eo homines liberaret
ſed hoc ſtatim ab eo factum eſt in ipſo deſcenſu. facile eſt
enim in conſpectu dei ſubito honeſtare pauꝑem vt dicit̃

Eccl'.xij.ergo videtur ꝙ nullaȝ morā ī inferno ꝯtraxerit ¶ Pre. Aug⁹ dicit in ſermone de paſſione ꝙ ſine aliqua mora ad imperium domini ac ſaluatoris omnes ferrei cō fracti ſunt vectes. vnde ex ꝑſona angelorū cōcomitātiū xp̄m dicitur. tollite portas principes veſtras. Ad hoc autē xp̄s illuc deſcendit vt vectes inferni cōfringeret. g̃ chriſt⁹ in inferno nullam morā contraxit. ¶ Pre. Luc. xxiij. dr̄. ꝙ dominus in cruce pendens dixit latroni. hodie mecum eris in paradiſo. Ex quo patet ꝙ eadem die chriſtus fuit in paradiſo non autē ſ̄m corpus quod poſitum fuit in ſepulcro g̃ ſ̄m animam que ad infernum deſcenderat. et ita videt̄ ꝙ non contraxit morā in inferno. ¶ Sed cōtra eſt quod petrus dicit Act. ij. quem deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni. iuxta quod impoſſibile erat teneri illū ab eo g̃ videtur ꝙ vſq̧ ad horam reſurrectionis manſit in inferno. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut chriſtus noſtras penas ī ſe ſuſcipet voluit corpus ſuum in ſepulcro poni. ita etiaȝ voluit animā ſuam ad infernū deſcendere. corp⁹ aūt eius manſit in ſepulcro per diē integrum ⁊ duas noctes ad cō probandum veritatē mortis ſue. vnde etiā tantūdem cre-dendum eſt animā eius fuiſſe in inferno. vt ſimul anima eius educeret̄ de inferno ⁊ corp⁹ ei⁹ de ſepulcro. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ xp̄us ad infernū deſcendēs ſanctos ibi ex-iſtentes liberauit. nō quidē ſtatim educendo eos de loco inferni. ſed in inferno ipſo eos luce glorie illuſtrādo. et tn̄ cōueniens fuit vt anima eius tādiu remaneret ī inferno quamdiu corpus eius manebat in ſepulcro. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ vectes inferni dicunt̄ impedimēta quib⁹ ſancti patres exire ꝓhibebant̄ reatu primi parētis. quos xp̄s ſtatim d-ſcēdēs ad inferos virtute ſue paſſionis ⁊ mortis cōfregit et tn̄ voluit in inferos aliquādiu remanere ꝓpter rationē predictā. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ illud verbū domini nō eſt in-telligendum de ꝑadiſo terreſtri, corporeo. ſed de ꝑadiſo ſp̄uali. in quo eſſe dicunt̄ quicunq̧ diuina gloria ꝑfruūt̄ vnde latro loco quidē cum xp̄o ad infernū deſcēdit vt cū xp̄o eſſet quia dictū eſt ei mecum eris in ꝑadiſo ſed ꝓmio in paradiſo fuit. quia ibi de diuinitate chriſti fruebat̄. ſicut et alij ſancti.

## Ad quintum ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ xp̄s deſcendens ad inferos ſāctos patres īde n̄ liberauerit. dicit eñ Aug⁹ ī ep̄l'a ad euodiū. illis iuſtis qui in ſinu erāt abrahe cum xp̄s in inferna deſcenderet nōdū q̄d cōtuliſſet īueni. a quib⁹ eū ſ̄m beneficam p̄ñtiā ſue diuinitatis nunq̧ video receſſiſſe. multum autē eis cōtuliſſet ſi eos ab inferis liberaſſet. nō g̃ videtur ꝙ xp̄us ſanctos patres ab inferis liberauerit. ¶ Pre. nullus in inferno tenetur niſi ꝓpter peccatū. ſed ſancti patres dum adhuc viuerēt ꝑ fidem xp̄i iuſtificati fuerant a peccato. g̃ non indigebāt liberari ab inferno xp̄o ad inferos deſcen-dente. ¶ Pre. remota cauſa remouetur effectus. ſȝ cauſa deſcendēdi ad inferos eſt peccatum quod fuit remotū ꝑ paſſionem xp̄i vt ſup̄ dictū eſt nō ergo per deſcenſum xp̄i ad inferos ſancti patres ſunt de inferno educti. ¶ Sed contra ē quod Aug⁹ in ſermone de paſſione dicit. ꝙ xp̄s quādo ad inferna deſcēdit portā inferni ⁊ vectes ferreos confregit. ⁊ omnes iuſtos qui peccato originali aſtricti tenebant̄ abſoluit. Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū eſt xp̄s deſcendens ad inferos opatus ē in virtute ſue paſſionis per paſſionem aūt xp̄i liberatū eſt humanum genus. non ſolū a peccato ſed etiam a reatu pene vt ſupra dictum eſt Dupliciter autē homines reatu pene erāt aſtricti. Uno modo ꝓ peccato actuali quod quilibet ſua ꝑſona cōmiſe-rat. Alio modo ꝓ peccato toti⁹ humāe nature. quod a pri-mo parēti in omnes originaliter deuenit. vt dr̄ ad Ro. v. cuius quidem peccati pena eſt mors corꝑalis. ⁊ excluſio a vita glorie. vt patet ex hijs que dicunt̄ Gē. ij. ⁊ iij. nam deus hominem de ꝑadiſo poſt peccatū eiecit cui ante pec catū mortem fuerat cōminatus ſi peccaret. ⁊ ideo chriſt⁹ ad inferos deſcendēs virtute ſue paſſionis ab hoc reatu ſāctos abſoluit quo erant a vita glie excluſi vt nō poſſēt deum per eſſentiā videre in quo conſiſtit ꝑfecta hominis beatitudo. vt in ſc̄d'a p̄te dictū ē. per hoc aūt ſācti patres detinebant̄ in inferno ꝙ eis ad vitaȝ glorie ꝓpter peccatū primi parentis aditus non patebat ⁊ ſic chriſtus deſcen-dens ad inferos ſanctos patres ab inferis liberauit. Et hoc eſt quod dicitur Zach. ix. tu vero in ſāguine teſtamē-ti tui eduxiſti victos de lacu in quo non erat aqua. Et ad Colo. ij. dicit̄ ꝙ expoliās principatus ⁊ poteſtates ſcȝ in-fernales. auferendo Iſaac. ⁊ Iacob. ⁊ ceteros iuſtos. ita duxit eos ideſt longe duxit ab hoc regno tenebraꝝ ad ce los. vt glo. ibidē dicit. ¶ Ad. j. g̃ dō. ꝙ Aug⁹ ibi loq̄tur contra quoſdam qui eſtimabant antiquos iuſtos ante aduentū chriſti in inferno doloribus penarum fuiſſe ſub-iectos vnde parū ante verba inducta p̄mittit dicēs. addūt quidam hoc beneficiū antiquis ⁊ ſanctis patribus fuiſſe conceſſū vt domin⁹ ī infernū veniſſet vt ab illis dolorib⁹ ſoluerent̄ ſed quo nam modo intelligat̄ abraham in cui⁹ ſinum pius etiā pauper ille ſuſceptus ē in illis fuiſſe do-loribus ego quidē non video. ⁊ ideo cum poſtea ſubdit ſe nōdū inueniſſe quid deſcēſus xp̄i ad īferos antiquis pa-tribus cōtulerit intelligendū eſt quantū ad liberationem penarum. contulit tam̄ eis quantū ad adeptōem glorie. et ꝑconſequēs ſoluit eorū dolorem quē patiebant̄ ex dila tōne glorie. ex cuius tamē ſpe magnū gaudiū habebant ſ̄m illud Io. viij. abraham pater veſter exultauit vt vi-deret diem meum. Et ideo ſubdit a quibus eū ſ̄m bene-ficam p̄ñtiam ſue diuinitatis nūquā video receſſiſſe. in quātū ſcȝ etiā ante aduentum xp̄i erant beati in ſpe. licet nōdū eſſēt ꝑfecte beati in re. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ſācti patres dū adhuc viuerēt liberati erant ꝑ fidem chriſti ab omni peccato tam originali. q̧ actuali ⁊ reatu pene actualiuȝ peccatoꝝ. nō tn̄ a reatu pene originalis peccati. per quē ex-cludebant̄ a gloria nōdū ſoluto pretio redemptōnis hu-mane. ſicut etiā nunc fideles xp̄i liberant̄ ꝑ baptiſmum a reatu actualiū peccatorū. ⁊ a reatu originalis quantum ad excluſionē a gloria. remanent tn̄ adhuc obligati a rea-tu originalis peccati quātum ad neceſſitatē moriendi cor-ꝑaliter. quia renouant̄ ſ̄m ſp̄ūm ſȝ n̄ ſ̄m carneȝ. ſ̄m illud ad Ro. viij. corpus quidē mortuū eſt ꝓpter peccatū. ſp̄ūs vero viuit ꝓpter iuſtificatōnē. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſtatim xp̄o mortem paciente anima eius ad infernū deſcendit. ⁊ ſue paſſionis fructum exhibuit ſanctis ī inferno detētis quāuis ex loco illo nō exierūt xp̄o apud īferos ꝯmorāte quia ipſa xp̄i p̄ñtia ꝑtinebat ad cumulum glorie.

## Ad ſextuȝ ſic procedītur

Uidetur ꝙ chriſtus aliquos dāpnatos ab inferno libera-uit. dr̄ eñ Eſa. xxiiij. ꝯgregabuntur congregatōne vnius faſcis in lacū. ⁊ claudent̄ in carcereȝ. ⁊ poſt multos dies viſitabuntur loquit̄ aūt ibi de dampnatis qui militiam celi adorauerūt. g̃ videtur ꝙ etiā dāpnati xp̄o deſcēdente ad inferos ſunt viſitati. quod ad eoꝝ liberatōem videtur pertinere. ¶ Pre. ſup illud Zach. ix. tu aūt in ſanguine

teſtamēti tui eduxiſti victos de lacu in quo non erat aqua dicit glo. in eos liberaſti qui tenebanť victi carcerib9 vbi nulla miſericordia eos cōfrigerabat quā diues ille petebat. Sed ſoli dāpnati includunť carceribus abſq; miſericordia. ğ xp̄s liberauit aliquos de inferno dampnatoꝝ. ¶ Pręt. potentia xp̄i non fuit minor in inferno ꝗ̄ in hoc mundo. vtrobiq; enim opatus eſt ꝑ potentiā ſue diuinitatis. ſed in hoc mundo de quolibet ſtatu aliquos liberauit. ğ etiā in inferno liberauit aliquos de ſtatu dampnatorum. ¶ Sed contra ē quod dicit Oſee. xiij. ero mors tua o mors. morſus tuus ero inferne. glo. electos educēdo. reprobos aūt ibidem relinquēdo. ſed ſoli reprobi ſunt in inferno dampnatoꝝ. ğ ꝑ deſcenſū xp̄i ad inferos nō ſūt aliqui de inferno dāpnatoꝝ liberati. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū eſt xp̄s deſcendēs ad inferos opat9 eſt in virtute ſue paſſionis. ⁊ ideo ei9 deſcenſus ad inferos illis ſolum liberatōnis obtulit fructum qui fuerūt paſſioni xp̄i cōiuncti ꝑ fidē caritate formatā ꝑ quam peccata tolluntur illi aūt qui erant in inferno dampnatoꝝ aut penitus fidē paſſionis xp̄i nō habēt ſicut infideles. aut ſi fidē habuerunt nullā cōformitatē habebant ad caritatē xp̄i paciētis vnde nec a peccatis ſuis erant mundati. ⁊ ꝓpter hoc deſcēſus xp̄i ad inferos nō cōtulit eis liberatōȝ a reatu pene infernalis ¶ Ad. j. ğ dōm ꝙ xp̄o deſcendente ad inferos omnes qui erāt in quacunq; pte inferni ſunt aliqualiter viſitati. ſed quidā ad ſuam conſolatōem ⁊ liberatōeȝ q̄dā aūt ad ſuā confutatōem ⁊ ꝯfuſionē ſicut dampnati. vnde ibidē ſubdiť. ⁊ erubeſcet luna. ⁊ cōfundeť ſol ⁊c̄. Poteſt etiam hoc referri ad viſitatōem qua viſitabunť in die iudicij. nō vt liberētur ſed vt condēpnenť ampli9. ſm illud Sophonie. j. viſitabo ſup viros defixos in fecibus ſuis. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ cum dicit in glo. vbi nulla miſericordia eos refrigerabit intelligendū ē quātū ad refri geriū ꝑfecte liberatōnis. qua ſancti patres ab illis inferni carceribus ante chriſti aduentū nō potuerūt liberari. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ nō fuit ꝓpter chriſti impotentiā ꝙ nō ſūt aliqui liberati de q̄libet ſtatu īfernaliū ſicut de q̄libȝ ſtatu mūdoꝝ. ſȝ ꝓpter diuerſam vtroꝝq; conditōem. nam homines quādiu hic viuūt poſſunt ad fidem ⁊ caritateȝ conuerti. q2 in hac vita non ſunt homines confirmati in bono vel in malo ſicut poſt exitum ab hac vita.

## ¶ Ad ſeptimum ſic ꝓcediť

Uidetur ꝙ pueri qui cum originali peccato deceſſerunt fuerint ꝑ deſcēſū xp̄i liberati. nō enim tenebanť ī inferno niſi ꝑ peccato originali ſicut et ſancti patres. ſȝ ſancti patres ſunt ab inferno liberati ꝑ xp̄m vt ſup dictū eſt. ergo ⁊ pueri ſimiliter ſunt ab inferno liberati. ¶ Pręt. Ap̄ls dicit ad Ro. v. ſi vnius delicto multi mortui ſunt multo magis gratia dei et donū in gratia vnius hominis ieſu xp̄i in plures habūdauit. ſed ꝓpter peccatum primi pntis pueri cū ſolo peccato originali decedētes in inferno detinenť. ergo multo magis ꝑ gratiā xp̄i ſunt ab inferno liberati. ¶ Pręt. ſicut baptiſmus opatur in virtute paſſionis xp̄i ita ⁊ deſcēſus chriſti ad inferos. vt ex dictis patet ſed pueri per baptiſmū liberanť a peccato originali ⁊ ab inferno. ergo ſilr ſunt liberati ꝑ deſcēſum xp̄i ad inferos ¶ Sed contra eſt q̄d Ap̄ls dicit ad Ro. iij. quē deus poſuit ꝓpiciatorē ꝑ fidē ī ſanguine eius. ſed pueri qui cū ſolo peccato originali deceſſerunt nullo modo ꝑſunt pticipes fidei. ergo non ꝑceperūt fructū ꝓpiciatōnis xp̄i vt ꝑ ipſum ab inferno liberarenť. ¶ Rñ dōm ꝙ ſicut ſupra dictū eſt deſcēſus xp̄i ad inferos in illis ſolum effectum habuit qui ꝑ fidem ⁊ caritatem paſſioni xp̄i coniūgebāť in cuius virtute deſcēſus xp̄i ad inferos liberatorius erat pueri aūt qui cum peccato originali deceſſerūt nullo mō fuerunt cōiuncti paſſioni xp̄i ꝑ fidem ⁊ dilectōem neq; eñi ꝑ fidem ꝓpriam potuerūt qui nō habuerūt vſū liberi arbitrij. neq; ꝑ fidem parentum aut ꝑ aliquod fidei ſacramentum fuerant a peccato originali mundati et ideo deſcēſus chriſti ad inferos hm̄ōi pueros non liberauit ab inferno ¶ Et pręterea ꝑ hoc ſācti patres ab īferno ſūt liberati quia ſunt ad gloriam diuine viſionis admiſſi. ad quā nullus poteſt ꝑuenire niſi ꝑ gratiam ſm illud ad Ro. vj. gratia dei vita eterna. cum ergo pueri cum originali decedētes non habuerūt gratiam non fuerunt ab īferno liberati. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ ſancti patres ⁊ ſi adhuc tenerenť aſtricti reatu originalis peccati in quantū reſpicit humanā naturam tantū liberati erant ꝑ fidem chriſti ab omni macula peccati. et ideo capaces erant illius liberatōnis quā xp̄s attulit deſcendens ad inferos ſed hoc de pueris dici non poteſt vt ex dictis patet. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ cum Ap̄ls dicit gratia dei in plures habūdauit. ly. plures non eſt accipiendum comparatiue. quaſi plures numero ſint ſaluati per gratiam chriſti ꝗ̄ dampnati per peccatum ade. ſed abſolute. ac ſi diceret ꝙ gr̄a vnius xp̄i habundauit in multos ſicut ⁊ peccatum vnius ade ꝑuenit ad multos ſed peccatū ade ad eos tm̄ ꝑuenit qui ꝑ ſeminalem rationem carnaliter ab eo deſcenderūt ita gr̄a chriſti ad eos tantū ꝑuenit qui ſp̄uali regeneratione eius membra facta ſunt. quod non cōpetit pueris decedentib9 cum peccato originali. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ baptiſm9 adhibetur omnibus in hac vita. in qua homo poteſt tranſmutari de culpa in gratiam. ſed deſcenſus chriſti ad inferos exhibitus fuit animabus poſt hanc vitam vbi nō ſunt capaces tranſmutationis predicte. ⁊ ideo per baptiſmum pueri liberanť a peccato originali et ab inferno. Non aūt per deſcenſum chriſti ad inferos.

## ¶ Ad octauū ſic proceditur

Uidetur ꝙ chriſtus ſuo deſcenſu ad inferos liberauerit animas a purgatorio. dicit eñi Aug9 in ep̄la ad euodiū quia euidentia teſtimonia ⁊ infernū commemorant ⁊ dolores nulla cauſa occurrit cur illuc credať veniſſe ſaluator niſi vt ab eiſdem doloribus ſaluos faceret. ſed vtrum oēs quos in eis inuenit an quoſdā quos illo benefitio dignos iudicauit ad hoc requirit. tamen veniſſe chriſtum apud inferos ⁊ in eorum doloribus conſtitutis hoc beneficiū ꝑſtitiſſe non dubito non aūt preſtitit benefitiū liberatōis dampnatis ſicut ſupra dictum eſt. preter eos auteȝ nulli ſunt in doloribus penalib9 conſtituti niſi illi qui ſunt in purgatorio. ergo chriſtus animas de purgatorio liberauit ¶ Pręt. ipſa anime xp̄i pñtia non minorē effectū habuit ꝗ̄ ſacramenta ipſius. ſed per ſacramēta xp̄i liberanť aīe in purgatorio. ⁊ precipue ꝑ eucariſtie ſacramentū. vt. j. dicetur. ğ multo magis ꝑ pñtiam chriſti ad inferos deſcendentis ſūt anime a purgatorio liberate. ¶ Pręt. xp̄s quoſcūq; liberauit in hac vita totaliter curauit. vt Aug9. dicit in libro de penitentia. Et Jo. vij. dominus dicit. totum hominē ſaluū feci in ſabbato. ſed chriſtus eos qui ī purgatorio erant liberauit a reatu pene dampni quo excludebāť a gloria. ergo etiā liberauit eos a reatu pene purgatorij. ¶ Sed contra eſt quod Gre. dicit in mo. dum conditor ac redemptor noſter clauſtra inferni penetrans

electoꝝ exinde animas eduxit nos illuc ire nõ patiť. vnde iam aliquos liberauit deſcendẽdo. ¶ Patiť aũt nos ire ad purgatoriũ. ergo deſcẽdẽs ad inferos animas a purgatorio nõ liberauit. ¶ Rñ. dõ. ꝙ ſicut ſepe dictũ eſt deſcenſus chriſti ad inferos liberatoriꝰ fuit ĩ virtute paſſionis ipſiꝰ paſſio aũt eius nõ habuit virtutẽ tẽpalem ⁊ trãſitoriã. ſ; ſempiternã ſcḋm illud ad Heb. x. vna oblatõne conſũmauit ſcĩficatos in ſẽpiternũ. Et ſic patet ꝙ nõ habuit tunc maiorem efficatiam paſſio chriſti ꝙ̃ nunc habet. Et ideo illi qui fuerũt tales quales nũc ſunt qui in purgatorio detinenť non fuerũt a purgatorio liberati ꝑ deſcenſum xp̄i ad inferos. Si qui aũt ibi inuenti ſunt tales quales etiã nunc virtute paſſionis chriſti a purgatorio liberanť tales nihil prohibet per deſcenſum chriſti ad inferos a purgatorio liberatos. ¶ Ad. j. ḡ dõ. ꝙ ex illa auctoritate Augꝰ non poteſt concludi ꝙ omnes illi qui in purgatorio erant fuerit a purgatorio liberati. ſed aliquibꝫ eorũ fuerit hoc beneficiũ collatum. illis ſc; qui iam ſufficienter purgati erant. vel etiã qui dum adhuc viuerũt meruerẽt per fidẽ dilectiõem ⁊ deuotõem ad mortẽ chriſti vt eo deſcẽdente liberarenť a tꝑali purgatorij pena. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ virtꝰ xp̄i opatur ĩ ſacramẽtis ꝑ modũ ſanatõnis ⁊ expiatõnis cuiuſdã. vnde ſacramentũ eucharistie liberat homines a purgatorio inquantũ eſt quoddã ſacrificiũ ſatiſfactoriũ ꝓ peccato. deſcenſus aũt xp̄i ad inferos nõ fuit ſatiſfactoꝛ opabať tñ ĩ virtute paſſionis xp̄i que fuit ſatiſfactoria vt ſupra habitũ eſt. ſed erat ſatiſfactoria in generali. cuiꝰ virtute oportebat applicari ad vnũquodq; ꝑ aliquid ſpecialiter ad ipſũ ptinẽs. ⁊ ideo nõ oportet ꝙ ꝑ deſcenſum xp̄i ad ĩferos omnes fuerĩt a purgatorio liberati. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ illi defectus a quibus xp̄s ſimul in hoc mũdo homines liberabat erant ꝑſonales ꝓprie ad vnũquẽq; ptinẽtes. ſ; excluſio a gloria dei erat quidam defectꝰ generalis ptinẽs ad totã humanam naturam. ⁊ ideo nihil ꝓhibet eos qui erant in purgatorio ꝑ chriſtũ eſſe liberatos ab excluſione a gloria nõ aũt a reatu pene purgatorij q̃ ptinet ad ꝓpriũ defectum. Sicut ecõuerſo ſancti patres ante chriſti aduẽtum liberati ſunt a ꝓprijs defectibus nõ autem a defectu cõmuni ſicut ſupra dictũ eſt.

## Queſtio. LIII.

Conſequenter conſiderãdũ eſt de hijs que ptinẽt ad exaltationem xp̄i. Et p̄mo de eiꝰ reſurrectõe. Scḋo de eius aſcenſione. Tertio de ſeſſione ad dextrã patris. Quarto ḋ iudiciaria poteſtate. Circa p̄mũ occurrit quadruplex cõſideratõ. Quaꝝ p̄ma eſt de ipſa xp̄i reſurrectõne. Secũda de qualitate reſurgentis. Tertia de manifeſtatõne reſurrectõnis. Quarta de eius cauſalitate. Circa primũ q̃runť quattuoꝛ. Primo de neceſſitate reſurrectõis xp̄i. Secũdo de tẽpe. Tertio de ordine. Quarto de cauſa.

## Ad primum ſic procedit.

Videtur ꝙ nõ fuerit neceſſariũ chriſtũ reſurgere dicit enĩ Dam. in. iiij. li. reſurrectõ ſcḋa ẽ eius quod, diſſolutũ eſt ⁊ cecidit ab elemẽtis reſurrectõ. ſed xp̄s nõ cecidit ꝑ peccatũ. nec corpus eius eſt diſſolutũ. vt patet ex ſupᷓdictis. non ḡ ꝓprie ſibi conuenit reſurgere. ¶ Pre. quicũq; reſurgit ad aliquod altius ꝓmouetť. q2 reſurgere eſt ſurſum moueri. ſed corpꝰ chriſti manſit poſt mortem diuinitati vnitum et ita non potuit in aliquid altius ꝓmoueri. ergo nõ competebat ſibi reſurgere. ¶ Pre. ea que circa humanitatem chriſti ſunt acta ad noſtram ſalutem ordinantur ſed ſufficiebat ad ſalultem noſtram paſſio chriſti. per quã ſumus a pena ⁊ culpa liberati. vt ex dictis patet. nõ ergo fuit neceſſariũ ꝙ chriſtus a mortuis reſurgeret. ¶ Sed contra eſt quod diciť Luc. vlt. oportebat chriſtum pati et reſurgere a mortuis. ¶ Rñ. dõm ꝙ neceſſariũ fuit xp̄m reſurgere propter quinq;. Primo quidem ad commẽdationem diuine iuſticie. ad quam ptinet exaltare illos qui ſe ꝓpter deũ humiliant. ſcḋm illud Luc. j. depoſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humiles. q2 ergo chriſtus ꝓpter caritatem ⁊ obedientiã dei ſe humiliauit vſq; ad mortẽ crucis oportebat ꝙ exaltaretur a deo vſq; ad gloriam reſurrectõnis. Unde ex eius perſona dicitur in pſalmo. tu cognouiſti id eſt approbaſti ſeſſionem meã id eſt humilitatẽ meã et paſſionem. et reſurrectionem meam id eſt glorificationem in reſurrectione. ſicut glo. exponit. Secundo ad fidei noſtre inſtructionem quia per eius reſurrectionem confirmata eſt fides noſtra circa diuinitatem chriſti. quia vt dicitur. ij. Coꝛ. vlt. et ſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra. ſed viuit ex virtute dei. Et ideo. i. ad Corinthꝰ. xv. dicitur ſi criſtus non reſurrexit inanis eſt p̄dicatio noſtra inanis ẽ ⁊ fides noſtra. Et in pſalmo dꝛ. que vtilitas erit in ſanguine meo. id eſt in effuſione ſanguinis mei deſcendendo quaſi per quoſdam gradus maloꝛũ in corruptõem quaſi diceret nulla. ſi enim ſtatim nõ reſurgo corruptũq; fuerit corpus meum nemini annunciaboꝛ. nullum lucraboꝛ. vt gloſa exponit. Tertio ad ſubleuationẽ noſtre ſpei quia dum videmus chriſtũ reſurgere qui eſt caput noſtrum ſperamus et nos reſurrecturos. vnde dicitur. j. Coꝛ. xv. ſi chriſtus predicať ꝙ reſurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis quoniã reſurrectõ mortuorum non eſt. Et Job. xix. diciť ſcio ſcilicet ꝑ certitudinem fidei ꝙ redemptoꝛ meus id eſt chriſtus viuit a mortuis reſurgens. ⁊ ideo in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſũ repoſita eſt hec ſpes mea in ſinu meo. Quarto ad informationem vite fidelium. ſcḋm illud ad Ro. vj. q̃m chriſtus reſurrexit a mortuis ꝑ gloriam patris ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Et infra chriſtus reſurgens ex mortuis iam nõ moritur vltra. ita et vos exiſtimate mortuos eſſe peccato viuentes aũt deo. Quinto ad complementũ noſtre ſalutis. quia ſicut per hoc ꝙ mala ſuſtinuit moriẽdo vt nos liberaret a malis. ita glorificatus ẽ reſurgẽdo vt nos promoueret ad bona. ſcḋm illud ad Ro. iiij. traditꝰ eſt ꝓpter delicta noſtra. ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationem noſtram. ¶ Ad. j. ergo dõm ꝙ licet chriſtus non ceciderit ꝑ peccatum noſtrum. cecidit tamen ꝓpter mortem. quia ſicut peccatũ eſt caſus a iuſticia ita mors eſt caſus a vita vnde ex ꝑſona chriſti poteſt intelligi quod diciť Michee vij. ne leteris inimica mea ſuper me quia cecidi conſurgam. Similiter etiã licet corpus chriſti non fuerit diſſolutum ꝑ incinerationem. ipſa tamen ſeperatio anime a corpore diſſulatio quedam fuit. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ diuinitas erat carni chriſti poſt mortem vnita vnione ꝑſonali non autẽ vnione nature. ſicut anima vniť corpori vt forma. ad cõſtituendam humanam naturam. ⁊ ideo per hoc ꝙ corpꝰ eius vnitum eſt anime ꝓmotum eſt in altiorem ſtatum nature non autem in altiorem ſtatum ꝑſone. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ paſſio chriſti operata eſt noſtram ſalutem ꝓprie loquendo. quantum ad remotionem malorum. reſurrectio aũt quantũ ad inchoationem ⁊ exẽplar bonoꝝ.

## Ad ſecundũ ſic procedit.

Uidetur ꝙ non fuerit conueniens chriſtū tertia die reſurgere. membra eniʒ debent capiti conformari. ſed noſ qui ſumus membra xp̄i non reſurgimus a morte tertia die. ſed noſtra reſurrectio differtur vſqꝫ ad finem mūdi. ergo videtur ꝙ xp̄s qui eſt caput noſtruʒ non debuit tertia die reſurgere. ſed debuit eiuſ reſurrectio differri vſqꝫ ad finem mundi. ¶ Pre. Act. ij. dicit petrus. ꝙ impoſſibile erat xp̄m detineri ab inferno ⁊ morte. ſed quamdiu aliquis eſt mortuus detinetur a morte. ergo videtur ꝙ xp̄i reſurrectio nō debuerit differri vſqꝫ ad tertiam diem ſed ſtatim eodeʒ die reſurgere. precipue cum gloſa inducta dicat nullā vtilitatem eſſe in effuſione ſanguinis xp̄i ſi nō ſtatim reſurgeret. ¶ Pre. dies incipere videtur ab ortu ſolis. qui ſua preſentia diem cauſat. ſed ante ortuʒ ſolis xp̄s reſurrexit. dicitur eniʒ Joh. xx. ꝙ vna ſabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre eſſent ad monumentum. ⁊ tunc xp̄s iam reſurrexerat. quia ſequitur ⁊ vidit reuolutum lapidem a monumento. ergo non reſurrexit tertia die. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Matt. xx. tradent eum gentibus ad illudendum ⁊ flagellandum ⁊ crucifigendū. ⁊ tertia die reſurget. ¶ Rn̄. dōʒ ꝙ ſicut dictum eſt reſurrectio xp̄i neceſſaria fuit ad inſtructioneʒ noſtre fidei. eſt auteʒ fides noſtra ⁊ de humilitate ⁊ de diuinitate xp̄i non enim ſufficit alterum ſine altero credere vt patet ex dictis. ⁊ ideo ad hoc ꝙ confirmaretur fides diuinitatis ipſi⁹ oportuit ꝙ cito reſurgeret. ⁊ eius reſurrectio non differretur vſqꝫ ad finem mundi. Ad hoc autem ꝙ confirmaretur fides de veritate humanitatis ⁊ mortis eius oportuit moram eſſe inter mortem ⁊ reſurrectionem. ſi enim ſtatim poſt mortem reſurrexiſſet videri poſſet ꝙ eius mors vera non fuiſſet. ⁊ ꝑ conſequens nec reſurrectio vera. Ad veritatem aūt mortis xp̄i manifeſtandam ſufficiebat ꝙ vſqꝫ ad tertiam diem eius reſurrectio differretur. quia non contingit quin infra hoc tempus ī homine qui mortuus videtur cum viuat appareant aliqua indicia vite. Per hoc etiam ꝙ tertia die reſurrexit cō mendatur perfectio ternarij. qui eſt numerus omnis rei vtpote habens principium medium ⁊ finem. vt dicitur iij. de ce. ⁊ mun. Oſtendit etiaʒ ſcd̄ʒ miſterium ꝙ xp̄s vna ſua morte que fuit lux propter iuſticiam duas noſtras mortes deſtruxit ſcilicet corporis ⁊ anime. que ſunt tenebroſe propter peccatū. ⁊ ideo vna die integra ⁊ duabus noctibus ꝑmanſit in morte. vt Aug⁹ dicit. iij. de tri. Per hoc etiam ſignatur ꝙ ꝑ reſurrectionem xp̄i tertiuʒ tempus incipiebat. nam primuʒ fuit ante legeʒ. ſcd̄ʒ ſub lege. tertiuʒ ſub gratia. Incepit etiam in xp̄i reſurrectione tertius ſtatus ſanctorum nam primus fuit ſub figuris legis. ſecundus ſub veritate fidei. tertius erit in eternitate glorie. quē xp̄s reſurgendo inchoauit. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ caput ⁊ membra conformantur in natura. ſed nō in virtute. Excellentior enim eſt virtus capitis ꝙ͞ membrorum. ⁊ ideo ad demonſtrandam excellentiam virtutiſ xp̄i conueniens fuit ipſum tertia die reſurgere. aliorum reſurrectione dilata vſqꝫ ad finem mundi. ¶ Ad. ij. dōʒ ꝙ detentio coactionem quādā importat. xp̄us autē nulla neceſſitate mortis detinebatur aſtrictus. ſed erat inter mortuos liber. ⁊ ideo aliquādiu in morte manſit. non ꝙ͞ſi detentus. ſed propria voluntate quādiu iudicauit hoc eſſe neceſſarium. ad inſtructionem fidei noſtre. dicitur autem ſtatim fieri quod fit breui interpoſito tempore. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut ſupradictum eſt xp̄s reſurrexit circa diluculum, illuceſcente iam die. ad deſignandū ꝙ per ſuam reſurrectionem nos ad lucem gratie inducebat. ſicut mortu⁹ eſt adueſpaſcente iam die. ⁊ tendente in tenebraſ ad oſtendendum ꝙ per ſuam morteʒ deſtrueret tenebraſ culpe ⁊ pene. et tamen dicitur tertia die reſurrexiſſe. accipiendo dieʒ pro die naturali. que continet ſpaciū. xxiiij. horarum. Et ſicut dicit Auguſtinus iiij. de trinita. nox vſqꝫ ad diluculuʒ quo domini reſurrectio declarata eſt ad tertium diem pertinet. quia deus qui dixit de tenebris lumen clareſcere. vt per gratiam noui teſtamenti et participationem reſurrectionis xp̄i audiremus. fuiſtis aliquando tenebre. nunc aūt lux in domino inſinuat nobis quodāmodo quomodo a nocte dies ſumat initium ſicut enim primi dies propter futurum hominis lapſuʒ a luce in noctem ita iſti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur. Et ita patet ꝙ etiam ſi media nocte ſurrexiſſet poſſet dici tertia die eum ſurrexiſſe. intelligendo de die naturali. nunc auteʒ cum ī diluculo ſurrexit poteſt dici ꝙ die tertia ſurrexit qꝛ. etiam accipiendo diem artificialem. qui cauſatur ex preſentia ſolis. quia iam ſol incipiebat aerē illuſtrare. vnde Mar. vlti. dicitur ꝙ mulieres venerunt ad monumentum orto iam ſole Quod non eſt contrarium ei quod Johan. dicit. cum adhuc tenebre eſſent. vt Auguſtinus dicit in libro de conſen. euangeliſtarum. quia die ſurgente reliquie tenebrarum tantomagis exterminantur quanto magis lux oritur. ꝙ autem dicit Marcus orto iam ſole. non ſic accipiendum eſt tanꝙ͞ iam ſol ipſe videretur ſuꝑ terram. ſed tanꝙ͞ eo proximo veniente in has partes.

## Ad tertiuʒ ſic proceditur

Uidetur ꝙ xp̄s non primo ſurrexit. nam in veteri teſtamento ꝑ helyaʒ ⁊ helyſeum aliqui reſuſcitati leguntur. ſcd̄m illud ad hebre. xi. acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos Similiter etiam chriſtus ante paſſionem ſuam tres mortuos ſuſcitauit. non ergo xp̄s fuit primus reſurgentium. ¶ Pre. Matth. xxvij. inter alia miracula que in paſſione xp̄i acciderunt narratur ꝙ monumenta aperta ſunt. ⁊ multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt nō ergo xp̄s fuit primus reſurgentiuʒ. ¶ Pre. ſicut xp̄s ꝑ ſuā reſurrectionem eſt cauſa noſtre reſurrectionis ita per ſuam gratiam eſt cauſa noſtre gratie. ſcd̄m illud Joh. i. de plenitudine eius nos omnes accepimus. ſed alij prius temꝑe gratiam habuerunt. ꝙ͞ xp̄s. ſicut oēs patres veteris teſtamenti. ergo etiā aliqui prius ad reſurrectionem corꝑalem ꝑuenerūt ꝙ͞ xp̄s. ¶ Sed ꝯtra ē qd̄ dicit. i. Cor. xv. xp̄s reſurrexit a mortuis. primitie dormiētiū. glo. qꝛ pri⁹ tꝑe ⁊ dignitate ſurrexit. ¶ Rn̄ dōm ꝙ reſurrectio ē reꝑatio a morte ī vitā. dupl'r auteʒ aliq̄s eripitur a morte Uno mō ſolū a morte actu. vt ſi aliquiſ viuere īcipiat qualitercūqꝫ poſtꝙ͞ mortu⁹ fuerat Alio mō vt aliq̄s liberet nō ſolū a morte. ſʒ etiā a neceſſitate. ⁊ qd̄ plus ē a poſſibilitate moriendi. ⁊ hec eſt vera ⁊ ꝑfecta reſurrectio. quia quādiu aliq̄s viuit ſubiect⁹ neceſſitati moriendi quodammō eis mors dominatur. ſcd̄m illud ad Romano. viij. corpus quod mortuum eſt propter peccatum. illud etiam quod poſſibile eſt eſſe. ſcd̄m ꝙ dicitur eē. id eſt potentialiter ⁊ ſic patet ꝙ illa reſurrectio q̄ quis eripitur ſolum ab actuali morte eſt reſurrectio imperfecta. Loquendo ergo de reſurrectione perfecta chriſtus eſt primus reſurgentium. quia ipſe reſurgendo primo peruenit ad vitam penitus immortalem. ſcd̄m illud

ad Ro. vi. xp̄s reſurgens ex mortuis. iam non moritur. Sed reſurrectione īperfecta quidem alij reſurrexerunt ante xp̄m. premonſtrando quaſi in quodam ſigno reſurrectionem ipſius. Et ſic patet reſponſio ad primū. quia ⁊ illi qui ſuſcitati ſunt in veteri teſtamento ⁊ illi qui ſuſcitati ſunt a xp̄o ſic redierūt ad vitam vt iterū morerētur ¶ Ad. ij. dicēdum ꝙ de illis qui cū xp̄o reſurrexerūt duplex eſt opinio. Quidam enim aſſerunt ꝙ redierunt ad vitā nunq̄ iterum morituri. quoniam illis maius eſſet tormētum ſi iterum morerentur q̄ ſi non reſurgerent. ⁊ ſm̄ hoc intelligendum erit ſicut Hiero. dicit ſuper Matt. ꝙ nō ante reſurrexerunt q̄ reſurgeret dominus. vnde ⁊ euangeliſta dicit ꝙ exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in ſanctam ciuitatē ⁊ apparuerūt multis. Sed Aug⁹. in ep̄la. ad euodium hanc opinionē cōmemorās dicit ſcio quibuſdā videri morte domini xp̄i iam talem reſurrectionem p̄ſtitam iuſtis qualis nobis in fine promittitur. ꝙ non ſi iterum repoſitis corporibus dormierunt videndū eſt quomodo itelligatur xp̄s primo genitus a mortuis ſi eum in illam reſurrectionem tot p̄ceſſerunt ꝙ ſi reſpondetur hoc dictum eſſe ꝑ anticipationem. vt monumenta illo terremotu apta intelligant̄ cū xp̄s in cruce penderet. reſurrexiſſe aūt iuſtorum corpora non tunc. ſed cum ille prior reſurrexiſſet. Sed adhuc reſtat quod moueat. quomodo petrus nō de dauid ſed de xp̄o aſſeruit fuiſſe predictū carnem eius non vidiſſe corruptionem. Sed per hoc ꝙ apud eos erat monumentum dauid ⁊ ſic illos non conuincebat ſi corpus dauid ibi iā non erat. quia ⁊ ſi ante in recenti ſua morte reſurrexiſſet nec caro eius vidiſſet corruptionem poſſet monumentū illud manere. durum aūt videtur vt dauid non fuerit in illa reſurrectione iuſtorum. ſi eis iam eterna donata ſunt ex ſemine cuius xp̄s commendatur. Periclitabitur etiā illud ad Heb. vbi de iuſtis antiquis dicit̄. ne ſine nobis ꝑficerentur ſi iam in illa reſurrectionis corruptione conſtituti ſunt que nobis ꝑficiendis ī fine ꝓmittitur. Sic ḡ Aug⁹. ſentire videtur ꝙ reſurrexerunt iterum morituri. Ad quod etiam videtur ꝑtinere qd̄ Hiero. dicit ſup Marc. ꝙ ſicut lazarus reſurrexit. ſicut et multa corpora ſanctorum reſurrexerunt. vt dominum oſtenderent reſurgentem. Quis hoc in ſermone de aſſumptione ſub dubio relinquat. Rōnes tn̄ Aug⁹. multo efficatiores videntur. ¶ Ad. iij. dicēdum ꝙ ſicut ea que p̄ceſſerunt xp̄i aduentum fuerunt p̄paratoria ad xp̄m ita gratia eſt diſpoſitio ad gloriam. ⁊ ideo ea que ſunt glorie ſiue quantū ad animam ſicut ꝑfecta dei fruitio ſiue quantum ad corpus ſicut reſurrectio glorioſa prius tp̄e debuit eſſe in xp̄o ſicut in actore glorie gratiam vero cōueniebat prius eē ī hijs q̄ ordinabantur ad xp̄m.

## Ad quartum ſic procedit

Videtur ꝙ chriſtus non fuerit cauſa ſue reſurrectionis quicunq̄ enim ſuſcitatur ab alio nō ē ſue reſurrectionis cauſa. ſed xp̄s eſt ſuſcitatus ab alio. ſm̄ illud Act. ij. quē deus ſuſcitauit. ſolutis doloribus inferni. ⁊ ad Ro. viij. q ſuſcitauit iſtum xp̄m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpora nr̄a. ḡ xp̄s nō eſt ſue reſurrectionis cauſa. ¶ Pre. null⁹ dicit̄ mereri vel ab alio petit aliquid cuius ipſe eſt cauſa. ſed xp̄s ſua paſſione meruit reſurrectionem ſicut Aug⁹. dicit ſup Ioh. ꝙ humilitas paſſionis meritum ē glorie reſurrectionis ipſe etiam petit a patre ſe reſuſcitari. ſm̄ illud p̄s. tu aūt domīe miſerere mei ⁊ reſuſcita me ergo xp̄s non fuit cauſa ſue reſurrectionis ¶ Pre. ſicut Dam. ꝓbat in iiij. li. reſurrectio nō eſt anime. ſed corporis quod poſt mortem cadit. corpus autem nō potuit ſibi aīam vnire que eſt eo nobilior. ḡ illud quod reſurrexit in xp̄o nō potuit eſſe cauſa ſue reſurrectionis.

¶ Sed cōtra eſt quod dn̄s dicit Ioh. x. nemo tollit animā meam a me. ſed ego ponam eam ⁊ iterū ſumo eam. ſed nihil aliud eſt ſurgere q̄ iterato animam ſumere. ergo videtur ꝙ xp̄s propria virtute reſurrexit. Rn̄. dicēdum ꝙ ſicut ſupradictum eſt per mortem nō fuit ſeꝑata diuinitas nec ab anima xp̄i nec ab eius carne. poteſt ergo tam anima mortui q̄ eius caro conſiderari dupliciter. Vno mō ratione diuinitatis Alio modo ratione ipſius nature create. Secundum ḡ diuinitatis virtutem ⁊ corpus reſumpſit animam quam depoſuit ⁊ anima reſumpſit corpus quod dimiſerat. ⁊ et hoc ē quod dicitur de xp̄o. ij. Cor. vlti. ꝙ ⁊ ſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra. ſed viuit ex virtute. Si aūt conſideremus corpus ⁊ animā xp̄i mortui ſm̄ virtutem nature create ſic non potuerūt ſibiinuicem reuniri ſed oportuit xp̄m reſuſcitari a deo. ¶ Ad. i. ḡ dicēdum ꝙ eadem ē diuina virtus ⁊ operatio patris ⁊ filij vn̄ hec duo ſeſe cōſequūtur. ꝙ xp̄s ſit ſuſcitat⁹ diuina virtute pr̄is ⁊ ſuiipſi⁹. ¶ Ad. ij. dicēdū ꝙ xp̄s orādo petijt ⁊ meruit ſuam reſurrectionem. inquantū homo. nō aūt inquātum deus. ¶ Ad. iij. dicēdum ꝙ corpus ſm̄ naturā creatam non eſt potentius anima xp̄i. ē tn̄ potentius ſm̄ virtutē diuinam. que etiam rurſus ſm̄ diuinitatem vnitam ē potentius corpore ſm̄ naturam creatam. Et ideo ſm̄ naturā diuinā corpus ⁊ anima ſe mutuo reſumpſerunt. nō autem ſm̄ virtutem nature create.

### Queſtio. LIIII.

Deinde conſiderādū eſt de qualitate xp̄i reſurgētis. Circa hoc queruntur quattuor. Primo vtrum xp̄s poſt reſurrectionem habuit verum corpus. Secundo vtrū reſurrexit cum corporis integritate. Tertio vtrū corpus eius fuit glorioſum. Quarto de eius cicatricibus in corpore apparentibus.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ xp̄s poſt reſurrectionem non habuit verum corpus. verum enim corpus non poteſt ſimul eſſe cum alio corpore in eodem loco. ſed corpus xp̄i poſt reſurrectionem fuit ſimul cum alio corpore in eodem loco. intrauit enim ad diſcipulos ianuis clauſis. vt dicit̄ Ioh. xx. ergo videtur ꝙ xp̄s poſt reſurrectionem nō habuit verū corp⁹. ¶ Pre. verū corp⁹ nō euaneſcit ab aſpectu itueītiū niſi forte corrūpatur. ſed corpus xp̄i euāuit ab oculis diſcipulorum eum intuentium. vt dicitur Luc. vlti. ergo videtur ꝙ xp̄s poſt reſurrectionem non habuit verū corpus. ¶ Pre. cuiuſlibet veri corporis eſt determinata figura. ſed corpus xp̄i apparuit diſcipulis in alia effigie. vt patet Mar. vlti. ergo videtur ꝙ xp̄s poſt reſurrectionem non habuit verum corpus humanum. ¶ Sed cōtra eſt quod dicitur Luc. vlti. ꝙ xp̄o diſcipulis apparente conturbati ⁊ exterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre. ſ. ac ſi non haberet verū corpus ſed fantaſticum. ad quod remouendum ipſe poſtea ſubdit. palpate ⁊ videte quia ſpiritus carnem ⁊ oſſa non habet. ſicut me videtis habere. ergo non habuit corpus fantaſticum ſed verum.

¶ Rn̄. dicēdum. ꝙ ſicut dicit Dam. in. iiij. li. illud reſurgere dr̄

quod cecidit. inquantuꝫ ſcilicet fuit ab eo ſeperata anima que erat eiꝰ formalis perfectio. vnde oportuit ad hoc ꝙ eſſet vera xpi reſurrectio vt idem corpus xpi iterato eidem anime vniretur. ⁊ quia veritas nature corporis eſt ex forma. conſequens eſt ꝙ corpus xpi poſt reſurrectionem ⁊ verum corpus fuerit ⁊ eiuſdem nature cuius fuerat prius. ſi autem corpus illius fuiſſet fantaſticum non fuiſſet vera reſurrectio. ſed apparens. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ corpus xpi poſt reſurrectionem non ex miraculo ſed ex conditione glorie ſicut quidam dicūt clauſis ianuis ad diſcipulos itroiuit. ſimul cum alio corpore et in eodem loco exiſtens ſed vtrum hoc facere poſſet corpus glorioſum ex aliqua proprietate ſibi indita vt ſimul cum alio corpore in eodem loco exiſtat inferius diſcutietur. vbi agetur de reſurrectione cōmuni. nunc aūt quantum ad propoſituꝫ ſufficit. dicendū eſt ꝙ nō ex natura corporis ſed potius ex virtute diuinitatis vnite illud corpus ad diſcipulos licꝫ verum eſſet ianuis clauſis introiuit. vnde Aug. dicit in quodam ſermone paſcali. ꝙ quidam ſic diſputant. ſi corpus erat ſi hoc reſurrexit de ſepulchro quod pependit in ligno quomodo per hoſtia clauſa intrare potuit. ⁊ reſpondet ſi comprehendis modum non eſt miraculum vbi deficit ratio ibi eſt fidei edificatio. Et ſuper Iob. dicit moli corporis vbi diuinitas erat hoſtia clauſa non obſtiterūt ille quippe non eis apertis intrare potuit quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit. ⁊ ideo dicit Greg. in quadam ome. de oct. paſ. illud enim corpus domini intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem ſuam clauſo exijt vtero virginis. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ſicut dictum eſt. xps reſurrexit ad īmortalem glorie vitam. hec aūt eſt diſpoſitio corporis glorioſi. vt ſit ſpirituale. id eſt ſubiectum ſpiritui. vt Apo. dicit .i. Cor. xv. ad hoc autē ꝙ ſit omnino corpus ſubiectum ſpiritui requiritur ꝙ omnis actio corporis ſubdatur voluntati ſpiritus. ꝙ autem aliquid videbatur fit per actionem viſibilis in viſum. vt patet per phūm in .ij. de anima. Et ideo quicunqꝫ habet corpus glorificatum in poteſtate ſua habet videri qū vult ⁊ quando vult nō videri. hoc tamē chriſtus habuit non ſoluꝫ ex condicione corporis glorioſi ſed ex virtute diuinitatis. per quam fieri poteſt vt etiam corpora non glorioſa miraculoſe nō videantur. ſicut p̄ſcitum fuit beato bartholomeo miraculoſe. vt ſi vellet videretur. non autem videretur ſi nō vellet. dicitur ergo ꝙ xps ab oculis diſcipulorum euanuit non quia corrumperetur aut reſolueretur in aliqua inuiſibilia. ſed quia ſua voluntate deſijt ab eis videri. vel eo preſente. vel etiam eo abſcondente per dotem agilitatis. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ſeuerianus dicit in ſermone paſcali. nemo putet xpm ſua reſurrectione ſui vultus effigiem commutaſſe. quod eſt intelligendum quantum ad lineamenta membrorum. quia nihil inordinatum ⁊ deforme fuerat in corpore xpi per ſpirituꝫ ſanctum concepto quod in reſurrectione corrigendum eſſet. accepit tn̄ in reſurrectione gloriam claritatis. vnde idem ſubdit. ſed mutatur effigies dum efficitur ex mortale īmortalis. vt hoc ſit acquiſiſſe vultus gloriam non vultus ſubſtantiam perdidiſſe. nec tamen illis diſcipulis in ſpecie glorioſa apparuit. ſed ſicut in poteſtate eius erat vt eius aſpectu formaretur in oculis intuentiuꝫ vel forma glorioſa vel non glorioſa aut etiam cōmixta vel qualitercunqꝫ ſe habens. modica tamen differentia ſufficit ad hoc ꝙ aliquis videatur in aliena effigie apparere.

## Ad ſecundū ſic proceditur

Videtur ꝙ corpus xpi non reſurrexit glorioſum. corpora enim glorioſa ſunt fulgentia. ſm illud Mat. xiij. fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. ſꝫ corpora lucida videntur ſm rationem lucis. non autem ſm rationeꝫ coloris. cum ergo corpus xpi viſum fuerit ſub coloris ſpē ſicut et prius videbatur videtur ꝙ non fuit glorioſum. ¶ Pre. corpꝰ gloſuꝫ ē incorruptibile. ſed corpus xpi nō videtur fuiſſe incorruptibile. fuit enim palpabile ſicut ipſe dic̄ Lu. vlt. palpate ⁊ videte ⁊c̄. dic̄ aūt Greg. ī quadam ome. quod poteſt corrumpi neceſſe eſt ꝙ palpetur. ⁊ palpari non poteſt quod non corrumpitur. non ergo corpus xpi fuit glorioſum. ¶ Pre. corpus glorioſum non eſt animale ſed ſpirituale. vt patet .i. Cor. xv. ſed corpus xpi videtur fuiſſe animale poſt reſurrectionem. quia cum diſcipulis manducauit ⁊ bibit. vt legitur Luc. vlti. ergo videtur ꝙ corpus xpi non fuit glorioſuꝫ. ¶ Sed cōtra eſt quod Apls dicit ad Phili. iij. reformauit corpus humilitatis noſtre. configuratum corpi claritatis ſue. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ corpus xpi in reſurrectione fuit glorioſum. ⁊ hoc apparet triplici ratione. Primo qꝛ reſurrectio xpi fuit exemplar ⁊ cauſa noſtre reſurrectionis. vt habetur .i. ad Cor. xv. ſancti aūt in reſurrectione habebunt glorioſa corpora. ſicut dr̄ ibidē. ſeminatur in ignobilitate ſurget ī gloria. vn̄ cū cauſa ſit potior cauſato ⁊ exemplar exēplato multomagis corpꝰ xpi reſurgētis fuit glorioſuꝫ. Scdo qꝛ per humilitatē paſſiōis meruit gloriā reſurrectionis vn̄ ⁊ ipſe dicebat. nūc aūt aīa mea turbata ē qd̄ ptinet ad paſſionem. ⁊ poſtea ſubdit pater clarifica nomē tuū. in quo petit gloriam. Tertio quia ſicut ſup̄ habitum eſt. anima xpi a principio ſue cōceptionis fuit glorioſa per fruitioneꝫ diuinitatis pfectam. ē aūt diſpenſatiue factū ſic ſupradictū ē. vt ab anima gloria nō redundaret in corpꝰ ad hoc ꝙ miſteriū reſurrectionis nr̄e ſua paſſiōe īpleret ⁊ ideo peracto hoc miſterio paſſiōis ⁊ mortis xpi anima ſtatiꝫ in corpus in reſurrectione reſumptū ſuam gloriaꝫ deriuauit. ⁊ ita factum eſt illud corpus glorioſum. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ omne quod recipitur in aliquo recipitur in eo ſm modū recipientis. quia ergo gloria corporis deriuatur ab anima vt Aug. dicit in epl̄a ad Dyaſcorū. fulgor ſeu claritas corpis glorioſi ē ſm colorē hūano corpori naturaleꝫ ſicut vitrum diuerſimode coloratū recipit ſplendorem ex illuſtratione ſolis ſm modū coloris ſui. ſic autē in poteſtate hominis glorificati ē vt corpus eius videatur vel nō videatur vt dictum eſt. ita in poteſtate eius eſt ꝙ claritas eius videatur vel nō videatur. vnde pōt in ſuo colore ſine aliq̄ claritate videri. ⁊ hoc mō xps diſcipulis poſt reſurrectiōem apparuit. ¶ Ad .ij. dōꝫ ꝙ corpꝰ aliqd̄ dr̄ palpabile eſſe nō ſolū rōne reſiſtētie. ſꝫ etiā rōne ſpiſſitudinis ſue. ad rarū aūt ⁊ ſpiſſū ſequūtur graue ⁊ leue. calidū ⁊ frigidū. ⁊ alia hmōi ꝯria. que ſunt pricipia corruptionis corporum elemētarium. vn̄ corpꝰ qd̄ ē palpabile hūano tactu ē naturalit̄ corruptibile. ſi aūt ſit aliqd̄ corpꝰ reſiſtēs tactui qd̄ nō ſit diſpoſitū ſm p̄dictas qualitates q̄ ſunt ꝓpria obiecta tactus humani ſic ē corpus celeſte tale corpus nō poteſt dici palpabile. Corpus aūt xpi vere poſt reſurrectionem fuit compoſitum ex elementis. habens in ſe tangibiles qualitates. ſm ꝙ requirit natura corporis humani. Et ideo naturaliter erat palpabile. ⁊ ſi nihil habuiſſet ſupra corporis humani naturam fuiſſet etiam corruptibile. habuit aūt aliquid aliud qd̄ ipſuꝫ

incorruptibile reddidit. non quidem naturam corporis
celeſtis vt quidam dicunt. de quo infra magis inquiret
ſed gloriam redundantem ab anima beata. quia vt Aug.
dicit ad Dyaſcorum. tam potenti natura deus fecit ani-
mam vt ex eius pleniſſima beatitudine redundet in cor-
pus plenitudo ſanitatis id eſt incorruptionis vigor. ⁊ iõ
ſicut dicit Gregorius ibidem oſtenditur corpus chriſti
poſt reſurrectionem fuiſſe eiuſdem nature. ſed alterius
glorie. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ſicut dicit Aug⁹. xiij. de ciuitate
dei ſaluator noſter poſt reſurrectionem iam quidem in
ſpirituali carne. ſed tamen vera cibum ⁊ potum cum diſ-
cipulis aſſumpſit. non elementorum indigentia. ſed ea q̃
hoc poterat poteſtate. vt enim Beda dicit ſup Lucam.
aliter abſorbet aquam terra ſitiens aliter ſolis radijs ca-
lens. illa indigẽtia. iſta potentia. mãducauit g̃ poſt reſur-
rectionem. non quaſi cibo indigens. ſed vt eo modo natu-
ram corporis reſurgentis aſtrueret. ⁊ propter hoc non ſe-
quitur ꝙ fuerit eius corpus animale. quod eſt indigens
cibo.

## ¶ Ad tertiũ ſic proceditur

Uidetur ꝙ corpus xp̄i non reſurrexerit integrum. ſunt
enim de ĩtegritate humani corporis ſanguis ⁊ caro que
xp̄s non videtur habuiſſe. dicitur enim .i. Cor. xv. caro
⁊ ſanguis regnum dei non poſſidebunt. xp̄s autem reſur-
rexit in gloria regni dei. ergo videtur ꝙ non habuit carnẽ
⁊ ſanguinem. ¶ Pre. ſanguis eſt vnus de quattuor hu-
moribus. ſi ergo xp̄s habuit ſanguinem pari ratione ha-
buit alios humores ex quibus cauſatur corruptio in cor-
poribus animalium. ſic ergo ſequeretur ꝙ corpus xp̄i fu-
erit corruptibile. quod eſt incõueniens non ergo habuit
carnem ⁊ ſanguinem. ¶ Pre. corpus xp̄i quod reſurrex-
it aſcendit ĩ celum. ſed aliquid de ſanguine eius ĩ quibuſ-
dam eccleſijs reſeruatur pro reliquijs. non ergo reſurrex-
it corpus xp̄i cum integritate omnium partium ſuarum
¶ Sed contra eſt quod dominus dicit Luc. vl. poſt re-
ſurrectionem diſcipulis loquens. ſpũs carnem ⁊ oſſa nõ
habet ſicut me videtis habere ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſup̄
dictum eſt corpus xp̄i in reſurrectione fuit eiuſdem na-
ture ſed alterius glorie. vnde quicquid ad naturam cor-
poris humani pertinet totum fuit in corpore xp̄i reſurgẽ-
tis. manifeſtum eſt autem ꝙ ad naturam corporis huma-
ni ptinent carnes ⁊ oſſa ⁊ ſanguiſ ⁊ alia hmõi ⁊ iõ omnia
iſta in corpore xp̄i reſurgentis fuerunt. ⁊ etiam integrali-
ter. abſq; omni diminutione. alioquin nõ fuiſſet pfecta
reſurrectio. ſi nõ fuiſſet reintegratum q̃cq̃d p mortẽ ceci-
derat. vñ ⁊ dñs fidelib⁹ ſuis pmittit dicens Matt. x. ve-
ſtri aũt ⁊ capilli capitis oẽs numerati ſunt. Et luc. xxi. di-
citur capillus de capite veſtro nõ peribit. dicere autẽ ꝙ
corp⁹ xp̄i carnem ⁊ oſſa nõ habet. ⁊ alias hmõi ptes hu-
mano corpori naturales ptinet ad errorẽ eutichij conſtã-
tinopolitane vrbis ep̄i qui dicebat ꝙ corpus noſtrũ in il-
la reſurrectionis gloria erit inpalpabile. ⁊ ventis aereq;
ſubtilius ⁊ ꝙ dominus poſt cõfirmata corda diſcipulo-
rum palpantiũ oĩe illud qđ in eo palpari potuit in ſub-
tilitatẽ aliquã redegit. qđ ibidem impbat Greg⁹. ꝙ corp⁹
xp̄i poſt reſurrectionẽ ĩmutatũ nõ fuit ſm illud ad Ro.
vi. xp̄s reſurgens ex mortuis iã non morit. vñ ⁊ ille qđ
dixerat in morte retractauit. ſi enim inconueniens eſt vt
xp̄s alterius nature corp⁹ ĩ ſua conceptione acciperet pu-
ta celeſte ſicut valentinus aſſeruit multomagis incõue-
niens ẽ ꝙ in ſurrectione alterius nature corpus reaſſum-
ſerit. qr corpus in reſurrectiõe aſſumpſit ad vitã ĩmorta-
lem qđ in conceptione accepit ad vitam mortalẽ. ¶ Ad
.i. g̃ dicendum. ꝙ caro ⁊ ſanguis ibi ñ accipit p natura carnis ⁊
ſãguinis. ſꝫ p culpa carnis ⁊ ſãguinis. ſic dic̃ Gre. xiiij. mo.
vel p corruptiõe carnis ⁊ ſãguinis. qr vt dicit Aug⁹. ad
cõcẽtinũ de reſurrectione ñ ibi erit corruptio. ⁊ mortali-
litas carnis ⁊ ſanguinis. caro aũt ſm ſubſtantiã poſſidet
regnum dei. ſm ꝙ dictum ẽ. ſpiritus carnem ⁊ oſſa non
habet ſic me videtiſ habere. caro autẽ cũ ſꝫ corruptionẽ
intelligitur non poſſidebit. vnde continuo additum eſt ĩ
verbis ap̄li. neq; corruptio incorruptelam. ¶ Ad .ij. dicendũ
ꝙ ſicut dicit Aug⁹. in eodẽ libro fortaſſis accepta occaſio-
ne ſanguinis vrgebit nos moleſtior pſecutor ⁊ dicet. ſi
ſanguis in corpore xp̄i reſurgẽtis fuit cur ñ ⁊ pituita. idẽ
flegma. cur non ⁊ fel flauũ id eſt colera. ⁊ fel nigrum. id
eſt melancolica. quibus quattuor humoribus naturam
temperari etiam medicine diſciplina teſtatur. ſed quod
licet quiſq; addat corruptionem addere caueat. ne ſue fi-
dei ſanitatem caſtitatem q; corrumpat. valet enim diui-
na potentia de iſta viſibili atq; tractibili natura corporũ
quibuſdem manentibus auferre quas voluerit qualita-
tes. vt abſit labes ſcꝫ corruptionis aſſit effigies. aſſit mo-
tio. abſit fatigatio. aſſit veſcendi poteſtates. abſit eſurien-
di neceſſitas. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ totus ſanguis qui de cor-
pore xp̄i fluxit cum ad veritatem humane nature ptineat
in xp̄i corpore reſurrexit. ⁊ eadem ratio eſt de omnibus p-
ticulis ad veritatem ⁊ integritatem humane nature pti-
nentibus. ſanguis autem ille qui in quibuſdam eccleſijs
p reliquijs obſeruatur non fluxit de latere xp̄i. ſed miracu-
loſe dicitur effluxiſſe de quadam imagine chriſti pcuſſa.

## ¶ Ad quartum ſic procedit

Uidetur ꝙ corpus xp̄i cum cicatricib⁹ reſurgere non de-
buit. dicitur. n. i. Cor. xv. ꝙ mortui reſurgẽt incorrupti
ſed cicatrices ⁊ vulnera ad quãdam corruptionẽ ptinẽt
⁊ defectum. non ergo cõueniens fuit vt xp̄s qui eſt reſur-
rectionis actor cum cicatricibus reſurgeret ¶ Pre. corp⁹
xp̄i integrũ reſurrexit ſicut dictum eſt. ſed aperture vul-
nerum cõtrariantur integritati corporis. quia per eas diſ-
continuatur corpus. non ergo videtur fuiſſe conueniens
ꝙ in corpore xp̄i apture vulnerum remanerent. ⁊ ſi rema-
nerent ibi quedam vulnera inſignia. que ſufficiebant ad
aſpectum ad quẽ thomas credidit. cui dictum eſt quia vi-
diſti me thoma credidiſti. ¶ Pre. Dam. dicit in. iiij. li.
ꝙ poſt reſurrectionem de xp̄o dicitur quedam vereque
non ſunt ſm naturam. ſed ſm diſpenſatiõem. ad certificã-
dum ꝙ ipſum quod paſſum eſt corpus reſurrexit. vt cica-
trices. ceſſante autem cauſa ceſſat effectus. ergo videtur
ꝙ certificatis diſcipulis de ſua reſurrectione cicatrices vl-
terius non habuit. ſed non cõueniebat ĩmutabilitati glo-
rie ꝙ aliquid aſſumeret quod in eo perpetuo non mane-
ret. videtur ergo ꝙ non debuerit corpus cum cicatricib⁹
aſſumere in reſurrectione. ¶ Sed contra eſt quod dicit
Thome Matthe. xx. infer digitum tuum huc ⁊ vide ma-
nus meas. ⁊ affer manum tuam ⁊ mitte in latus meum.
¶ Reſponſio dicendum ꝙ conueniens fuit animã chri-
ſti in reſurrectione corp⁹ cũ cicatricibus reſumere Pri-
mo quidẽ propter gloriã ipſius xp̄i dicit enim Beda ſup
Lu. ꝙ ñ ex ĩpotẽtia curãdi cicatrices ſeruauit. ſꝫ vt ĩ ppe-
tuũ victorie ſue circũferat triũphũ. vñ ⁊ Aug⁹. dic̃. xxij.

de ci. dei. ꝙ fortaſſis in illo regno in corporibus martyꝝ
videbimus vulnerum cicatrices que pro xp̄i nomine per
tulerunt. non enim difformitas in eis ſed dignitas erit
et quedam quamuis in corpore non corporis ſed virtu-
tis pulchritudo fulgebit. ¶ Secundo ad confirmandum
corda diſcipuloꝝ circa fidē ſue reſurrectionis. Tertio vt
patri ꝓ nobis ſupplicans quale gen⁹ mortis ꝓ homine
ꝑtulerit ſemper oſtendat. Quarto vt ſua morte redem
ptis q̄ꝫ miſericorditer ſint adiuti ꝓpoſitis eiuſdem mor
tis iudicijs inſinuet. Poſtremo vt in iudicio q̄ꝫ iuſte
dampnentur ibidem annuciet. vnde ſicut dicit Aug⁹ in
libro de ſimbolo. ſciebat xp̄s quare cicatrices in ſuo cor-
pore ſeruaret. ſicut. n. demōſtrarat thome nō credēti vt tā
geret ⁊ videret ita etiā inimicis vulnera demonſtratur⁹
ē ſua. vt conuincēs eos veritas dicat. ecce hoīem quē cru
cifixiſtis videtis vulnera q̄ īfixiſtis. agnoſcitis latus qđ
pupugiſtis quoniā ꝑ vos ⁊ ꝓpter vos apꝫū eſt. nec tamē
intrare voluiſtis. ¶ Ad. i. ḡ. dōm ꝙ cicatrices ille que in
corpore xp̄i ꝑmanſerunt nō ꝑtinent ad corruptionē vel
defectum. ſed ad maiorem glorie cumulū. inquātū ſunt
quedā virtutis inſignia. ⁊ in illis locis vulnerū quidā
ſpecialis decor apparebit. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ illa apertura
vulnerum q̄uis ſit cū quadā ſolutione continuitatis to-
tū tñ hoc recompenſatur ꝑ maiorē decorem glorie vt cor
pus nō ſit minus intergrum. ſed magis ꝑfectū. thomas
aūt nō ſolum vidit ſed etiam tetigit vulnera. q2 vt dicit
Leo papa. ſufficit ſibi ad fidem ꝓpriam vidiſſe qđ vide-
rat ſed nobis operatus eſt vt tangeret quē videbat. ¶ Ad
iij. dōm ꝙ xp̄s in ſuo corpore voluit cicatrices vulnerum
remanere non ſolum ad certificandum diſcipuloꝝ fidē
ſed etiam ꝓpter alias rationes. ex quib⁹ apparet ꝙ ſemꝑ
in eius corpore cicatrices ille remanebūt. q2 vt dic̄ Aug⁹
ad conſentiū de reſurrectiōe carnis domini corpus ī ce-
lo credo vt erat quādo aſcēdit in celū ⁊ Greg⁹. xiiij. Mor.
dicit. ꝙ ſicut in corpore xp̄i poſt reſurrectionem potuit ī
mutari contra veridicam pauli ſententiam poſt reſurre-
ctionem dn̄s redijt in mortem. quod quis dicere vl' ſtul
tus p̄ſumat. niſi qui veram carnis reſurrectionem dene-
gat. vnde patet ꝙ cicatrices quas xp̄s poſt reſurrectionē
in ſuo corpore oſtendit. nūq̄ꝫ poſtmodū ab illo corpore
ſunt remote.

## ¶ Queſtio. LV.

## Deinde cōſiderādū ē

de manifeſtatione reſurrectiōis. Et circa hoc
queruntur ſex. Primo vtrū reſurrectio xp̄i
omnib⁹ hoīb⁹ manifeſtari debuit an ſolū quibuſdā ſpē
cialibus hominibus. Secundo vtrū fuiſſet conueniens
ꝙ eis videntibus reſurgeret. Tertio vtrū poſt reſurrec-
tionem debuerit cū diſcipulis ꝯuerſari. Quarto vtrum
fuit cōueniens ꝙ ſuis diſcipulis aliena effigie appareret
Quinto vtrū reſurrectionem ſuam argumentis mani-
feſtare debuerit. Sexto de ſufficientia illoꝝ argumētoꝝ

## ¶ Ad primum ſic proceditur

Videt̄ ꝙ reſurrectio xp̄i debuerit omnibus manifeſtari
ſicut. n. publico peccato debetur pena publica. ſm̄ illud
i. ad Thi. v. peccantē coram oībus argue. ita merito pu
blico debet̄ ꝑmium publicū. ſed claritas reſurrectiōis
eſt ꝑmium humilitatis paſſionis. vt Aug⁹. dicit ſuper
Iob. cū ḡ paſſio xp̄i fuerit oībus manifeſtata eo publi-
ce patiente videt̄ ꝙ gloria reſurrectionis xp̄i⁹ oībus ma
nifeſtari debuerit. ¶ Pre. ſicut paſſio xp̄i ordinat̄ ad no
ſtram ſalutē ita ⁊ ei⁹ reſurrectio ſm̄ illud ad Ro. iiij. re-
ſurrexit ꝓpter iuſtificationem noſtram. ſꝫ illud qđ ad vti
litatem oīm ꝑtinet debet oībus manifeſtari. ḡ reſurrec-
tio xp̄i debuit oībus māifeſtari. ⁊ nō quibuſdā ſpecia
liter. ¶ Pre. illi quibus manifeſta eſt reſurrectio fuerūt
reſurrectionis teſtes. vnde dicit̄ Act. iij. quē deus ſuſci-
tauit a mortuis cuius nos teſtes ſumus. hoc aūt teſtimo
niū ferebant publice p̄dicando. qđ quidem nō conuenit
mulierib⁹. ſm̄ illud. i. Cor. xiiij. mulieres in eccleſijs ta-
ceant. ⁊. i. ad Thi. ij. docere mulieri non ꝑmitto. ḡ videt̄
ꝙ inconuenienter reſurrectio xp̄i manifeſtata fuerit. prio
mulieribus q̄ꝫ omnibus cōiter. ¶ Sed ꝯ̄ ē qđ dicit Act
x. quē deus ſuſcitauit tertia die. ⁊ dedit eū manifeſtū fie-
ri nō omni populo. ſed teſtib⁹ p̄ordinatis a deo. ¶ Rn̄.
dōm ꝙ eoꝝ que cognoſcuntur quedam cognoſcuntur cō
muni lege nature. quedā aūt cognoſcunt̄ ex ſpēali mune
re grē. ſicut ea que diuinitus reuelant̄. quorū quidē vt
Dio⁹. dicit in li. ce. hier. hec ē lex diuinitus inſtituta. vt
a deo īmediate ſuꝑioribus reuelent̄. quibus mediantib⁹
deferat̄ ad inferiores. ſicut patet in ordinatione celeſtiū
ſpirituum. ea vero que ꝑtinent ad futuram gloriam cō-
munem hominū cognitionem excedunt. ſm̄ illud. Eſa.
lxiiij. oculus non vidit deus abſq̄ꝫ te que preparaſti dili-
gentib⁹ te. ⁊ ideo hmōi ab homine non cognoſcuntur.
niſi diuinitus reuelata. ſicut Apoſto. dicit. i. Cor. ij. no-
bis reuelauit deus per ſpiritum ſuum. quia ergo chriſt⁹
reſurrexit glorioſa reſurrectione ideo eius reſurrectio non
omni populo manifeſtata eſt. ſed quibuſdam quoꝝ teſti-
monio deferretur in alioꝝ noticiam. ¶ Ad. i. ḡ. dōm ꝙ
paſſio xp̄i peracta eſt in corpore adhuc habente naturam
paſſibilem. que cōmuni lege nota eſt oībus. ⁊ ideo paſſio
xp̄i omni populo immediate māifeſtari debuit. reſurre-
ctio autem xp̄i facta eſt ꝑ gloriā patris. vt Apo. dicit ad
Ro. vi. ⁊ ideo immediate manifeſtata eſt non omnibus
ſed quibuſdam. ꝙ aūt publice peccantibus pena publi-
ca imponit̄. intelligendū eſt de pena p̄ſentis vite. ⁊ ſil'r
publica merita publice ꝑmiari oportet vt alij prouocent̄
ſed pene ⁊ premia future vite non publice omnibus ma
nifeſtant̄. ſed ſpecialiter illis qui ad hoc preordinati ſunt
a deo. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ reſurrectio xp̄i ſicut eſt ad com-
munem omnium ſalutem ita in noticiam omnium per-
uenit. non quidem ſic ꝙ immediate omnibus manifeſta
retur. ſed quibuſdam. per quorum teſtimonium deferre
tur ad omnes. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ mulieri nō permittitur
publice docere in eccleſia. ꝑmittit̄ aūt ei priuatī domeſti
cos aliq̄s ammōitiōe īſtruere. ⁊ ideo ſic dic̄ Amb. ſup. lu.
ad eos femīa mittit̄ q̄ domeſtici ſūt. ñ aūt mittit̄ ad hoc
ꝙ reſurrectionis teſtimonium ferat ad populum. Ideo
autem primo mulieribus apparuit vt mulier que primo
initium mortis ad hominē detulit. prima etiam vitam
reſurgentis xp̄i in gloria nunciaret. Unde Cirillus dicit
femina que quodāmodo fuit mortis miniſtra veneran-
de reſurrectionis miſterium primo percepit ⁊ nūciat. ad
eptum eſt ergo femineum genus ⁊ ignominie abſolutio
nem. ⁊ maledictionis repudiū. Similiter etiam per hoc
oſtenditur ꝙ quantum ad ſtatum glorie nullum detrimē
tum patietur femineus ſexus. ſed ſi maiori charitate fer-
uebunt maiori etiam gloria ex viſione diuina potientur
eo ꝙ mulieres que dominum artius amauerunt intm̄
vt ab eius ſepulchro etiam recedentibus diſcipulis non
recederent primo viderūt dominū ī gloria reſurgētē.

## Ad ſecundum ſic ꝑcedit

Videtur ꝙ cõueniẽs fuiſſet ꝙ diſcipuli viderent xp̄m reſurgere. ad diſcipulos.n. ptinebat reſurrectionẽ xp̄i teſtificari. ſm illud Act.iiij. virtute magna reddebāt ap̄li teſtimonium reſurrectionis ih̄u xp̄i domini nr̄i. ſed certiſſimū teſtimoniū ē de viſu. ḡ ꝯueniẽs fuiſſet vt ipſā reſurrectionem viderent. ¶ Pręt. ad certitudinē fidei habendam diſcipuli aſcenſionem xp̄i viderūt ſm illud Act.i. videntibus illis eleuatus eſt. ſ; ſimiliter oportebat de reſurrectione xp̄i certā fidem habere. ḡ videtur ꝙ diſcipulis videntibus debuerit xp̄s reſurgere. ¶ Pręt. reſurrectio lazari quoddam indiciū fuit reſurrectionis future xp̄i. ſ; diſcipulis vidētib' dn̄s lazarū ſuſcitauit. ḡ videt' ꝙ etiā xp̄s reſurgere debuit diſcipulis videntib'. ¶ Sʒ ꝯ̄ eſt ꝙ dr̄ Mar. vlt. reſurgens dn̄s mane prima ſabbati apparuit primo marie magdalene. ſed maria magdalena n̄ vidit eū reſurgere. ſed cū eū q̄reret in ſepulchro audiuit ab angelo ſurrexit dn̄s nō eſt hic. ḡ nullus vidit eum reſurgere. ¶ R̄n̄. dõʒ ꝙ ſicut dic' Ap̄ls ad Ro. xiij. q̄ a deo ſūt ordinata ſūt. ē aūt hic ordo diuinit' iſtitut'. vt ea q̄ ſup hoīes ſunt hoībus p angelos reuelantur. vt patet p Dio. iiij. cele. hier. xp̄s aūt reſurgens non rediijt ad vitā cōiter oībus notam. ſed ad vitā quandā imortalē ꝛ deo conformē. ſm illud ad Ro. vi. qd̄ enim viuit viuit deo ꝛ iō ipſa reſurrectio nō debuit imediate ab hominibus ſed ab angelis manifeſtari. vnde hilari' dicit ſup Matt. ꝙ ideo angel' primus eſt reſurrectionis index. vt quodā famulatu p̄ne volūtatis reſurrectio nūciet'. ¶ Ad.i. ḡ dõm ꝙ ap̄li potuerunt teſtificari xp̄i reſurrectionē ꝛ de viſu. q2 xp̄m poſt reſurrectionē viuētē. occulta fide viderunt quē mortuū ſciuerant. ſed ſicut ad viſionē beatā ꝑuenit' p auditum fidei ita ad viſionē xp̄i reſurgentis ꝑuenerūt hoīes p ea q̄ pri' ab angelis audiuerūt. ¶ Ad ij. dõm ꝙ aſcenſio xp̄i quātū ad terminū a q̄ nō trāſcendebat hoīm cōmunē noticiā. ſed ſolū quātū ad terminū ad quē. ꝛ iō diſcipuli potuerūt. videre aſcēſionē dn̄i quātū ad terminū a quo. ſm ꝙ eleuabat' a terra. nō aūt viderunt ipam quātū ad terminū ad quem. q2 nō viderunt quō reciperetur in celo. ſed reſurrectio xp̄i trāſcendebat cōmunem noticiā. ꝛ quātū ad terminū a quo. ſm ꝙ anima rediijt ab inferis ꝛ corp' de ſepulchro clauſo exiuit. ꝛ quātū ad terminū ad quē. ſm ꝙ eſt adept' vitā glorioſaʒ. ꝛ ideo non debuit reſurrectio fieri ſic ꝙ ab hoīe videretur. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ lazarus reſuſcitatus ē vt rediret ad vitam qualem pri' habuerat. q̄ cōem noticiam hominum nō tranſcendit ꝛ ideo non eſt ſimilis ratio.

## Ad tertium ſic procedit

Videt' ꝙ xp̄s poſt reſurrectionē debuit cōtinue cū diſcipul' ꝯuerſari. ad hoc.n. xp̄s diſcipulis poſt reſurrectionem apparuit vt eos de fide reſurrectionis certificaret ꝛ conſolationem pturbatis afferret. ſm illud qd̄ dr̄ Joh. xx. gauiſi ſunt diſcipuli viſo dn̄o. ſed magis fuiſſent certificati ꝛ conſolati. ſi eis ꝯtinue ſuā p̄ſentiā exhibuiſſet. ḡ videt' ꝙ continue cū eis debuerit ꝯuerſari. ¶ Pręt. xp̄s reſurgens a mortuis nō ſtatī aſcendit in celū. ſ; poſt dies xl. vt habet' Act.i. illo aūt tempe intermedio in nullo alio loco potuit ꝯuenienti' eē q̄ȝ vbi ei' diſcip'li erāt pariter congregati. ḡ videt' ꝙ cōuenienter cū eis conuerſari debuerit. ¶ Pręt. illo die reſurrectiōis dn̄ice q̄nq̄es xp̄s apparuiſſe legit'. vt Aug' dicit in li. de conſen. euange. primo quidem mulieribus ad monumētuʒ. ſcd̄o eiſdem regredientibus a monumēto i itinere. tertio petro. quarto duobus euntib' in caſtellū. quinto pl'ibus in hieruſalem. vbi nō erat Thomas. ḡ videt' ꝙ alijs diebus ante ſuam aſcenſionem ad minus debuit pl'ies apparere. ¶ Pręt. dn̄s ante paſſionē eis dixerat Matt. xxvi. poſtq̄ȝ reſurrexero p̄cedam vos in galilea. qd̄ etiā angelus ꝛ ipſemet dn̄s poſt reſurrectionē m'lierib' dixit. Et tn̄ ante i hieruſalem ab eis viſus eſt ꝛ ipſa die reſurrectionis vt dictum eſt ꝛ etiam die. viij. vt legit' Jo. xx. nō ḡ videt' ꝙ conuenienti mō poſt reſurrectionē cum diſcipulis fuerit ꝯuerſatus. ¶ Sed cōtra ē qd̄ dr̄ Joh. xx. ꝙ poſt dies. viij. xp̄s diſcipulis apparuit. nō ḡ cōtinue ꝯuerſabat' cū eis. ¶ R̄n̄. ꝙ circa reſurrectionem duo erant declaranda. ſ. ipſa veritas reſurrectionis. ꝛ gloria reſurrectiōis. Ad veritatem aūt reſurrectionis manifeſtādaʒ ſufficit ꝙ pluries eis apparuit. ꝛ cū eis familiariter locut' ꝛ comedit ꝛ bibit. ꝛ ſe eis palpandū p̄buit. Ad gloriā aūt reſurrectiōis manifeſtandam noluit continue cū eis ꝯuerſari ſic pri' fecerat ne videret' ad talē vitā reſurrexiſſe qualem pri' habuerat. vn̄ Luc vl. dixit eis hec ſūt v̄ba que locut' ſū ad vos cū adhuc eſſem vobiſcū. tūc quidē cū eis erat p̄n̄tia corꝑali. ſ; ante cū eis fuerat nō ſolū p̄n̄tia corꝑali ſ; etiā p ſimilitudinē mortalitatis. vn̄ Beda exponēs ſupradicta verba dicit. cū adhuc eſſem vobiſcū. i. cū adhuc eſſem in carne mortali in qua adhuc eſtis ꝛ vos tūc q̄dē in eadē carne reſuſcitat' erat. ſ; cū illis i eadē mortalitate nō erat. ¶ Ad.i. ergo dõm ꝙ frequens xp̄i apparitio ſufficiebat ad certificandū diſcipulos de veritate reſurrectiōis. Cōuerſatio aūt ꝯtinua eos potuiſſet ducere in errorē. ſi ad ſimilē vitā eū reſurrexiſſe crederēt quā pri' habuerat. cōſolationē aūt de ſua p̄n̄tia eis in alia vita repmiſit. ſm illud Joh. xvi. iterū videbo vos ꝛ gaudebit cor veſtrū ꝛ gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. ¶ Ad. ij. dõʒ ꝙ xp̄s non iō continue nō ꝯuerſabat' cū diſcipulis q2 reputaret ſe alibi cōuenienti' eē. ſed q2 hoc diſcipulis inſtruendis cōueniens' iudicabat ſi nō ꝯtinue ꝯuerſaret' cū eis. rōe predicta. Incognitū aūt ē quib' i locis intermedio tpe corporaliter eſſet. cū hoc ſcriptura n̄ tradat. ꝛ i omni loco ſit dominatio ei'. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ ideo prima die frequēti' apparuit. q2 p plura inditia erāt admonēdi vt a pricipio fidem reſurrectionis acciperent. poſtq̄ȝ autem iam eam receperunt nō oportebat eos iam certificatos tā frequentibus apparitionibus inſtrui. vn̄ i euan. non legit' ꝙ poſt primū diem eis apparuit niſi quinquies. vnde ſicut dicit Aug'. in li. de conſen. euā. poſt primas quinq̄ȝ apparitiones ſexto eis apparuit vbi eum vidit thomas. ſeptimo ad mare tiberiadis in captione piſciū. octauo in mōte galilee ſm Mat. nono qd̄ dicit marcus nouiſſime recūbentibus quia iam non erant in terra cum eo conuiuaturi. decimo in ipſo die aſcenſionis. nō iam in terra ſed eleuatum in nube. cuʒ in celū aſcenderet. ſed nō omnia ſcripta ſunt. ſicut. io. fatet'. crebra.n. erat cū illis cōuerſatio pri' q̄ȝ aſcēdiſſet i celū. ꝛ hoc ad conſolatiōem ipoꝝ. vn̄ ꝛ .i. Coꝝ. xv. dr̄ viſus ē pl' q̄ȝ q̄ngentis fratrib' ſimul. deīde viſ' ē iacobo. de quib' apparitionib' in euāgelio n̄ habet' mētio. ¶ Ad. iiij. dõ. ꝙ ſicut dicit Criſo. exponēs qd̄ dr̄ Matt. xxvi. poſtq̄ȝ reſurrexero p̄cedam vos in galileam. īquit n̄ i lōginquā quādā regionē vt eiſ appareat vadit. ſ; in ipſa gēte ꝛ in ipſis fere regionibus. in quib' cum eo plurimū fuerant conuerſati. vt hinc crederent quoniam qui crucifixus eſt ipſe eſt qui ſcilicet reſurrexit. Propter

hoc etiaʒ in galileam ſe ire dicit vt a timore iudeoꝝ libe
rarētur Sic ergo vt Ambro. dicit ſup lucaʒ dñs manda
uerat diſcipulis vt in galilea viderent eum. ſed illis ob
metum intra conclaue reſidentibus primū ipſe ſe obtu
lit. nec hoc promiſſi tranſgreſſio. ſed potius feſtinata ex be
nignitate impletō. poſtea vero confirmatis animis illos
galileam periſſe. vel nihil obſtat ſi dicamus pauciores in
tra ꝯclaue q̄ʒ plures in monte fuiſſe. vt enim Euſe. dicit
duo euangeliſte ſcʒ Luc. ⁊ Joh. ſolum vndeciʒ hunc ſcri
bunt apparuiſſe in iheruſalem. ceteri vero duo in galileaʒ
ꝑperare non ſolum vndecim ſʒ vniuerſis diſcipulis ⁊ fra
tribus dixerunt angelum ⁊ ſaluatorē vidiſſe De quibus
paulus meminit dicens. deinde apparuit pluſq̄ʒ quingē
tis fratribus ſimul. Eſt autem verior ſolutio. ꝙ prius in
hieruſalem latitantibus ſemel aut bis viſus ē. in eoruʒ
cōſolationeʒ. in galilea vero non clamauit ſemel aut bis
ſed cuʒ multa poteſtate oſtenſionē ſui fecit prebens ſe eis
viuentē poſt paſſionem in multis ſignis vt Luc. teſtatur
in actib⁹. vel ſic Aug⁹. dicit de cōſe n. euan. q̄d ab angelo
⁊ dño dictum ē ꝙ precederet eos ī galilea, ꝓphetice accipi
ēdū in galilea. n. ſʒ trāſmigratiōis ſignificatiōeʒ ītelligē
dū occurrit. q̄ꝛ de populo iſrahel trāſmigraturi erāt ad
gētes q̄bus apoſtoli ꝑdicantes nō crederēt niſi ipſe viā
in cordibus hominum prepararet. ⁊ hoc intelligiꝭ prece
det vos in galileam. ſm aūt illud ꝙ galilea interp̄taꝭ re
uelatio iam nō in forma ſerui intelligendū eſt. ſʒ in qua ē
equalis patri. quā promiſit deus dilectoribus ſuis. quo
nos precedens nō deſeruit.

## Ad quartū ſic procceditur

Uidetur ꝙ xp̄s nō debuerit diſcipulis in alia effigie ap
parere. nō enim poteſt apparere ſm veritatem niſi quod
eſt ſed in xp̄o niſi fuit vna effigies. ſi g̃ xp̄s in alia appa
ruerit non fuit vera apparitio ſed ficta. hoc aūt eſt incōue
niens quia vt Aug⁹. dicit in li. lxxxiij. queſtio. ſi fallit veri
tas non eſt. Eſt autem veritas xp̄s. ergo videtur ꝙ xp̄s n̄
debuit in alia effigie apparere. ¶ Pre. nihil pōt in alia
effigie apparere q̄ʒ habeat. niſi oculi intuentiū aliquib⁹
ꝑſtigijs detineantur. hmōi aūt ꝑſtigia cum fiant magi
cis artibus nō conueniunt xp̄o. ſm illud. ij. Coꝛ. xvi. que
cōuentio xp̄i ad belial. ergo videtur ꝙ non debuit in alia
effigie apparere. ¶ Pre. ſicut ꝑ ſacram ſcripturam noſtra
fides certificatur ita diſcipuli certificati ſunt de fide reſur
rectionis ꝑ xp̄i apparitiones. ſed ſicut dicit Aug⁹. in ep̄la
ad Hiero. ſi vnum mendatiū in ſacra ſcriptura recipiaꝭ
infirmabiꝭ tota ſcripture auctoritas. g̃ ſi vel ī vna appa
ritione xp̄s apparuit diſcipulis aliter q̄ʒ eſſet infirmabiꝭ
quicq̄d poſt reſurrectiōem viderūt in xp̄o. q̄d eſt incōue
niens. nō g̃ debuit in aliena effigie apparere. ¶ Sed ꝯ ē
q̄d dicitur Mar. vlti. poſt hoc duobus ex eis ambulanti
bus oſtenſus eſt in alia effigie. euntibus in villam ꝛc.
¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut dictum ē reſurrectio xp̄i manifeſtāda
fuit hominibus per modum quo eis diuina reuelantur.
innoteſcunt aūt diuina hominibus ſm ꝙ diuerſimode
ſunt affecti. nam illi qui habēt mentē bene diſpoſitā ſm
veritatem diuina recipiunt. illi aūt qui habent mentem
non bene diſpoſitaʒ diuina ꝑcipiunt cum quadam cōfu
ſione dubietatis vel erroris. homo enim animalis nō ꝑci
pit ea que ſunt ſpūs dei. vt diciꝭ. i. Coꝛ. ij. ⁊ iō xp̄s qui
buſdam ad credendum diſpoſitis poſt reſurrectionē ap
paruit in ſua effigie. illis autē in alia effigie apparuit. qui
iam circa fidem videbantur tepeſcere. vnde dicebant nos
ſperabam⁹. quia ipſe eſſet redemptur⁹ iſrahel. vñ Greg⁹.
dicit in omelia. ꝙ talē ſe exhibuit in corpore qualis apud
illos erat in mente. q̄ꝛ ad huc in eoꝝ cordib⁹ ꝑegrin⁹ erat
a fide iō ire ſe longi⁹ finxit. ſ. ac ſi eſſet ꝑegrin⁹. ¶ Ad. i. g̃
dōm. ꝙ ſicut dicit Aug⁹. in li. de queſtionib⁹ euāgeliſta
rū n̄ omne q̄d fingim⁹ mēdaciū ē. ſʒ q̄n id fingim⁹ q̄d ni
hil ſignificat tūc mēdaciū ē. cū aut fictio nr̄a referꝭ ad ali
quā ſignificationē nō ē mēdaciū ſʒ aliqua figura veritatꝭ
alioq̄n oīa que a ſapientibus ⁊ ſanctis viris vel etiā ab ip
ſo domino figuratiue dicta ſunt mēdatia reputabuntur
q̄ꝛ ſm vſitatū intellectū nō cōſiſtit veritas in talib⁹ dictis
ſicut autē dicta ita etiam finguntur facta ſine mēdatio.
ad aliquaʒ rem ſignificandam. ⁊ ita factū eſt hic vt dictū
eſt ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſicut dicit Aug⁹. in li. de conſen. euā
geliſtarū dñs poterat trāſferre carnē ſuaʒ vt in alia re ve
ra eſſet effigies ab alia quā ſolebant ītueri. q̄nquidē ⁊ an
te paſſionem ſuam transformatus ē in mōte. vt facies ei⁹
clareſceret ſicut ſol. ſed nō ita nūc factū eſt. nō eniʒ incōgruē
ter accipimus hoc impedimētū in oculis eoꝝ a ſathana
fuiſſe ne agnoſceretur ihs vnde Luc. vlti. diciꝭ ꝙ oculi
eoꝝ tenebanꝭ ne eū agnoſcerēt. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ rōe illa
ſequeretur ſi ab aliene effigiei aſpectu nō fuiſſent reducti
ad vere videndū xp̄i effigiē. ſic enī Aug⁹. ibidē dicit. tm̄
a xp̄o facta ē ꝑmiſſio vt. ſ. ꝑdicto mō oculi eoꝝ tenerenꝭ
vſq̄ʒ ad ſacramētū panis. vt vnitate corporis ei⁹ ꝑticipa
te remoueri intelligatur īpedimentum īimici vt xp̄s poſ
ſit agnoſci. vñ ibidē ſubdiꝭ. ꝙ apti ſunt oculi eoꝝ. ⁊ cog
nouerūt eū nō ꝙ aū clauſis oclis ambularēt. ſʒ īerat ali
q̄d quo n̄ ſinereꝭ agnoſcere q̄d videbāt q̄d. ſ. caligo ⁊ ali
q̄s humor ſolet efficere.

## Ad quintuʒ ſic porcediꝭ

Uideꝭ ꝙ xp̄s nō debuerit veritatē reſurrectiōis argumē
tis declarare. dicit enim Ambro. tolle argumenta vbi fi
des q̄ritur. ſʒ circa reſurrectionem xp̄i q̄ritur fides. nō g̃
habēt locū argumēta. ¶ Pre. Greg. dicit fides nō ha
bet meritum. vbi humana rō prebet expimētū. ſed ad xp̄ʒ
nō ꝑtinebat meritū fidei euacuare g̃ ad eū nō ꝑtinebat
reſurrectionē ꝑ argumenta ꝓbare. ¶ Pre. xp̄s ī mūduʒ
venit vt ꝑ eū hoīes beatitudineʒ adipiſcantur. ſm illud
Joh. x. ego veni vt vitam habeant. ⁊ habūdanti⁹ habeāt.
ſed ꝑ hmōi oſtenſiōes argumētoꝝ videꝭ humane beatitu
dini īpedimētū ꝑſtari. dr̄. n. Joh. xx. ex ore ipſius. dñi. be
ati qui nō viderūt ⁊ crediderunt. g̃ videꝭ ꝙ xp̄s non de
buerit ꝑ aliqua argumēta ſuā reſurrectionē māifeſtare
¶ Sed ꝯ eſt q̄d diciꝭ Act. i. ꝙ apparuit diſcipulis ꝑ di
es. xl. in multis argumētis loquēs de regno dei ¶ Rñ.
dōm ꝙ argumētū dupl'r diciꝭ. q̄nq̄ʒ. n. dr̄ argumētū q̄
cūq̄ʒ ratio rei dubie faciens fidē. q̄nq̄ʒ aūt dr̄ argumē
tuʒ aliq̄d ſenſuale ſignuʒ. q̄d inducitur ad alicuius ve
ritatis māifeſtatiōeʒ. ſic etiā Ari. in libris ſuis aliq̄n vti
tur noīe argumēti. Primo g̃ mō accipiēdo argumētuʒ
xp̄s non ꝓbauit diſcipl'is ſuā reſurrectionē ꝑ argumēta
q̄ꝛ talꝭ ꝓbatio argumētatiua ꝓcedit ex aliq̄bus ꝑicipijs.
q̄ ſi nō eſſent nota diſcipl'is nihil ꝑ ea manifeſtareꝭ eis
q̄ꝛ ex ignotis nō pōt aliq̄d fieri notū. ſi aūt eſſēt eis nota
nō trāſcēderēt rōneʒ humanā. ⁊ iō nō eēt efficacia ad fidē
reſurrectiōis aſtruēdaʒ. q̄ rōem humanā trāſcēdūt. opoꝛ
tet. n. ꝑicipia ex eodē genere aſſumi. vt dr̄ in. i. poſte. ꝓ
bauit autē eis reſurrectionē ꝑ auctoritatem ſacre ſcrip
ture q̄ ē fidei fūdamētū. cū dixit. oꝑtet impleri oīa q̄ di
cta ſūt ī lege ⁊ pſalmis ⁊ ꝓphis de me. vt habeꝭ Lu. vlti.

Si autē accipiatur ſecūdo modo argumentū ſic chriſtꝰ dicitur ſuam reſurrectionem argumentis declaraſſe. in quantum ꝑ quedam euidentiſſima ſigna ſe vere reſurrexiſſe oſtēdit. vnde ⁊ in greco vbi nos habemus in multis argumētis loco argumēti ponitur cekimliū. quod eſt ſignum euidens ad probandum. que quidē ſigna reſurrectionis xp̄s oſtendit diſcipulis ꝓpter duo. Primo quidē quia non erant corda eoꝝ diſpoſita ad hoc ꝙ de facili fidē reſurrectiōis acciperent. vnde ipſe dicit eis Luc. vlti. o ſtulti ⁊ tardi corde ad credendum ⁊ Mar. vlti. exprobrauit īcredulitatē eoꝝ. ⁊ duri ciam cordis. Secūdo vt ꝑ hm̄oi ſigna eis oſtenſa efficaciꝰ eoꝝ teſtimōiū redderet̄ ſcʒ illud i. Ioh. i. quod vidimus ⁊ audiuimus ⁊ manus noſtre cōtrectauerunt teſtamur. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ Ambroꝰ. ibi loquitur de argumentis ſm̄ rationē humanam ꝓcedentibus. que inualida ſunt ad ea que ſunt fidei oſtendenda. ſicut oſtenſum eſt. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ meritū fidei eſt ex hoc. ꝙ homo ex mandato dei credit quod non videt. vnde illa ſola ratio meritum excludit que facit videri ꝑ ſcientiam id quod credendum proponitur. ⁊ talis ē rō demonſtratiua. Hm̄oi autem rationes xp̄s non induxit ad ſuam reſurrectionem declarandam. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut dictum eſt meritum beatitudinis quod cauſat fides non totaliter excluditur. niſi homo nollet credere niſi ea q̄ videret. ſed quod aliquiſ ea que nō videt cre. at per aliq̄ ſigna viſa non totaliter fidem euacuat. nec meritum eius ſicut ⁊ Thomas cui dictū eſt. quia vidiſti me credidiſti aliud vidit ⁊ aliud credidit. vidit vulnera ⁊ credidit deū eſt aūt perfectioris fidei qui nō requirit hm̄oi auxilia ad credendum. vnde ad argumētum defectum fidei in quibuſdam dn̄s dicit Ioh. iiij. niſi ſigna ⁊ prodigia videritis non credetis. ⁊ ſm̄ hoc pōt intelligi ꝙ illi qui ſunt tā prompti animi vt credant deo etiā ſignis nō viſis ſūt beati. per cōparationē ad illos q̄ nō crederēt niſi talia viderēt

## Ad ſextum ſic proceditur

Videtur ꝙ argumenta que xp̄s induxit non ſufficienter manifeſtauerunt veritatem reſurrectionis eius. nihil enī oſtendit xp̄s diſcipulis poſt reſurrectionem qd̄ etiam angeli hominibus apparentes vel nō oſtenderunt vel non oſtendere potuerunt. nam angeli frequenter in humana effigie ſe hoībus oſtenderunt. ⁊ cum eis loquebant̄. ⁊ cōuerſabantur. ⁊ comedebant ac ſi eſſent hoīes veri. ſic patet Gen̄. xviij. quos abraam ſuſcepit hoſpitō. ⁊ in libro Thobie de angelo qui eū duxit ⁊ reduxit. Et tn̄ angeli n̄ habuerūt vera corꝑa naturaliſ ſibi vnita. quod requirit̄ ad reſurrectiōeʒ. n̄ g̊ ſigna q̄ xp̄ſ diſciplis exhibuit fuerūt ſufficiētia ad reſurrectiōeʒ eiꝰ māifeſtādā. ¶ Pre. xp̄s reſurrexit glo̊ſa reſurrectione. habens ſimul humanā naturam cum gloria. ſed quedam xp̄s oſtendit diſcipulis q̄ vidētur eſſe contraria nature humane. ſicut ꝙ ab oculis eoꝝ euanuit. ⁊ ꝙ ad eos ianuis clauſis intrauit. quedā aūt videntur fuiſſe contraria glorie puta ꝙ manducauit ⁊ bibit. ꝙ etiam habuit vulneꝝ cicatrices. g̊ videt̄ ꝙ illa argumenta non fuerunt ſufficientia neqʒ cōuenientia ad fidem reſurrectionis manifeſtandam. ¶ Pre. corpꝰ xp̄i nō erat tale poſt reſurrectionem vt tangi deberet ab hoīe mortali. vn̄ ipſe dixit marie magdalene. noli me tangere Ioh. xx. nondū. n. aſcendi ad prēm meū. nō g̊ fuit cōueniens ꝙ ad māifeſtādā veritatē ſue reſurrectiōis ſeipm̄ diſcipulis palpabilem exhibuerit. ¶ Pre. inter dotes gl̄ificati corporis precipue videt̄ eſſe claritas quam tn̄ in reſurrectiōe nullo argumēto oſtendit. g̊ videt̄ ꝙ inſufficiētia fuerunt illa argumenta ad manifeſtandā q̄litatē reſurrectiōis xp̄i. ¶ Sed ɔ̄ ē qd̄ xp̄s qui dei ſapīa ſuauiter ⁊ ſapienter diſponit omnia. vt dicit̄ Sap. viij. ¶ Rn̄. dōm ꝙ xp̄s reſurrectionē ſuam dupliciter manifeſtauit ſcʒ teſtimonio ⁊ argumēto ſeu ſigno. ⁊ vtraqʒ manifeſtatio in ſuo genere fuit ſufficiens. eſt enim vſus duplici teſtimonio ad manifeſtandam ſuā reſurrectionē diſcipulis quoꝝ neutꝝ pōt repelli. Quoꝝ primū ē teſtimonium angeloꝝ qui mulierib⁹ reſurrectionē annunciauerūt. vt patet ꝑ omnes euangeliſtas. Aliud aūt ē teſtimōiū ſcripturarū quas ipē propoſuit ad oſtenſionē ſue reſurrectionis vt dicitur Luc. vlt. argumenta etiā fuerūt ſufficiētia ad oſtendēdā verā reſurrectionē ⁊ etiā glorioſā. ꝙ aūt fuerit vera reſurrectio oſtendit. Vno mō ex ꝑte corporis circa quod tria oſtendit. Primo quidē ꝙ eēt corpus verum ⁊ ſolidum. non corpus fantaſticum vel rarū. ſic ē aer. ⁊ hoc oſtendit ꝑ hoc ꝙ corpus ſuū palpabile p̄buit. vn̄ ipſe dicit Luc. vlti. palpate ⁊ videte. q2 ſpūs carnē nō habet ⁊ oſſa. ſicut me videtis habere. Scd̄o oſtēdit ꝙ eſſet corpꝰ hūanū. oſtēdēdo ei ſ verā effigiē quā oculis tuerentur. Tertio oſtendit eis ꝙ eſſet idem numero corpus qd̄ prius habuerat. oſtendēdo eis vulneꝝ cicatrices. vn̄ legit̄ Luc. vlti. ꝙ dixit eis. videte manus meas ⁊ pedes meos. q2 ego ipē ſum. Alio mō oñdit eis veritatē ſue reſurrectionis ex ꝑte aīe iterato corpori vnite. ⁊ hoc oñdit ꝑ opera triplicis vite. Primo quidem ꝑ opꝰ vite nutritiue. in hoc ꝙ cū diſcipulis mādūcauit ⁊ bibit. vt legit̄ Luc vl. Secūdo opa vite ſenſitiue ī hoc ꝙ diſcipulis ad interrogata reſpondit. ⁊ pn̄tes ſalutabat. ī quo oñdebat ſe ⁊ videre ⁊ audire. Tertio ꝑ opa vite ītellectiue. ī hoc ꝙ cū eo loquebant̄. ⁊ de ſcripturis diſſerebat. Et ne quid deeſſet ad ꝑfectionem manifeſtatiōis oñdit etiā ſe habere diuinam naturam ꝑ miraculū qd̄ fecit in piſcibus capiendis. ⁊ vlterius ꝑ hoc ꝙ eis videntibus aſcendit in celum. q2 vt dicitur Ioh. iij. nemo aſcendit in celū niſi q̄ deſcēdit de celo filius hoīs qui ē ī celo. Gl̄iam etiā ſue reſurrectiōis oñdit ꝑ hoc ꝙ ad eos ianuis clauſis intrauit ſm̄ ꝙ Gregꝰ dicit in omē. palpandā carnē dn̄s p̄buit. quā clauſis ianuis ītroduxit vt poſt reſurrectionem oſtēderet corpus ſuū eſſe eiuſdem nature ⁊ alteriꝰ glorie. Similiter etiā ad proprietatē glorie pertinebat ꝙ ſubito ab oculis diſcipuloꝝ euanuit. vt dicit̄ Luc. vlti. quia ꝑ hoc oſtendebat̄ ꝙ in poteſtate eius erat videri ⁊ nō videri qd̄ ꝑtinet ad condictionem glorioſi corporis. vt ſup̄ dictū eſt. ¶ Ad. i. g̊. dōm ꝙ ſingula genera argumētorū non ſufficiēter ad manifeſtādā xp̄i reſurrectionē. oīa tn̄ ſimul accepta perfecte xp̄i reſurrectionem manifeſtant. maxime ꝓpter ſcripture teſtimonium angeloꝝ dicta. ⁊ ipſiꝰ xp̄i aſſertionē. miraculis confirmatā. angeli aūt aſſerentes nō aſſerebant ſe hoīes eſſe. ſicut aſſeruit xp̄s vere ſe hoīem eſſe. et tamen aliter manducauit criſtus ⁊ aliter angeli quia corpora ab angelis aſſumpta n̄ erāt viua corpora vl̄ animata non erat vera commeſtio. licet eſſet vere cibi contritio vel traiectio in interiorem partē corporis aſſumpti. vnde ⁊ angelus dixit Thobie. x. cum eſſē vobiſcum videbar quidam manducare ⁊ bibere vobiſcum. ſed ego cibo īuiſibili vtor ſed quia corpus xp̄i vere fuit animatū vera fuit eius commeſtio. vt enim dicit Augꝰ. xiij. de ci. dei. non poteſtas ſed egeſtas edendi corporibus reſurgētium auferrur. vnde ſicut Beda. dicit. xp̄s manducauit poteſtate non egeſtate. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſicut dictum eſt

argumenta quedã inducebant a xp̃o ad ꝓbandã veritatẽ
nature humane. quedã vero ad ꝓbandum gloriã reſur-
gentis condictio aũt humane nature ſm q̃ i ſe ꝯſideratur
quantũ ſcꝫ ad ſtatum pñtem contrariatur ꝯdictõni glorie
ſm illud .j. ad Cor. xv. ſeminatur in infirmitate. ⁊ reſurget
in virtute ⁊ ideo ea que inducunt ad oſtendẽdã cõdictio-
nem glie videntur habere contrarietatẽ ad naturam. non
ſimpliciter ſꝫ ſm ſtatum pñtẽ. ⁊ econuerſo. vnde. Gre.
dicit in Omel. q̃ duo mira ⁊ iuxta humanam rationem
valde contraria ſibi domin⁹ oſtẽdit dũ poſt reſurrectionẽ
corp⁹ ſuũ icorruptibile ⁊ tñ palpabile demõſtrauit. Ad
iij. dõm q̃ ſicut dicit Aug⁹ ſuper Iohanem hoc domin⁹
dixit noli me tangere. nõdũ enim aſcendi ad patrẽ meũ
vt in illa femina figuraretur eccl'ia de gentibus. que in xp̃m
non credidit niſi cũ aſcendiſſet ad patrem aut ſic in ſe vo-
luit credi ieſus. hoc eſt ſic ſe ſpũaliter tangi. q̃ ipſe ⁊ pater
vnũ ſunt. eius quippe intimis ſenſibus quodãmõ aſcen-
dit ad patrẽ qui ſic i eo ꝓfecerit vt patri cognoſcat equalẽ
hic autẽ carnaliter adhuc in eum credebat quẽ ſicut ho-
minem flebat. q̃ aũt maria alibi legitur xp̃m tetigiſſe quã-
do ſimul cũ alijs mulieribus acceſſit ⁊ tenuit pedes que-
ſtionẽ ñ facit vt ſeuerian⁹ dicit. ſi quidẽ illud de figura
eſt hoc de eſſe. illud diuina gratia hoc de humana natura
Vel ſicut Criſo. dicit volebat hec mulier adhuc cum xp̃o
conuerſari ſicut ⁊ ante paſſionẽ. p̃e gaudio nihil in hoc
ingratũ cogitabat. q̃uis caro xp̃i multo melior fuit facta
reſurgendo. ⁊ ideo dixit nõdũ aſcendi ad patrem meũ. q̃ſi
diceret. non eſtimes me iã terrenã vitã agere. q̃ eñi in ter-
ris me vides hoc eſt q̃ non aſcendi ad patrẽ meum ſed i
ꝓmptu ẽ q̃ aſcendã. vnde ſubdit aſcendo ad patrẽ meũ
⁊ patrem veſtrum. Ad. iiij. dõm q̃ ſicut dicit Aug⁹ ad
oroſium clarificata carne dñs reſurrexit. ſed noluit in ea
clarificatõne diſcipl'is apparere. quia non poſſẽt oc'lis ta-
lem claritatẽ ꝓſpicere. ſi eñi anteq̃ moreretur ꝑ nobis ⁊ re-
ſurgeret quãdo trãſfiguratus eſt in monte diſcipl'i ſui eũ
videre nõ potuerunt quãto magis clarificata carne domi-
ni eum videre nõ potuerũt. Eſt etiã cõſiderandum q̃ poſt
reſurrectõnẽ dñs hoc p̃cipue volebat oſtẽdere q̃ idẽ ipſe
eſſet qui mortuus fuerat q̃d multũ poterat impedire ſi
eis ſui corꝑis claritatẽ oſtenderet. nam imutatõ q̃ fit ſm
aſpectũ maxime oſtendit diuerſitatem illius q̃d videtur. nã
ſenſibilia ꝯmunia inter que eſt vnum ⁊ multũ vel idem ⁊
diuerſum maxime diiudicat viſus. ſed ante paſſionẽ ne
infirmitatẽ paſſionis diſcipl'i deſpicerẽt maxime intẽde-
bat chriſtus eis gl'iã maieſtatis ſue oſtẽdere quã maxĩe
demonſtrat claritas corporis. ⁊ ideo ante paſſionẽ ſuam
gl'iam p̃mõſtrauit diſcipulis ꝑ claritatẽ. poſt reſurrectõẽ
aũt ꝑ alia inditia. Ad. v. dõ. q̃ ſic dic̃ Aug⁹ in li. de cõ-
ſenſu euãgeliſtarũ poſſum⁹ intelligere vnũ angelũ viſũ
a mulieribus. ⁊ ſm Matt. ⁊ ſm Mar. vt eas ingreſſas i
monumẽtũ accipiam⁹ ſcꝫ in aliq̃d ſpaciũ q̃d erat in aliq̃
mã ꝯmũiter atq̃ vidiſſe ibi angelũ ſedẽtẽ a dextris. q̃d
dicit. Mar. deinde dũ introſpicerẽt locũ in quo iacebat
corp⁹ domini viſos ab eis duos angelos p̃io q̃dẽ ſedẽtes
vt dic̃ Jo. ⁊ poſtea aſſurrexiſſe vt ſtãtes viderẽtur vt dic̃ luc̃

Queſtio. LVI.

# Deinde conſiderandũ

ẽ de cauſalitate reſurrectõnis xp̃i. Et circa hoc
queruntur duo Primo vtrũ xp̃s ſit cauſa no-
ſtre reſurrectionis reſurrectione ſua. Secundo vtrum ſit
cauſa noſtre iuſtificationis.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur q̃ reſurrectio xp̃i nõ ſit cauſa reſurrectionis cor-
ꝑum. poſita eñi cã ſufficienti neceſſe eſt effectum poni. ſi g̃
xp̃i reſurrectõ ẽ cã ſufficiẽs reſurrectõnis corꝑm ſtatim eo
reſurgente omnes mortui reſurgere debuerunt. Pre.
cauſa reſurrectõnis mortuorũ ẽ diuina iuſtitia. vt ſcꝫ cor-
pora ſimul p̃mientur vel puniantur cũ animabus ſicut con-
municauerũt in merito vel peccato. vt dicit Dio⁹. c. vlt.
celeſtis hierachie. ⁊ etiã Dam. in. iiij. li. ſed iuſtitiã dei ne-
ceſſe ẽ ipleri etiã ſi xp̃s nõ ſurrexiſſet. g̃ etiã xp̃o nõ reſur-
gẽte mortui reſurgent. non g̃ reſurrectio chriſti eſt cauſa
reſurrectionis corꝑm. Pre. ſi reſurrectõ xp̃i eſt cã reſur-
rectionis corꝑm aut eſſet cauſa exemplaris. aut effectiua
aut meritoria. ſed nõ ẽ cauſa exemplaris. q̃ reſurrectio-
nem corꝑum deus oꝑabitur. ſm illud Jo. v. pater ſuſcitat
mortuos. deus aũt nõ indiget reſpicere ad aliq̃d exẽplar
extra ſe. ſimiliter etiã nõ eſt cauſa effectiua. q̃ cã efficiens
non agit niſi ꝑ cõtactum ad mortuos q̃ reſurgent ꝓpter
diſtantiã temꝑis ⁊ loci. ſimiliter etiã nec ꝑ cõtactũ ſpũalẽ
q̃ eſt ꝑ fidẽ ⁊ caritatẽ. q̃ etiã infideles ⁊ peccatores re-
ſurgent neq̃ etiã ẽ cauſa meritoria. q̃ chriſtus reſurgẽs
iam nõ erat viator ⁊ ita non erat in ſtatu merendi. et ita
nullo modo reſurrectõ chriſti videtur eſſe cauſa noſtre re-
ſurrectionis. Pre. cũ mors ſit priuatio vite nihil vi-
detur eſſe aliud deſtruere mortem quã reducere vitam.
q̃d ꝑtinet ad reſurrectionẽ. ſed chriſtus moriẽdo mortẽ
noſtram deſtruxit. g̃ mors chriſti eſt cã noſtre reſurrectio-
nis. non g̃ eius reſurrectio. Sed cõtra eſt q̃d ſuꝑ illũ
prima ad Cor. xv. ſi chriſtus predicatur q̃ reſurrexit a mor-
tuis ⁊c. dicit glo. qui eſt efficiens cauſa noſtre reſurrectio-
nis. Rñ. dõm q̃ illud q̃d eſt primũ in quolibet genere
eſt cauſa eorum q̃ ſunt poſt vt dicitur. ij. metaphi. primũ
autem in genere vere reſurrectionis fuit reſurrectõ chriſti
ſicut ex dictis patet. vnde oportet q̃ reſurrectio chriſti ſit
cauſa noſtre reſurrectionis. ⁊ hoc eſt quod apoſ. dicit. j.
Cor. xv. chriſtus reſurrexit a mortuis primitie dormien-
tium. q̃ñ quidem ꝑ hominem mors. ⁊ per hominem re-
ſurrectio mortuorũ. Et hoc rationabiliter. nam principiũ
humane viuificatõis eſt verbũ dei. de quo dicitur in p̃s.
apud te eſt fons vite. vnde ⁊ ipſe dicit Jo. v. ſicut pater
ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat ſic et filius quos vult viuifi-
cat. habet aũt hoc naturalis ordo rerum diuinit⁹ inſtitut⁹
vt quelibet cauſa primo oꝑetur in id quod eſt ſibi ꝓpinquũ
⁊ ꝑ id quidẽ operetur in alia magis remota. ſicut ignis pri-
mo calefacit aerem ꝓpinquũ. ꝑ quem calefacit corꝑa di-
ſtincta. ⁊ ipſe deus primo illuminat ſubſtãtias ſibi ꝓpinq̃s
ꝑ quas illuminat magis remotas. vt dicit Dyo. xiij. c. ce-
leſtis hierarchie ⁊ ideo verbum dei primo attribuit vitã
immortalem corꝑi naturaliter ſibi vnito. ⁊ ꝑ ipſũ oꝑatur
reſurrectionẽ in omnibus alijs. Ad. j. ergo dõm q̃ ſicut
dictum eſt reſurrectõ chriſti eſt cauſa noſtre reſurrectõis
ꝑ virtutem verbi vniti. q̃d quidẽ oꝑatur ſm voluntatem
⁊ ideo non oportet q̃ ſtatim ſequatur effectus. ſed ſm diſpo-
ſitõnem verbi dei. vt ſcꝫ primo conformemur xp̃o patienti
et morienti in hac vita paſſibili ⁊ mortali. deinde ꝑueni-
am⁹ ad ꝑticipãdã ſimilitudinem reſurrectõnis. Ad. ij.
dõm q̃ iuſtitia dei eſt cauſa prima noſtre reſurrectõis re-
ſurrectõ aũt xp̃i eſt cã ſc̃daria ⁊ quaſi inſtrumentalis. licet
autem virtus principalis agentis determinetur ad hoc in-
ſtrumentum determinate tamẽ ex quo ꝑ hoc inſtrumẽtũ
oꝑatur inſtrumentũ illud eſt cauſa effectus. ſic g̃ diuina

iuſtitia quantū eſt de ſe nō eſt obligata ad reſurrectōem noſtrā cauſandā ꝑ reſurrectionem xp̄i. potuit enim alio mō nos deus liberare ꝙ̄ ꝑ reſurrectionem xp̄i. vt ſupͣdcm eſt. ex quo tamē decreuit nos liberare ſic manifeſtū eſt ꝙ reſurrectō xp̄i eſt cā noſtre reſurrectōnis. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ reſurrectio xp̄i nō eſt ꝓprie loquendo cauſa meritoria noſtre reſurrectionis. ſʒ ē cā efficiens exemplaris. efficiens quidem inquātū humanitas xp̄i ſm̄ quam reſurrexit eſt quodāmō iſtrumētū diuinitatis ipſiꝰ. ⁊ opaꝛ in v̄tute eiꝰ. vt ſupͣdictū ē ⁊ ideo ſicut alud que xp̄s in ſua humanitate fecit vel paſſus eſt ex virtute diuinitatis ipſius ſunt nobis ſalutari vt ſupͣdictū eſt ita ⁊ reſurrectio xp̄i ē cā efficiens nr̄e reſurrectōnis in virtute diuina cuiꝰ ꝓpriū ē mortuos viuificare. que quidē virtus ꝑſentialiter attingit omnia loca et tp̄a. ⁊ talis cōtactus virtualis ſufficit ad rōeʒ huiꝰ efficientie. ⁊ qꝛ vt dictū eſt primordialis cā humane reſurrectionis eſt diuina iuſtitia ex qua xp̄s habet poteſtatem iudiciū facere inquātū filius hominis ē virtus effectiua reſurrectōnis eius ſe extendit non ſolū ad bonos ſed etiā ad malos qui ſunt eius iudicō ſubiecti. Sicut aūt reſurrectō corporis chriſti ex eo ꝙ corpꝰ illud eſt ꝑſonaliter verbo vnitū eſt prima tp̄e ita etiā ē prima dignitate ⁊ ꝑfectōe vt glo dicit. j. Cor. xv. ſemꝑ aūt id qđ eſt ꝑfectiſſimum eſt exēplar quod imitanꝛ minus ꝑfecta ſm̄ ſuū modū. Et iō reſurrectō xp̄i eſt exemplar noſtre reſurrectionis. Quod quidē neceſſariū non ē ex ꝑte reſuſcitantis qui nō indiget ſed ex ꝑte reſuſcitatoꝝ quos oportet illi reſurrectōni conformari ſm̄ illud ad Philip. iij. reformabit corpꝰ humilitatis noſtre cōfiguratū corpi claritatis ſue. licet aūt effectiua cauſa reſurrectōnis xp̄i ſe extendat ad reſurrectioneʒ tam bonoruʒ ꝙ̄ maloruʒ exemplaritas tamē eius ſe extēdit ꝓprie ſolum ad bonos qui ſunt facti ꝯformes filiationis ipſius. vt dicit Ro. viij. ¶ Ad .iiij. dōm ꝙ ſm̄ rōneʒ efficientie q̄ dependet ex virtute diuina cōuenienter tam mors xp̄i ꝙ̄ etiam reſurrectō eſt cauſa deſtructōnis mortis nr̄e ꝙ̄ repatōis. vite ſʒ ſm̄ rationē exēplaritatis mors chriſti ꝑ quam receſſit a vita mortali ē cauſa deſtructionis mortis noſtre. reſurrectō vero eius ꝑ quam inchoauit vitam īmortalē eſt cauſa repatōnis vite noſtre. Paſſio tn̄ xp̄i eſt inſuper cauſa meritoria. vt ſupra dictuʒ eſt.

## Ad ſecunduʒ ſic procedit

Videtur ꝙ reſurrectō chriſti non ſit cauſa reſurrectōnis animarū. dicit enī Augꝰ ſuper Jo. ꝙ corpa reſurgent per diſpenſatōnem humanā. ſed anime reſurgent ꝑ ſubſtātiā dei. Sed reſurrectō chriſti non ꝑtinet ad dei ſubſtantiaʒ ſed ad diſpenſationem humanam ḡ reſurrectio xp̄i et ſi ſit cauſa reſurrectōnis corꝑum. non tamē videꝛ eſſe cauſa reſurrectionis animarum. ¶ Pre. corpꝰ nō agit ī ſpūm ſed reſurrectio chriſti ꝑtinet ad corpus eius quod cecidit ꝑ mortem. ḡ reſurrectio chriſti non eſt cauſa reſurrectōis animarum. ¶ Pre. reſurrectio xp̄i eſt cauſa reſurrectōis corporuʒ omnia enim corpora reſurgent. ſm̄ illud prima Cor. xv. omnes quidem reſurgemus. ſed non ominiū aīe reſurgent qꝛ quedam ibunt in ſuppliciū eternū. vt dicitur Matt. xxv. ḡ reſurrectō xp̄i nō ē cauſa reſurrectōnis aīaꝝ. ¶ Pre. reſurrectō animaruʒ fit ꝑ remiſſionem peccatoꝝ ſed hoc eſt factū ꝑ chriſti paſſionē. ſm̄ illud Apoc. j. lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ḡ reſurrectō aīarū cauſa magis eſt chriſti paſſio ꝙ̄ eius reſurrectio. ¶ Sʒ contra eſt quod Apo. dicit ad Ro. iiij. reſurrexit ꝓpter iuſtificatōneʒ noſtraʒ. que nihil aliud eſt ꝙ̄ reſurrectō aīaꝝ

Et ſuꝑ illud ps. ad veſꝑam demorabitur fletus dicit glo. ꝙ reſurrectō chriſti eſt cauſa reſurrectōnis ⁊ aīe in ꝑſēti et corporis in futuro. ¶ Rn̄. dō. ꝙ ſic dictū ē reſurrectio chriſti agit in virtute diuinitatis. que quidē ſe extēdit nō ſolum ad reſurrectōnem corpoꝝ ſed etiā ad reſurrectōem animaꝝ. a deo enī eſt ⁊ ꝙ anima viuit per gratiā ⁊ ꝙ corpus viuit ꝑ animā. Et ideo reſurrectō xp̄i habet inſtrumentaliter virtutem effectiuā non ſolum reſpectu reſurrectionis corporum ſed etiā reſpectu reſurrectōnis aīarū ſimiliter autem habet rationem exemplaritatis reſpectu reſurrectōnis animarum. quia xp̄o reſurgēti debemꝰ etiā ſm̄ animaʒ conformari. vt ſicut ſm̄ Apo. ad Ro. vj. xp̄s reſurrexit a mortuis ꝑ gloriam patris ita et nos in nouitate vite ambulemus. ⁊ ſicut ipſe reſurgens ex mortuis iam non moritur ita ⁊ nos exiſtimemus mortuos eſſe peccato vt iterum nos viuamus cum illo. ¶ Ad. j. ergo dō. ꝙ Augꝰ dicit reſurrectōnem animarum fieri per dei ſubſtantiam quantum ad ꝑticipatōnem. quia ſcilicet participādo diuinaʒ bonitatē anime ⁊ fiunt iuſte bone nō aūt participando quamcunqꝫ creaturam. vnde cum dixiſſet anime reſurgent ꝑ ſubſtantiam dei. ſubdit participatōne enim dei fit anima beata. non ꝑticipatione anime ſancte ſed participando gloriam corporis chriſti efficientur corpora noſtra glorioſa. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ efficacia reſurrectōnis chriſti ꝑtingit ad animas non per ꝓpriam virtutem ipſius corporis reſurgentis. ſed per virtutem diuinitatis cui perſonaliter vnitur. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ reſurrectio animarum ꝑtinet ad meritum. quod eſt effectus iuſtificationis. ſed corporum reſurrectio ordinatur ad penam vel premium q̄ ſunt effectus iudicantis. ad chriſtū auteʒ non ꝑtinet iuſtificare omnes ſed iudicare. ⁊ ideo oēs reſuſcitat ſm̄ corpus ſed non ſm̄ animam. ¶ Ad. iiij. dōm ꝙ in iuſtificatōne animarum duo concurrunt. ſcʒ remiſſio culpe. ⁊ nouitas vite per gratiam. quantum ergo ad efficatiam que eſt per virtutem diuinam tam paſſio chriſti ꝙ̄ reſurectō eſt cauſa iuſtificatōnis quo ad vtrunqꝫ. ſed quātum ad exemplaritatem ꝓprie paſſio ⁊ mors xp̄i eſt cauſa remiſſionis culpe per quam morimur peccato. reſurrectio autem eſt cauſa nouitatis vite que eſt per gratiam ſiue iuſtitiam. ⁊ ideo Apo. dicit ad Ro. iiij. ꝙ traditus eſt in mortem ꝓpter delicta noſtra ſcilicet tollenda. ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificatōnem noſtram. ſed paſſio chriſti eſt cauſa meritoria. vt dictum eſt.

## ¶ Queſtio. LVII.

## Deinde conſiderādʒ

eſt de aſcenſione chriſti. Et circa hoc queruntꝛ ſex. Primo vtrum fuerit conueniens chriſtū aſcendere. Secundo ſm̄ quam naturam conueniat ſibi aſcenſio. Tertio vtrum ſm̄ ꝓpriam virtutem aſcenderit. Quarto vtrum aſcenderit ſuper omnes celos corporeos. Quinto vtrum aſcenderit ſuper omnes ſpirituales creaturas. Sexto de effectu aſcenſionis.

## Ad primuʒ ſic proceditur

Videtur ꝙ non fuit conueniens chriſtum aſcendere dicit enī Philo. ij. de celo et mun. ꝙ illa que optimo modo ſe habent poſſident ſummum bonum ſine motu. ſed xp̄s optime ſe habuit. qui etiam eſt ſm̄ naturam diuinam ſummum bonum. ⁊ ſm̄ humanam naturam ē ſūme glorificatꝰ. ergo ſummum bonū habet ſine motu. ſed aſcēſio chriſti eſt quidam motus. ergo non fuit conueniēs ꝙ xp̄s

aſcēderet. ¶ Pre. omne quod mouetur. mouetur ꝓpter aliquid melius ſed chriſto non fuit melius eſſe in celo ꝙ̄ in terra. nihil enim accreuit ſibi ꝑ hoc ꝙ fuit in celo. neq̧ quantum ad animam. neq̧ quantum ad corpus. ergo videtur ꝙ chriſtus non debuit in celum aſcendere ¶ Pre. filius dei humanam naturam aſſumpſit ad noſtram ſalutem. ſed magis fuiſſet ſalutare hominibus ꝙ ſemper cōuerſaretur nobiſcum in terris. vt ipſe dicit diſcipl'is ſuis Lu. xvij. venit dies quādo deſideratis videre vnum diez filij hominis ⁊ non videbitis. videtur ergo ꝙ non fuit cōueniēs chriſtū aſcendere in celū. ¶ Pre. ſicut Gre. dicit xiiij. Moral. corpus chriſti in nullo mutatum fuit poſt reſurrectionem. ſed non immediate poſt reſurrectōnem aſcendit in celum. quia ipſe dixit poſt reſurrectōez Jo. xx. nondum aſcendi ad patrem meum. ergo neq̧ poſt. xl. dies aſcendere debuit. ¶ Sed ↄ̄ qd̄ eſt dominus dicit Jo. xx. aſcendo ad patrē meuz ⁊ patrez veſtrum. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ locus debet eſſe ꝓportōnatus locato. chriſtus autem ꝑ reſurrectōnem vitam īmortalem ⁊ incorruptibilem inchoauit. locus autem in quo nos habitamus eſt locus generationis ⁊ corruptionis. ſed locus celeſtis eſt locus incorruptionis. ⁊ ideo non fuit conueniens ꝙ chriſtus poſt reſurrectionem remaneret in terris. ſed conueniens fuit ꝙ aſcenderet in celum. ¶ Ad. j. ergo dd̄m ꝙ illud optime ſe habet quod poſſidet ſine motu ſummum bonuz qd̄ eſt de⁹. qui ē omnino īmutabilis. ſm̄ illud Malach. iij. ego dominus ⁊ non mutor. quelibet autē creatura eſt aliquo modo mutabilis. vt patet per Aug⁹ viij. ſup Gñ. ad literam. et q2 natura aſſumpta a filio dei remanſit creata vt patet ex hijs que ſupra dicta ſunt non ē ī cōueniens ſi ei aliquis motus attribuatur. ¶ Ad. ij. dd̄m ꝙ ꝑ hoc ꝙ chriſtus aſcendit in celum nihil ei accreuit quantuz ad ea que ſunt de eſſentia glorie. ſiue ſm̄ corpus ſiue ſm̄ aīam accreuit tamē ei aliquid quantum ad loci decentiā quod eſt ad bene eſſe glorie. non ꝙ corpori eius aliquid aut ꝑfectionis aut confirmatōis acquireretur ex corpore celeſti ſed ſolūmodo ꝓpter quandaz decentiā. hoc autem aliquo modo ꝑtinebat ad eius gloriam. et de hac decētia gaudiū quoddā habuit. non quidem ꝙ tunc de nouo de hoc gaudere inciperet quando in celum aſcendit. ſed quia nouo modo de hoc gauiſus eſt ſicut de re impleta. vnde ſuper illud pſalmi. delectatōnes in dextera tua vſq̧ in finem dicit gloſa. delectatō ⁊ letitia erit mihi in cōſeſſu tuo humanis obtutibus ſubtracto. ¶ Ad. iij. dd̄m ꝙ licet preſētia corporalis chriſti fuiſſet ſubtracta fidelibus ꝑ aſcēſionez preſentia tamē diuinitatis ipſius ſemꝑ adeſt fidelib⁹. ſm̄ ꝙ ipſe dicit Matt. vlt. ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus. vſq̧ ad conſumatōnem ſeculi. qui enim aſcēdit in celos non deſerit adoptatos. vt dicit leo papa. Sed ipa aſcenſio chriſti in celum qua corꝑalem preſenciam nobis ſubtraxit magis fuit vtilis nobis ꝙ̄ pñtia corꝑalis fuiſſz Primo quidem ꝓpter fidei augmentum que eſt de non viſis. vnde ipſe dominus dixit Jo. xvj. ꝙ ſpiritus ſanct⁹ adueniens arguet mundum de iuſtitia ſcilicet eorum qui credunt vt Aug⁹ dicit ſuꝑ Jo. ipſa quippe fideliuz ꝑpatō infidelium eſt vituꝑatō. vnde ſubdit quia ad patrē vado et iam non videbitis me. beati enim qui non vident et credunt. erit itaq̧ veſtra iuſtitia de qua mundus arguit quoniā in me quem non videbitis credentes. Secundo ad ſpei ſubleuationem. vnde ipſe dicit Jo. xiiij. ſi abiero ⁊ preꝑauero vobis locum iterum veniam ⁊ accipiam vos ad meipſum. vt vbi ego ſum ⁊ vos ſitis. per hoc enim ꝙ xp̄us humanam naturam reaſſumptaz in celo collocauit dedit nobis ſpem illuc ꝑueniendi. quia vbi fuerit corpus illuc ⁊ congregabūtur aquile. vt dicit̄ Matt. xiiij. ⁊ Mich. ij. dicitur. aſcendit pandēs iter ante eos. Tertio ad erigendum caritatis affectū ī celeſtia. vnde dicit Apoſ. ad colo. iij. que ſurſum ſunt ſapite non que ſuper terram. vt em̄ dicitur Matt. vj. vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt et cor tuū et quia ſpiritus ſanctus amor eſt nos in celeſtia rapiens ideo dominus dicit diſcipl'is Jo. xvi. expedit vobis vt ego vadam. ſi enim nō abiero paraclitus nō veniet ad vos ſi autem abiero mittam vobis eum ad vos. quod exponens Aug⁹ ſuper Jo. dicit. non poteſtis capere ſpiritum quamdiu ſm̄ carnem noſcere ꝑſiſtitis chriſtum. xp̄o aūt aſcendente corꝑaliter non ſolum ſpūſſanctus ſed pater ⁊ ſpiritusſanctus illis affuit ſpiritualiter. ¶ Ad. iiij. dd̄m ꝙ licet chriſto reſurgenti in vitam īmortalem congrueret locus celeſtis tamen aſcenſionem diſtulit vt veritas reſurrectionis comprobaret̄. vnde dicitur Act. j. ꝙ poſt paſſionem ſuam prebuit ſeipſum viuum diſcipl'is in multis argumentis. per dies. xl. quia vt dicit glo. quedam ꝙ quia xl. horas mortuus fuerat. xl. diebus ſe viuere cōfirmat vl' per. xl. dies tempus preſentis ſeculi quo chriſtus in eccleſia conuerſatur poteſt intelligi. ſcilicet ꝙ homo conſtat ex quattuor elementis et eruditur contra tranſgreſſionem decalogi.

## Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ aſcendere in celum conueniat chriſto ſm̄ naturam diuinam. dicitur enim in p̄s. aſcendit deus in iubilatione. ⁊ Deutro. xxiiij. aſcenſor celi auxiliator tuus. ſed iſta dicuntur de deo. etiam ante chriſti incarnationez ergo chriſto conuenit aſcendere in celum. ſm̄ ꝙ deus. ¶ Pre. eiuſdem eſt aſcendere in celum cuius eſt deſcendere de celo ſm̄ illud Jo. iij. nemo aſcendit in celum niſi qui de celo deſcendit. et ad Ephe. iiij. qui deſcendit ipſe eſt qui ⁊ aſcendit ſed chriſtus deſcendit de celo nō ſm̄ ꝙ homo ſed ſm̄ ꝙ deus. non enim humana natura anteꝗ in celo fuerat ſed diuina. ergo videtur ꝙ chriſtus aſcendit in celum ſm̄ ꝙ deus. ¶ Pre. xp̄us ſua aſcenſione aſcendit ad patrem. ſed ad patris equalitatem non ꝑuenit ſm̄ ꝙ homo. ſic enim dicit maior me eſt vt habetur Jo. xiiij. ergo videtur ꝙ chriſtus aſcendit ſm̄ ꝙ deus. ¶ Sed cōtra eſt quod Ephe. iiij. ſuper illud ꝙ autem aſcendit quid eſt niſi quia deſcendit dicit glo. conſtat ꝙ ſm̄ humanitatē chriſtus deſcendit ⁊ aſcendit. ¶ Rñ dd̄m ꝙ ly ſecundū poteſt duo notare. ſcz conditionem aſcendentis. ⁊ cauſaz aſcenſionis. Et ſi quidem deſignat condictionem aſcendentis tunc aſcendere non poteſt conuenire chriſto ſm̄ condictionem diuine nature. tum quia nihil eſt diuinitati altius quo poſſit aſcendere. tum etiam quia ſcz aſcenſio eſt motus localis. qui diuine nature non competit. que ē immobilis ⁊ inlocabilis. ſed per hunc modum aſcenſio cōpetit chriſto ſm̄ humanam naturaz que continetur loco et motui ſubici poteſt. vnde ſub hoc ſenſu poterimus dicere ꝙ xp̄s aſcendit in celū ſm̄ ꝙ homo. non ſm̄ ꝙ deus Si vero li ſecundū deſignat cauſam aſcenſiōis cuz etiaz chriſtus ex virtute diuinitatis in celum aſcenderit non autem ex virtute humane nature. dicendum erit ꝙ xp̄s aſcendit in celum non ſm̄ ꝙ homo ſed ſm̄ ꝙ deus vnde Aug⁹ in ſermone de aſcenſione dicit de noſtro fuit ꝙ fili⁹ dei pependit in cruce. de ſuo ꝙ aſcendit. ¶ Ad. j. ḡ dd̄m ꝙ auctoritates ille ꝓphetice dicuntur de deo. ſm̄ ꝙ icar-

natus erat. Poteſt tamen dici ꝙ aſcendere etſi non ꝓprie conueniat diuine nature poteſt tamen ei methaphorice conuenire. prout ſcilicet dicitur in corde hoīs aſcendere quando cor hominis ſe ſubicit ⁊ humiliat deo. ⁊ eodem modo methaphorice dicitur aſcendere reſpectu cuiuſlibet creature ex eo ꝙ eam ſubicit ſibi. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ipſe idem eſt qui aſcendit ⁊ deſcendit. dicit enim Aug⁹ in libro de ſymbolo. quis eſt qui deſcendit? deus. quis eſt qui aſcendit? ipſe idem deus homo. Deſcenſus tamē duplex attribuitur chriſto. Unus quidem quo dicitur deſcendiſſe de celo. quod quidem attribuimus deo homini. ſm ꝙ deus. non enim eſt iſte deſcenſus intelligendus ſm motum localem. ſed ſm exinanitionem qua cum in forma dei eſſet ſerui formam ſuſcepit. ſicut enim dicitur exinaniuiſſe nō ex eo ꝙ ſuam plenitudinem amitteret ſed ex eo ꝙ noſtram paruitatem ſuſcepit. ita dicitur deſcendiſſe de celo non quia celum deſeruit ſed quia naturam terrenā aſſūpſit in vnitate pſone. alius autem eſt deſcenſus quo deſcēdit in inferiores partes terre. vt dicitur ad Ephe. iiij. qui quidem eſt deſcenſus localis vnde cōpetit chriſto ſm cōdicionem humane nature. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ chriſtus dicitur ad patrem aſcendere inquantum aſcendit ad conſeſſum paterne dextre. quod quidem conuenit chriſto aliqualiter autem ſm diuinam naturam. aliqualiter aūt ſm humanam. vt infra dicetur.

## ¶ Ad tertiū ſic proceditur

Uidetur ꝙ chriſtus non aſcenderit ꝓpria virtute. dicitur enim Marc. vlt. ꝙ dominus ieſus poſtq̄ locut⁹ eſt diſcipulis aſſumptus eſt in celum. Et Act. j. dicitur ꝙ videntib⁹ illis eleuatus eſt ⁊ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorū. ſed id qđ aſſumitur et eleuatur ab alio videtur moueri. ḡ chriſtus non ꝓpria virtute ſed aliena ferebatur in celum ¶ Pre. corpus chriſti fuit terrenum ſicut et corpora noſtra. corpori autem terreno contra naturam eſt ferri ſurſū nullus autem motus eſt ꝓpria virtute eius quod contra naturam mouetur. ergo chriſtus non aſcendit in celum ꝓpria virtute. ¶ Pre. virt⁹ ꝓpria xp̄i ē virt⁹ diuina. ſed motus ille non videtur fuiſſe ex virtute diuina. quia cū virtus diuina ſit infinita motus ille fuiſſet in inſtanti. et ſic non potuiſſet videntibus diſcipulis eleuari. vt dicit Act. j. ergo videtur ꝙ chriſtus non aſcenderit in celum ꝓpria virtute. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Eſa. lxiij. iſte formoſus ī ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſue. Et Gre. dicit in ome. aſcenſionis. notandū eſt helyas in curru legitur aſcendiſſe. vt videlicet apte demonſtraretur quia hō purus adiutorio indigebat alieno redemptor autem noſter non curru non angelis ſubleuatus legitur. quia qui fecerat omnia ſuper omnia ſua virtute ferebatur. ¶ Rñ. dicendum ꝙ in chriſto eſt duplex natura. diuina ſcilicet et humana. ⁊ ſm vtrāq̄ naturam poteſt accipi ꝓpria virtus eius. ſed ſm humanā naturā poteſt accipi duplex virtus chriſti vna quidem naturalis que procedit ex pricipijs nature. ⁊ tali natura manifeſtū eſt ꝙ chriſtus non aſcendit. alia autem virtus in humana natura eſt virtus glorie. ſm quam xp̄us in celum aſcēdit. cuiuſ quidem virtutis rationem quidam accipiūt ex natura quinte eſſentie. que eſt lux vt dicunt quam ponūt eſſe de compoſitione humane nature. et ꝑ eam elementa contraria conciliari in vnū. ita ꝙ in ſtatu huius mortalitatis natura elementaris in corporibus humanis dominatur. ⁊ ideo ſm naturam elementi predominātis corp⁹ humanum naturali virtute deorſum fertur. in ſtatu aūt glorie predominabitur natura celeſtis. ſm cuius inclinationem et virtutem. corpus chriſti ⁊ alia ſanctorum corpora ferūtur in celū. Sed de hac opinione ī prima parte habitum eſt. ⁊ infra magis agetur in tractatu de reſurrectione communi. Hac aūt opinione pretermiſſa alij aſſignant rationem predicte virtutis ex parte anime glorificate. ex cuius redundantia glorificabit corp⁹. vt Aug⁹. dicit ad Dyoſcorū. erit enim tanta obedientia corporis glorioſi ad animam beatam vt ſicut dicit Aug⁹. xxij. de ciui. dei vbi volet ſpiritus ibi protinus erit corpus. nec volet aliquid quod nec ſpiritum poſſit decere nec corpus decet autem corpus glorioſum ⁊ immortale eſſe in loco celeſti ſicut dictum eſt. ⁊ ideo ex virtute aīe volentis corp⁹ chriſti aſcendit in celum ſicut autem corpus efficitur glorioſum ita vt Aug⁹ dicit ſup Jo. participatōne dei fit aīa beata. vnde primo origo aſcenſionis in celum eſt virtus diuina. Sic ergo chriſtus aſcendit in celum ꝓpria virtute. primo quidem virtute diuina. ſecundo virtute anime glorificate mouentis corpus prout vult. ¶ Ad. j. ergo dicēdum ꝙ ſicut chriſtus dicitur ꝓpria virtute ſurrexiſſe et tamen eſt ſuſcitatus a patre eo ꝙ eſt eadem virtus patris ⁊ filij. ita etiam chriſtus ꝓpria virtute aſcēdit in celū et tamen eſt eleuatus ⁊ aſſumptus. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ratio illa probat ꝙ chriſtus non aſcendit in celum propria virtute que eſt humane nature naturalis. aſcendit tñ in celum ꝓpria virtute que eſt virtus diuina. ⁊ ꝓpria virtute que eſt anime beate. ⁊ licet aſcendere ſurſum ſit cōtra naturam humani corporis ſm ſtatum preſentem in quo corpus non eſt omnino ſubiectū ſpiritui non tamen erit contra naturam neq̄ violentū corpori glorioſo. cuius tota natura eſt omnino ſpiritui ſubiecta. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ et ſi virtus diuina ſit infinita ⁊ infinite operetur quantum eſt ex parte operantis. tamen effectus virtutis eius accipitur in rebus ſm eorum capacitatem. et ſm dei diſpoſitionem corpus autem non eſt capax vt in inſtanti localiter moueatur. quia oportet ꝙ cōmenſuretur ſe ſpacio. ſm cuius diuiſionē diuiditur tempus. vt probatur. vj. phiſi. ⁊ ideo non oportet ꝙ corpus motum a deo moueatur ī inſtanti. ſꝫ mouetur ea velocitate qua deus diſpōit.

## ¶ Ad quartum ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ chriſtus non aſcenderit ſuper omnes celos. dicitur enim in pſal. dominus in templo ſancto ſuo. dominus in celo ſedes eius. quod autem eſt in celo non eſt ſupra celum. ergo xp̄us non aſcendit ſuper omnes celos ¶ Pre. duo corpora non poſſunt eſſe in eodem loco. cū ergo non ſit tranſitus de extremo in extremum niſi ꝑ medium. videtur ꝙ chriſtus non potuiſſet aſcendere ſuper celos niſi celum diuideretur quod eſt īpoſſibile. ¶ Pre. Act. j. dicitur ꝙ nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. ſed nubes non poſſunt eleuari ſupra celū. ergo chriſtus non aſcendit ſuper omnes celos. ¶ Pre. ibi credimus xp̄um in eternum permanſurum quo aſcendit. ſed quod cōtra naturam eſt non poteſt eſſe ſempiternum. quia id quod eſt ſm naturam eſt vt in pluribus ⁊ frequentius. cum ergo contra naturam ſit corpori terreno eſſe ſupra celum videtur ꝙ corpus chriſti non aſcenderit ſupra celum. ¶ Sed contra eſt quod ad Ephe. iiij. chriſtus aſcendit ſuper omnes celos vt adimpleret omnia. ¶ Rñ. dicendum ꝙ quanto aliqua corpa ꝑfectius participāt bonitatē

diuinam tanto ſuperiora corporali ordine.qui eſt ordo lo/
calis.vnde videmus ꝙ corpora que ſūt magis formalia
ſunt naturaliter ſuperiora vt patet per phm̄ in.iiij.phi.
⁊ in.ij.de celo et mundo.per formā enim vnumquodqꝫ
corpus participat diuinum eſſe.vt patet in.j.phi.plus
autem participat de diuina bonitate corpus per gloriam
quam quodcunqꝫ corpus naturale per formā ſue nature
et inter cetera corpora glorioſa manifeſtum eſt ꝙ corpus
chriſti maiori refulget gloria.vnde conuenientiſſimum ē
ſibi ꝙ ſit ſuper omnia corpora conſtitutum in alto.⁊ ideo
ſuper illud ad Ephe.iiij.aſcēdens in altum.⁊c.dicit glo.
loco ⁊ dignitate. ¶ Ad.j ergo dicendum ꝙ ſedes dei di/
citur eſſe in celo non ſicut in continente ſed magis ſicut ī
contento.vnde non oportet aliquam partem celi eo ſupi/
orem eſſe.ſed ipſum eſſe ſuper omnes celos. ſicut etiam
dicitur ī pſal.eleuata eſt magnificentia tua ſuper omnes
celos. ¶ Ad.ij.dicendum ꝙ quamuis de natura corpis
non ſit ꝙ poſſit eſſe in eodem loco cum alio corpore tamē
poteſt hoc deus facere per miraculum. ꝙ in eodem loco
poſſint eſſe.ſicut ⁊ fecit corpus chriſti vt de clauſo vtero
beate virginis exiret.⁊ ꝙ intrauit ianuis clauſis.ſicut di/
cit beatus Grego.corpus ergo chriſti cōuenienter poteſt
eſſe cum alio corpore in eodem loco.non ex proprietate cor/
poris ſed per virtutem diuinam aſſiſtentem et hoc ope/
rantē. ¶ Ad.iij.dicendum ꝙ nubes illa non prebuit ad
miniculum xp̄o aſcendenti per modum vehiculi. Sed
apparuit in ſignum diuinitatis.ſm ꝙ gloria iſrahel appa
ruit ſuper tabernaculū in nube. ¶ Ad.iiij.dicēdū ꝙ cor
pus glorioſum non habet ex principijs ſue nature ꝙ poſ/
ſit in celo aut ſupra celum eſſe.ſed habet hoc ex anima be
ata ex qua recipit gloriā.⁊ ſicut motus glorioſi corporis
ſurſum non eſt violentus ita nec quies eſt violenta.vn/
de nihil prohibet eam eſſe ſempiternam.

## Ad quintū ſic proceditur

Uidetur ꝙ corpus chriſti non aſcendit ſuper omnē cre/
aturā ſpiritualem eorum enim que nō dicuntur ſm ra/
tionē vnā nō poteſt conuenienter fieri comparatio.ſed
locus non eadem ratione attribuitur corporibus ⁊ ſpiri/
tualibus creaturis.vt patet ex hijs que dicta ſunt in pri/
ma parte.ergo videtur ꝙ non poſſit dici corpus chriſti
aſcendiſſe ſuper omnem creaturam ſpiritualem. ¶ Pre.
Aug⁹ dicit in libro de vera.reli.ꝙ omni corpori ſpiritus
prefertur.ſed nobiliori rei ſublimior debetur locus.ergo
videtur ꝙ chriſtus non aſcenderit ſuper omnē ſpiritua/
lem creaturam. ¶ Pre.in omni loco eſt aliquod corp⁹
cum nihil ſit vacuum in natura ſi ergo nullū corpus ob/
tinet altiorem locum qꝫ ſpiritus in ordine naturalium
corporum.nullus locus erit ſuper omnem ſpiritualem
creaturam.non ergo corpus chriſti potuit aſcendere ſup
omnem ſpiritualem creaturam. ¶ Sed contra eſt quod
dicitur ad Ephe.j.conſtituit illum ſuper omnem princi/
patum ⁊ poteſtatem ⁊ ſuper omne nomē quod nomina/
tur ſiue in hoc ſeculo ſiue in futuro. ¶ Rn̄.dicendū ꝙ
tāto debet alicui loc⁹ altior quanto ē nobilior ſiue debe
atur ei locus per modum contactus corporalis ſicut cor/
poribus.ſiue per modum contactus ſpiritualis ſicut ſpi/
ritualibus ſubſtantijs.ex inde enim ſpiritualibus ſubſtā
tijs debet ſm quandam congruentiam locus celeſtis q
eſt ſupremus locorum quia ille ſubſtantie ſupreme ſunt
in ordine ſubſtantiarum.corpus autem chriſti licet conſi
derando condicionem nature corporee ſit infra ſpiritua
les ſubſtantias.conſiderando tamen dignitatem vnionis
qua eſt perſonaliter deo coniunctum excellit dignitatem
omnium ſubſtantiarum ſpiritualium ⁊ ideo ſm predicte
congruentie rationem debetur ſibi locus altior vltra om/
nem creaturam etiam ſpiritualem.vnde ⁊ Grego.dicit
in omelia aſcenſionis.ꝙ qui fecerat omnia ſuper omnia
ſua virtute ferebatur. ¶ Ad.j.ergo dicēdum.ꝙ licet alia
ratione attribuatur locus corporali ⁊ ſpirituali ſubſtātie
tamen hoc eſt in vtraqꝫ ratione commune ꝙ digniori rei
attribuitur ſuperior locus. ¶ Ad.ij.dicendum ꝙ ratio
illa procedit de corpore chriſti ſm rationem ⁊ condictōnē
nature corporee.non autem ſm rationē vnionis. ¶ Ad
iij.dicendum ꝙ compatō iſta poteſt actēdi vel ſm ratōē
locorum.et ſic nullus locus eſt tam altus ꝙ excedit digni
atem ſpiritualis ſubſtantie.ſm ꝙ procedit obiectio. Uel
ſm dignitatem eorum quibus attribuitur locus et ſic
corpori chriſti attribuitur vt ſit ſup ſpirituales creaturas

## Ad ſextum ſic proceditur

Uidetur ꝙ aſcenſio chriſti non ſit cauſa noſtre ſalutis.
chriſtus em̄ fuit cauſa noſtre ſalutis inquantum noſtrā
ſalutem meruit.ſed per aſcenſionem nihil nobis meruit
quia aſcenſio pertinet ad premium exaltationis eius.nō
eſt autem idem premium et meritum.ſicut nec via ⁊ ter/
minus ergo videtur ꝙ aſcenſio chriſti non fuit cauſa no/
ſtre ſalutis. ¶ Pre.ſi aſcenſio chriſti eſt cauſa noſtre ſa/
lutis maxime hoc videtur quantum ad hoc ꝙ aſcenſio
eius ſit cauſa noſtre aſcenſionis.ſed hoc collatum ē nobis
per eius paſſionem.quia vt dicitur ad Hebre.x.habem⁹
fiduciam ī introitu ſanctorū.per ſanguinem ipſius er/
go videtur ꝙ aſcenſio chriſti non fuit cauſa noſtre ſalutis
¶ Pre.ſalus per chriſtum nobis collata eſt ſempiterna.
ſm illud Eſa.lj.ſalus autem mea in ſempiternum erit.ſꝫ
chriſtus non aſcēdit in celum vt ibi in ſempiternū eſſet
dicitur enim Actu.j.quemadmodum vidiſtis eum aſcen
dentem in celum ita veniet.legitur etiam multis ſanctis
ſe demonſtraſſe in terris poſt eius aſcenſionem. ſicut de
paulo legitur.Actu.j.ergo videtur ꝙ eius aſcenſio non
ſit cauſa noſtre ſalutis. ¶ Sed contra eſt quod ipſe dicit
Jo.vj expedit vobis vt ego vadam.id eſt recedam a vo/
bis per aſcenſionem. ¶ Rn̄.dicendum ꝙ aſcenſio chriſti
eſt cauſa noſtre ſalutis dupliciter. vno mō ex parte noſtra
alio modo ex parte ipſius.Ex parte quidē noſtra in quā/
tum per chriſti aſcenſionem mens noſtra mouet in ipſū
quia per eius aſcēſionem ſicut ſupra dictum eſt. primo
quidem datur locus fidei.ſecundo ſpei.tertio.ſ.caritati.
quarto etiam per hoc reuerentia noſtra augetur ad ipſum
dum iam non eſtimamus eum ſicut hominem terrenum
ſed ſicut deum celeſtem.ſicut etiā apoſtolus dicit ad Cor.
v.et ſi cognouimus ſm carnem chriſtum.id eſt mortalē
per quod putamus eum tantum hominem vt glo.expo/
nit.ſed nunc iam non nouimus.Ex parte autem ſui quā
tum ad ea que ipſe fecit aſcendens propter noſtram ſalutē
Et primo quidem viam nobis preparauit aſcendendi in ce
lū.ſm ꝙ ipſe dicit Johannis.xiiij. vado parare vobis
locū.Et Michee.ij.aſcendit pandēs iter ante eos quia
enim ipſe eſt caput noſtrum oportet illuc ſequi membra
quo preceſſit caput.vnde dicitur Johan.xiiij.vt vbi ego

ſum ⁊ vos ſitis. et in huiuſmodi ſignum animas ſanctorum quas de inferno eduxerat in celum tranſduxit. ſm illud pſalmi. aſcendens chriſtus in altum captiuā duxit captiuitatem. quia ſcilicet eos qui fuerant a dyabolo captiuati ſecum duxit in celum. quaſi in locum peregrinum humane nature. bona captione captiuos. vtpote p victoriam acquiſitos. Secūdo quia ſicut pōtifex ī veteri teſtamento intrabat ſanctuarium vt aſſiſteret deo pro populo ita chriſtus intrauit in celum ad interpellendum pro nobis. vt dr̄ ad Hebre. vij. ipſa enim repreſentatio ſui ex natura humana quam celo in tulit eſt quedam interpellatō pro nobis. vt ex quo deus humanam naturam ſic exaltauit. in chriſto etiam eorum miſereatur pro quibus filius dei humanam naturam aſſumpſit. Tertio vt in celorum ſede quaſi deus et dominus conſtitutus exinde diuina dona hominibus mitteret. ſm illud ad Ephe. iiij. aſcendit ſuper omnes celos. vt adimpleret omnia. ſcilicet donis ſuis ſm glo. ¶ Ad. j. ergo dicendum ꝙ aſcenſio xp̄i eſt cauſa noſtre ſalutis nō per modum meriti. ſed per modum efficientie. ſicut ſupra de reſurrectione dictum eſt.

¶ Ad. ij. dicendum ꝙ paſſio chriſti eſt cauſa noſtre aſcenſionis in celum ꝓprie loquendo per remotionem peccati prohibentis. et per modum meriti. aſcenſio autem chriſti eſt directe cauſa noſtre aſcenſionis. quaſi inchoando ipſam in capite noſtro. cui oportet membra coniungi.

¶ Ad. iij. dicendum ꝙ chriſtus ſemel aſcendens in celū adeptus eſt ſibi ⁊ nobis in perpetuum ius ⁊ dignitatem manſionis celeſtis. cui tamen dignitati non derogat ſi ex aliqua diſpenſatione chriſtus quandoq; corporaliter ad terram deſcendat. vel vt oſtēdat ſe omnibus ſicut in iuditio. vel vt oſtendat ſe alicui ſpecialiter ſicut paulo ſicut habetur Actuum. ix. Et ne aliquis credat hoc factum fuiſſe non chriſto ibi corporaliter preſente ſed aliqualiter apparente contrarium apparet p hoc qd̄ ipſe apoſtolus di. prima Cor. xv. ad confirmandam reſurrectionis fidem nouiſſime dominus tāq; abortiuo viſus eſt ⁊ mihi. que quidem viſio veritatem reſurrectionis non probaret niſi ipſum verum corpus viſum fuiſſet ab eo.

## Queſtio. LVIII.

**D**E inde conſiderādū eſt de ſeſſione ad dextram patris. Et circa hoc queruntur quatuor. Primo vtrum chriſtus ſedeat ad dextram patris. Secundo vtrum hoc conueniat ſibi ſm naturam diuinam. Tertio vtrum conueniat ſibi ſm naturam humanam. Quarto vtruz hoc ſit proprium chriſti.

## Ad primum ſic procedit

Videtur ꝙ chriſto non conueniebat ſedere ad dextram dei patris. dextra enim ⁊ ſiniſtra ſunt differentie poſitionum corporalium. ſed nihil corporale conuenit deo quia deus ſpiritus eſt vt habetur Iohan. iiij. ergo videtur ꝙ chriſtus non ſedeat ad dextram patris. ¶ Preterea ſi aliquis ſedet ad dextram alicuius ille ſedet ad ſiniſtram eius. ſi ergo chriſtus ſedet ad dextram patris ſequitur ꝙ pater ſedeat ad ſiniſtram filij. quod eſt inconueniens. ¶ Preterea ſedere et ſtare videntur oppoſitionē habere. ſed ſteffanus dicit Actuum. vij. ecce video celos apertos et filiū hominis ſtantē a dextris dei virtutis. ḡ videtur ꝙ chriſtus non ſedeat ad dextram patris. ¶ Sed contra ē quod dicitur Marci vltimo dominus quidē ieſus poſtq; locutus eſt eis aſcendit in celum ⁊ ſedet ad dextris ei⁹.

¶ Reſponſio dicendū ꝙ in nomine ſeſſionis duo poſſumus intelligere. videlicet quietem. ſm illud Luc. vlti. ſedete hic in ciuitate. et etiam regiam vel iudiciariam poteſtatem ſm illud. Prouer. xx. rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo. vtroq; ergo modo chriſto conuenit ſedere ad dextram patris. Vno quidem modo inquantum eternaliter manet incorruptibilis in beatitudine patris. que eius dextra dicitur ſm illud pſal. in dextra tua vſq; in finem. vnde Aug⁹ dicit in ſermone de ſymbolo. ſedet ad dextram patris ſedere habitare intelligite. quomodo dicimus de quocunq; homine in illa patria ſedit per tres annos. ſic ergo ipſum credite habitare in dextra dei patris. beatus enim ē. ⁊ ipſius beatitudinis nomen eſt dextra patris. Alio modo dicitur chriſtus ſedere in dextra patris inquantum patri conregnat. ⁊ habet ab eo iudiciariam poteſtatem ſicut ille qui conſidet regi ad dextram aſſidet ei in regendo et iudicando. vnde Aug⁹ dicit in alio ſermone de ſimbolo. ipſam dextram intellige poteſtatem quam accepit ille homo ſuſceptus a deo. vt veniat iudicaturus qui prius venerat iudicandus. ¶ Ad j ergo dicendum ꝙ ſicut dicit. Dama. in. iiij. libro non localem dextram patris dicimus. qualiter enim qui incircūſcriptibilis eſt localem adipiſcetur dextram. dextra enim et ſiniſtra eorum que circumſcribuntur ſunt. dextram autem patris dicimus gloriam ⁊ honorem diuinitatis.

¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ratio illa procedit ſm ꝙ ſedere ad dextram intelligitur corporaliter. vnde Aug⁹ dicit in quodam ſermone de ſimbolo ſi carnaliter acceperimus ꝙ chriſtus ſedet ad dextram patris ille erit ad ſiniſtram. ibi autem id eſt in eterna beatitudine omnis dextra eſt. quia nulla eſt ibi miſeria. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ſicut dicit Gregorius in offi. aſcenſionis ſedere iudicantis eſt. ſtare vero pugnantis vel ad iuuantis. Steffanus vero in labore certaminis poſitus ſtantem vidit quem adiutorē habuit. ſed poſt aſcenſionem marcus ſedere deſcribit. quia poſt aſſumptionis ſue gloriam iudex in fine videbitur.

## Ad ſecunduz ſic procedit

Videtur ꝙ ſedere ad dextram patris nō conueniat xp̄o ſm ꝙ deus. chriſtus enim ſm ꝙ deus eſt dextra dei patris ſed non videtur idem eſſe dextra alicuius. et ille qui ſedet ad dextram eius. ergo chriſtus ſm ꝙ deus non ſedet ad dextram patris. ¶ Preterea. Marci vltimo dicitur ꝙ domin⁹ ieſus aſſumpt⁹ eſt in celum et ſedet a dextris dei. chriſtus autem nō eſt aſſumptus in celū ſm ꝙ deus ergo etiā neq; ſm ꝙ deus ſedet ad dextram dei. ¶ Pre. chriſtus ſm ꝙ deus eſt equalis patri ⁊ ſpirituiſancto. ſi ergo chriſt⁹ ſm ꝙ deus ſedet ad dextraz patris pari ratōne et ſpiritusſanctus ſedebit ad dextram patris et filij. ⁊ ipſe pater ad dextram filij. quod nunq; inuenitur. ¶ Sed contra eſt quod Dama. dicit ꝙ dextram patris dicimus gloriam ⁊ honorem diuinitatis. in qua dei filı⁹ exiſtit ante ſecula vt deus ⁊ patri ꝯſubſtantialis. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut ex predictis patet nomine dextre tria intelligi poſſunt. vno modo ſm Dama. gloria diuinitatis

alio modo ſm Aug⁹. beatitudo patris. tertio modo ſm eundem iudiciaria poteſtas. Seſſio autem vt dictum eſt vel habitationem vel regiam vel iudiciariam poteſtatem ſiue dignitatem deſignat. vnde ſedere ad dextram patris nihil aliud eſt quam ſimul cum patre habere gloriam diuinitatis. ⁊ beatitudinem. ⁊ iudiciariam poteſtatem. et hoc incōmutabiliter ⁊ regaliter. hoc autem conuenit filio ſm ꝙ deus. vnde manifeſtum eſt ꝙ chriſtus ſm ꝙ deus ſedet ad dextram patris ita tamē ꝙ hec prepoſitō ad que tranſitiua eſt ſolam diſtinctionem perſonalem importat ⁊ originis ordinem. non autem gradum nature vel dignitatis. qui null⁹ ē in diuinis perſonis. vt in prima pte habitum eſt. ¶ Ad. j. ergo dicendum ꝙ filius dei dicitur dextra patris a ꝓprietate per modum quo etiam dicitur virtus patris. ſed dextra patris ſm tres ſignificationes p̄dictas eſt aliquid cōmune tribus perſonis. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo eſt aſſumptus ad diuinum honorem qui in predicta ſeſſione deſignatur. ſed tñ ille honor diuinus conuenit chriſto inquantum eſt deus non per aliquam aſſumptionem ſed per eternam originē. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ nullo modo poteſt dici ꝙ pater ſedeat ad dextraꝫ filij vel ſpiritusſancti. quia filius vel ſpiritusſanctus trahunt originem a patre ⁊ non econuerſo. ſed ſpiritusſāctus ꝓprie poteſt dici ſedere ad dextrā patris vel filij ſm ſenſum predictum. licet ſm quandam appropriatōnem attribuatur filio cui appropriatur equalitas. ſicut dicit Aug⁹. ꝙ in patre eſt vnitas. in filio equalitas in ſancto ſpiritu vnitatis equalitatiſqꝫ connexio.

## Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Uidetur ꝙ ſedere ad dextram patris nō conuenit chriſto ſm ꝙ homo vt eīm dicit Dama. dextram patris dicimus gloriam ⁊ honorem diuinitatis. ſed honor ⁊ gloria diuīitatis non conuenit chriſto ſm ꝙ homo. ergo videtur ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo non ſedeat ad dextram patris. ¶ Preterea ſedere ad dextram regnantis ſubiectōnem excludere videtur quia qui ſedet ad dextram regnantis quodammodo illi conregnat. chriſtus autem ſm ꝙ homo eſt ſubiectus patri. vt dicitur prima Cor. xv. ergo videtur ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo nō ſedeat ad dextrā patris. ¶ Preterea ad Roma. viij. ſuper illud qui eſt ad dextram patris exponit glo. id eſt equalis⁹ patri in honore quo deus pater eſt vel ad dextram patris id eſt potioribus bonis dei. ⁊ ſuper illud ad Hebre. j. ſedet ad dextram in excelſis glo. id eſt ad equalitatem patris ſuper omnia et loco ⁊ dignitate. Sed eſſe equalem deo nō conuenit xp̄o ſm ꝙ homo. nam ſm hoc ipſe dicit Jo. xiiij. pater maior me eſt. ergo videtur ꝙ ſedere ad dextram patris non conueniat chriſto ſm ꝙ homo. ¶ Sed contra eſt qd̄ Aug⁹ dicit in ſermone de ſymbolo. ipſam dextram intelligite poteſtatem quam accepit ille homo ſuſceptus a deo vt veniat iudicaturus qui prius venerat iudicādus. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut dictum eſt nomine dextre patris intelligitur vel ipſa gloria diuīitatis ipſius. vel beatitudo eterna ei⁹. vel poteſtas iudiciaria ⁊ regalis. hec autem prepoſitio ad quendam ad dextraꝫ acceſſuꝫ deſignat in quo deſignatur conuenientia cum quadaꝫ diſtinctōe vt ſupra dictum eſt. Quod quidem poteſt eſſe tripliciter Uno modo vt ſit conuenientia in natura ⁊ diſtinctio in perſona. et ſic chriſtus ſm ꝙ filius dei ſedet ad dextram patris. quia habet eandem naturam cum patre. vnde p̄dicta conueniunt eſſentialiter filio ſicut et patri. ⁊ hoc eſt eſſe in equalitate patris. Alio modo ſm gratiam vnionē que importat ecōuerſo diſtinctionem nature ⁊ vnitatem perſone. et ſm hoc chriſtus ſm ꝙ homo eſt filius dei. et per conſequens ſedens ad dextram .ſ. patris. ita tamen ꝙ li ſm ꝙ nō deſignat condictionē nature ſed vnitatem ſuppoſiti. vt ſupra expoſitum eſt. Tertio modo poteſt p̄dictus aſſeſſus intelligi ſm gratiam habitualem. que habundantior eſt in chriſto pre omnibus alijs creaturis. in tantū ꝙ ipſa natura humana in chriſto eſt beatior ceteris creaturis. ⁊ ſuper omnes alias creaturas habens regiam ⁊ iudiciariam poteſtatem. Sic ergo ſi ly ſm ꝙ deſignat condictionem nature chriſtus ſm ꝙ deus ſedet ad dextram patris id eſt in equalitate patris ſm autem ꝙ homo ſedet ad dextram patris in bonis paternis potioribus pre ceteris creaturis id eſt in maiori beatitudine. ⁊ habēs iudiciariā poteſtateꝫ. Si vero ly ſm ꝙ deſignat vnitatem ſuppoſiti ſic etiam ſm ꝙ homo ſedet ad dextram patris ſm equalitatem honoris. inquantum ſcilicet eodem honore veneramur ipſum filium dei cum eadem natura aſſumpta vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad. j. ergo dicendum ꝙ humanitas chriſti ſm conditiones ſue nature non habet gloriam vel honorem diuinitatis quam tamen habet ratione perſone cui vnitur. vnde ibidem ſubdit. Dama. in qua ſcilicet gloria diuinitatis filius dei exiſtens ante ſecula vt deus et patri conſubſtantialis ſedet conglorificata ei carne eius adoratur enim vna hypoſtaſis vna adoratione cuꝫ carne eius ab omni creatura. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo ſubiectus eſt patri prout ly ſm ꝙ deſignat condictionem nature. ⁊ ſm hoc non competit ei ſedere ad dextram patris ſm rationem equalitatis ſm ꝙ eſt homo. ſic autem competit ei ſedere ad dextram patris ſm ꝙ per hoc deſignatur excellentia beatitudinis et iudiciaria poteſtas ſuper omnem creaturā. ¶ Ad. iij. dicendum. ꝙ eſſe in equalitate patris non pertinet ad ipſā naturam humanam chriſti ſed ſolum ad perſonā aſſumētem. Sed eſſe in potioribus bonis dei ſm ꝙ importat exceſſum aliarū creaturarū cōuenit etiā ipſi nature aſſūpte.

## Ad quartum ſic procedit

Uidetur ꝙ ſedere ad dextram patris non ſit ꝓprium xp̄i. dicit enim apoſtolus ad Ephe. ij. ꝙ reſuſcitauit nos ⁊ cōſedere nos fecit in celeſtibus in chriſto ieſu. ſed reſuſcitari non eſt ꝓprium chriſti. ergo pari ratione nec ſedere ad dextram dei in excelſis. ¶ Preterea ſicut dicit Auguſti. in libro de ſymbolo. ſedere ad dextram patris chriſtum hoc eſt habitare in eius beatitudine. ſed hoc multis alijs conuenit. Ergo videtur ꝙ ſedere ad dextram patrie non ſit ꝓprium chriſti. ¶ Preterea ipſe dicit Apoc. iij. qui vicerit dabo ei ſedere mecum in throno meo ſicut et ego vici ſedi cuꝫ patre meo in throno ei⁹. ſꝫ per hoc ſedet chriſtus ad dextram patris ꝙ ſedet in throno eius. ergo etiaꝫ alij q̄ vicerūt ſedent ad dextrā patris. ¶ Preterea Matt. xx. dominus dicit. ſedere ad dextram meam ⁊ ſiniſtram non eſt meum dare vobis. ſed quibus paratum eſt a patre meo hoc autem fruſtra diceretur niſi eſſet aliquibus paratum. ergo ſedere ad dextram non ſolo chriſto conuenit. ¶ Sed contra eſt quod dicit̃ ad Hebre. j. ad quem aliquando dixit angelorū ſede ad dextris meis id eſt in po

tionbus meis vel mihi ſm diuinitatem equalis quaſi diceret ad nullum. Sed angeli ſunt ſuperiores alijs creaturis. ergo multo minus nulli alij cõuenit ſedere ad dextram patris ꝙ̃ chriſto. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut dictum eſt. chriſtus dicitur ſedere ad dextram patris in quantum ſm diuinam naturam eſt inequalitate patris ſm autem humanam naturam in excellenti poſſeſſione diuinorum bonorum pre ceteris alijs creaturis. vtrunqꝫ autem ſoli chriſto conuenit. vnde nulli alio nec angeli homini conuenit ſedere ad dextram patris niſi ſoli chriſto.

¶ Ad .j. ergo dicendum ꝙ quia chriſtus ẽ caput noſtrũ illud qđ collatuꝫ eſt chriſto. eſt etiam nobis collatum in ipſo. Et ꝓpter hoc quia ipſe reſuſcitatus eſt dicit apoſtolꝰ ꝙ deus nos quodammodo ei conreſuſcitauit. quia tamẽ nobis ipſis nondum ſumus reſuſcitati ſed reſuſcitandi. ſm illud ad Roma. viij. qui ſuſcitauit ieſum chriſtum a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpꝰa noſtra. ⁊ ſm eũdẽ modum loquendi ſubdit apoſtolus ꝙ conſedere nos fecit in celeſtibus. ſcꝫ in hoc ipſo ꝙ caput noſtrum quod ẽ chriſtus ibi ſedet. ¶ Ad .ij. dicendũ ꝙ quia dextra dei eſt diuina beatitudo ſedere in dextra non ſignificat ſimpliciter eſſe in beatitudine ſed habere beatitudinem cum quadaꝫ dominatiua poteſtate. ⁊ quaſi ꝓpriam ⁊ naturalem quod ſoli chriſto conuenit. nulli autem alie creature. Poteſt tamen dici ꝙ omnis ſanctus qui eſt in beatitudine eſt ad dextram dei patris conſtitutus. vnde et dicit̃ Matt. xxv. ꝙ ſtatuet oues a dextris. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ per thronum ſignificatur iudiciaria poteſtas quam chriſtus habet a patre. et ſm hoc dicitur ſedere in throno patris. Alij autem ſancti habent eam a chriſto. ⁊ ſm hoc dicuntur in throno chriſti ſedere. ſm illud Mat. xix. ſedebitis et vos ſuper ſedes .xij. iudicantes .xij. tribus iſrahel. ¶ Ad .iiij. dicendum ꝙ ſicut dicit Criſo. ſuper Mathe. locus ille id eſt conſeſſus dextre eſt communis omnibus ⁊ non ſolũ hominibus ſed etiam angelis. ſicut enim precipuum vnigeniti ponit paulus dicens. ad quem auteꝫ angelorum dixit vnquam ſede ad dextris meis ⁊ dominꝰ ergo non quaſi exiſtentibus quibuſdam qui aſſeſſuri ſũt ſed condeſcendens interrogationi reſpondit. hoc enim vnum ſolum querebãt pre alijs ſtare apud ipſum. Poteſt tamen dici ꝙ petebant filij zebedei excellentiam habere pre alijs in participando iudiciariam poteſtatem eius. vnde non petebant ꝙ ſederent ad dextram vel ſiniſtram patris. ſed ad dextram vel ſiniſtram chriſti.

## ¶ Queſtio. LIX.

Deinde conſiderandum eſt de iudiciaria poteſtate chriſti. Et circa hoc querunt̃ ſex. Primo vtrum iudiciaria poteſtas ſit attribuenda chriſto. Secundo vtrum conueniat ſibi ſm ꝙ eſt hõ. Tertio vtrum ſ fuerit eam ex merito adeptus. Quarto vtrum eius iudiciaria poteſtas ſit vniuerſalis reſpectu omnium hominum. Quinto vtrum preter iudicium quod agit in hoc tempore ſit expectandus ad vniuerſale iuditium futurũ. Sexto vtrũ eius iudiciaria poteſtas etiam ad angelos ſe extendat. De executione autem finalis iudicij conuenientius agetur cum conſiderabimus de hijs que pertinent ad finem mundi. nunc autem ſufficit ea ſola tangere que pertinent ad chriſti dignitatem.

## ¶ Ad primum ſic procedit̃

Uidetur ꝙ iudiciaria poteſtas non ſit ſpecialiter attribuenda chriſto. iudiciuꝫ enim aliquorum videtur pertinere ad dominum. vnde dicitur ad Roma. xiiij. tu quis es qui iudicas alienum ſeruum. ſed eſſe dominum creaturarum eſt commune toti trinitati. non ergo debet chriſto ſpecialiter attribui iudiciaria poteſtas. ¶ Preterea Danie. vij. dicitur. antiquus dierum ſedit. ⁊ poſtea ſubditur. iudiciũ ſedit. ⁊ libri aperti ſunt ſed antiquus dierum intelligitur pater. quia vt dicit Hylari. in patre eſt eternitas ergo iudiciaria poteſtas magis ẽ attribuẽda patri ꝙ̃ xp̃o ¶ Preterea eiuſdem videtur iudicare cuius eſt arguere ſed arguere pertinet ad ſpiritumſanctum. dicit enim dominus Jo. xvj. cum autem venerit ille ſcilicet ſpiritusſanctus arguet mundum de peccato de iuſtitia ⁊ de iudicio. ergo iudiciaria poteſtas magis eſt attribuenda ſpirituſãcto ꝙ̃ chriſto. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Actuum x. de chriſto hic eſt ꝙ conſtiturꝰ eſt a deo iudex viuorum et mortuorum. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ad iudicium faciendum tria requiruntur. Primo quidem poteſtas ſubditos cohercẽdi. vnde dicitur Eccleſiaſti. vij. noli querere fieri iudex niſi valeas virtute rumpere iniquitates ne forte extimeſcas faciem potentis. ⁊ ponas ſcandalum in agilitate tua. Secũdo rectitudo zeli. vt ſcilicet aliquis non ex odio vel liuore ſed ex amore iuſtitie iudicium proferat. ſm illud Prouerbiorum. iij. quem enim diligit dominus corripit. et quaſi pater in filio complacet ſibi. Tertio requiritur ſapientia ſm quam formatur iudiciũ ſm illud Eccleſiaſti. x. iudex ſapiẽs iudicabit populũ ſuũ et principatus ſenſati ſtabilis erit. Prima autem duo preexiguntur ad iudicium. Sed proprie tertium eſt ſm qđ accipitur forma iudicij quia ipſa ratio iudicij eſt lex ſapientie vel veritatis ſm quam iudicatur. et quia filius eſt ſapientia genita. et veritas a patre procedens et ipſum ꝑfecte repreſentans ideo proprie iudiciaria poteſtas attribuitur filio dei. Auguſtinus dicit in libro de ve. religi. hec eſt incommutabilis veritas illa que lex omniũ artium recte dicitur. et ars omnipotentis artificis. vt auteꝫ nos et omnes anime rationales ſecundum veritatem de inferioribus recte iudicamus ſic de nobis quando eideꝫ coheremus ſola ipſa veritas iudicat. De ipſa vero nec pa

tex. non enim minus eſt ꝙ̃ ipſe. Et ideo que pater iudicat per ipſum iudicat. Et poſt ea concludit pater ergo nõ iudicat quemquam. ſed omne iudicium dedit filio.

¶ Ad primũ ergo dicendum ꝙ ex illa ratione probatur ꝙ iudiciaria poteſtas ſit communis toti trinitati. quod ⁊ verum eſt. ſed tamen per quandam appropriationem iudiciaria poteſtas attribuitur filio. vt dictum eſt. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſicut dicit Auguſtinus .vi. de trinitate. patri attribuitur eternitas. propter commendationem principij. quod etiam importatur in ratione eternitatis. Ibidem etiam Auguſtinus dicit ꝙ filius eſt ars patris. ſic ergo auctoritas iudicandi attribuitur patri. inquantum eſt principium filij. ſed ipſa ratio iudicij attribuitur filio qui eſt ars ⁊ ſapientia patris vt ſcilicet ſicut pater fecit omnia per filium ſuum. inquantum eſt eius ars ita etiam iudicat omnia per filium ſuum inquantum eſt ſapientia ⁊ veritas eius. Et hoc ſignificatur in daniele vbi primo dicitur. ꝙ antiquus dierũ ſedit. ⁊ poſtea ſubditur ꝙ filius hominis peruenit vſ꜉ ad antiquum dierũ. ⁊ dedit ei ptãtẽ ⁊ honorẽ ⁊ regnũ. p̱ q̃ dat̃ ĩtelligi ꝙ auctoritas iudicãdi ẽ apud prẽ. a q̃ fili⁹ accepit ptãtẽ iudicãdi ¶ Ad iij. dicendũ. ꝙ ſicut dicit Augu. ſuper Iohannẽ ita dixit xp̃s ꝙ ſpiritusſanct⁹ arguet mundum de peccato. tanquam diceret. ille diffundet in cordibus veſtris charitatem. ſic enim timore depulſo arguendi habebitis libertatẽ. ſic ergo ſpirituiſancto attribuitur iudicium non quantum ad rationem iudicij. ſed quantum ad effectum iudicandi quem homines habent.

## ¶ Ad ſecundũ ſic procedit

Videtur ꝙ iudiciaria poteſtas non conueniat chriſto ſm ꝙ homo. dicit enĩ Auguſtinus ĩ libro de vera religiõe ꝙ iudicium attribuitur filio inquantũ eſt ipſa lex prime veritatis. ſed hoc pertinet ad chriſtum ſm ꝙ eſt deus. ergo iudiciaria poteſtas non conuenit chriſto ſm ꝙ eſt homo. ſed ſm ꝙ eſt deus. ¶ Preterea ad iudiciariã poteſtatẽ pertinet premiare bene agentes ſicut ⁊ punire malos. ſed premium bonorum eſt beatitudo eterna. que nõ datur niſi a deo. dicit enim Auguſtinus. ſuper Iohannem ꝙ participatione dei fit anima beata. non aũt ẽ participatione anime ſancte. ergo videtur ꝙ iudiciaria poteſtas non conuenit chriſto ſm ꝙ homo. ſed ſm ꝙ deus. ¶ Pre. ad iudiciariam chriſti poteſtatem pertinet iudicare occulta cordium. ſm illud. i. ad Corinth. iiij. Nolite ante tempus iudicare. quouſ꜉ veniat dominus. qui illuminabit abſcondita tenebrarum. ⁊ manifeſtabit conſilia cordium. ⁊ tunc laus erit vnicuiq꜉ a deo. Sed hoc pertinet ad ſolam virtutem diuinam. ſm illud Hiere. xvij. prauum eſt cor hominis et inſcrutabile. quis cognoſcet illud? Ergo dominus ſcrutans corda ⁊ renes. qui do vnicuiq꜉ iuxta viam ſuam. ergo iudiciaria poteſtas non cõuenit chriſto ſm ꝙ eſt homo. ſed ſm ꝙ eſt deus.

¶ Sed cõtra eſt quod dicitur Iohannis. v. poteſtatem dedit ei facere iudicium. quia filius hominis eſt. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ Chriſoſtimus. ſuper Iohannem ſentire videtur quod iudiciaria poteſtas non conueniat chriſto ſm ꝙ homo. ſed ſm ꝙ deus. vnde auctoritatem Iohannis ſic exponit. poteſtatẽ dedit ei iudicium facere quia filius hominis eſt. nolite mirari hoc. non enim propterea ſuſcepit iudicium quoniã homo eſt. ſed quia ineffabilis dei filius eſt. propterea iudex eſt. quia vero ea que dicebantur erant maiora q̃ ſm hominẽ. ideo hanc opinionem ſoluens dixit ne miremini. quia filius hominis eſt. etenim ipſe eſt etiam filius dei. quod quidem probat per reſurrectionis effectum. vnde ſubdit. quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij dei. Sciendum tamen ꝙ quamuis apud deum remaneat primaria auctoritas iudicandi. hominibus tamen committitur a deo iudiciaria poteſtas reſpectu eorum que eius iuriſdictioni ſubijciuntur. Vnde dicitur Deutrono. i. quod iuſtum eſt iudicate. ſiue ciuis ſit ille ſiue peregrinus. nulla erit diſtantia perſonarum. Ita paruum audietis vt magnum nec accipietis cuiuſq꜉ perſonam. ⁊ poſtea ſubditur. quia dei eſt iudicium. cuius ſcilicet auctoritate vos iudicatis. dictum eſt autem ſupra ꝙ chriſtus etiam in natura humana eſt caput totius eccleſie. ⁊ ꝙ ſub pedibus eius deus omnia ſubiecit. vnde ⁊ ad eum pertinet etiam ſm humanam naturam habere iudiciariam poteſtatem. et propter ꝙ Auguſtinus auctoritatem predictam ⁊ euangelij ſic dicit eſſe intelligendam. poteſtatem dedit ei facere iudicium quia filius hominis eſt. non quidem propter conditionem nature. quia ſic omnes homines huiuſmodi poteſtatem haberent. vt Chriſoſtimus obicit. ſed hoc pertinet ad gratiam capitis quam chriſtus in humana natura ſuſcepit. Competit autem chriſto hoc modo ſm humanam naturam iudiciaria poteſtas propter tria. Primo propter conuenientiam ⁊ affinitatem ipſius ad homines. Sicut enim deus per cauſas medias tanquam propinquiores effectibus operatur. ita iudicat per hominẽ chriſtum homines. vt ſit ſuauius iudiciũ hominib⁹. vnde Apoſtolus dicit ad Hebreos. iiij. non habemus pontificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris. temptatum per omnia pro ſimilitudine abſq꜉ peccato. adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratie eius. vt miſericordiam conſequamur et gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Secundo etiam quia in finali iudicio vt Auguſtinus dicit ſuper Iohannem erit reſurrectio corporum mortuorum que ſuſcitat deus per filium hominis ſicut per eundem chriſtum ſuſcitauit animas inquantum eſt filius dei. Tertio quia vt Auguſtinus dicit in libro de verbis domini. rectum erat vt iudicandi viderent iudicem. iudicandi enim erant boni et mali. reſtabat ergo vt ſcʒ in iudicio forma ſerui ⁊ bonis ⁊ malis oſtẽderetur ⁊ forma dei ſolis bonis ſeruaret. ¶ Ad primũ ergo dicendum ꝙ iudicium pertinet ad veritatem ſicut ad regulã iudicij. ſed ad hominẽ qui eſt veritate imbutus pertinet ſm ꝙ eſt vnum quodammodo cum ipſa veritate. quaſi quedam lex et quedam iuſticia animata vnde ⁊ ibi. Auguſtinus introduxit quod dicitur. i. Corinth. ij. ſpiritualis iudicat omnia ⁊ ipſe a nemine iudicatur. Anima aũt chriſti pre ceteris creaturis magis fuit vnita veritati. ⁊ magis ea repleta ſm illud. i. Corinth .i. vidimus eum plenum gratie ⁊ veritatis. ⁊ ſm hoc ad animam chriſti maxime pertinet omnia iudicare. ¶ Ad .ij. dicendũ ꝙ ſolius dei ẽ ſuã participatiõe aĩas btãſ facere. ſʒ adducere hoĩes ad btĩtudĩe ĩqʒtũ ẽ caput ⁊ auctor ſalutis eoꝝ xp̃i ẽ ſm illud ad Hebre. v. q̃ multos filios ĩ gloriã adduxerat. auctorem ſalutis eo

rum per paſſionem conſumari. Ad.iij. dicendum ꝙ cognoſcere occulta cordium ⁊ diiudicare per ſe pertinet ad ſolum deum. ſed ex refluentia diuinitatis ad animã chriſti ei conuenit etiam cognoſcere ⁊ diiudicare occulta cordium. vt ſupra dictum eſt cum de ſcientia chriſti agetur. ⁊ ideo dicitur ad Roma.v. in die cũ iudicabit deus occulta hoim. per ieſum xpm.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ chriſtus non ex meritis fuerit adeptus iudiciariam poteſtatem. Iudiciaria enim poteſtas aſſequitur regiam dignitatem. ſm illud. Prouer.xx. rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum intuitu ſuo. ſed regiam dignitatẽ chriſtus obtinuit abſq̃ meritis. Competit enim ei ex hoc ipſo ꝙ eſt vnigenitus dei. dicitur eni Luc.i. dabit ei dominus ſedem dauid patris eius. ⁊ regnabit in domo Jacob in eternum. ergo chriſtus iudiciariam poteſtatem non obtinuit ex meritis. Preterea ſicut dictum eſt iudiciaria poteſtas competit chriſto in quantum eſt caput noſtrum. ſed gratia capitis non competit chriſto ex meritis ſed conſequitur perſonalẽ vnionem diuine ⁊ humane nature. ſm illud vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti a patre plenum gratie ⁊ veritatis. ⁊ de plenitudine eius nos omnes accepimus. quod pertinet ad rationem capitis. ergo videtur ꝙ chriſtus nõ habuit ex meritis iudiciariam poteſtatẽ. Preterea Apoſtolus dicit.i. Corinth.ij. ſpiritualis iudicat omnia ſed homo efficitur ſpiritualis per gratiam. que non eſt ex meritis. alioquin iam non eſſet gratia. vt dicitur ad Roma.xi. ergo videtur ꝙ iudiciaria poteſtas non conueniat nec chriſto. nec alijs ex meritis. ſed ex ſola gratia. Sed cõtra eſt quod dicitur Job.xxxvi. cauſa tua q̃ſi impij iudicata eſt. iudicium cauſamq̃ recipies. ⁊ Auguſtinus dicit in libro de verbis domini. ſedebit iudex. qui ſtetit ſub iudice. dampnabit reos. qui falſe factus eſt reus. Reſponſio dicendum ꝙ nihil prohibet vnum ⁊ idẽ deberi alicui ex cauſis diuerſis. ſicut gloria corporis reſurgentis debita fuit chriſto nõ ſolum propter conueniẽtiam diuinitatis ⁊ congruentiam. ⁊ propter gloriã anime. ſed etiam ex merito humilitatis paſſionis. Et ſimiliter dicendum ꝙ iudiciaria poteſtas homini chriſto competit ⁊ propter diuinam perſonã. ⁊ propter capitis dignitatem. ⁊ propter plenitudinẽ gratie habitualis. Et tamen etiam ex merito eam obtinuit. vt ſcilicet ſm dei iuſticiã iudex eſſet. qui pro dei iuſticia pugnauit ⁊ vicit et iniuſte iudicatus eſt. vnde ipſe dicit Apoc.iij. ego vici ⁊ ſedi in throno patris mei. in throno autem intelligitur iudiciaria poteſtas. ſm illud. ſedebit ſuper thronũ ⁊ iudicabit iuſticiam. Ad.i. ergo dicendum ꝙ ratio illa procedit de iudiciaria poteſtate ſm quod debetur chriſto ex ipſa vnione ad verbum dei. Ad.ij. dicendum ꝙ ratio illa procedit ex parte gratie capitis. Ad.iij. dicendũ ꝙ ratio illa procedit ex parte gratie habitualis. que eſt perfectiua anime chriſti per hoc tamen ꝙ hijs modis debetur chriſto iudiciaria poteſtas non excluditur quin debeatur ei ex merito.

## Ad quartum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ ad chriſtũ ñ pertineat iudiciaria poteſtas quãtum ad omnes res humanas. vt enim legitur. Luc.xij. cũ quidam de turba diceret. dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. ille reſpondit. homo. quis me conſtituit iudicem aut diuiſorem ſuper vos. non ergo habet iudicium ſuper omnes res humanas. Pre. nullus habet iudicium niſi ſuper ea que ſunt ſibi ſubiecta. vt dicitur ad Heb.ij. ſed chriſto non videmus omnia eſſe ſubiecta. vt dicitur ad Hebreo.ij. ergo videtur ꝙ nõ habeat ſuper omnes res humanas iudicium. Preterea Auguſtinus dicit.xx. de ciuitate dei. ꝙ ad iudicium diuinũ pertinet hoc ꝙ interdum boni affliguntur in hoc mundo. ⁊ interdum proſperantur. ⁊ ſimiliter mali. ſed hoc etiam fuit ante chriſti incarnationem. ergo non omnia iudicia dei circa res humanas pertinent ad poteſtatem iudiciariam chriſti. Sed contra eſt quod dicitur Johannis.v. pater omne iudicium dedit filio. Reſponſio dicendum ꝙ ſi de chriſto loquamur ſm diuinã naturam. manifeſtum eſt ꝙ omne iudicium patris pertinet ad filium. ſicut enim pater facit omnia verbo ſuo ita ⁊ omnia iudicat verbo ſuo. ſi vero loquamur de chriſto ſm humanam naturam ſic manifeſtũ eſt ꝙ omnes res humane ſubduntur eius iudicio ⁊ hoc manifeſtum eſt. Primo quidem ſi conſideremus habitudinem anime chriſti ad filium dei. Si enim ſpiritualis iudicat omnia vt dicitur.i. ad Corinth.ij. inquantum mens eius verbo dei inheret. multomagis anima ſm ꝙ eſt plena veritate verbi dei ſuper omnia iudicium habet. Secundo apparet idem ex merito mortis eius. quia vt dicitur ad Ro.xiiij. in hoc chriſtus mortuus eſt ⁊ reſurrexit. vt viuorũ ⁊ mortuorum dominetur. ⁊ ideo ſuper omnes habet iudicium. propter quod Apoſtolus ibi ſubdit ꝙ omnes ſtabimus ante tribunal chriſti. ⁊ Daniel.vij. ꝙ dedit ei poteſtatem et honorem ⁊ regnũ. ⁊ omnes populi tribus ⁊ lingue ſeruient ei. Tertio apparet idem ex comparatione rerum humanarũ ad finem hũane ſalutis. cuicunq̃ enim committitur principale committitur ⁊ acceſſorium omnes autem res humane ordinantur in finem beatitudinis que eſt ſalus eterna. ad quam omnes homines admittuntur. vel etiam repelluntur iudicio chriſti. vt patet Matth.xxv. Et ideo manifeſtum eſt ꝙ ad iudiciariã poteſtatem chriſti pertinent omnes res humane. Ad i. ergo dicendum ꝙ ſicut dictum eſt iudiciaria poteſtas conſequitur regiam dignitatem. chriſtus autem quamuis eſſet conſtitutus rex a deo non tamen in terris viuẽs terrenum regnum temporaliter adminiſtrare voluit. vnde ipſe dicit Johannis.xviij. regnum meum non eſt de hoc mundo. Et ſimiliter iudiciariam poteſtatem exercere noluit ſuper res temporales. qui venerat homines ad diuina trãſferre. vt Ambroſius ibidem dicit. bene terrẽa declinat. q̃ ꝓpter diña deſcẽderat. nec iudex dignaꝰ eẽ litiũ ⁊ arbiter facultatũ viuoꝝ habẽs mortuoꝝq̃ iudiciũ arbitriumq̃ meritorum. Ad.ij. dicendum ꝙ chriſto omnia ſunt ſubiecta quantum ad poteſtatem quam a patre ſuper omnia accepit. ſm illud Matth. vltimo. data ẽ mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. nondum tamen ſunt ei omnia ſubiecta quantum ad executionem ſue poteſtatis. quod quidem erit in futuro. quando de omnibꝰ voluntatem ſuam adimplebit quoſdam quidem ſaluando. quoſdam quidem puniendo. Ad.iij. dicendum ꝙ ante incarnationem iudicia hmõi exercebantur per chriſtum. inquantum eſt verbum cuius poteſtatis facta eſt

particeps per incarnationē anima ei perſonaliter vnita

## Ad quintū ſic procedītur

Videtur ꝙ poſt iudicium quod in preſenti tempore agitur non reſtat aliud iudicium generale. poſt vltimā enī retributionem premiorum ⁊ penarum fruſtra adhiberetur iudicium. ſed in hoc preſenti tempore fit retributio premiorum ⁊ penarum. dixit enim dominus latroni in cruce. Luc. xxiij. hodie mecum eris in paradiſo. ⁊ Luc. xvi dicitur ꝙ mortuus eſt diues ⁊ ſepultus .ſ. in inferno. ergo fruſtra expectatur finale iudicium. ¶ Preterea. Naū. i. dicitur. Non iudicabit deus bis in idipſum. ſed in hoc tempore dei iudicium exercetur ⁊ quantum ad temporalia ⁊ quantum ad ſpiritualia. ergo videtur ꝙ non ſit expectandum aliud finale iudiciū. ¶ Pre. premium ⁊ pena reſpondent merito ⁊ demerito. ſed meritum ⁊ demeritum non pertinent ad corpus. niſi inquantum eſt anime inſtrumentum. ergo nec premium ſeu pena debetur corpori niſi propter animā. ergo non requiritur aliud iudiciū in fine ad hoc ꝙ homo premietur aut puniatur in corpore preter id quo nunc puniuntur aut premiantur anime. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Johannis xij. ſermo quem ego locutus ſum vobis ille vos iudicabit in nouiſſimo die. ergo erit quoddam iudicium in nouiſſimo die. preter iudicium quod nunc agitur. ¶ Reſpōſio dicendum ꝙ iudicium de aliqua re mutabili perfecte dari nō poteſt ante eius conſummationem. ſicut iudicium de aliqua actione qualis ſit perfecte dari non poteſt ante ꝙ ſit conſummata. ⁊ in ſe ⁊ in ſuis effectibus. quia multe actiones videntur eſſe vtiles que ex effectibus demonſtrantur eſſe nociue. Et ſimiliter de homine aliquo iudicium perfecto dari non poteſt. quamdiu eius vita terminetur. eo ꝙ multipliciter poteſt mutari de bono in malum. aut econuerſo vel ſcꝫ de bono in melius aut de malo in peius. vnde Apoſtolus dicit ꝙ hominibus ſtatutum eſt ſemel mori. poſt hoc autem iudicium. Sciendum tamen ꝙ licet per mortem vita hominis temporalis terminetur ſm ſe remanet tamen ex futuris. ſm quid dependens. Uno quidem modo ſm ꝙ adhuc viuit ī memorijs hominum in quibus quandoqꝫ contra veritatē remanēt bone fame vel male. Alio modo in filijs qui ſūt quaſi aliquid patris. ſm illud Eccleſiaſtici. xxx. Mortuus eſt pater illius. ⁊ quaſi non eſt mortuus. ſimilem enī reliquit ſibi poſt ſe. ⁊ tamen multorum bonorū ſunt mali ⁊ filij ⁊ econuerſo. Tertio modo quantum ad effectū ſuorum operum. ſicut ex deceptione arrij ⁊ aliorum ſeductorum pullulat infidelitas vſqꝫ ad finem mundi. ⁊ vſqꝫ tunc proficit fides ex predicatione apoſtolorum. Quarto modo quantum ad corpus. quod quandoqꝫ honorifice traditur ſepulture quandoqꝫ vero relinquitur inſepultum. ⁊ tandem incineratum reſoluitur omnino. Quinto modo quantū ad ea quibus homo ſuum affectū defixit. puta in quibuſdam rebus temporalibus. quorum quedam citius finiuntur quedā diutius durant. Omnia autem hec ſubduntur exiſtimationi diuini iudicij. Et ideo de hijs omnibus perfectum ⁊ manifeſtum iudiciū haberi non poteſt quamdiu huiꝰ temporis curſus durat. Et propter hoc oportet eſſe finale iudicium in nouiſſimo die in quo perfecte id quod ad vnumquemqꝫ hominē pertinet quocumqꝫ modo perfecte ⁊ manifeſte diiudicetur. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ opinio quorundā fuit ꝙ anime ſanctorum non premiantur in celo nec anime damnatorum puniuntur in inferno vſqꝫ ad diem iudicij. quod apparet falſum ex hoc ꝙ Apoſtolus dicit .ij. Corinth. v. audemus ⁊ bonā voluntatem habemus. peregrinari a corpore ⁊ preſentes eſſe ad dominū. quod eſt iam non ambulare per fidem ſed per ſpeciem. vt patet ex hijs que ſubſequuntur. hoc autem eſt videre deum per eſſentiam. in quo conſiſtit vita eterna. vt patꝫ Jo. xvij. manifeſtū ē aīas a corpibꝰ ſeparatas eē in vita etna. Et iō dicendū ꝙ poſt mortem quātū ad ea que ſunt anime homo ſortitur quendam immutabilem ſtatum. ⁊ ideo quantū ad premium anime non oportet vlterius differri iudicium. ſed quia quedam alia ſunt ad hominem pertinentia que toto temporis curſu aguntur. que non ſunt aliena a diuino iudicio. oportet ideo in fine temporis omnia hec in iudicium adduci. licet enim homo ſm hoc nō mereatur neqꝫ demereatur. tamen pertinet ad aliquod eiꝰ premium vel penam. vnde oportet hec omnia exiſtimari in finali iudicio. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ deus non iudicat bis in idipſum id eſt ſm idem. ſed ſm diuerſa non eſt inconueniens deum bis iudicare. ¶ Ad .iij. dicendum. ꝙ licet premium vel pena corporis dependeat ex premio vel pena anime tamen quia anima non eſt mutabilis niſi per accidens propter corpus ſeparata ſtatim a corpore habet ſtatum immutabilem. ⁊ accipit ſuum iudicium. ſed corpus remanet mutabilitati ſubiectum vſqꝫ ad finem temporis. ⁊ ideo oportet ꝙ tunc accipiat ſuū premium vel penam in finali iudicio.

## Ad ſextum ſic procedītur

Videtur ꝙ poteſtas chriſti iudiciaria nō ſe extendat ad angelos. Angeli enim tam boni ꝙ mali iudicati ſunt a principio mundi. quando quibuſdam cadentibus per peccatum. alij ſunt in beatitudine confirmati. ſed illi qui iudicati ſunt non iterum indigent iudicare. ergo poteſtas iudiciaria chriſti non ſe extendit ad angelos. ¶ Preterea non eſt eiuſdem iudicare ⁊ iudicari. ſed angeli veniet cum chriſto iudicare. ſm illud Matth. xxv. cum venerit filius hominis in maieſtate ſua ⁊ omnes angeli eius cū eo. ergo videtur ꝙ angeli non ſint iudicandi a xp̄o.

¶ Preterea angeli ſunt ſuperiores alijs creaturis. ſi ergo chriſtus eſt iudex non ſolum hominum ſed etiam angelorum pari ratione eſt iudex omnium creaturarū. quod videtur eſſe falſum. cum hoc ſit proprium prouidentie dei. vnde dicitur Job. xxxiij. quem conſtituit alium ſuper terram. aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus ē non ergo chriſtus eſt iudex angelorum. ¶ Sed contra eſt quod Apoſtolus dicit. i. Corinth. vi. an neſcitis quoniam angelos iudicabimus. ſed ſancti non iudicabunt niſi auctoritate chriſti. ergo multomagis chriſtus habet iudiciariam poteſtatem ſuper angelos. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ angeli ſubſunt iudiciarie poteſtati chriſti. non ſolum quantum ad diuinam naturam prout eſt verbum dei. ſed etiam ratione humane nature. quod patet ex tribus. ¶ Primo ex propinquitate nature aſſumpte ad deum quia vt dicitur ad Hebreos .ij. nuſꝙ angelos apprehendit. ſed ſemen abrae apprehendit. ⁊ ideo anima xp̄i magis eſt repleta veritate verbi dei quā aliquis angelorum. vnde ⁊ angelos illuminat. ſicut dicit Diony. vij. capitulo celeſtis hierarchie. vnde de eis habet iudicare. Secundo quia per humilitatē paſſionis humana

natura in chriſto meruit exaltari ſuper angelos. ita ꝙ ſi
cut dicitur ad Phil'. ij. in nomine iheſu omne genu flec
tatur celeſtium. terreſtrium. ⁊ infernorum. Et ideo chri
ſtus habet iudiciariã poteſtatem etiam ſuper omnes an-
gelos ⁊ bonos ⁊ malos. in cuius ſignum dicitur Apoc.
vij. ꝙ omnes angeli ſtabant in circuitu throni. Tertio
ratione eorum que circa homines operantur. quorum
chriſtus ſpeciale eſt quodammodo caput. vnde dicitur ad
Hebreo. i. omnes ſunt amminiſtratorij ſpiritus. in mi
niſterium miſſi. propter eos qui hereditatem capiunt ſa
lutis. Subſunt autem iudicio chriſti vno quidem modo
quantum ad diſpenſationem eorum que per ipſos agũ
tur. que quidem diſpenſatio fit etiam per hominem chri
ſtum. cui angeli miniſtrabunt. vt dicitur Math. iiij. ⁊ a
quo demones petebant vt in porcos mitterentur. vt di-
citur Matt. ix. Secundo quantũ ad alia accidentalia
premia bonorum angelorum. que ſunt gaudia que ha-
bent de ſalute hominum. ſm illud Luc. xv. gaudium eſt
angelis dei ſuper vno peccatore penitentiã agente. Et
etiam quantum ad penas accidentales demonum quib'
torquentur vt hic. vel recluduntur in inferno. ⁊ hoc eti
am pertinet ad hominem chriſtum. vnde Marci. i. dici-
tur ꝙ demon clamauit quid nobis ⁊ tibi iheſu nazarene
veniſti perdere nos. Tertio quantum ad premium eſ-
ſentiale bonorum angelorum. quod eſt beatitudo eterna
⁊ quantum ad penam eſſentialem malorum que eſt dã
pnatio eterna. ſed hoc factum eſt per chriſtum inquan-
tum eſt verbum dei a principio mũdi. Ad. i. ergo di-
cendum ꝙ ratio illa procedit de iudicio quantũ ad pre
mium eſſentiale ⁊ penam principalem. Ad. ij. dicendum ꝙ
ſicut dicit Aug' in libro de vera religione. licet ſpiritua-
lis iudicet omnia tamẽ iudicatur ab ipſa veritate. ⁊ ideo
licet angeli ex eo ꝙ ſunt ſpirituales iudicent. iudicãtur
tamen a chriſto in quantum eſt veritas. Ad. iij. dicendum
ꝙ chriſtus habet iudicium non ſolum ſuper angelos. ſꝫ
etiam ſuper amminiſtratiõe totius creature. Si enim vt
Aug'. dicit in. iij. libro de trini. Inferiora quodam ordi
ne regũtur a deo per ſuperiora oportet dicere ꝙ omnia
regantur per animam chriſti. que eſt ſuper omnem crea-
turam. vnde ⁊ Apl's. dicit ad heb. ij. non enim angelis
ſubiecit deus orbem terre futurum. ſcilicet ſubiectum eı́
de quo loquimur. id eſt xp̃o. Nec tamen propter hoc aliuꝫ
conſtituit deus ſuper terram. quia vnus ⁊ idem eſt deus
⁊ homo dominus iheſus chriſtus. de cuius incarnatiõis
miſterio ad preſens dicta ſufficiant.

## Queſtio. LX.

## Poſt conſideratiõeꝫ

eorum que pertinent ad miſteria incarnati
conſiderandum eſt de eccleſie ſacramentis
que ab ipſo verbo incarnato efficaciam habẽt. Et prima
conſideratio erit de ſacramentis in communi. Secunda
de vnoquoqꝫ ſacramentorum in ſpeciali. Circa primum
quinqꝫ conſideranda ſunt. Primo quid ſit ſacramentuꝫ
Secundo de neceſſitate ſacramentorum. Tertio de effec
tu ſacramentorum. Quarto de cauſa eorum. Quin-
to de numero. Circa primum queruntur octo. Primo
vtrum ſacramentum ſit in genere ſigni. Secundo vtruꝫ
omne ſignum rei ſacre ſit ſacramentum. Tertio vtrum ſa
cramentum ſit ſignum vnius rei tantum vel plurium.
Quarto vtruꝫ ſacramentum ſit ſignum quod eſt res ſẽ
ſibilis. Quinto vtrum ad ſacramentum requiratur de-
terminata res ſenſibilis. Sexto vtrum ad ſacramentum
requiratur ſignatio que eſt per verba. Septimo vtrum
requirantur determinata verba. Octauo vtrum de illis
verbis poſſit aliquid addi vel ſubtrahi.

## Ad primũ ſic proceditur

Videtur ꝙ ſacramentum non ſit in genere ſigni. Videtur
enim ſacramentum dici a ſacrando ſicut medicamentum
a medicando. Sed hoc magis videtur ptinere ad ratio
nem cauſe quã ad rationem ſigni. ergo ſacramentuꝫ ma
gis ẽ i gĩe cãe qꝫ in genere ſigni. Pre. ſacr̃m videtur oc
cultum aliquod ſignificare ſm illud Thobi. xij. ſacramẽ
tum regis abſcondere bonũ eſt. ⁊ ad Ephe'. iij. que ſit diſ
penſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo. Sed id
quod eſt abſconditum videtur eſſe contra rationem ſig-
ni. nam ſignum eſt. quod preter ſpeciem quã ingerit ſen
ſib' facit aliq̃d aliud ĩ cognitionẽ venire vt patet p Aug.
ij. de doctrina xp̃iana. ergo videtur ꝙ ſacramentum nõ
ſit in genere ſigni. Pre. iuramentũ quãdoqꝫ ſacramẽ
tum nominatur. dicitur enim in decretis. xxij. cauſa. q. v
paruuli qui ſine etate rationabili ſunt non cogantur iu-
rare. et qui ſemel periuratus fuerit nec teſtis ſit poſt hoc.
nec ad ſacramentum id eſt ad iuramentum accedat. Sꝫ
iuramentum non pertinet ad rationem ſigni. ergo videtur
ꝙ ſacramentum non ſit in genere ſigni. Sed contra ẽ
quod Aug'. dicit. x. de ciui. ſacrificium viſibile inuiſibi
lis ſacrificij ſacramentum id eſt ſacrum ſignum eſt.
Rñ. dicendum ꝙ omnia que habent ordinem ad vnum ali-
quid licet diuerſimode ab illo nominari poſſunt. ſicut a
ſanitate que eſt in animali denominatur ſanuꝫ non ſo-
lum animal quod eſt ſanitatis ſubiectum. ſed etiam dici
tur medicina ſana. inquantum eſt ſanitatis effectiua. dic
ta vero inquantũ eſt conſeruatiua eiuſdem. et vrina ĩquã
tum eſt ſignatiua ipſius. Sic ergo ſacramentum poteſt
aliquid dici. quia habet in ſe aliquam ſanctitatem occul
taꝫ. ⁊ ſm hoc ſacramentum idẽ eſt ꝙ ſacrum ſecretum. vel
quia habet aliquem ordinem ad hanc ſanctitatem vel
cauſe vel ſigni vel ſm quãcunqꝫ aliam habitudineꝫ. ſpe-
cialiter aũt nũc loqmur de ſacramẽtis ſꝫ ꝙ iportat habitu
dinẽ ſigni. Et ſm h' ſacr̃m ponitur ĩ genere ſigni. Ad. i. ergo
dicendum ꝙ quia medicĩa ſe habet vt cã effectiua ſanitatis ĩde ẽ ꝙ
omnia denominata a medicina dicuntur in ordine ad
vnum primum ſcꝫ agens. et per hoc medicamentum im
portat cauſalitatem quandam. Sed ſanctitas a qua
denominatur ſacrum non ſignificatur p moduꝫ cauſe ef
ficientis. ſꝫ magis per modũ cauſe formalis vel finalis ⁊
iõ nõ oportet ꝙ ſacramẽtũ ſemp iportet cauſalitatẽ. Ad
ij. dicendũ ꝙ ratio illa procedit ſm ꝙ ſacramentum ideꝫ
eſt ꝙ ſacrum ſecretum. dicitur autem non ſolum dei ſe-
cretum. ſed etiam regis eſſe ſacrum. Et quia ſm aliquos
ſancta vel ſacroſcã dicebantur quecũqꝫ violari nõ licebat
ſicut etiam muri ciuitatis ⁊ pſone in dignitatibus con-
ſtitute ⁊ ideo illa ſecreta ſiue diuina ſiue humana que nõ
licet violare qualitercunqꝫ publicando dicuntur ſacra vel
ſacramenta. Ad. iij. dicendum ꝙ etiam ſacramentum ha-
bet quandaꝫ habitudinem ad res ſacras. inquantum. ſ
eſt quedam conteſtatio facta per aliquod ſacrum. ⁊ ſm
hoc dicitur eſſe iuramentum. nõ ea ratione qua nunc lo-
quimur de ſacramentis. non tamen equiuoce ſumpto no

mine ſacramenti.ſed analogice.ſcilicet ſm diuerſam habitudinē ad ad aliquod vnum quod eſt res ſacra.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ non omne ſignum rei ſacre ſit ſacramentū. Omnes enim creature ſenſibiles ſunt ſigna rerum ſacrarum ſm illud inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Nec tamen omnes res ſenſibiles poſſunt dici ſacramenta. Non ergo omne ſignum rei ſacre eſt ſacramentum. ¶ Pre. omnia que in veteri lege fiebant chriſtum ſignabant.qui eſt ſanctus ſanctorum.ſm illud.i.Corinth.x.omnia ī figura contingebant illis.⁊ ad Coll.ij.que ſunt vmbra futurorum.corpus autem chriſti.nec tamen omnia geſta patrum veteris teſtamenti vel etiam omnes cerimonie legis ſunt ſacramenta.ſed quedam ſpecialiter.ſicut in.ij.parte habitum eſt.ergo videt̄ ꝙ non omne ſignum ſacre rei ſit ſacramentum. ¶ Pre. etiam in nouo teſtamento multa geruntur in ſignum alicuius rei ſacre.que tamen non dicuntur ſacramenta.ſicut aſperſio aque benedicte.conſecratio altaris ⁊ conſimilia non ergo omne ſignum rei ſacre eſt ſacramentū. ¶ Sȝ contra eſt quod diffinitio conuertitur cum diffinito.ſed quidam diffinierunt ſacramentum per hoc ꝙ ē ſacre rei ſignum.⁊ hoc etiam videtur ex auctoritate Augu.ſupra inducta.ergo videtur ꝙ omne ſignum rei ſacre ſit ſacramentum. ¶ Rñ.dōm ꝙ ſigna dantur hominib⁹.quorum eſt per nota ad ignota peruenire.⁊ ideo proprie dicitur ſacramentū quod eſt ſignum alicuius rei ſacre ad homines pertinentis.vt ſcilicet proprie dicatur ſacramētum ſm ꝙ nunc de ſacramentis loquimur ꝙ eſt ſignum rei ſacre.inquantū eſt ſanctificans hominem. ¶ Ad.i. ergo dōm ꝙ creature ſenſibiles ſignificant aliquod ſacrū ſcilicet ſapientiam ⁊ bonitatem diuinam inquantum ſūt in ſeipſis ſacre.non autem inquantum nos per ea ſanctificamur.⁊ ideo non poſſunt dici ſacramēta ſm ꝙ nunc loquimur de ſacramentis. ¶ Ad.ij.dōm ꝙ quedam ad vetus teſtamentum pertinentia ſignabant ſanctitatem xpi.ſm ꝙ in ſe ſanctus eſt. quedam vero ſignificabant ſanctitatem eius inquantū per ea nos ſanctificamur. ſic ymolatio agni paſcalis ſignabat ymolātionem xpi.qua ſanctificati ſumus.⁊ talia dicuntur proprie veteris legiſ ſacramenta ¶ Ad.iij.dōm ꝙ res denominantur a fine ⁊ complemento.diſpoſitio autem non eſt finis ſed perfectio.⁊ ideo ea que ſignant diſpoſitionem ad ſanctitatē non dicuntur ſacramenta.de quibus procedit obiectio ſed ſolum ea que ſignant perfectionem ſanctitatis humane.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ ſacramentum non ſit ſignum niſi vnius rei. Id enim quo multa ſignantur eſt ſignum ambiguum ⁊ per conſequens fallendi occaſio.ſicut patet de nominib⁹ equiuocis. Sed omniſ fallacia debet remoueri a xpiana religiōe.ſm illud ad Coll.ij.videte ne quis vos ſeducat per phiam ⁊ inanem fallaciam.ḡ videtur ꝙ ſacramentum non ſit ſignum plurium. ¶ Pre.ſicut dictum eſt ſacramentum ſignat rem ſacram.inquātum eſt humane ſanctificationis cauſa.ſed vna eſt ſola cauſa humane ſanctificationis ſcilicet ſanguis xpi.ſm illud ad Heb.vlti. ihūs vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum extra portam paſſus eſt.ergo videtur ꝙ ſacramentum non ſignificet plura. ¶ Pre.dictum eſt ꝙ ſacramentum proprie ſignat ipſum finem ſanctificationis.ſed finis ſanctificationis eſt vita eterna.ſm illud ad Roma.vi.habetis fructum veſtrum in ſanctificatione.finem vero vitaȝ eternam.ergo videtur ꝙ ſacramenta non ſignificent niſi vnam rem ſcilicet vitam eternam. ¶ Sed contra eſt ꝙ in ſacramento altaris eſt duplex res ſignata ſcilicet corpus xpi verum ⁊ miſticum ſicut Aug⁹.dicit in libro ſententiaꝝ proſperi. ¶ Rñ.dōm ꝙ ſicut dictum eſt ſacramentum proprie dicitur quod ordinat̄ ad ſignificanduȝ noſtram ſanctificationem In qua tria poſſunt conſiderari videlicet ipſa cauſa ſanctificatiōis.noſtre que eſt paſſio xpi.⁊ forma noſtre ſanctificationis.que cōſiſtit in gratia ⁊ virtutibus.⁊ vltimus finis noſtre ſanctificationis.quod eſt vita eterna. Et hec omnia per ſacramenta ſignificantur.vnde ſacramentum eſt ⁊ ſignum ⁊ rememoratio eius quod preceſſit.ſcilicet paſſionis xpi et demonſtratiuuȝ eius quod in nobis efficitur per paſſionem xpi ſcilicet gratie.⁊ pnoſticum id eſt prenunciatiuū future glorie. ¶ Ad.i.ergo dōm ꝙ tunc eſt ſignum ambiguuȝ prebens occaſionem fallendi qn̄ ſignat multa quorum vnum non ordinatur ad aliud.ſed quando ſignat multa ſm ꝙ ex eis quodā ordine efficit̄ vnum.tunc non eſt ſignum ambiguum ſed certum.ſicut hoc nomen homo ſignificat animam ⁊ corpus prout ex eis conſtituitur humana natura.⁊ hoc modo ſacramentum ſignat tria predicta ſm ꝙ quodā ordine ſunt vnum. ¶ Ad.ij.dōm ꝙ ſacramentum in hoc ꝙ ſignificat rem ſignificantem oportet ꝙ ſignificet effectuȝ qui intelligitur in ipſa cauſa ſanctificante.prout eſt cauſa ſanctificationis. ¶ Ad.iij.dōm ꝙ ſufficit ad rationem ſacramenti ꝙ ſignificet perfectionē que eſt forma.nec oportet ꝙ ſolum ſignificet perfectionē que eſt finis.

## Ad quartum ſic procedit

Videtur ꝙ ſacramentum non ſemper ſit aliqua res ſenſibilis.qꝛ ſm phm̄ ī li.prioꝝ.oīs effectus ſue cauſe ſignū ē. Sȝ ſic ſunt qdā effect⁹ ſēſibiles ita etiaȝ ſūt qdā effect⁹ ītelligibileſ.ſic ſciētia eſt effect⁹ demōſtratiōis.ḡ nō omne ſignum eſt ſenſibile Sufficeret autem ad rationem ſacramenti ꝙ ſit ſignum alicuius rei ſacre inquantum per eam homo ſanctificatur.vt dictum eſt.non ergo requiritur ad ſacramentum ꝙ ſit aliqua res ſenſibiliſ ¶ Pre.ſacramenta pertinent ad regnum dei ⁊ cultuȝ dei.ſed res ſenſibiles non videntur pertinere ad cultum dei.dicitur enim Job.iiij.deus ſpiritus eſt et eos qui adorant eū in ſpiritu ⁊ veritate adorare oportet.⁊ ad Ro.xiiij.non eſt regnum dei eſca ⁊ potus.ergo res ſenſibiles non requiruntur ad ſacramenta. ¶ Pre.Aug⁹.dicit in libro de libero arbitrio.ꝙ res ſenſibiles ſunt minima bona.ſine quibuſ homo recte viuere poteſt. Sed ſacramenta ſunt de neceſſitate ſalutis humane.vt infra patebit.⁊ ita ſine eis homo recte viuere non poteſt. Non ergo res ſenſibiles requiruntur ad ſacramenta. ¶ Sed contra ē quod Aug⁹.dicit ſup Job.accedit verbum ad elementum ⁊ fit ſacramentum.⁊ loquitur ibi de elemento ſenſibili quod eſt aqua.ergo res ſenſibiles requiruntur ad ſacramenta. ¶ Rñ.dōm ꝙ diuina ſapientia vnicuiqꝫ rei prouidet ſm ſuum modū.⁊ propter hoc dicit̄. Sap.viij.ꝙ ſuauiter diſponit omnia.vnde ⁊ Matt.xxiiij.dicit̄ ꝙ diuidit vnicuiqꝫ ſm propriam virtutem Eſt autem hmōi cōnaturale vt per ſenſitiuaȝ perueniat ī cognitionē ītelligibiliū.ſignū aūt ē p̱ qd aliqs venit ī cognitiōeȝ

alterius. vnde cum res ſacre que per ſacramenta ſignan
tur ſint quedam ſpiritualia ⁊ intelligibilia bona quibus
homo ſanctificatur conſequens eſt vt per aliquas res ſen-
ſibiles ſignificatio ſacramenti impleatur. ſicut etiā per ſimili
tudinē ſenſibiliū rerū in diuina ſcriptura res ſpūales no
bis deſcribuntur. ⁊ inde ē q̄ ad ſacramenta requirūtur
res ſenſibiles vt etiā Dion⁹. probat. i. c. ce. hier. ¶ Ad. i.
ergo dicendum q̄ vnūquodq̄ principue denominat̃ ⁊ diffinit̃ ſm
id qd̄ conuenit ei primo ⁊ per ſe. nō aūt per illud qd̄ ꝯuenit ei
per aliud. effectus aūt ſenſibilis per ſe habet q̄ ducat in cog
nitionē alterius quaſi primo ⁊ per ſe hoī innoteſcent̃. quia
omnis noſtra cognitio a ſenſu initium habet. effect⁹ aūt
intelligibiles nō hñt q̄ poſſint ducere in cognitionē al-
terius niſi inquātū ſunt per aliud manifeſti id eſt per aliqua
ſenſibilia. ⁊ inde eſt q̄ primo ⁊ principaliter dicūtur ſig
na que ſenſibus offeruntur. ſicut dicit Aug⁹. in. ij. de doc
trina xp̄iana. q̄ ſignū ē quod preter ſpeciem quā ingerit ſē
ſibus facit aliqd aliud in cognitionem venire. effect⁹ aūt
intelligibiles nō habent rationē ſigni niſi ſm q̄ ſunt ma
nifeſtati per aliqua ſigna. ⁊ per hūc etiā modū quedā que nō
ſunt ſenſibilia dicunt̃ quodāmō ſacramēta inquātū ſunt ſig
nificata per aliqua ſenſibilia de quib⁹ infra agetur. ¶ Ad
ij. dicendum q̄ res ſenſibiles prout in ſui natura ꝯſiderātur nō
ptinent ad cultū vel regnū dei. ſed ſolū ſm q̄ ſunt ſigna
ſpūaliū rerū in quibus regnū dei conſiſtit. ¶ Ad. iij.
dicendum q̄ Aug⁹. ibi loquit̃ de rebus ſenſibilibus ſcʒ q̄ in ſua
natura conſideratur. Nō autē ſm q̄ aſſumuntur ad ſig
nificandum ſpiritualia que ſunt maxima bona.

## ¶ Ad quintū ſic proceditur

Videtur q̄ non requirant̃ determinate res ad ſacramen
ta. res. n. ſenſibiles requirunt̃ in ſacramētis ad ſignifican-
dum vt dictū ē. ſed nihil prohibet diuerſis rebus ſenſibi-
libus idem ſignificari. ſicut in ſacra ſcriptura deus aliqñ
methaphorice ſignificatur per lapidē. qñq̄ per leonē. qñq̄
per ſolem aut aliquid hmōi. ergo videt̃ q̄ diuerſe res poſſunt
cōgruere eidē ſacramēto. nō ergo determinate res in ſacra-
mētis requiruntur. ¶ Pre. magis neceſſaria ē ſalus aīe
q̄ ſalus corporis. ſed in medicinis corporalibus q̄ ad ſalutē
corporis ordinant̃ pōt vna res pro alia poni in ei⁹ defectu. ergo
multomagis in ſacramētis que ſunt medicīe ſpūales ad
ſalutem anime ordinate poterit vna res pro alia ſumi qñ
illa defuerit ¶ Pre. nō ē cōueniēs vt hoīm ſal⁹ arcetur
per legē diuinā. ⁊ precipue per legē xp̄i. q̄ venit oēs ſaluare.
Sed in ſtatu legis nature non requirebant̃ in ſacramētis
aliq̄ res determiate. ſed ex voto aſſumebant̃. vt patʒ Geñ
xxviij. vbi ſe iacob vouit decimas ⁊ hoſtias pacificas ob-
laturū. ergo videt̃ q̄ nō debuit artari hō ⁊ precipue in no-
ua lege ad alicuius rei determiuate vſum in ſacramentis
¶ Sʒ ꝯ ē qd̄ dn̄s dicit Joh. iij. niſi quis renat⁹ fuerit ex
aqua ⁊ ſpirituſancto non pōt introire in regnū dei.
¶ Rñ. dicendum q̄ in vſu ſacramētorum duo pñt conſiderari. ſ. cul
tus diuinus ⁊ ſanctificatio hominis quorum primū ptinet
ad hoīem per cōparationē ad deū. ſcḋm aūt ecōuerſo ptinet
ad deū per comparationem ad hoiē. nō aūt ptinet ad aliquē
determinate qd̄ ē in poteſtate alteri⁹. ſed ſolū illud qd̄ eſt
in ſua poteſtate. quia ergo ſanctificatio hoīs eſt in poteſtate
dei ſanctificantis nō ptinet ad hoiē ſuo iudicio aſſume-
re res quibus ſanctificet̃. ſed hoc debet eē ex diuia inſti
tutione determinatū. ⁊ in ſacramētis noue legis quibus
hoīes ſanctificant̃. ſm illud .i. Cor. vi. abluti eſtis. ſan-
ctificati eſtis. ergo oportet vti rebus ex diuina inſtitutione

determiatis. ¶ Ad. i. ergo dicendum q̄ ſi idem poſſit per diuerſa
ſigna ſignificari determinate tñ quo ſigno ſit vtendū ad
ſignificandū ptinet ad ſignantē. deus aūt eſt qui nobis
ſignat ſpūalia per res ſenſibiles in ſacramētis. ⁊ per verba ſi
militudinaria in ſcripturis ⁊ ideo ſicut iudicio ſpiritus
ſancti determinatū ē quibus ſimilitudinib⁹ incertis ſcri
pture locis res ſpirituales ſignificētur ita etiā debent
eſſe diuina inſtitutione determinatū que res ad ſignificā
dum aſſumant̃ in hoc vel in illo ſacramento. ¶ Ad. ij.
dicendum q̄ res ſenſibiles habēt naturaliter ſibi inditas vir
tutes cōferentes ad corporalem ſalutē. ⁊ ideo non refert ſi
duo earū ad eandē virtutē habeant qua quis vtatur. ſed
ad ſanctificationē nō ordinantur ex aliq̄ virtute naturali
ter indita. ſed ſolū ex inſtitutione diuina. ⁊ ideo oportuit di-
uinitus determinari quibus reb⁹ ſenſibilib⁹ ſit in ſacramē
tis vtendum. ¶ Ad. iij. dicendum q̄ ſicut Aug⁹ dicit. xix. cō-
tra fauſtum diuerſa ſacramēta diuerſis temporibus cōgruūt
ſic etiā diuerſis verbis ſignificant̃ diuerſa tpa. ſ. preſens
preteritū ⁊ futurū. ⁊ ideo ſicut in ſtatu legis nature hoīes nulla
lege exterius data ſolo interiori inſtinctu mouebant̃ ad
deū ꝯſalendū. ita etiā ex interiori inſtinctu determiabatur
eis quib⁹ reb⁹ ſenſibilibus ad dei cultū vterent̃. poſtmodū
vero neceſſe fuit etiā exterius legem dari. tū propter obſcu-
rationem legis nature ex pctīs hoīm. tū etiā ad expſſiorē
ſignificationem gratie xp̄i. per quā genus humanū ſancti-
ficat̃. ⁊ ideo etiā neceſſe fuit res determiari quib⁹ hoīes vte
rētur in ſacramētis. Nec propter hoc artat̃ via ſalutis. q̄r
res quarum vſus ē neceſſari⁹ in ſacramētis vl̄ cōiter haben
tur. vel paruo ſtudio adhibito. haberi poſſunt.

## ¶ Ad ſextum ſic proceditur

Videt̃ q̄ in ſanctificatiōe ſacramētorum nō reqrant̃ verba.
Dicit. n. Aug⁹. xix. cōtra fauſtū quid ſūt aliud queq̄ cor
palia ſacramēta niſi quaſi quedā verba viſibilia ⁊ ita vi-
det̃ q̄ addere verba rebus ſenſibilib⁹ in ſacramētis ſit ad
dere verba verbis. ſed hoc ē ſupfluū. ergo nō requirunt̃ verba
cū reb⁹ ſenſibilib⁹ in ſacramētis. ¶ Pre. ſacramētū ē ali-
qd̄ vnū. ex his aūt que ſūt diuerſorum generum nō videt̃ poſ
ſe aliqd̄ vnū fieri. Cū ergo res ſenſibiles ⁊ verba ſint diuer
ſorū generum q̄r res ſenſibiles ſunt a natura. verba aūt a ra
tione videtur q̄ in ſacramentis nō requirant̃ verba cum
rebus ſenſibilib⁹. ¶ Pre. ſacramenta noue legis ſucce-
dunt ſacramentis veteris legis. quia ablatis iſta ſunt in
ſtituta. vt Aug⁹. dicit. xix. contra fauſtum. ſed in ſacramē
tis veteris legis non requirebatur aliqua forma verbo-
rum. ergo nec in ſacramentis noue legis. ¶ Sed con
tra eſt quod Apl̄s dicit ad Ephe. v. chriſtus dilexit eccleſi
am et tradidit ſemetipſum pro ea. vt illam ſanctificaret.
mundans eam in lauacro aque in verbo vite. Et Auguſti.
dicit ſuper Johannem. accedit verbum ad elementum
⁊ fit ſacramentum. ¶ Rñ. dicendum q̄ ſacramenta ſicut di-
ctum eſt adhibentur ad hominum ſanctificationem. ſic
quedam ſigna. tripliciter ergo conſiderari poſſunt. ⁊ quo
libet modo congruit eis q̄ verba rebus ſenſibilib⁹ adiun
gantur. Primo enim poſſunt conſiderari ex parte cauſe
ſanctificantis. que eſt verbum incarnatum. cui ſacramen
tum conformat̃ quodammō in hoc q̄ rei ſenſibili verbum
adhibetur. ſicut in miſterio incarnationis carni ſenſibili
eſt verbum dei vnitum. Secundo poſſunt conſiderari
ſacramenta ex parte hominis qui ſanctificatur. qui com-
ponit̃ ex aīa ⁊ corpe. cui proportiōat̃ ſacramētalis medecina
q̄ per rem viſibilē tāgit corp⁹. ⁊ per verbū ab aīa credit̃. vn̄

Aug⁹. dicit ſup Job. xiiij. iam vos mūdi eſtis ꝓpter ſermonē. vñ iſta ē tāta virt⁹ aque vt cū corp⁹ tāgat ⁊ cor abluat̄. niſi faciente verbo. nō q2 dr̄ ſed q2 credit̄. Tertio pōt conſiderari ex pte ipſius ſignificatiōis ſacramētalis. dicit n. Aug⁹. in. ij. de doc. xpia. ꝙ vba īter hoīes obtinuerunt pricipatū ſignificādi. q2 vba diuerſimode formari pñt ad ſignificādū diuerſos ꝯceptus mētis. ⁊ ꝓpter hoc ꝑ verba magis diſticte poſſum⁹ exprimere qḋ mēte ꝯcipim⁹ ⁊ iō ad ꝑfectionē ſignificatiōis ſacmētaliſ neceſſe fuit vt ſignificatio rex ſenſibiliū ꝑ aliqua verba determiaretur aqua. n. ſignificare pōt ⁊ ablutionē ꝓpter ſuā hūiditatē ⁊ refrigeriū ꝓpter ſuam frigiditatē. ſ3 cū dicit̄ ego te baptizo manifeſtat̄ ꝙ aqua vtimur in baptiſmo ad ſignificādum emūdationē ſpiritualē. ¶ Ad. i. g̊ dōm ꝙ res viſibiles ſacramentoꝝ dicūtur verba. ꝑ quandā ſimilitudinē. inꝗtū. ſ. ꝑticipant quādā vim ſignificādi que pricipalr̄ eſt in ipſis vbis vt dictū ē. ⁊ iō non eſt ſupflua ingeminatio verboꝝ. cū in ſacramentis reb⁹ ſenſibilib⁹ vba addunt̄. q2 vnū eoꝝ determinat̄ ꝑ aliud. vt dictū eſt. ¶ Ad ij. dōm ꝙ ꝗuiſ vba ⁊ alie res ſenſibiles ſint in genere diuerſo ꝗtū ꝑtinet ad naturā rei ꝯueniunt tñ ratiōe ſignificandi. que ꝑfectius ē in verbis ꝗ in alijs rebus. ⁊ iō ex verbis ⁊ rebus fit q̄dāmmō vnū in ſacramentis. ſicut ex forma ⁊ materia. inquātū. ſ. ꝑ verba ꝑficitur ſignificatio rerū vt dictū eſt. ſub reb⁹ aūt comprehēdunt̄ ⁊ ipi actus ſenſibiles. puta ablutio ⁊ vnctio. ⁊ alia hmōi. q2 in iſtis ē eadē ratio ſignandi ⁊ in rebus. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ Aug⁹. dicit contra fauſtum. alia debēt eſſe ſacramenta rei pñētis. ⁊ alia rei future. ſacramēta aūt veteris legis ꝑnūcia erant xp̄i futuri. ⁊ ideo nō ita expſſe ſignabāt xp̄m ſicut ſacramenta noue legis. que ab ipō xp̄o effluūt. ⁊ quādā ſimilitudinē ipſius in ſe habēt vt dictū ē. Vtebātur tñ in veteri lege aliquib⁹ verbis. ī hijs que ad cultū dei ꝑtinēt tam ſacerdotes ꝗ erant illoꝝ ſacramētoꝝ miniſtri. ẜm illud Nume. vi. ſic benedicetis filijſ iſrael ⁊ dicetis eis. benedicat tibi dñs. ꝗ etiam illi qui ſolis ſacris inducbāt̄ ẜ illud deutro. xxvi. profiteor hodie corā dōmio deo tuo

## Ad ſeptimū ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ non requirant̄ determinata verba in ſacramētꝭ vt. n. phūs dicit voces nō ſunt eadē apud oēs ſed ſalus que per ſacramentū ꝗritur eſt eadē apud oēs. g̊ nō requiruntur aliqua determiata verba in ſacramētis. ¶ Pre. verba requirunt̄ in ſacramentis inꝗtū ſūt principaliter ſignificātia ſic ſup dcm̄ ē. Sꝫ ꝯtingit ꝑ diuerſa vba idē ſignificari. g̊ non requirunt̄ determinata verba in ſacramentis. ¶ Pre. corruptio cuiuſlibet rei variat eius ſpeciem. ſ3 q̄dam corrupte vba ꝓferunt. nec ꝓpter hoc creditur impediri ſacramētoꝝ effect⁹ alioquin illiterati ⁊ balbi qui ſacramenta ꝯferunt frequenter defectū in ſacramentis inducerent. g̊ videt̄ ꝙ non requirant̄ in ſacramētis determinata verba ¶ Sed contra eſt ꝙ dominus determinata verba protulit in ꝯſecratione ſacramenti eucbariſtie dicens Matt. xxvi. hoc ē corpus meū Similiter etiam mādauit diſcipulis vt ſub determinata forma verboꝝ baptizarent. dicens Matt. vlt. eūtes docete oēs gentes. baptizantes eos in nomie pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. ¶ Rñ. dr̄. ꝙ ſicut dictū ē in ſacramentis vba ſe habent ꝑ modū forme. res aūt ſenſibiles ꝑ modū materie. in oib⁹ autē ꝯpoſitis ex materia ⁊ forma pricipiū determinationis ē ex pte forme q̄ ē quodāmō finis ⁊ terminus materie ⁊ iō pricipalius requirit̄ ad eē rei determinata forma ꝗ determiata materia. materia eñ determinata requirit̄ vt ſit ꝓportionata determinate forme cū ꝗ in ſacramētis requirātur determiate res ſenſibiles. q̄ ſe habent ī ſacramentis ſicut materia multomagis reqrit̄ ī eis determinata forma ¶ Ad. i. g̊ dōꝫ ꝙ ſicut dicit aug⁹. ſup Job. verbū opat̄ in ſacramētis nō q2 dr̄ id eſt nō ẜꝫ exteriorē ſonū vocis. ſ3 q2 credit̄ ẜm ſonū verboꝝ q̄ fide tenet̄. ⁊ hic quidē ſeñ⁹ ē idē apud oēs. licꝫ nō eedē voceſ ꝗtū ad ſonū. ⁊ iō cui⁹cūqꝫ ligue vbis ꝓferat̄ talis ſenſ⁹ ꝑficit ſacramētū. ¶ Ad. ij. dōꝫ ꝙ licꝫ in qlibꝫ lingua ꝯtigat diuerſis vocibus ſignificari idē. ſemꝑ tñ aliq̄ illaꝝ vocū eſt q̄ pricipaliter ⁊ ꝯmuni⁹ hoīes illi⁹ ligue vtūt̄ ad ſignificādū. ⁊ talis vox aſſumi debet in ſignificatiōe ſacramēti. ſicut etiā īter res ſenſibiles illa aſſumit̄ ad ſignificatōm ſacramēti cui⁹ vſ⁹ ē ꝯmunior ad actū ꝑ quē ſacramēti effect⁹ ſignatur ſicut aqua ꝯmuni⁹ vtūtur hoīes ad ablutionē corpalem. ꝑ quā ſpūalis ablutio ſignat̄. ⁊ ideo aqua aſſumit̄ vt materia in baptiſmo. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ ille qui ꝓfert vba ſacramētalia corrupte ſi hoc ex induſtria facit nō videt̄ intendere facere quod facit eccleſia. ⁊ ita ñ videt̄ ꝑfici ſacramētū Si aūt hoc faciat ex errore vl̄ lapſu lingue ſi ſit tanta corruptio ꝙ omīo auferat ſenſū locutionis videt̄ nō ꝑfici ſacramētū. ⁊ hoc ꝑcipue ꝯtingit qñ fit corruptio ex pte pricipij dictiōis. puta ſi loco eius ꝙ ē in nomine patris dicat in nomie mr̄is. ſi vero nō totaliter aufertur ſenſus locutionis ꝑ hmōi corruptelā nihilomin⁹ ꝑficit̄ ſacramētū. ⁊ hoc ꝑcipue ꝯtigit qñ fit corruptio ex pte finis puta ſi aliquis dicat patris vel filias. ꝗuis. n. hmōi vba corrupte ꝓlata nihil ſignificent ex virtute impoſitionis. accipiunt̄ tñ vt ſignificātia ex accomodatione vſus. ⁊ iō licꝫ mutet̄ ſonus ſenſibilis. remāet tñ idem ſenſus Qḋ aūt dcm̄ eſt de differētia corruptiōis circa pricipiū vel finē dictiōis rōnē habet q2 apud nos variatio dictiōis ex pte pricipij mutat ſignificatiōē. variatio etiā ex fine dictiōis vt plurimū nō mutat ſignificationem. q̄ tñ apud grecos variat̄. etiā ẜm pricipiū dictionis in declinatiōe verboꝝ magis tñ videt̄ attēdenda quātitas corrupta ex pte dictiōis. q2 ex vtraqꝫ pte pōt eē tam parua ꝙ ñ aufert ſenſū vboꝝ ⁊ tā magna ꝙ aufert. ſ3 vnū eoꝝ facili⁹ accidit ex pte pricipij. aliud autem ex pte finis

## Ad octauū ſic proceditur

Videt̄ ꝙ nihil licꝫ addere vbis ī qbus ꝯſiſtit forma ſacramētoꝝ. Nō. n. minoris ſūt neceſſitatis hmōi vba ſacramētalia ꝗ verba ſacre ſcripture. ſ3 verbis ſacre ſcripture nihil licꝫ addere vel minuere. dr̄. n. deutro. iiij. nō addetis ad verbū qḋ vobis loquor. neqꝫ auferetis ab eo. ⁊ Apoc. vlt. dr̄ conteſtor omni audienti vba ꝓphetie libri huiuſ. ſi qs appoſuerit ad hoc apponet ſup eū de⁹ plagas ſcriptas ī libro iſto. ⁊ ſi quis diminuerit auferet de⁹ ꝑtē eius de libro vite. g̊ videtur ꝙ neqꝫ in formis ſacramētorū liceat aliquid addere vl̄ diminuere. ¶ Pre. vba ſe habent ī ſacramētis per modū forme vt dictum eſt. ſed in formis q̄libet additio vl̄ ſubtractio variat ſpeciē ſicut et in numeris. vt dicitur viij. meth. ergo videtur ꝙ ſi aliquod addatur vel ſubtrahatur a forma ſacramenti non erit idem ſacramētū. ¶ Pre. ſicut ad formā ſacramenti determiat⁹ nūer⁹ dictionū reqrit̄ ita etiā reqrit̄ determinat⁹ ordo verboꝝ et etiā orationis continuitas. Si ergo additio vel ſubtractio non aufert ſacramenti virtutē videt̄ ꝙ pari rōne. nec tranſpoſitio verborum aut etiam interpolatio ꝓnūciatiōis. ¶ Sꝫ ꝯ ē ꝙ ī formis ſacroꝝ q̄dā

apponuntur a quibuſdam que ab alijs non ponuntur ſicut latini baptiſant ſub hac forma. ego baptiſo te in noīe patris et filij et ſpiritusſancti. greci autem ſub illa forma baptiſatur ſeruus xp̄i. n. in nomine p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Et tñ vtrūq; verum confert ſacramentum. ergo in formis ſacramētorū licet aliqđ addere vel minuere. ¶ Rñ. dīcendū ꝙ circa omnes illas mutationes que poſſunt ī formis ſacramentoꝝ ꝯtingere duo videnſ eſſe ꝯſideranda. Unum quidē ex ꝑte eius qui ꝓfert verba. cuius ītentio requiritur ad ſacramentū vt infra diceſ. ⁊ ideo ſi intendat per hmōi additionem vel diminutiōem alium ritum inducere. qui nō ſit ab eccleſia receptus. nō videtur ꝑfici ſacramentum. q2 non videtur ꝙ intendat facere id qđ eccleſia facit. Aliud eſt ꝯſiderandū ex parte ſignificatiōis verborum. cū enim verba operentur in ſacramentis quātū ad ſenſum quē faciunt. vt ſupradictum ē oportet cōſiderare vtꝝ per talem mutationē tollatur debitus ſenſus verborum. q2 ſic manifeſtū ē ꝙ tollitur virtus ſacramenti. manifeſtum ē aūt ꝙ ſi diminuaſ aliqđ eoꝝ q̄ ſunt de ſubſtātia forme ſacramēti tollitur debitus ſenſus verboꝝ. ⁊ iđ non ꝑficitur ſacramentum. vñ didim⁹ dicit in li. de ſpiritu ſancto. ſi quis ita baptiſaretur vt vnuz de predictis nominibus ꝓtermittat ſcȝ patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti ſine ꝑfectione baptizauit. Si aūt ſubtrahatur aliqđ qđ nō ſit de ſubſtantia verborū talis diminutio nō tollit debitum ſenſum verboꝝ ⁊ per conſequens nec ſacramenti ꝑfectionem. Sicut in forma eucharistie que eſt. hoc enim ē corpus meum. li enī ſublatū non tollit debitū ſenſum verborum. ⁊ ideo non impedit ꝑfectionem ſacramenti. quāuis poſſit contingere ꝙ ille qui ꝓtermittit peccet ex negligentia vel contemptu. Circa additionē etiam cōtingit aliqđ apponi quod ē corruptiuū debiti ſenſus. puta ſi aliquis dicat ego baptizo in nomine patris maioris. ⁊ filij minoris. ſicut arriani baptizabant. ⁊ ideo talis additio tollit veritatem ſacramenti. Si vero ſit talis additio que non auferat debitum ſenſum ſacramenti non tollitur ſacramenti virtus. nec refert vtrum talis additio fiat in principio vel in fine vel in medio. puta ſi aliquis dicat. ego te baptizo in nomine dei patris omnipotentis ⁊ filij eius vnigeniti ⁊ ſpiritusſancti paradíti erit verum baptiſma. ⁊ ſimiliter ſi quis dicat. ego te baptizo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. ⁊ beata virgo te adiuuet. erit verum baptiſma. Forte autem ſi diceret ego te baptiſo ī nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti ⁊ beate virginis marie non erit baptiſmus. quia vt dicitur. i. Cor. i. nunquid paulus ꝓ vobis crucifixus eſt aut in nomine pauli baptiſati eſtis. Sed hoc verum ē ſi ſic intelligatur nomine beate virginis baptizari ſicut in nomine trinitatis. quo baptiſm⁹ cōſecratur. talis enim ſenſus eſſet contrarius vere fidei et per conſequens tolleret veritatem ſacramenti. ſi vero ſic intelligatur ꝙ additur ī nomine beate virginis nō quaſi nomine beate virginis aliqđ opeſ in baptiſmo. ſȝ vt ei⁹ ītercessio ꝓſit baptizato. ad cōſeruandā gratiā baptiſmalē nō tolliſ ꝑfectio ſacramēti. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ verbis ſacre ſcripture nō licȝ aliqđ apponere quātū ad ſenſuȝ ſȝ quātū ad expoſitionem ſacre ſcripture multa verba eidē a doctoribus apponuntur. nō tamē licet etiā verba ſacre ſcripture apponere ita quod dicantur eſſe de integritate ſacre ſcripture. quia hoc eſſet vitium falſitatis. ⁊ ſimiliter ſi quis diceret aliquid eſſe de neceſſitate forme quod non eſt. ¶ Ad. ij. dīcendū ꝙ verba pertinent ad formam ſacramenti ratione ſenſus ſignati. ⁊ ideo quecūq; fiat additio vel ſubtractio vocū q̄ nō addat aliqđ aut ſubtrahat a debito ſenſu nō tolliſ ſpēs ſacramenti. ¶ Ad. iij. dīcendū ꝙ ſi ſit tanta interruptio verboꝝ ꝙ intercipiatur intētio ꝓnūciantis tolliſ ſenſ⁹ ſacramēti ⁊ ꝑ ꝯſequens veritas ei⁹. nō aūt tollitur qñ ē parua interruptio ꝓferentis. q̄ intentionē ⁊ intellectū nō aufert Et idem ē etiā dīcendū de tranſpoſitione. quia ſi tollit ſenſum locutionis nō ꝑficitur ſacramētū. ſicut patet de negatione ꝓpoſita vel poſtpoſita ſigno. ſi aūt ſit talis tranſpoſitio q̄ ſenſuȝ locutionis non variat non tollitur veritas ſacramēti ſm ꝙ ph̄us dicit ꝙ noīa et verba tranſpoſita idem ſignificant.

## ¶ Queſtio. LXI.

## DEinde cōſiderādū

eſt de neceſſitate ſacramētoꝝ. Et circa hoc q̄runtur quattuor. Primo vtꝝ ſacramēta ſint neceſſaria ad ſalutē hūanaȝ. Secūdo vtꝝ fuerint neceſſaria in ſtatu ante peccatū. Tertio vtꝝ fuerint neceſſaria ī ſtatu poſt pcm̄ ante xp̄m. Quarto vtꝝ fuerit neceſſaria poſt xp̄i aduentū.

## Ad primum ſic ꝓcedit

Videſ ꝙ ſcaramēta nō fuerit neceſſaria ad ſalutē hūanaȝ. dicit. n. Apl's. i. ad Thi. iiij. corꝑalis exercitatio ad modicū vtilis ē. ſed vſ⁹ ſacramētoꝝ ꝑtiet ad corꝑalē exercitationē. eo ꝙ ſacramenta ꝑficiūtur in ſignificatiōe ſēſibiliū reꝝ ⁊ verboꝝ vt dictū ē. ḡ ſacramēta nō ſūt neceſſaria ad hūanā ſalutē. ¶ Pre. ij. Cor. xij. Apl's. dic̄ ſufficit tibi gratia mea. nō aūt ſufficeret ſi ſacramēta eſſent neceſſaria ad ſalutē hūanā. Nō ſunt ḡ ſacramēta hūane ſaluti neceſſaria ¶ Pre. poſita cauſa ſufficienti nihil aliud videſ eē neceſſariū ad effectū. ſed paſſio xp̄i ē ſufficiēs cauſa nr̄e ſalutis. dic̄. n. Apl's. ad Ro. v. ſi cū inimici eſſem⁹ recōciliati ſumus deo ꝑ mortē filij eius multomagis reconciliati ſalui erim⁹ ī vita ipſius. ñ ḡ requiriſ ſacramēta ad ſalutē hūanā. ¶ Sed ꝯ ē qđ Aug⁹. dicit xix. cōtra fauſtū. in nullū nomē religiōis ſiue verū ſeu falſuȝ coadunari pñt hoīes niſi ī aliq̄ ſignaculoꝝ vl' ſacramētoꝝ viſibiliuȝ cōſortio colligētur. ſȝ neceſſariū ē ad humanā ſalutē hoīes adunari ī vnū vere religionis nomē. ḡ ſacramenta ſunt neceſſaria ad hūanā ſalutē. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſacramēta ſūt neceſſaria ad hūanā ſalutem triplici ratione quaꝝ prima ſumēda ē ex ꝯditione hūane nature cuius ꝓprium ē vt ꝑ corꝑalia ⁊ ſēſibilia in ſpūalia ⁊ ītelligibilia deducaſ. ꝑtinet aūt ad diuinā ꝓuidētiaȝ vt vnicuiq; rei ꝓuideaſ ſm modū ſue ꝯditiōis. ⁊ iđ ꝯueniēter diuina ſapientia hoī auxilia ſalutis ꝯfert ſub quibuſdā corꝑalib⁹ ⁊ ſenſibilib⁹ ſigniſ q̄ ſacramēta dicunſ. Secūda rō ſumēda ē ex ſtatu hoīs q̄ peccādo ſe ſubdidit ꝑ affectū corꝑalibus reb⁹. ibi aūt debet medicinale remediū adhiberi vbi patiſ morbū. ⁊ iđ ꝯueniēs fuit vt deus ꝑ q̄daȝ corꝑalia ſigna hoīb⁹ ſpūalē medicinā adhiberet. nā ſi ſpūalia ei nuda ꝓponerētur ei⁹ anim⁹ applicari nō poſſet corꝑalib⁹ deditus Tertia rō ſumēda ē ex ſtudio actiōis hūane que precipue circa corporalia verſatur. ne ergo eſſet homini durum ſi totaliter a corporalib⁹ actibus ſubtraheres ꝓpoſita ſūt ei corꝑalia exercitia ī ſacramentis. q̄bus ſalubriter exerceret ad euitanda ſuꝑſtitioſa exercitia. que ꝯſiſtūt ī cultu demonum. vel qualitercūq; noxia. q̄ ꝯſiſtūt in actib⁹ peccatoruȝ. Sic ergo ꝑ ſacramentoꝝ inſtitutionē homo conuenienter ſue nature erudiſ ꝑ ſēſibilia humiliatur ſe corꝑalib⁹ ſubiectū recognoſcēs. dū ſibi ꝑ corꝑalia ſubueniſ ꝓſeruaſ etiā a noxijs corꝑalib⁹ ꝑ ſalubria exercitia ſacroꝝ

¶ Ad .i. ergo dōm. ꝙ corporalis exercitatio inquantū eſt
corporalis. non multum vtilis eſt. Sꝫ exercitatio ꝑ vſuꝫ
ſacramentorum non eſt pure corporalis ſed quodammō
ſpiritualis. ſcꝫ per ſignificationem ⁊ cauſalitatem. ¶ Ad
ij. dōm ꝙ paſſio xp̄i eſt ſufficiens cauſa humane ſalutis
nec propter hoc ſequitur ꝙ ſacramenta non ſint neceſſa-
ria ad humanam ſalutem. quia operantur in virtute paſſi-
onis xp̄i. ⁊ paſſio xp̄i quodammodo applicatur hominibꝰ
per ſacramenta. ſm illud ad Ro. vi. quicunqꝫ baptizati ſu-
mus in xp̄o ieſu in morte ipſius baptiſati ſumus. ¶ Ad
iij. dōm ꝙ gratia dei eſt ſufficiens cauſa humane ſalutis
ſed deus dat hominibus gratiam ſm modum eis conue-
nientem. ⁊ ideo neceſſaria ſunt hominibus ſacramenta.
ad gratiam conſequendam.

## ¶ Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ ante peccatum fuerunt homini neceſſaria ſa-
cramenta quia ſicut dictum eſt. ſacramenta ſunt neceſſa-
ria homini ad gratiam conſequendam ſed in ſtatu inno-
centie etiam homo indigebat grā ſicut in p̄ria p̄te habitū
eſt. ergo etiam in ſtatu illo erant neceſſaria ſacramenta.
¶ Pre. ſacramenta ſunt conuenientia homini ſm condi-
tionem humane nature ſicut dictum eſt. ſed eadeꝫ eſt na-
tura hominis ante peccatum ⁊ poſt peccatum. ergo videt̄
ꝙ ante peccatum homo indiguerit ſacramentis. ¶ Pre.
matrimonium eſt quoddam ſacramentum. ſm illud ad
Ephe. v. ſacramentum hoc magnum eſt. ego autem dico
in chriſto ⁊ eccleſia. ſed matrimonium fuit inſtitutum an-
te peccatum. vt dicitur Geñ. ij. ergo ſacramenta erant ne-
ceſſaria hoī ante peccatū. ¶ Sed contra eſt ꝙ medicina
non eſt neceſſaria niſi egroto. ſm illud Matth. ix. non eſt
opus ſanis medicus. ſed ſacramenta ſunt quedam ſpūa-
les medicine que adhibent̄ contra vulnera peccati. ergo
non fuerunt neceſſaria ante peccatū. ¶ Rñ. dōm. ꝙ in
ſtatu innocentie ſacramenta neceſſaria non fuerunt. Cuiꝰ
ratio accipi pōt ex rectitudine ſtatus illius. in quo ſuperio-
ra inferioribus dominabātur. ⁊ nullo modo dependebāt
ab eis. ſicut enī mens ſuberat deo. ita menti ſuberant infe-
riores vires anime. ⁊ ipſi anime corpus. contra hunc aūt
ordinem eſſet ſi aīa perficeretur vel quantum ad ſcientiaꝫ
vel quantum ad gratiam per aliquid corporale. quod fit
in ſacramentis. ⁊ ideo in ſtatu innocentie. homo ſacramē-
tis non indigebat. non ſolum inquantū ſacramenta ordi-
nantur in remediuꝫ peccati ſed etiā inquantuꝫ ordinant̄
ad anime perfectionem. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ homo in
ſtatu innocentie gratia indigebat. non tñ vt conſequere-
tur gratiam per aliqua ſenſibilia ſigna. ſed ſpūaliter ⁊ in-
uiſibiliter. ¶ Ad .ij. dōm. ꝙ eadeꝫ ē natura hoīs ante pec-
catum ⁊ poſt. nō tñ eſt idem nature ſtatus. nam poſt pec-
catum aīa etiā quantum ad ſuperiorē p̄tem indiget aliqd
accipere a corporalibꝰ rebus ad ſui perfectioneꝫ. quod in
illo ſtatu hoī non erat neceſſarium. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ ma-
trimoniū fuit inſtitutū in ſtatu innocentie non ſm ꝙ eſt
ſacramentū. ſed ſm ꝙ eſt nature officiū. Ex conſequenti
tñ aliqd ſignificabat futuꝝ circa xp̄m ⁊ eccleſiam. ſicut et
oīa alia in figura xp̄i p̄ceſſerunt.

## ¶ Ad tertium ſic proceditur

Videt̄ ꝙ poſt pctm̄ ante xp̄m ſacramenta non debuerūt
eſſe. Dictum eſt enī ꝙ ꝑ ſacramēta paſſio xp̄i hominibꝰ
applicatur. ⁊ ſic paſſio xp̄i comparatur ad ſacramenta ſicut
cā ad effectum. ſed effectus non p̄cedit cauſam. ergo ſacra-
menta non debuerūt eſſe añ xp̄i aduentum. ¶ Pre. ſacra-
menta debent eſſe conuenientia ſtatui humani generis.
vt pꝫ per Aug. xix. cōtra fauſtū. ſed ſtatus humanus non
fuit mutatus poſt peccatū vſqꝫ ad reꝑationē factam per
xp̄m. ḡ nec ſacramenta debuerunt īmutari vt preter ſacra-
menta legis nature alia ſtatuerētur in lege moyſi. ¶ Pre.
quanto aliquid eſt magis ꝓpinquū ꝑfecto. tanto magis
dꝫ ei aſſimilari. ſed ꝑfectio legis ſalutis humane ꝑ xp̄m
facta eſt cui ꝓpinquiora fuerunt ſacramenta veteris legis
qꝫ ea que fuerunt ante legem. ḡ debuerunt eſſe ſiſiora ſa-
cramentis xp̄i. cuius tñ contrariū apparet ex eo ꝙ ſacerdo-
tium xp̄i p̄dicatur eſſe futuꝝ ſm ordineꝫ melchiſedech. ⁊
non ſm ordinē aaron. vt habetur ad Heb. vij. Non ergo
conuenienter fuerunt diſpoſita ante xp̄m ſacramenta.
¶ Sed contra eſt qđ Aug. dicit. xix. contra fauſtū ꝙ prima
ſacramenta q̄ celebrabant̄ ⁊ obſeruabant̄ ex lege p̄nuncia
erant xp̄i futuri. Sed neceſſariū erat ad humanam ſalutē
vt aduentus xp̄i prenunciaret̄. ergo neceſſarium erat añ
xp̄m ſacramenta quedam diſponi. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſacra-
menta neceſſaria ſunt ad humanā ſaluteꝫ. inquantū ſunt
quedā ſenſibilia ſigna inuiſibiliū reꝝ. quibus homo ſan-
ctificatur. nullus aūt ſanctificari pōt poſt peccatū. niſi per
xp̄m. quē conſtituit deus ꝓpitiatorē ꝑ fidem in ſanguine
ipſius ad oſtenſionem iuſticie ſue vt ſit ipē xp̄s ⁊ iuſtificāſ
eū qui ex fide eſt ieſu xp̄i ⁊ iō oportebat ante xp̄i aduentū
eſſe quedam ſigna viſibilia quibꝰ hō fidem ſuam ꝓteſta-
retur de futuro ſaluatoris aduentu. ⁊ hmōi ſigna ſacramē-
ta dicunt̄. Et ſic pꝫ ꝙ ante xp̄i aduentū neceſſe fuit que-
dam ſacramenta inſtitui. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ paſſio xp̄i
eſt cauſa finalis veteꝝ ſacramentorum que ſcꝫ ad ipſam ſi-
gnificandam ſunt inſtituta. cauſa autem finalis non pre-
cedit tempore. ſed ſolum intentione agentis. ⁊ ideo non
eſt inconueniens aliqua ſacramenta ante chriſti aduen-
tum inſtituta fuiſſe. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſtatus huma-
ni generis poſt peccatum ⁊ ante chriſtum poteſt dupliciť
conſiderari. Vno modo ſm fidei rationem. ⁊ ſic ſemper
vnus ⁊ idem permanſit quia ſcilicet iuſtificabantur oēs
per fidem futuri chriſti aduentus. Alio modo poteſt con-
ſiderari ſm intentionem ⁊ remiſſionem peccati ⁊ expreſſe
cognitionis de chriſto. modo per incrementa temp̄oꝝ pec-
catum cepit magis in homine dominari intantum ꝙ rōe
hominis per peccatum obtenebrata non ſufficerent homi-
ni ad recte viuendum precepta legis nature. ſed neceſſe fu-
it determinari precepta in lege ſcripta. ⁊ cum his quedaꝫ
fidei ſacramenta. oportebat etiam vt per incrementa tem-
porum. magis explicaretur cognitō fidei quia vt Grego.
dicit per incrementa temporum. creuit diuine cognitionis
augmentum. ⁊ ideo etiam neceſſe fuit ꝙ in veteri lege etiā
quedam ſacramenta fidei quam habebant de chriſto ven-
turo determinarentur. que quidem comꝑantur ad ſacra-
menta que fuerunt ante legem. ſicut determinatum ad in-
determinatum. quia ſcilicet ante legem non fuit determi-
nate prefixum homini quibus ſacramentis vteretur. ſic
fuit per legem. quod erat neceſſarium propter obtenebra-
tionem legis naturalis ⁊ vt eſſet determinatio fidei ſigno
¶ Ad .iij. dōm ꝙ ſacramentū melchiſedech quod fuit añ
legē. magis aſſiſatur ſacramento noue legis in materia. in-
quantū ſcꝫ obtulit panē ⁊ vinū vt habet̄ Geñ. xiiij. ſicut
etiā ſacrificiū noui teſtamēti oblatione panis ⁊ vini ꝑfi-
cit̄. Sacramenta tñ legis moſayce magis aſſiſantur rei ſi-
gnate ꝑ ſacramentū ſcꝫ paſſioni xp̄i vt pꝫ de agno paſca-
li ⁊ alijs hmōi. ⁊ hoc ideo. ne ꝓpter continuitatem t̄pis.

ſi permaneret eadem ſacramentorum ſpecies. videtur eſſe ſacramenti eadem continuatio.

## Ad quartū ſic proceditur

Videtur ꝙ poſt xp̄m non debuerunt eſſe aliqua ſacramenta. veniente enim veritate debet ceſſare figura. ſȝ grā ⁊ veritas per ieſum xp̄m facta eſt vt dicitur Ioh. i. cum ḡ ſacramenta ſint veritatis ſigna ſiue figure. videtur ꝙ poſt xp̄i paſſionem ſacramenta eſſe non debuerunt. ¶ Pre. ſacramenta in quibuſdam elementis conſtituunt vt ex ſupra dictis patet. ſed ap̄ls dicit ad Galla. iiij. cum eſſemus paruuli ſub elementis mundi eramus ſeruientes. nunc aūt temporis plenitudine veniente. iam non ſumus paruuli. ergo videtur ꝙ non debeamus deo ſeruire ſub elementis mundi. corporalibus ſacramētis vtendo. ¶ Pre. apud deum non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio vt dicitur Iaco. i. ſed hoc videtur ad quandā mutationem diuine bonitatis ptinere. ꝙ alia ſacramenta nūc exhibeantur hoībus ad ſanctificandum tp̄e gratie ⁊ alia ante xp̄m. ergo videtur ꝙ poſt xp̄m non debuerunt inſtitui alia ſacramenta. ¶ Sed cōtra eſt quod Aug. dicit. xix contra fauſtū. ꝙ ſacramenta veteris legis ſunt ablata. q2 impleta ſunt. ⁊ alia ſunt inſtituta. virtute maiora vtilitate meliora actu faciliora numero pauciora. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut antiqui patres ſaluati ſunt per fidem xp̄i venturi. ita ⁊ nos ſaluamur per fideȝ xp̄i iam nati ⁊ paſſi. ſunt aūt ſacramenta quedam ſigna ꝓteſtantia fidem. qua homo iuſtificatur. oportet autem alijs ſignis ſignificari futura preterita ⁊ preſentia vt enī Aug. dicit. xix. contra fauſtū. eadem res aliter annunciatur facienda. aliter facta. ſicut ipſa verba paſſurus ⁊ paſſus non ſimiliter ſonant. ⁊ ideo oportet quedam alia ſacramenta in noua lege eſſe quibus ſignificentur ea que preceſſerunt in xp̄o. preter ſacramenta veteris legis. quibus prenunciabātur futura. ¶ Ad. i. dōm ꝙ ſicut dicit Diony. v. c. celeſtis hierarchie. ſtatus noue legis medius eſt inter ſtatuȝ veteris legis. cuius figure implentur in noua lege. ⁊ inter ſtatum glorie. in qua omnis nude ⁊ perfecte manifeſtabitur veritas. ⁊ ideo nūc nulla erant ſacramenta. nunc aūt q̄diu per ſpeculum ⁊ in enigmate cognoſcim⁹. vt dicitur. i. Cor. xiij. oportet nos per aliqua ſenſibilia ſigna etiam in ſpūalia deuenire. qd̓ pertinet ad rōnem ſacramentorum. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſacramenta veteris legis ap̄ls vocat egena ⁊ infirma elemēta que gratiam nec continebant nec cauſabant. ⁊ ideo vtētes illis ſacramentis dicit apoſtolus ſub elementis mūdi deo ſeruiſſe. quia nihil erant aliud quā elementa huius mundi. noſtra aūt ſacramenta gratiam continent ⁊ cauſant. ⁊ ideo non eſt de eis ſilis rō. ¶ Ad. iij. dōȝ ꝙ ſicut paterfamilias non ex hoc habere monſtrat mutabilē voluntatē. ꝙ diuerſa p̄cepta familie ſue ꝓponit. pro tp̄is varietate. non eadem precipiens hyeme ⁊ eſtate. ita non oſtēditur aliqua mutatio eſſe circa deū. ex eo ꝙ alia ſacramenta inſtituit poſt xp̄i aduentuȝ. ⁊ alia tp̄e legis. q2 illa erāt congrua gratie prefigurande. hec autē ſunt congrua gratie principaliter demonſtrande. ¶ Queſtio. LXII.

## Deinde ꝯſideranduȝ

eſt de effectu ſacramentoꝝ. Et primo de effectu principali qui eſt gratia. Secundo de effectu ſecundario. qui eſt caracter. Circa primuȝ queruntur ſex. Primo vtrū ſacramenta noue legis ſint cauſa gratie. Secundo vtrū gratia ſacramentalis aliquid addat ſuper gratiam virtutū ⁊ donorum. Tertio vtrū ſacramenta contineant gratiam. Quarto vtrū ſit in eis aliqua virtus ad cauſandam gratiam. Quinto vtrū talis virtus in ſacramētis deriuetur a paſſione xp̄i. Sexto vtrū ſacramenta veteris legis cauſauerint gratiam.

## Ad primuȝ ſic proceditur

Videtur ꝙ ſacramenta non ſint cauſa gratie. non enī idē videtur eſſe ſignum ⁊ cauſa. eo ꝙ ratio ſigni videtur magis effectui competere. ſed ſacramentum eſt ſignum grē. ergo non eſt cauſa eius. ¶ Pre. nullum corporale agere pōt in rem ſpiritualem. eo ꝙ agens honorabilius eſt patiente. vt Aug. dicit. xij. ſuper Geñ. ad lr̄aȝ. ergo ſubiectū gratie eſt mens hoīs que eſt res ſpūalis. non ergo ſacramenta poſſunt gratiam cauſare. ¶ Pre. id quod eſt propriū dei non dȝ alicui creature attribui. ſed cauſare gratiā eſt ꝓprium dei ſc̄m illud pſalmiſte. gratiā ⁊ gloriam dabit dn̄s. Cum ergo ſacramenta conſiſtant in quibuſdā verbis ⁊ creatis rebus non videtur ꝙ poſſint grām cauſare. ¶ Sed contra qd̓ Aug. dicit ſup iohannem ꝙ aqua baptiſmalis corpus tangit ⁊ cor abluit. ſed cor non abluitur niſi per gratiam. ergo gratiam cauſat ⁊ ꝑ conſequens alia eccleſie ſacramenta. ¶ Rn̄. dōm ꝙ neceſſe eſt dicere ſacramenta noue legis ꝑ aliquem modū grām cauſare. manifeſtū eſt enī ꝙ ꝑ ſacramenta noue legis. hō xp̄o incorporatur. ſicut de baptiſmo dicit ap̄ls ad Gall. iij quotquot in xp̄o baptizati eſtis xp̄m induiſtis. non aūt efficitur homo membrū xp̄i niſi ꝑ gratiam. quidam tn̄ dicunt ꝙ nō ſūt cauſe gratie aliquid operando. ſed q2 deus ſacramentis adhibitis in aīa gratiam operatur ⁊ ponunt exemplum d̓ illo qui afferens denariū plumbeū accipit centum libras ex regis ordinatione. non qd̓ denarius ille aliquid operetur ad habendū predicte pecunie quantitatem. ſed hoc operatur ſola voluntas regis. vnde ⁊ Bern. dicit in quodā ſermone in cena dn̄i. ſicut inueſtitur canonicus ꝑ librum. abbas ꝑ baculum. ep̄us ꝑ annuluȝ. ſic diuiſiones graꝝ diuerſe ſunt tradite ſacramentis. ſed ſi quis recte conſideret modus iſte non tranſcendit rationem ſigni. nā denari⁹ plumbeus non eſt niſi quoddā ſignū regie ordinationis d̓ hoc ꝙ pecunia recipiatur ab iſto. ſilr̄ liber eſt quoddā ſignum quo deſignatur traditio canonicatus. ſc̄m hoc ergo ſacramēta noue legis nihil plus eſſent quā ſigna gratie. cum tamē ex multis ſanctoꝝ auctoritatibus habeatur ꝙ ſacramenta noue legis non ſolum ſignificent ſed cauſent gratiaȝ. Et ideo aliter dicendum ꝙ duplex eſt cā agens principalis ⁊ inſtrumentalis. Principalis quidē agit ꝑ virtutē ſue forme. cui aſſilatur effectus. ſicut ignis ſuo calore calefacit. ⁊ hoc modo nihil pōt cauſare grām niſi deus. quia gratia nihil aliud eſt quaȝ quedā participata ſilitudo diuine nature. ſc̄m illud. i. pet. i. ꝑ quē magna nobis ⁊ precioſa donauit. vt diuine ſimus conſortes nature. Cauſa vero inſtrumentalis. non agit per virtutē ſue forme. ſed ſolum ꝑ motum. quo mouetur a principali agente. vnde effectus non aſſilatur inſtrumēto ſed principali agenti. ſicut lect⁹ non aſſilatur ſecuri ſed arti que eſt in mente artificis. et hoc mō ſacramenta noue legis gratiā cauſant adhibentur enī ex diuina ordinatiōe ad grām in eis cauſandaȝ. vnde Aug. dicit. xix. contra fauſtū. hec oīa ſcȝ ſacramentalia. fiunt ⁊ tranſeunt. virtus tn̄ ſcȝ dei. que per iſta operatur iugiter manet. Hoc aūt ꝓprie dicitur inſtrumentū ꝑ quod aliquis operatur vnde. i. ad thy. iij. dicit ſaluos nos fecit ꝑ lauacrum regenerationis. ¶ Ad. i. ergo dōȝ ꝙ cauſa prin

cipalis non ꝓpͥe pōt dici ſignū effectus. licet occulti. etiā
ſi ipſa ſit ſenſibilis ⁊ manifeſta ſed cā inſtrumentalis ſi ſit
manifeſta pōt dici ſignum effectus occulti. eo ꝙ nō ſolū
eſt cā ſed quodāmō effectus. inquantum mouetur a prin-
cipali agente. ⁊ ſm hoc ſacramenta noue legis ſimul ſūt
cauſe ⁊ ſigna. Et inde eſt ꝙ ſicut cōiter dicitur efficiunt ꝙ
figurant. Ex quo etiam ptꝫ ꝙ habent ꝑfecte rationē ſacra
menti inquantum ordinat̄ ad aliquid ſacrū. non ſolū per
modū ſigni ſed etiā ꝑ modū cauſe. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ in-
ſtrumentū habet duas actiones vnā inſtrumentalem. ſm
quam opatur non virtute ꝓpria. ſed in virtute principal'
agentis. aliam actionē hꝫ ꝓpriam que competit ſibi ſm ꝓ
priam formam ſicut ſecuri competit ſcindere. ratione ſue
acuitatis. facere aūt lectum inquantū eſt artis inſtrumē
tum. non aūt perficit actōnem inſtrumentalē niſi exercē-
do actionem ꝓpriam ſcindendo enī facit lectum. Et ſil'r ſa
cramenta corporalia ꝑ ꝓpriam opationem quam exercent
circa corpus quod tangunt. efficiunt opationem inſtru-
mentalem ex virtute circa aīam. ſicut aqua baptiſmi ablu
endo corpus ſm ꝓpriam virtutem. abluit aīam inquantū
eſt inſtrumentum virtutis diuine. nā ex aīa ⁊ corpore vnū
fit. ⁊ hoc eſt quod Aug. dicit ꝙ corpus tangit ⁊ cor abluit
¶ Ad. iij. dō. ꝙ ratio illa ꝓcedit de eo quod ē cā gratie ꝑ
modum principalis agentis hoc enim eſt proprium dei vt
dictum eſt.

## Ad ſecundū ſic procedit'

Videt̄ ꝙ gratia ſacramentalis non addat aliqd ſuꝑ grāꝫ
virtutū ⁊ donoꝝ. Per gratiā enī virtutū ⁊ donoꝝ ꝑficit̄
aīa ſufficienter quantū ad eſſentiā aīe. ⁊ quantū ad eius
potentias. vt ptꝫ ex his que in ſcda pte dicta ſunt. ſꝫ grā or
dinat̄ ad aīe ꝑfectionē. ergo gratia ſacramental' non pōt
aliquid addere ſuꝑ grām virtutū ⁊ donoꝝ. ¶ Pre. defe-
ctus aīe ex peccatis cauſant̄. ſed oīa pctā ſufficienter exclu
dunt̄ ꝑ gratiā virtutū ⁊ donoꝝ. qꝛ nullū eſt peccatū quod
non ꝯtariet̄ alicui virtuti. gratia ergo ſacramentalis cū
ordinet̄ ad defectus aīe tollendos. non pōt aliquid adde
re ſuꝑ gratiā virtutū ⁊ donoꝝ. ¶ Pre. oīs additio vel ſub
tractio informis variat ſpēm. vt dicit̄. viij. meta. ſi ergo
gratia ſacramentalis addat aliquid ſuꝑ gratiā virtutuꝫ ⁊
donoꝝ. ſequitur ꝙ equiuoce dicat̄ gratia. ⁊ ſic nihil certuꝫ
oſtenditur ex hoc ꝙ ſacramenta dicūtur grām cauſare.
Sed ꝯtra eſt ꝙ ſi gratia ſacramentalis non addit aliqd
ſuꝑ gratiā donoꝝ ⁊ virtutū fruſtra ſacramenta habētibꝫ
⁊ dona ⁊ virtutes cōferent̄. ī opibꝫ aūt dei nihil ē fruſtra
ergo videtur ꝙ ſacramentalis gratia aliquid addat ſuper
gratiā virtutū ⁊ donoꝝ. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut in ſcda pte
dictū eſt. gratia ſm ſe conſiderata ꝑficit eſſentiam aīe in-
quantū ꝑticipat quandam ſil'itudinē diuini eē. ⁊ ſicut ab
eſſentia aīe fluunt eius potentie. ita a gratia fluūt quedaꝫ
perfectiones ad potentias anime. que dicuntur virtutes
⁊ dona quibus potētie ꝑficiuntur in ordine ad ſuos act9
ordinant̄ aūt ſacramenta ad quoſdā ſpēales effectus ne
ceſſarios in vita xp̄ana. ſicut baptiſmus ordinat̄ ad quan
dam ſpūalem regeneratōꝫ qua hō morit̄ vicijs ⁊ fit mē-
brum xp̄i. qui quidē effectus eſt aliquid ſpēale ꝓter act9
potentiaꝝ aīe. ⁊ eadē rō eſt in alijs ſacramentis. Sicut ꝰ
virtutes ⁊ dona. addunt ſuꝑ gratiā cōiter dictā. quandaꝫ
ꝑfectionē determinate ordinatā ad ꝓprios actus potentiaꝝ
ita gratia ſacramētalis addit ſuꝑ gratiā cōiter dictā ⁊ ſuꝑ
virtutes ⁊ dona quoddā diuinū auxiliū. ad conſequendū
ſacramenti finē. ⁊ ꝑ hunc modū gratia ſacramentalis ad-
dit ſuꝑ gratiā virtutū ⁊ donoꝝ. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ gratia
virtutū ⁊ donoꝝ ſufficienter ꝑficit eēntiaꝫ ⁊ potentiaꝫ aīe
quantū ad ordinationē generalē actuū. ſed quantum ad
quoſdā effectus ſpēales. qui requirunt̄ in xp̄iana vita. re
quirit̄ ſacramentalis gratia. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ꝑ virtutes
⁊ dona. ſufficienter excludunt̄ vitia ⁊ pctā quantū ad pñs
⁊ futuꝝ. inquantū ſcꝫ impedit̄ homo ꝑ virtutes ⁊ dona a
peccando. ſed quantū ad preterita peccata. q̄ tranſierunt
actu. ⁊ remanent reatu. adhibet̄ hoī remediū ſpēaliter per
ſacramecta. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ratio ſacramentalis gratie
ſe hꝫ ad gratiam cōiter dictā. ſicut ratio ſpeciei ad genus
vñ ſicut nō equiuoce dꝛ aīal cōiter dictū ⁊ ꝓ hoīe ſumptuꝫ
ita nō equiuoce dꝛ gratia cōiter dicta. ⁊ gratia ſacramētal'

## Ad tertium ſic proceditur

Videt̄ ꝙ ſacramēta noue legis nō cōtineant gratiā. Cō
tentū enī videt̄ eſſe in continēte. ſed gratia non eſt in ſa-
cramento neqꝫ ſicut in ſubiecto. qꝛ ſubiectū gratie nō eſt
corpus ſed ſpiritus. neqꝫ ſicut in vaſe qꝛ vas eſt locus mo
bilis vt dꝛ in. iiij. phi. eſſe in loco non conuenit accidenti
ergo videt̄ ꝙ ſacramēta noue legis non contineāt gratiā
¶ Pre. ſacramenta ordinant̄ ad hoc ꝙ hoīes ꝑ ea grām
conſequant̄. ſed gratia cū ſit accidens non pōt tranſire de
ſubiecto in ſubiectū. ergo ꝓ nihilo eſſet gratia in ſacramē
tis. ¶ Pre. ſpūale non continet̄ a corporali etiam ſi in eo
ſit. non enī aīa continet̄ a corpore. ſed potius cōtinet cor-
pus. ergo videt̄ ꝙ gratia cū ſit quoddā ſpūale nō ꝯtine
atur in ſacramento corꝑali. ¶ Sꝫ cōtra eſt qđ dicit hugo
de ſancto victore ꝙ ſacramentū ex ſanctificatōe gratiā con
tinet inuiſibilē. ¶ Rñ. dōm ꝙ multipliciter dicit̄ aliqd
eſſe in alio. inter quos duplici mō gratia eſt in ſacramen
tis. Uno mō ſicut in ſignis. nā ſacramentū eſt ſignū grē.
Alio mō ſicut in cā. nā ſicut dictū eſt ſacramentū noue le
gis eſt inſtrumental' gratie cā. vñ gratia eſt in ſacramēto
noue legis non quidē ſm ſimilitudinē ſpēi ſicut effectus
eſt in cā vniuoca. neqꝫ etiā ſm aliquā formā ꝓpriam ⁊ ꝑ
manentē ꝓportionatā ad talē effectū. ſic ſūt in cauſis nō
vniuocis puta res generate in ſole. Sed ſm quandā in-
ſtrumentalē virtutē. que eſt fluens incōpletū ineſſe natu-
re. vt infra dicet̄. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ gratia nō dicitur
eſſe in ſacramento ſicut in ſubiecto. neqꝫ ſicut in vaſe. pro
ut vas eſt locus quidam. ſed ꝓut vas dꝛ inſtrumentū ali
cuius opis faciendi. ſm ꝙ dꝛ Ezech. ix. vnuſquiſqꝫ vas
interfectionis hꝫ in manu ſua. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ q̄uis ac
cidens non trāſeat a ſubiecto in ſubiectū. tranſit tñ a cā ꝑ
inſtrumentū aliqualiter in ſubiectū nō vt eodē mō ſit in
eis. ſed in vnoquoqꝫ ſm ꝓpriam rōnem. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ
ſpūale exiſtens ꝑfecte in aliquo continet ipm. ⁊ nō conti
net̄ ab eo. ſed gratia eſt in ſacramento ſm eſſe fluens ⁊ in
cōpletū. ⁊ iō nō incōuenienter ſacramētū dꝛ grāꝫ ꝯtinere

## Ad quartu ſic proceditur

Videt̄ ꝙ in ſacramētis nō ſit aliqua virtus gratie cauſa
tiua. virtus enim gratie cauſatiua eſt virtus ſpūalis. ſꝫ
in corpore non pōt eſſe virtus ſpūalis neqꝫ ita ꝙ ſit ꝓpria
ei quia virtus fluit ab eſſentia rei. ⁊ ita nō pōt eā trāſcen
dere. neqꝫ ita ꝙ recipiat eā ab alio. qꝛ quod recipit̄ in aliq̄
eſt in eo ꝑ modū recipientis. ergo in ſacramentis nō pōt
eſſe aliqua virtus gratie cauſatiua. ¶ Pre. oē qđ eſt re
ducit̄ ad aliqđ genus entis ⁊ ad aliquē gradū boni. ſꝫ nō
eſt dare in quo genere entis ſit talis virtus. vt ptꝫ diſcur
renti ꝑ ſingula. Nec etiam pōt reduci ad aliquē gradum

bonoꝝ.neqꝫ etiã eſt inter minima bona. quia ſacramenta ſunt đ neceſſitate ſalutis.neqꝫ etiã inter media bona cuiꝰ modi ſunt potentie aĩe·que ſunt potentie naturales. neqꝫ inter maxima bona.que neqꝫ eſt gratia nec virtus mẽtis.ergo videtur ꝙ in ſacramentis nulla ſit virtus gratie cauſatiua. ¶ Pre.ſi talis virtus eſt in ſacramentis.nõ cauſatur in eis niſi ꝑ creationẽ a deo.ſed incõueniens videtur ꝙ tam nobilis creatura ſtatĩ eſſe deſinat ſacramẽto ꝑfecto.ergo videtur ꝙ nulla virtus ſit in ſacramentis ad gratiã cauſandã. ¶ Pre.idẽ non põt eſſe in diuerſis·ſꝫ ad ſacramenta concurrunt diuerſa ſcꝫ verba.⁊ res.vnius aũt ſacramenti non hꝫ eſſe niſi vna virtus. ergo videť ꝙ in ſacramento nulla ſit virtus. ¶ Sed contra eſt quod Aug.dicit ſup iohannẽ.que eſt tanta vis aque vt corpus tangat ⁊ cor abluat? Et beda dicit ꝙ dñs tactu ſue mundiſſime carnis.vim regeneratiuã aquis contulit. ¶ Rñ. dđm.ꝙ iſti qui ponũt ꝙ ſacramenta nõ cauſant grãꝫ niſi ꝑ quandã cõcomitantiam.ponũt ꝙ in ſacramẽto non ſit aliqua virtus que opatur ad ſacramenti effectũ.eſt tñ virtus diuina ſacramento coaſſiſtens.que ſacramentalẽ effectũ opatur.Sed ponendo ꝙ ſacramentũ eſt inſtrumẽtalis cauſa gratie neceſſe eſt ſimul ponere ꝙ in ſacramẽto ſit quedã virtus inſtrumentalis ad inducendũ ſacramentalẽ effectum.⁊ hec quedam virtus ꝓportionať inſtrumẽto vñ opatur ad virtutem abſolutã ⁊ ꝑfectam alicuius rei ſic opatur inſtrumentũ ad agens principale.inſtrumentuꝫ enĩ vt dictũ eſt non opatur niſi inquantũ eſt motũ a principali agente.quod ꝑ ſe opatur.⁊ iđ virtus principalis agentis habet ꝑmanentẽ ⁊ completum eſſe in natura.virtꝰ aũt inſtrumentalis habet eſſe tranſiens ex vno in aliud et incõplete.ſicut ⁊ motus eſt actus impfectꝰ ab agente in paciens. ¶ Ad.i.ergo dđ.ꝙ virtus ſpũalis non poteſt eẽ in re corporea per modũ virtutis permanentis ⁊ complete. ſicut rõ probat.nihil tñ prohibet in corpore eſſe virtutem ſpũalem inſtrumentalem.inquantũ ſcꝫ corpus poteſt moueri ab aliqua ſubſtantia ſpirituali ad aliquẽ effectum ſpiritualem inducendũ.ſicut etiã in ipa voce ſenſibili eſt quedam vis ſpiritualis.ad excitandum intellectum hominis inquantum ꝓcedit a conceptione mentis.⁊ hoc modo vis ſpiritualis eſt in ſacramentis inquantum ordinanť a deo ad effectum ſpũalem. ¶ Ad.ij.dđm ꝙ ſicut motus eo ꝙ eſt actus impfectus non eſt proprie in aliquo genere ſꝫ reducitur ad genus actus perfecti.ſicut alteratio ad qualitatem.ita virtus inſtrumentalis non eſt proprie loquendo in aliquo genere.ſed reducitur ad genus ⁊ ſpeciem virtutis perfecte. ¶ Ad.iij.dđm ꝙ ſicut virtus inſtrumentaliſ acquiritur inſtrumẽto ex hoc ipo ꝙ moueť ab agente principali.ita etiam ſacramentũ conſequitur ſpũalem virtutem ex bñdictione xp̃i.⁊ applicatione miniſtri ad vſum ſacramenti.vnde dicit Aug.in quodam ſermone de ephĩa nec mirum.qñ aquam hoc eſt ſubſtantiam corpalem ad purificandũ aĩam dicimus ꝑuenire.ꝑuenit plane ⁊ penetrat conſcientie vniuerſa latibula.q̃uis enĩ ipa ſit ſubtilis ⁊ tenuis.benedictione tñ xp̃i ſubtilior occulte vire cauſa. ad ſecreta mentis ſubtili rore pertranſit. ¶ Ad.iiij.dđꝫ ꝙ ſicut eadem vis principalis agentis inſtrumentaliter inuenitur in omnibꝫ inſtrumentis ordinatis ad effectum prout ſunt quodam ordine vnum.ita etiam eadem vis ſacramentalis inuenitur in verbis ⁊ rebus.ꝓut ex verbiſ ⁊ rebus ꝑficitur vnum ſacramentũ.

## Ad quintum ſic ꝓceditur

Videť ꝙ ſacramenta noue legis non habeant virtutẽ ex paſſione xp̃i. Virtus enĩ ſacramentorum eſt ad gratiam cauſandam in aĩa per quam ſpiritualiter viuit. Sed ſic dicit Aug.ſuper iohannem verbum ꝓut erat in principio apud deum viuificat animas.ſcđm aũt quod eſt caro factum viuificat corpora. Cum ergo paſſio xp̃i ꝑtineat ad verbum ſcđm qđ eſt caro factum.videtur ꝙ non poſſit cauſare virtutem ſacramentorum. ¶ Pre.virtus ſacramentorum videť ex fide dependere.quia ſicut dicit Aug.ſup iohannẽ verbum dei ſuum perficit ſacramentum·nõ quia dicitur ſed quia creditur.ſed fides noſtra non ſoluꝫ reſpicit paſſionem xp̃i.ſed etiam alia miſteria humanitatis ipiuſ ⁊ principalius etiam diuinitatẽ eius.ergo videť ꝙ ſacramenta non habeant ſpẽaliter virtutem a paſſione chriſti. ¶ Pre.ſacramenta ordinantur ad hominũ iuſtificatiõeꝫ ſcđm illud.i.ad Coꝝ.vi.abluti eſtis ⁊ iuſtificati eſtis.ſed iuſtificatio attribuitur reſurrectõni ſcđm illud ad Ro.iiij.reſurrexit ꝓpter iuſtificationem noſtram.ergo videtur ꝙ ſacramenta magis habeant virtutem a reſurrectõe xp̃i quã ab eius paſſione ¶ Sed contra eſt ꝙ ſuper illud ad Ro. v.in ſimilitudinẽ preuaricationis ade ⁊c.dicit gloſa ex latere xp̃i dormientis fluxerunt ſacramenta.ꝑ que ſaluata eſt eccleſia.Sic ergo videntur ſacramenta virtutẽ habere ex paſſione xp̃i. ¶ Rñ.dđm ꝙ ſicut dictum eſt ſacramẽtum opatur ad gratiam cauſandam ꝑ modum inſtrumẽti.eſt aũt duplex inſtrumentum.vnum quidẽ ſepatum. vt baculus.aliud aũt coniunctum vt manus. per inſtrumentum aũt coniunctum mouetur inſtrumentum ſepatum.ſicut baculus per manum.principalis aũt gratie cã eſt ipe deuſ ad quẽ compatur humanitas xp̃i ſicut inſtrumentum coniunctum.ſacramentum aũt ſicut inſtrumentum ſepatum.⁊ ideo oportet ꝙ virtus ſalutifera deriueť a diuinitate xp̃i per eius humanitatem in ipa ſacramẽta. Gratia aũt ſacramentalis ad duo precipue ordinari videtur.videlicet ad tollendum defectus preteritorum.inquantũ tranſeunt actu ⁊ remanent reatu.⁊ iterũ ad perficiendum animam in his que pertinent ad cultum dei ſcđm religionem vite chriſtiane.manifeſtum eſt aũt ex his q̃ ſupra dicta ſunt ꝙ xp̃s liberauit nos a peccatis noſtris. precipue per ſuam paſſionem non ſolum efficienter ⁊ meritorie.ſed etiam ſatiſfactorie.ſimiliter etiam per ſuã paſſionem initiauit ritum xp̃iane religionis. offerens ſeipm oblationem ⁊ hoſtiam deo.vt dicitur ad ephe.v.vñ manifeſtum eſt ꝙ ſacramenta eccleſie ſpecialiter habent virtutem ex paſſione chriſti.cuiuſ virtus quodãmodo nobiſ copulatur per ſucceſſionem ſacramentorũ.in cuius ſignũ de latere xp̃i pendentis in cruce fluxerunt aqua ⁊ ſanguis quorum vnum ꝑtinet ad baptiſmũ.aliud ad euchariſtiã que ſunt potiſſima ſacramẽta. ¶ Ad.i.ergo dđm ꝙ verbum ꝓut erat in principio apud deuꝫ viuificat aĩas ſicut agens principale.caro tñ eius ⁊ miſteria in ea perpetrata opantur inſtrumentaliter ad anime vitam.ad vitam aũt corporis non ſolum inſtrumentaliter ſed etiam per quandam exemplaritatem vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad.ij.dđm ꝙ ꝑ fidem xp̃s habitat in nobis vt dicitur ad ephe.iij. ⁊ ideo virtus xp̃i copulatur nobis ꝑ fidem.virtus auteꝫ remiſſiua peccatoꝝ ſpecialiť quodãmodo pertinet ad paſſionem ipius.⁊ ideo per fidem paſſionis eius.ſpecialiter homines liberantur a peccato.ſcđm illud ad Ro.iij.quem ꝓpoſuit deus propiciatorem per fidem in ſanguine eius.⁊ ideo virtus ſacramentorum que ordinatur ad tollenduꝫ peccata.precipue eſt ex fide paſſionis chriſti. ¶ Ad.iij.

dõm ꝙ iuſtificatio attribuitur reſurrectioni ratiõe termĩ
ad quem.qui eſt nouitas vite ꝑ gratiam.attribuit̃ tñ paſ
ſione rõe termĩ a quo ſcꝫ quantũ ad dimiſſionẽ culpe.

## Ad ſextum ſic proceditur

Uidetur ꝙ ſacramenta veteris legis gratiã cauſarent qꝛ
ſicut dictum eſt ſacramenta noue legis habent efficaciam
ex paſſionis xpi fide.ſed fides paſſionis xpi fuit in veteri
lege ſicut ⁊ in noua.habemus enĩ eundẽ ſpũm fidei ſicut
habetur.ij.Coꝛ.iiij.Sicut ergo ſacramenta noue legis
conferunt gratiam.ita etiã ⁊ ſacramẽta veteris legis gra
tiam conferebãt. ¶ Pre.ſanctificatio non fit niſi ꝑ graꝫ
ſed per ſacramẽta veteris legis hoĩes ſanctificabantur.di
citur enĩ leuit.viij.cũqꝫ ſanctificaſſet eos moyſes ſcꝫ aarõ
⁊ filios eius in veſtitu ſuo ⁊c̃.ergo videtur ꝙ ſacramenta
veteris legis gratiã conferebãt. ¶ Pre.Beda dicit in
omelia circũciſionis idemqꝫ ſalutifere curatõnis auxiliũ
circumciſio in lege contra oꝛiginale vulnus peccati age‑
bat.quod baptiſmus agere reuelate tꝑe gratie conſueuit
Sed baptiſmus nunc confert gratiam.ergo etiã circũci
ſio gratiã cõferebat.⁊ pari ratione alia ſacramenta lega‑
lia.quia ſicut baptiſmus eſt ianua ſacramentoꝝ noue le‑
gis.ita circũciſio erat ianua ſacramentoꝝ veteris legis.ꝓ
pter quod apl's dicit ad Galla.v.teſtificoꝛ oĩ circumcidẽ
ti ſe.qm̃ debitoꝛ eſt vniuerſe legis faciende. ¶ Sed ↄtra
eſt quod dicitur Galla.iiij.conuertimĩ iterum ad infir‑
ma ⁊ egena elementa.glo.i.ad legẽ que dꝛ infirma qꝛ
ꝑfecte nõ iuſtificat ſꝫ grã ꝑfecta iuſtificat.ergo ſacramẽta
veteris legis grãm ñ ↄferebãt. ¶ Rñ.dd.ꝙ ñ põt dici ꝙ
ſacramẽta veteris legis gratiã ↄferent iuſtificantẽ ꝑ ſeipa
id eſt ꝓpria virtute.qꝛ ſic non fuiſſet neceſſaria paſſio xpi.
ſm illud ad Galla.ij.ſi ex lege eſt iuſticia.xp̃s gratis moꝛ
tuus eſt.Sꝫ nec põt dici ꝙ ex paſſione xpi.virtutem ha
berent conferendi gratiam iuſtificãdi.ſicut enĩ ex predictis
patet.virtus paſſionis chꝛiſti copulatur nobis ꝑ fidem ⁊
ſacramenta differenter tñ.nã continuatio que eſt ꝑ fidem
fit ꝑ actum aĩe.continuatio aũt que eſt per ſacramenta.fit
ꝑ vſum exterioꝛum rerum.nihil autẽ ꝓhibet id quod eſt
poſterius tempoꝛe anteqꝫ ſit mouere.ſm ꝙ p̃cedit in actu
anime ſicut finis qui eſt poſterioꝛ tempoꝛe mouet agen‑
tem ſm ꝙ eſt appꝛehenſus ⁊ deſideratus ab ipõ.ergo illd̃
ꝙ nondũ eſt in rerum natura non mouet ſm vſum exte
rioꝛum rerum.vnde cauſa efficiens non põt poſterioꝛ
eſſe oꝛdine durationis ſicut cauſa finalis.Sic ergo ma‑
nifeſtum eſt ꝙ a paſſione xpi que eſt cauſa humane iuſti‑
ficationis.conuenienter deriuatur virtus iuſtificatiua ad
ſacramenta noue legis.non aũt ad ſacramenta veteris le‑
gis.⁊ tñ ꝑ fidem paſſionis xpi iuſtificabant̃ antiqui pa
tres.ſicut ⁊ nos.ſacramenta aũt veteris legis erant que‑
dam illius fidei ꝓteſtationes.inquantum ſignabant paſ
ſionem xpi ⁊ effectus eius.Sic ergo patet ꝙ ſacramenta
veteris legis non habebant in ſe aliquam virtutem quo
operent̃ ad conferendam gratiam iuſtificantem.ſed ſolũ
ſignificabant fidem per quam iuſtificabantur. ¶ Ad.i.ḡ
dõm ꝙ antiqui patres habebant fideꝫ de paſſione chꝛiſti
futura.que ſm ꝙ erat in appꝛehenſione anime poterat iu
ſtificare.Sed nos habemus fidem de paſſione xpi prece‑
denti.que poteſt iuſtificare etiam ſm realem vſum etiam
ſacramentalium rerum vt dictum eſt. ¶ Ad.ij.dõm ꝙ il
la ſanctificatio erat figuralis.per hoc enim ſanctificari di
cebantur.ꝙ applicabantur cultui diuino.ſcõm ritum ve‑
teris legis.qui totus oꝛdinabatur ad figurandum paſſio
nem xpi. ¶ Ad.iij.dõm ꝙ de circumciſione multiplex fu
it opinio.Quidam aũt dixerunt ꝙ per circumciſionem
non conferebat̃ gratia.ſed ſolum auferebatur peccatum.
Sed hoc non põt eſſe.quia homo non iuſtificatur a pctõ
niſi per gratiam.ſm illud ad Ro.iij.iuſtificati gratis per
gratiam ipſius.Et ideo alij dixerunt ꝙ per circũciſioneꝫ
conferebatur gratia.quantũ ad effectus remotiõis culpe
ſed ñ q̃tũ ad poſitiuos effectus.Sed hoc etiã videtur eẽ
falſum.quia per circumciſionem dabatur pueris facul‑
tas perueniendi ad gloꝛiam.qui eſt vltimus effectus po‑
ſitiuus gratie. ¶ Pre.ſm oꝛdinem cauſe foꝛmalis.ꝑo
res ſunt naturaliter effectus poſitiui quã priuatiui.ſꝫ ſm
oꝛdinem cauſe materialis fit econuerſo.foꝛma enim nõ
excludit priuationem niſi infoꝛmando ſubiectum.Et iõ
alij dicunt ꝙ circumciſio conferebat gratiam.etiã quantũ
ad aliquem effectum poſitiuum.qui eſt facere dignuꝫ vi
ta eterna.non autem quantuꝫ ad hoc ꝙ eſt repꝛimere cõ
cupiſcentiam impellentem ad peccandum.quod aliquan
do mihi viſũ ẽ.ſꝫ diligentius conſideranti.apparet hoc etiã
non eſſe verum.quia minima gratia poteſt reſiſtere culi‑
bet concupiſcentie ⁊ meretur vitam eternam.Et ideo me
lius dicendum videtur.ꝙ circumciſio erat ſignum fidei
iuſtificantis.vnde dicit apoſtolus ad Ro.vij.ꝙ abꝛaam
accepit ſignum circumciſionis.ſignaculum iuſticie ⁊ fi‑
dei.⁊ ideo in circumciſione conferebatur gratia inquan
tum erat ſignum paſſionis chꝛiſti future vt infra patebit.

¶ Queſtio.LXIII.

## D Einde ↄſideranduꝫ

eſt de alio effectu ſacramentoꝛum qui eſt ca‑
racter.Et circa hoc queruntur ſex.Primo vtꝝ
ex ſacramentis cauſetur caracter aliquis in anima.Se‑
cũdo quid ſit ille caracter.Tertio cuiꝰ ſit caracter.Quar
to in quo ſit ſicut in ſubiecto.Quinto vtrum inſit inde‑
biliter.Sexto vtrum omnia ſacramenta impꝛimant ca‑
racterem.

## Ad pꝛimũꝫ ſic proceditur

Uidetur ꝙ ſacramentum non impꝛimat aliquem cara‑
cterem in anima.Caracter enim videtur ſignificare quod
dam diſtinctiuum.ſed diſtinctio membꝛoꝛum chꝛiſti ab
alijs fit per eternam predeſtinationem.que non ponit ali
quid in predeſtinato.ſed ſolum in deo predeſtinante vt
in pꝛima parte habitum eſt.dicitur enim.ij.Coꝛ.ij.fir‑
mum fundamentum dei ſtat habens ſignaculum.hoc no
uit dominus qui ſunt eius.ergo ſacramenta non impꝛi‑
munt caracterem in anima. ¶ Pre.caracter ſignum eſt
diſtictiuum.Signum autem vt Auguſtinus dicit.ij.de
doctrina chꝛiſtiana eſt quod preter ſpeciem quam ingerit
ſenſibus facit aliquid aliud in cognitionem venire.nihil
autem eſt in anima ꝙ aliquam ſpeciem ſenſibus ingerat
ergo videtur ꝙ in anima non impꝛimatur caracter aliqs
per ſacramentum. ¶ Pre.ſicut per ſacramenta noue le
gis.diſtinguitur fidelis ab infideli ita ⁊ per ſacramenta
veteris legis.ſed ſacramenta veteris legis non impꝛime‑
bant aliquem caracterem vnde ⁊ dicuntur iuſticie carnis
ſm apoſtolũ ad Hebꝛe.ix.ergo videtur ꝙ nec ſacramen
ta noue legis. ¶ Sed contra eſt quod apoſtolus dicit.
ij.Coꝛ.i.qui vnxit nos deus eſt.⁊ qui ſignauit nos ⁊ de
dit pignus ſpiritus in coꝛdibus noſtris.Sed nihil ali‑
ud impoꝛtat caracterem quam quandam ſignificationeꝫ
ergo videtur ꝙ deus per ſacramenta nobis ſuum caracte

rem imprimat. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ex predictiſ patz ſacramenta noue legis ad duo ordinantur. videlicet ad remedium contra peccata. ⁊ ad perficiendum aīam in his que pertinent ad cultum dei. ſm ritum vite chriſtiane. quicūꝗ autem ad aliquid certum deputatur conſueuit ad illud conſignari ſicut milites qui aſcribebantur ad miliciaꝫ antiquitus ſolebant aliquibus caracteribus corporalibꝰ inſigniri. eo ꝙ deputabantur ad aliquid corporale. ⁊ ideo cum homines per ſacramenta deputentur ad aliquid ſpirituale pertinens ad cultum dei. conſequens eſt ꝙ per ea fideles aliquo ſpirituali caractere inſigniantur vnde Auguſtinus dicit in. ij. ꝯ permenianū. ſi milicie caracterem in corpore ſuo non militans pauidus exercuerit ⁊ ad clementiam imperatoris confugerit. ac prece fuſa ⁊ venia impetrata. militare iā ceperit nunquid homine liberato atꝗ correcto. caracter ille repetitur. ac non potius agnitus approbatur. an forte minus habent ſacramenta chriſtiana. an corporalis hec nota? ¶ Ad. i. ergo dicendum. ꝙ fideles xpi ad premium quidem future glorie deputantur ſignaculo predeſtinatōis diuine. ſed ad actus cōuenientes preſentiꝫ eccleſie deputantur quodam ſpirituali ſignaculo eis inſignito quod caracter nuncupatur. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ caracter anime impreſſus habet rationem ſigni. inquantum per ſenſibile ſacramentum imprimitur. per hoc enim ſcitꝰ aliquis baptiſmali caractere inſignitus ꝙ eſt aqua ſenſibili ablutus. nihilominus tamen caracter vel ſignaculuꝫ dici poteſt per quandam ſimilitudinem omne quod figurat alicui vel diſtinguit ab alio. etiam ſi non ſit ſenſibile. ſicut chriſtus dicitur figura vel caracter paterne ſubſtantie. ſm apoſtolū ad Hebre. i. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſacramenta veteris legis non habebant in ſe ſpiritualem virtutem ad aliquem ſpiritualem effectuꝫ operantem. ⁊ ideo in illis ſacramentis non requirebatur aliquis ſpiritualis caracter. ſed ſufficiebat ibi corporalis circumciſio. quam apl's ſignaculum nominat ad Ro. iiij.

## Ad ſecundū ſic procedit̄

Videtur ꝙ caracter non ſit ſpiritualis poteſtas. Caracter enim idem videtur eſſe ꝙ figura. vnde ad Hebre. i. vbi dicitur figura ſubſtantie huius. in greco habetur loco figure caracter. ſed figura eſt in quarta ſpecie qualitatis. et ita differt a poteſtate. que eſt in ſecunda ſpecie qualitatis ergo caracter non eſt ſpiritualis poteſtas. ¶ Pre. Dio. dicit. ij. c. cele. hierarch. ꝙ diuina beatitudo accedentem ad beatitudinem in ſui participatione recipit. ⁊ proprio lumine quaſi quodam ſigno chriſti. tradit ſuam participationem. ⁊ ſic videtur ꝙ caracter ſit quoddam lumen. ſed lumen pertinet magis ad terciam ſpeciem qualitatis. non ergo caracter eſt poteſtas. que videtur ad ſecundam ſpeciem qualitatis pertinere. ¶ Pre. a quibuſdam caracter ſic diffinitur. caracter eſt ſignum ſanctum cōmunionis fidei. ⁊ ſancte ordinationis datum a hierarchia. ſignum autem eſt in genere relationis non autem in genere qualitatis. non ergo caracter eſt ſpūalis poteſtas. ¶ Pre. poteſtas habet rōnem cauſe ⁊ principij vt patet in. v. meta. ſed ſignuꝫ quod ponitur in diffinitione caracteris magis pertinet ad rōnem effectus caracter ḡ nō eſt ſpiritualis poteſtas. ¶ Sed cōtra eſt qd̄ philoſophus dicit in. ij. ḋ aīa tria ſunt in anima. potentia. habitus. ⁊ paſſio. ſed caracter non eſt paſſio. quia paſſio cito tranſit. caracter autem indelibilis eſt vt infra dicetur. ſimiliter etiam nō eſt habitꝰ quia nullus habitus eſt qui ſe poſſit vel bene ⁊ male habere. caracter autem ad vtrunꝗ ſe habet. vtrunꝗ enim quidam eo bene. alij vero male quod in habitibus non contingit. nam habitu virtutis nullus vtitur male. habitu malicie nullus vtitur bene. ergo relinquitur ꝙ caracter ſit potentia. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt ſacramenta noue legis caracterem imprimunt. inquantum per ea deputamur ad cultum dei. ſm ritum chriſtiane religionis. vnde dicit Diony. ij. c. eccl. hierarch. cum dixiſſet ꝙ deꝰ quedam ſigno tradit ſui participationem accedenti ſubiungit perficiens eum diuinum ⁊ cōmunicatorem diuinorum. diuinus autem cultus conſiſtit vel in recipiendo aliqua diuina. vel in traditione alijs. ad vtrunꝗ autem horum requiritur quedam potentia. nam ad tradendum aliquid alijs requiritur potentia actiua. ad recipiendum autem requiritur potentia paſſiua. ⁊ ideo caracter importat quandam potentiam ſpiritualem. ordinatam ad ea q̄ ſunt diuini cultus. Sciendum tamen ꝙ hec ſpiritualis potentia eſt inſtrumentalis ſicut ſupra dictum eſt de virtute que eſt in ſacramentis. habere enim ſacramenti caracterem competit miniſtris dei. miniſter autem ſe habet ꝑ modum inſtrumēti. vt philoſophus dicit in. i. politicoꝝ ⁊ ideo ſicut virtus que eſt in ſacramentis non eſt in genere per ſe ſed per reductionem. eo ꝙ eſt quoddam fluens ⁊ incompletum. ita etiam caracter non eſt proprie in genere vel ſpecie. ſed reducitur ad ſecundā ſpeciem qualitatiſ ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ figuratio eſt quedam terminatio quantitatis. vnde proprie loquendo non eſt niſi in rebus corporeis. in ſpiritualibus autem dicitur methaphorice. non autem ponitur aliquid in genere vel ſpecie niſi per id quod de eo proprie predicatur. ⁊ ideo caracter non poteſt eſſe in quarta ſpecie qualitatis licet hoc quidaꝫ poſuerunt. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ in tertia ſpecie qualitatis non ſunt niſi ſenſibiles qualitates vel ſenſibiles paſſiones. caracter aūt non eſt lumē ſenſibile. ⁊ ita nō eſt in tertia ſpecie qualitatis. vt quidam dixerunt. ¶ Ad. iij. dicēdum ꝙ relatō que importatur in nomine ſigni oportet ꝙ ſuper aliquid fundetur. non autem relatō huius ſigni qd̄ eſt caracter. poteſt fundari immediate ſuper eſſentiam aīe quia ſic conueniret omni anime naturaliter. ⁊ iō oportet aliquid poni in anima ſuper quod fundetur talis relatio. ⁊ hoc eſt eſſentia caracteris. vnde non oportebit ꝙ ſit in genere relationis. ſicut quidam poſuerunt. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ caracter habet rationem ſigni per comparationem ad ſacramentum ſenſibile a quo imprimitur. ſed ſm ſe conſideratus. habet rationem principij. ꝑ modum iam dictum.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ caracter ſacramentalis non ſit caracter chriſti dicitur enim ad ephe. iiij. nolite contriſtare ſpiritūſanctū dei in quo ſignati eſtis. Sed conſignatio importatur in ratione caracteris. ergo caracter ſacramentalis magis debet ſpūiſancto attribui quam xpo. ¶ Pre. caracter habet rōnem ſigni. eſt aūt ſignum gratie q̄ per ſacramentum cōfertur. Gratia aūt infunditur aīe a tota trinitate vnde dr̄ in ps̄. grām ⁊ gloriā dabit dn̄s. ergo videt ꝙ caracter ſacramentalis non debeat ſpēaliter xpo attribui. ¶ Pre. ad hoc aliquis caracterē accipit vt eo a ceteris diſtinguatꝰ ſed diſtinctio ſanctoꝝ ab alijs fit ꝑ caritatem. q̄ ſola diſtinguit inter filios regni ⁊ filios perditōis. vt Aug. dicit. xv de trini. vn̄ ⁊ ipſi ꝑditionis filij. caracterem beſtie dicitur habere vt patz. apoc. xiij. Caritas aūt non attribuitur xpo

ſed magis ſpũiſancto ſm illud ad Roma.v. Caritas dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpm̃ſanctũ qui datus ẽ
nobis. vel etiã patri ſm illud .ij. Coꝛ. vlti. gratia dñi nr̃i
ieſu xp̃i. ⁊ caritas dei. ergo videtur ꝙ caracter ſacramen/
talis non ſit attribuendus xp̃o. ¶ Sed contra eſt quod
quidam ſic diffiniunt caracterẽ caracter eſt diſtinctio a ca
ractere eterno impreſſa aĩe rõnali ſm imaginationem cõ
figurans trinitatẽ creatam trinitati creanti. ⁊ diſtinguẽs
a non configuratis ſm ſtatum fidei. Sed caracter etern⁹
eſt ipſe xp̃s ſm illud ad Heb. i. qui cum ſit ſplendoꝛ glie
⁊ figura vel caracter ſubſtantie eius. ergo videtur ꝙ cara
cter ſit ꝓprie xp̃o attribuendus. ¶ Rñ. dõꝫ ꝙ ſicut ex ſu
pra dictis pꝫ caracter eſt ꝓprie ſignaculũ quoddaꝫ a quo
aliquid inſignitur vt ordinandũ in aliquẽ finem. ſicut ca
ractere inſignitur denarius ad vſum cõmutationũ. ⁊ mi/
lites caractere inſigniuntur quaſi ad miliciam deputati.
Homo aũt fidelis ad duo deputatur. ⁊ primo quidem ⁊
principaliter ad fruitionẽ glorie. ⁊ ad hoc inſigniuntur ſi
gnaculo gratie. ſm illud ezech. ix. ſigna thau. ſuper fron/
tes viroꝝ gementium ⁊ dolentium. ⁊ apoc. vij. nolite no
cere terre ⁊ mari neqꝫ arboꝛibus. quoadusqꝫ ſignemus ſer
uos dei noſtri in frontibus eoꝛuꝫ. Secundo aũt deputatᷣ
quiſqꝫ fidelis ad recipiendum vel ad tradendum alijs ca
que pertinent ad cultum dei. ⁊ ideo ad hoc ꝓprie deputatᷣ
caracter ſacramentalis. Totus aũt ritus xp̃iane religionis
deriuatur a ſacerdotio xp̃i. ⁊ ideo manifeſtum eſt ꝙ cara/
cter ſacramentalis ſpecialiter eſt caracter xp̃i. cuius ſacer/
dotio configurantur fideles ſm ſacramentales caracteres
qui nihil aliud ſunt quam quedam participatões ſacer
docij xp̃i ab ipſo chꝛiſto deriuate. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ apo
ſtolus ibi loquitur de configuratione ſm quam aliquis dͤ
putatur ad futuram gloꝛiam. que fit per gratiam que ſpũi
ſancto attribuitur inquantuꝫ ex amoꝛe ꝓcedit ꝙ deus no
bis aliquid gratis largiatur. quod ad rõnem gratie perti/
net. ſpũs autem ſanctus amoꝛ eſt vnde dicitur. i. Coꝛ. vij
diuiſiones gratiarum ſunt idem aũt ſpiritus. ¶ Ad. ij.
dõm ꝙ caracter ſacramentalis eſt res reſpectu ſacramen
ti exteriorꝛis. ⁊ eſt ſacramentum reſpectu vltimi effectus.
⁊ ideo dupliciter poteſt aliquid caracteri attribui. vno
modo ſm rationem ſacramenti. ⁊ hoc modo eſt ſignum
inuiſibilis gratie. que in ſacramento confertur. alio mo/
do ſm caracteris rationem ⁊ hoc modo ſignum eſt confi/
guratiuum alicuiꝰ principali. apud quem reſidet auctoꝛi/
tas eius. ad quod aliquis deputatur. ſicut milites qui de
putantur ad pugnam. inſigniuntur ſigno ducis. quodã/
modo ei configurantur. ⁊ hoc modo illi qui deputantur
ad cultum chꝛiſtianum. cuius auctoꝛ eſt chꝛiſtus. caracte
rem accipiunt. quo configurantur chꝛiſto. vnde ꝓpꝛie
eſt caracter chꝛiſti. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ caractere diſtĩ
guitur aliquid ab alio. per comparationem ad aliquem fi/
nem. in quem oꝛdinantur qui caracterem accipiunt. ſicut
dictum eſt de caractere militari. quo in oꝛdine ad pugnã
diſtinguitur miles regis a milite hoſtis. ⁊ ſimiliter cara/
cter fidelium eſt quo diſtinguitur miles chꝛiſti a ſeruis di
aboli. vel in oꝛdine ad vitam eternam. vel in oꝛdine ad cul
tum preſentis eccleſie. quoꝛum pꝛimum fit per caritatem
⁊ gratiam. vt obiectio procedit. ſcðm autem fit per ſacra/
mentalem caractereꝫ. vnde ⁊ caracter beſtie intelligi põt
ꝑ oppoſitum. vel obſtinata malicia. qua aliqui deputãtur
ad penam eternam. vel pꝛofeſſio illiciti cultus.

## Ad quartu ſic proceditur

Videtur ꝙ caracter non ſit in potentijs anime ſicut ĩ ſub
iecto. Caracter enĩ dicitur eẽ diſpoſitio ad grãm. ſed grã
eſt in eſſentia aĩe ſicut in ſubiecto vt in pꝛima parte dictuꝫ
eſt. ergo videtᷣ ꝙ caracter ſit in eſſentia aĩe. non aũt in po/
tentijs. ¶ Pꝛe. potentia aĩe non videtur eſſe ſubiectum
alicuius niſi habitus vel diſpoſitionis. ſed caracter vt ſu
pra dictum eſt non eſt habitus vel diſpoſitio. ſed magis
potentia. cuius ſubiectum non eſt niſi eſſentia anime.
ergo videtur ꝙ caracter non ſit ſicut in ſubiecto in poten
tia anime. ſed magis in eſſentia ipſius. ¶ Pꝛe. poten/
tie anime rationalis diſtinguuntur per cognitiuas ⁊ ap
petitiuas. ſed non poteſt dici ꝙ caracter ſit tantum in po/
tentia cognitiua. nec etiam tantum in potentia appetiti/
ua. quia non oꝛdinatur neqꝫ ad cognoſcendum tantum
neqꝫ ad appetendum. ſimiliter etiam non poteſt dici ꝙ ſit
in vtraqꝫ. quia idem accidens non poteſt eſſe in diuerſis
ſubiectis. ergo videtur ꝙ caracter non ſit in potentia ani/
me ſicut in ſubiecto ſed magis in eſſentia. ¶ Sed cõtra
eſt ꝙ ſicut in premiſſa diffinitione caracteris continetur
caracter ſic impꝛimitur anime rationali ſm imaginem.
ſed imago trinitatis in anima attenditur ſm potentiam.
ergo caracter in potentijs anime conſiſtit ¶ Rñ. dicendũ
ꝙ ſicut dictum eſt caracter eſt quoddam ſignaculum. q̃
anima inſignitur ad ſuſcipiendum vel alijs tradendum
ea que ſunt diuini cultus. diuinus autem cultus in qui
buſdam actibus conſiſtit. ad actus autem pꝛopꝛie oꝛdinãᷣ
tur potentie anime. ſicut eſſentia oꝛdinatur ad eſſe. ⁊ ido
caracter non eſt ſicut in ſubiecto in eſſentia anime. ſed in
eius potentia. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ſubiectum aĩ
cui accidenti attribuitur ſm rationem eius ad quod pꝛo
pinque diſponitur. non autem ſm rationem eius ad qð
diſponit remote vel indirecte. caracter directe quidem et
pꝛopinque diſponit animam ad ea que ſunt diuini cul/
tus exequenda. ⁊ quia hec idonea non fiunt ſine auxilio
gratie. quia vt dicitur Johan. iiij. eos qui adoꝛant deum
in ſpiritu ⁊ veritate adoꝛare opoꝛtet ex conſequenti diui/
na largitas recipientibus caracterem gratiam largitur. ꝑ
quam digne impleant ad que deputantur. ⁊ ideo cara/
cteri magis eſt attribuendum ſubiectum ſm rõnem actu
um ad diuinum cultum pertinentium quã ſm rationem
gratie. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ eſſe anime eſt ſubiectum potẽtie
naturalis que ex pꝛincipijs eſſentie pꝛocedit. talis autem
potentia non eſt caracter. ſed eſt quedam ſpiritualis potẽ
tia ab extrinſeco adueniente. vnde ſicut eſſentia anime ꝑ
quam naturalis eſt vita hominis perficitur per gratiam
qua anima ſpiritualiter viuit. ita potentia naturalis aĩe
perficitur per ſpiritualem potentiam que eſt caracter. ha
bitus enim ⁊ diſpoſitio pertinent ad potentiam anime.
eo ꝙ oꝛdinantur ad actus. quoꝛum potentie ſunt pꝛinci/
pia. ⁊ eadem ratione omne quod ad actum oꝛdinatur eſt
potentie attribuendum. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ ſicut dictũ eſt
caracter oꝛdinatur ad ea que ſunt diuini cultus. qui qui/
dem eſt quedam fidei pꝛoteſtatio. per exterioꝛa ſigna ⁊ iõ
opoꝛtet ꝙ caracter ſit in cognitiua potẽtia anime. in qua
eſt fides.

## Ad quintum ſic procedit

Videtur ꝙ caracter non inſit aĩe indelibiliter q̃to enim
aliquod accidens eſt ꝑfectius tanto firmius inheret. ſed
grã eſt ꝑfectioꝛ quã caracter. qꝛ caracter oꝛdinatᷣ ad grãm
ſicut ad vlterioꝛẽ finẽ. gratia aũt amittitur ꝑ peccatũ ergo
multomagis caracter. ¶ Pꝛe. ꝑ caracterẽ aliquis depu

cantur diuino cultui ſicut dictum eſt. ſed aliqui a cultu di
uino tranſeunt ad contrarium cultum. ꝑ apoſtaſiam a fi
de. ergo videtur ꝙ tales amittant caracterem ſacramenta
lem. ¶ Pre. ceſſante fine ceſſare oportet id quod eſt ad fi
nem alioquin fruſtra remaneret. ſicut poſt reſurrectioneꝫ
non erit matrimonium. quia ceſſabit generatio. ad quã
matrimonium ordinatᷣ. cultus aũt exterior ad quem cara
cter ordinatur non remanebit in patria in qua nihil agetᷣ
in figura ſed totum in veritate nuda. ergo caracter ſacra
mentalis non remanet in ꝑpetuuꝫ in anima ⁊ ita non in
eſt indelibiliter. ¶ Sed contra eſt quod Aug. dicit in. ij
ꝯ permenianũ. non minus habẽt ſacramenta xpiana ꝙ̃
corporalis milicie nota. ſed caracter militaris non repeti
tur. ſed agnitus approbatᷣ in eo qui veniaꝫ meretur ab im
peratore poſt culpam. ergo nec caracter ſacramentalis de
leri poteſt. ¶ Rñ. dicẽdum ꝙ ſicut dictum eſt caracter ſacra
mentalis eſt quedam participatiõ ſacerdocij in fidelibus
eius. vt ſcilicet ſicut chriſtus habet plenam ſpiritualis ſa
cerdocij poteſtatem. ita fideles eius ei configuranᷣ in hoc
ꝙ participant aliquam ſpiritualem poteſtatem. reſpectu
ſacramentorum ⁊ eorum que pertinent ad diuinum cul
tum. ⁊ propter hoc etiam chriſto non competit habere ca
racterem. ſed poteſtas ſacerdocij eius comparatur ad ca
racterem ſacerdocij. ſicut id quod eſt plenum ⁊ perfectuꝫ
ad aliquam ſui participationem. ſacerdotium autem xpi
eſt eternum ſm illud pſ. tu es ſacerdos in eternuꝫ ſm or
dinem ⁊c. ⁊ inde eſt ꝙ omnis ſanctificatio que fit per ſa
cerdotium eius eſt perpetua. re conſecrata manente. qđ
patet etiam in rebus inanimatis. nam eccleſie vel altaris
manet conſecratio ſemper. niſi deſtruatur. cum ergo aĩa
ſit ſubiectum caracteris ſm intellectiuam partem in qua
eſt fides vt dictum eſt manifeſtum eſt ꝙ ſicut intellectus
perpetuus eſt ⁊ incorruptibilis. ita caracter indelibiliter
manet in anima. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ aliter eſt in
anima gratia. ⁊ aliter caracter. nã gratia eſt in anima ſicut
quedam forma habens eſſe completum in ea. caracter aũt
eſt in anima ſicut quedam virtus inſtrumentalis. vt ſup
dictum eſt. forma autem completa eſt in ſubiecto ſm con
ditionem ſubiecti. ⁊ quia anima eſt mutabil ſm liberuꝫ
arbitrium ꝙ̃diu eſt in ſtatu vie. conueniens eſt ꝙ inſit
aĩe mutabiliter. ſed virtus inſtrumentalis magis atten
ditur ſm conditionem principalis agentis. ⁊ ideo cara
cter indelibiliter ineſt aĩe. non propter ſui ꝑfectionem. ſꝫ
ꝓpter perfectionem ſacerdotij chriſti a quo deriuatur ca
racter. ſicut quedam inſtrumentalis virtus. ¶ Ad. ij. di
cendum ꝙ ſicut ibidem dicit auguſtinus nec ipſos apoſta
tas. vidimus carere baptiſmate. quibus per penitentiam
redeuntibus non reſtituitur. ⁊ ideo amitti non potuiſſe iu
dicatur. Et huius ratio eſt. quia caracter ẽ virtus inſtru
mentalis. vt dictum eſt. ratio autem inſtrumenti conſiſtit
in hoc ꝙ ab alio moueatur. non autem in hoc ꝙ ipſum ſe
moueat. quod pertinet ad voluntatem. ⁊ ideo quantum
cunqꝫ voluntas moueatur in contrarium. caracter non re
mouetur propter immobilitatem principalis mouentis
¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ꝙ̃uis poſt hanc vitam non re
maneat exterior cultus. remanet tamen finis illius cultuſ
⁊ ideo poſt hanc vitaꝫ remanet caracter. ⁊ in bonis ad eo
rum gloriam. ⁊ in malis ad eorum ignominiaꝫ. ſicut etiã
militaris caracter in militibꝰ remanet pꝰ adeptã victoriã
⁊ in his q̃ vicerũt ad gl'iam. ⁊ in his q̃ ſunt victi ad penã

## Ad ſextum ſic proceditur

Videtur ꝙ ꝑ oĩa ſacramenta noue legiſ imprimatᷣ caract
Per oĩa enĩ ſacramenta noue legis fit aliquis ꝑticeps
ſacerdocij xpi. ſed caracter ſacramẽtalis nihil eſt aliud ꝙ̃
ꝑticipatio ſacerdocij xpi vt dictuꝫ eſt. ergo videtᷣ ꝙ ꝑ oĩa
ſacramenta noue legis imprimatᷣ caracter. ¶ Pre. caract
ſe hꝫ ad aĩam in qua eſt. ſicut conſecratio ad res cõſecra
tas. ſed ꝑ quodlibet ſacramentũ noue legiſ homo recipit
gratiam ſanctificantem. vt ſupra dictum eſt. ergo videtur
ꝙ ꝑ quodlibet ſacramentũ noue legis imprimatᷣ caracter
¶ Pre. caracter eſt res ⁊ ſacramentum. ſed in quolibet
ſacramẽto noue legis eſt aliquid quod eſt res tm̃. ⁊ aliqđ
qđ eſt ſacramentũ tm̃. ⁊ aliquid qđ eſt res ⁊ ſacramentũ.
g̃ ꝑ quodlibet ſacrm̃ noue legis imprimitᷣ caracter. ¶ Sꝫ
contra eſt ꝙ ſacramenta in quibus imprimitᷣ caracter nõ
reiterantur eo ꝙ caracter indelibilis eſt vt dictuꝫ eſt. que
dam autem ſacramenta reiterantur ſicut patet de penitẽ
tia ⁊ matrimonio. ergo non omnia ſacramenta caracte
rem imprimunt. ¶ Rñ. dicẽdum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſa
cramenta noue legis ad duo ordinantur. ſcilicet in reme
dium peccati ⁊ ad cultum diuinum. eſt autem omnibus
ſacramentis cõmune. ꝙ per ea exhibetur aliquod reme
dium contra peccatum. per hoc ꝙ gratiam conferunt. nõ
aũt omnia ſacramenta ordinantur directe ad cultum di
uinum. ſicut patet de penitentia. per quam homo liberatᷣ
a peccato. non aũt ꝑ hoc ſacramentum exhibetur homini
aliquid de nouo pertinens ad diuinum cultum. ſed reſti
tuitur in ſtatum priſtinũ. Pertinet aũt aliquod ſacrifi
cium ad diuinum cultum tripliciter. vno modo per mo
dum ipſius actionis. alio modo per modum agentis. tertiõ
modo per modum recipientis. Per modum quidem ip
ſius actionis pertinet ad cultum diuinum eucharitſia. in
qua principaliter diuinus cultus conſiſtit. inquantum ẽ
eccleſie ſacrificium. ⁊ per hoc idem ſacrificium ſeu ſacra
mentum non imprimitᷣ homĩ caracter. quia per hoc ſacra
mentum non ordinatur homo ad aliquid aliud vlterius
agendum vel recipienduꝫ in ſacramentis. cum potius ſit
finis ⁊ conſumatio omnium ſacramentorum. vt Diony.
dicit. iiij. celeſtis hierarchie. continet tamen in ſeipſo xpm
in quo non eſt caracter ſed tota ſacerdocij plenitudo. Sꝫ
ad agentes in ſacramentis pertinet ſacramentum ordiniſ
quia per hoc ſacramentum deputantur homines ad ſacra
menta alijs tradendo. Sed ad recipientes pertinet ſacra
mentum baptiſmi. per quod homo accipit poteſtatem re
cipiendi alia eccleſie ſacramenta. vnde baptiſmus dicitᷣ
eſſe ianua ſacramentorum. ⁊ ad idem etiam ordinatᷣ con
firmatiõ vt infra dicetur ſuo loco. Et ideo ꝑ hec tria ſacra
menta caracter imprimitᷣ. ſcꝫ per baptiſmum cõfirmatiõeꝫ
⁊ ordinem. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ per omnia ſacra
fit homo particeps ſacerdocij chriſti vtpote percipiens ali
quem effectum eius. non tamen per omnia ſacramenta
aliquis deputatᷣ ad agendũ aliquid vel recipiendum qđ
pertineat ad cultuꝫ ſacerdocij xpi. qđ quidẽ exigitᷣ ad hoc
ꝙ ſacramentũ caracterẽ imprimat. ¶ Ad. ij. dđꝫ ꝙ ꝑ oĩa
ſacramenta ſanctificatᷣ hõ. ꝑ hoc ꝙ ſanctitas importat mũ
diciam a pctõ. qđ fit ꝑ gratiã. ſed ſpẽaliter ꝑ quedã ſacra
mẽta q̃ caracterẽ imprimũt. hõ ſanctificatᷣ q̃dã ꝯſecratiõe
vtpote deputatus ad diuinũ cultũ. ſicut etiã res inaĩate
ſanctificari dicunᷣ. inquantũ diuino cultui deputanᷣ.
¶ Ad. iij. dđ. ꝙl'ꝫ caracter ſit res ⁊ ſacramentũ non tamẽ
oportet id qđ ẽ res ⁊ ſacrm̃ eẽ caracterẽ. quid aũt ſit res ⁊
ſacramentum in alijs ſacramentis. infra dicetur.

¶ Queſtio. LXIIII.

# Deinde cōſiderandū

eſt de cauſis ſacramentoꝝ. ſiue ꝑ auctoritatē ſiue ꝑ miniſterium. Et circa hoc querunṫ. x. Primo vtꝝ ſolus deus interius operaṫ in ſacramentis. Secundo vtꝝ inſtitutio ſacramētoꝝ ſit ſolum a deo. Tertio de poteſtate quaꝫ xp̄s habuit in ſacramentis. Quarto vtꝝ illam poteſtatem potuerit alijs cōicare. Quinto vtꝝ poteſtas miniſterij in ſacramentis conueniat malis. Sexto vtrū mali peccent diſpenſando ſacramēta. Septimo vtrū angeli poſſunt eſſe miniſtri ſacramentorum. Octauo vtꝝ intentio miniſtri requiratur in ſacramentis. Nono vtꝝ requiraṫ ibi recta fides. ita ſcꝫ ꝙ infidelis nō poſſit tradere ſacramentum. Decimo vtꝝ requiratur ibi recta intentio.

## Ad primum ſic procediṫ.

Videṫ ꝙ non ſolum deus ſed etiam miniſter interi⁹ operetur ad effectum ſacramenti. Interior enim effectus ſacramēti eſt vt homo purgeṫ a peccatis. ⁊ illumineṫ ꝑ gratiā ſed ad miniſtros eccleſie pertinet purgare illuminare ⁊ ꝑficere vt patet per Diony. v. ca. cel'. hierar. ḡ videṫ ꝙ nō ſolus deus ſed etiam miſtri eccleſie opeṅṫ ad ſacramenti effectum. ¶ Pre. In collatione ſacramentoꝝ quedam orationum ſuffragia preponunṫ ſed orationes iuſtoꝝ ſūt magis apud deum exaudibiles ꝗ̄ quorumcunqꝫ. ſm illud Iohannis. ix. Si quis dei cultor ē ⁊ voluntatem dei facit hunc deus exaudit. ḡ videṫ ꝙ maiorem effectum ſacramenti ꝯſequitur ille qui recipit illum a bono miniſtro Sic ḡ miniſter opatur ad interiorem effectum. ⁊ non ſolus de⁹. ¶ Pre. Dignior ē homo ꝗ̄ res inanimata ſꝫ res inanimata aliquid operaṫ ad effectum interiorem. nam aqua corpus tangit ⁊ cor abluit vt Aug. dicit ſuper Iohannem. ḡ homo aliquid operaṫ ad interiorem effectuꝫ ſacramenti, ⁊ non ſolus deus. ¶ Sed ꝯ͂ eſt qḋ dicitur ad Ro. viij. Deus eſt qui iuſtificat. cum ḡ interior effectus oīm ſacramentoꝝ ſit iuſtificatio videṫ ꝙ ſolus deus operetur interiorem effectum ſacramenti. ¶ Rñ. dd. ꝙ operari aliquem effectum ꝯtingit dupliciter. Uno modo ꝑ modum principalis agentis. Alio modo ꝑ modum miniſtri. Primo ḡ modo ſolus deus interiorem effectum ſacramenti operatur. tum q2 ſolus deus illabiṫ anime. in qua ſacramenti effectus ꝯſiſtit. non autem poteſt aliquid immediate operari vbi non eſt. tum q2 gratia que interior ſacramēti effectus eſt. ē a ſolo deo vt in ſecunda ꝑte habitū eſt. caracter etiam qui eſt interior quorundam ſacramentorum effectus eſt virtus inſtrumentalis que manat a principali agente qḋ eſt deus. Secundo autem modo homo poteſt operari ad interiorem effectum ſacramenti. inꝗ̄tū opaṫ per modum miniſtri. nam eadem eſt ratio miniſtri ⁊ inſtrumenti. vtriuſqꝫ enim actio exterius exhibeṫ. ſꝫ ſortitur effectum interiorem ex ꝟtute principalis agentis qḋ eſt deus. ¶ Ad. i. ḡ dd. ꝙ purgatio ſm ꝙ attribuiṫ miniſtris eccleſie non eſt a peccato. ſed dicunṫ dyaconi purgare. inꝗ̄tum vel immundos eijciunt a cetu fidelium. vel eos ſacris ammonitionibꝫ diſponunt. ad ſacramentorum receptionem. Similiter etiam ſacerdotes illuminare dicunṫ ſacrum populum. non quidem gratiam infundēdo. ſed ſacramenta eccleſie tradendo vt patet ꝑ Diony. ibidem ¶ Ad. ij. dd. ꝙ orationes que dicunṫ in ſacramētorum collatione ꝓponunṫ deo. nō ex ꝑte ſingularis ꝑſone ſed ex ꝑte totius eccl'ie. cuius ꝓces ſunt apud deum exaudibiles. ſm illud Matth. xix. Si duo ex vobis ꝯſenſerīt ſup terram de oī re quācunqꝫ petierint fiat eis a pr̄e meo. Nihil tn̄ prohibet quin deuotio miniſtri ad hoc aliquid operetur. illud tn̄ qḋ eſt ſacramenti effectus non impetraṫ oratione eccl'ie vel miniſtri ſed ex merito paſſionis xp̄i. cuius ꝟtus in ſacramentis opaṫ vt dictum ē. vn̄ effectus ſacramenti non daṫ melior ꝑ meliorem miniſtꝝ aliquid tn̄ annexum impetrari pōt recipienti ſacramentum ꝑ deuotionem miniſtri. nec tn̄ miniſter operaṫ illud. ſed īpetrat ad opanduꝫ a deo. ¶ Ad. iij. dd. ꝙ res inaīate nō opanṫ ad interiorem effectum niſi inſtrumentaliter vt dictum ē ⁊ ſimiliter hoīes non opanṫ ad ſacramentoꝝ effectuꝫ. niſi ꝑ modum miniſterij vt dictum ē.

## Ad ſecundū ſic procediṫ

Videṫ ꝙ ſacramenta non ſint ſolum ex inſtitutione diuina. Ea enim que ſunt diuinitus inſtituta traduntur nobis in ſacra ſcriptura. ſed quedam aguṅṫ in ſacramentis de quibꝫ nulla fit mentio in ſacra ſcriptura puta de criſmate. ꝗ homines ꝯfirmanṫ. ⁊ de oleo. ꝗ ſacerdotes inunguṅṫ ⁊ de multis alijs tam ꝟbis ꝗ̄ factis. quibꝫ vtimur in ſacramentis. non ḡ ſacramenta ſunt ſolum ex inſtitutione diuina. ¶ Pre. Sacramenta ſunt quedaꝫ ſigna. res autem ſenſibiles naturaliter quedaꝫ ſignificant. nec pōt dici ꝙ deus quibuſdaꝫ ſignificationibꝫ delecteṫ ⁊ nō alijs. q2 oīa ꝗ fecit approbat. hoc autem proprium videṫ eſſe demonum vt quibuſdam ſignis ad aliquid alliciaṅṫ. dicṫ enim Aug. xxi. de ciui. dei. alliciunṫ demones ꝑ creaturas quas non ipſi ſed deus ꝯdidit delectabilibꝫ ꝓ ſua diuerſitate diuerſis. vt non animalia cibis. ſed vt ſpūs ſignis non ḡ videṫ ꝙ ſacramenta indigeant eſſe ex inſtitutione diuina. ¶ Pre. Apoſtoli dei vicem dei geſſerunt in terris. vn̄ Apoſtolus dicit. ij. Coꝝ. ij. Nam ⁊ ego qḋ donaui ſi quid donaui, ꝓpter vos in ꝑſona xp̄i. i. ac ſi ipſe xp̄s donaſſet. ſic ḡ videṫ ꝙ apoſtoli ⁊ eoꝝ ſucceſſores poſſint noua ſacramēta inſtituere. ¶ Sed ꝯ͂ eſt ꝙ ille qui inſtituit aliquid eſt ille qui dat ei robur ⁊ ꝟtuteꝫ. ſicut patꝫ de inſtitutoribꝫ legum. Sed ꝟtus ſacramenti ē a ſolo deo vt ex dictis patet. ḡ ſolus deus poteſt inſtituere ſacramentum. ¶ Rñ. dd. ꝙ ſicut ex ſupradictis patet ſacramenta inſtrumentaliter opanṫ ad ſpūales effectus. inſtrumentū aūt hꝫ ꝟtuteꝫ a principali agente. agens aūt reſpectu ſacramenti ē duplex. ſ. inſtituens ſacramentū. ⁊ vtēs ſacramento inſtituto. applicando videlicet ipm̄ ad inducendū effectum. ꝟtus aūt ſacramenti non pōt eſſe ab eo qui vtitur ſacramento. q2 non opaṫ niſi ꝑ modū miſtri. vn̄ relinquiṫ ꝙ ꝟtus ſacramenti ſit ab eo qui inſtituit ſacramētuꝫ. cum ḡ ꝟtus ſacramenti ſit a ſolo deo ꝓueniens eſt ꝙ ſol⁹ deus ſit ſacramentoꝝ inſtitutor ¶ Ad. i. ḡ dd. ꝙ illa que aguṅṫ in ſacramentis ꝑ homines inſtituta non ſunt de neceſſitate ſacramenti. ſed ad quandam ſolennitatem. ꝗ adhibeṫ ſacramentis ad excitandam deuotionem. ⁊ reuerentiam. in his ꝗ ſacramenta recipiunt. ea ꝟo que ſunt de neceſſitate ſacramenti ſunt ab ipſo xp̄o inſtituta. qui ē deus ⁊ homo. ⁊ licꝫ non omnia ſint tradita in ſcripturis. habet tamen ea eccleſia ex familiari apoſtoloꝝ traditione. ſicut Apoſtolus dicit. i. Coꝝ. xi. Cetera cum venero diſponam. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ res ſenſibiles aptitudinem habent ad ſignificandum ſpirituales effecus ex ſui natura. Sed iſta aptitudo determinatur ad ſpecialem ſignificationem ex inſtitutione ſcilicꝫ diuina. et hoc eſt qḋ dicit Hugo de ſancto victore. ꝙ ſacramentum

ex inſtitutione ſignificat. preelegit tamē deus aliquas res alias ad ſignificationes ſacramentales. non quia ad eas contrahatur eius effectus. ſed vt ſit conuenientior ſignificatio. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ apoſtoli ⁊ eorum ſucceſſores ſunt vicarij dei. quantum ad regimen eccleſie a deo inſtitute per fidem ⁊ fidei ſacramenta. vnde ſicut non licet eis conſtituere aliam eccleſiam. ita non licet eis tradere aliā fidem. neqꝫ inſtituere alia ſacramenta. ſed per ſacramenta que de latere chriſti pendentis in cruce fluxerunt dicitur eſſe fabricata xpi eccleſia.

## ¶ Ad tertium ſic proceditur.

Videtur ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo habuit poteſtatem operandi interiorem effectum ſacramentoꝝ. Dicit enim Johannes baptiſta vt habetur Johannis .i. Qui me miſit baptizare in aqua ille mihi dixit. ſuper quē videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manentem ſuper eum hic eſt qui baptiſat in ſpiritu ſancto. Sed baptizare in ſpiritu ſancto eſt interius gratiam ſpiritus ſancti conferre. ſpiritus autē ſanctus deſcendit ſuper chriſtum inquantum homo non inquantum deus. quia ſic ipſe dat ſpiritum ſanctum. ergo videtur ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo habuit poteſtatē interiorem effectum ſacramentoꝝ cauſandi. ¶ Pre. Mathei .ix. Dominus dixit ſciatis ꝙ filius hominis habet in terra poteſtatem dimittendi peccata. ſed remiſſio peccatoꝝ eſt interior effectus ſacramenti. ergo videtur ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo interiorem effectum ſacramentorum operatur. ¶ Preterea. Inſtitutio ſacramentorum pertinet ad eū qui tanqꝫ principale agens operatur ad interiorem ſacramenti effectum. Manifeſtum eſt autem ꝙ chriſtus ſacramenta inſtituit. ergo ipſe ē qui interius operatur ſacramentorum effectus. ¶ Preterea. Nullus poteſt ſine ſacramento effectum ſacramenti conferre niſi propria virtute effectum ſacramenti operetur. ſed chriſtus ſine ſacramento cōtulit ſacramenti effectum. vt patet in Maria magdalena cui dixit. dimittuntur tibi peccata multa. ergo videtur ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo operatur interiorem ſacramenti effectum. ¶ Pre. Illud in cuius virtute ſacramentum operatur eſt principale agens ad interiorem effectum. ſed ſacramenta habent virtutem ex paſſione chriſti. ⁊ inuocatione nominis eius. ſm illud .i. Cor. i. Nunquid paulus pro vobis crucifixus eſt. aut in nomine pauli baptiſati eſtis. ergo chriſtus inquantum homo operatur interiorem effectum ſacramenti. ¶ Sed contra eſt quod Aug. dicit in ſacramentis diuina virtus ſecretius operatur ſalutem. diuina autem virtus eſt chriſti ſm ꝙ deus. non autem ſm ꝙ homo. ergo chriſtus non operatur interiorem ſacramenti effectum ſm ꝙ homo. ſed ſm ꝙ deus. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ad interiorem ſacramentoꝝ effectum operatur chriſtus. et ſm ꝙ eſt deus. ⁊ ſm ꝙ eſt homo. aliter tamen ⁊ aliter. nam ſm ꝙ eſt deus operatur in ſacramentum per auctoritatē. ſm autem ꝙ eſt homo operatur ad interiores effectus ſacramentorum meritorie. ⁊ efficienter. ⁊ inſtrumentaliter. dictum eſt enim ꝙ paſſio xpi que competit ei ſm humanam naturam cauſa eſt noſtre iuſtificationis ⁊ meritorie ⁊ effectiue. nō quidem per modum principalis agentis ſiue per auctoritatem ſed per modum miniſtri inquantum humanitas ē inſtrumentū diuinitatis eius vt ſupra dictum ē. ſed tamen quia eſt inſtrumentum coniunctum diuinitati in perſona habet quandam principalitatem ⁊ cauſalitatē reſpectu inſtrumentoꝝ extrinſecorum. qui ſunt miniſtri eccleſie. ⁊ ipſa ſacramenta. vt ex ſupradictis patet. ⁊ ideo ſicut xpus inquantum deus habet poteſtatem auctoritatis in ſacramentis ita inquantum homo habet poteſtatem miniſterij principalis ſiue poteſtatem excellentie. que conſiſtit in quatuor. Primo quidem in hoc ꝙ meritum ⁊ virtus paſſionis eius operatur in ſacramentis vt ſupra dictum ē. Et quia virtus paſſionis copulatur nobis per fidem. ſm illud ad Ro. iij. Quem propoſuit deus propiciatorem per fidem in ſanguine eius. quā fidem per inuocationem nominis xpi proteſtamur. ideo ſecundo ad poteſtatem excellentie quam xpus habet in ſacramentis pertinet ꝙ in eius nomine ſacramenta ſanctificantur. Et quia ex inſtitutione ſacramentoꝝ ſacramenta virtutem obtinent inde ē ꝙ tertio ad excellentiam poteſtatis xpi pertinet ꝙ ipſe qui dedit virtutem ſacramentis potuit inſtituere ſacramenta. Et quia cauſa nō dependet ab effectu ſed potius econuerſo quarto ad excellentiam poteſtatis xpi pertinet ꝙ ipſe potuit effectum ſacramentoꝝ ſine exteriori ſacramento conferre. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta. vtraqꝫ enim pars obiectionum vera ē vt dictum eſt ſm aliquid.

## ¶ Ad quartum ſic proceditur

Videtur ꝙ xpus poteſtatem ſuam quam habuit in ſacramentis non potuit miniſtris cōicare vt enim argumentatur Auguſtinus contra maximianum ſi potuit ⁊ non voluit inuidus fuit. Sed inuidia longe fuit a xpo. in quo fuit ſumma plenitudo charitatis. ergo cum xpus non cōicauerit ſuam poteſtatem miniſtris videtur ꝙ non potuerit cōicare. ¶ Pre. Super illud Johannis .xiiij. Maiora horum faciet. dicit Aug. Proſſus maius hoc eſſe dixerim vt ex impio iuſtus fiat quam creare celum ⁊ terram. ſed xpus nō potuit ſuis diſcipulis cōicare ꝙ crearent ⁊ celum ⁊ terram. ergo neqꝫ ꝙ iuſtificent impium. cum ergo iuſtificatio impij fiat per poteſtatem xpi quam habet in ſacramentis videtur ꝙ poteſtatē ſuam quā habet in ſacramentis non potuit miniſtris cōicare. ¶ Pre. Chriſto inquantum eſt caput eccleſie competit vt ab ipſo gratia deriuetur ad alios ſm illud Johannis .i. De plenitudine eius omnes accepimus. ſed hoc non fuit alijs cōicabile. quia ſic eccleſia eſſet monſtruoſa. multa capita habens. ergo videtur ꝙ xpus ſuam poteſtatem non potuit alijs cōicare. ¶ Sed contra eſt ꝙ ſuper illud Johannis .i. Ego neſciebam eum dicit Aug. ꝙ non nouerat poteſtatem baptiſmi ipſum dominum habiturum ⁊ ſibi retenturū. hoc autem non ignoraſſet Johannes ſi talis poteſtas cōmunicabilis non eſſet. potuit ergo chriſtus ſuam poteſtatem miniſtris communicare. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut dictum eſt chriſtus in ſacramentis habuit duplicem poteſtatem. vnam auctoritatis. que competit ei ſm ꝙ deus. ⁊ talis poteſtas nulli creature potuit cōmunicari. ſicut nec diuina eſſentia. aliam poteſtatem habuit excellentie. que competit ei ſm ꝙ homo. ⁊ talem poteſtatem potuit xpus miniſtris cōicare. dando ſcilicet eis tantam gratie plenitudinem vt eoꝝ meritum operaretur ad ſacramentoꝝ effectus. vt ad inuocationem nominum ipſoꝝ ſanctificarentur ſacramenta. ⁊ vt ipſi poſſent ſacramentum inſtituere. ⁊ ſine ritu ſacramentoꝝ effectum conferre ſolo imperio. poteſt enim inſtrumentum coniunctum quanto fuerit fortius tanto magis virtutem ſuam inſtrumento ſeparato tribuere. ſicut manus baculo. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ chriſtus nō ex inuidia pretermiſit poteſtatem excellentie miniſtris cōicare ſed propter fidelium vtilitatem ne in homine ſpem ponerent et eſſent diuerſa ſacramenta. ex quibus diuiſio in eccleſia oriretur. ſicut apud illos qui dicebāt ego ſum pauli. ego autē apollo. ego vero cephe. vt patet .i. Cor. i. ¶ Ad ſecundum dicendū ꝙ obiectio illa procedit de poteſtate auctoritatis. que conuenit chriſto ſecundum ꝙ eſt deus licet etiam poteſtas

excellentie poſſit auctoritas nominari. per comparationē ad illos miniſtros. vnde ſuper illud. i. Cor. i. Diuiſus ē chriſtus dicit glo. ꝙ potuit eis dare auctoritatem baptiſmi quibus contulit miniſterium. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ ad hoc inconueniens euitanduꝫ ne ſcꝫ multa capita in eccleſia eſſent chriſtus noluit poteſtatem ſue excellētie miniſtris cōmunicare. ſi tamen communicaſſet ipſe eſſet caput principaliter. alij vero ſecundario.

## Ad quintum ſic proceditur

Videtur ꝙ per malos miniſtros ſacramenta ꝯferri nō poſſint. Sacramenta enim legis ordinantur ad emundatōnem culpe ⁊ collationem gratie. ſed mali cum ſint immūdi non poſſunt alios a peccatis mundare ſm illud Ecc. xxxiiij. Ab immundo quis mundabitur. ⁊ etiam cum gratiam non habeant videtur ꝙ gratiam conferre non poſſint quia nullus dat qđ non habet. non ergo videtur ꝙ per malos ſacramenta conferri poſſint. ¶ Preterea. Tota virtus ſacramentoꝝ deriuatur a chriſto vt dictum eſt. ſed mali ſunt preciſi a chriſto. qꝛ non habent charitatem. ꝑ quaꝫ membra capiti vniuntur ſm illud. Johannis. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. ḡ videtur ꝙ per malos ſacramenta conferri non poſſint. ¶ Pre. Si deficit aliquid eorum que debitum eſt eſſe in ſacramentis non perficitur ſacramentum. ſicut ſi deficit debita forma vel materia. ſed debitus miniſter ſacramenti ē ille qui caret macula peccati. ſm illud Leuiti. xxi. Homo de ſemie tuo per familias qui habuerit maculaꝫ non offeret panes deo ſuo. nec accedit ad miniſterium eius. ḡ videtur ꝙ ſi miniſter ſit malus nihil efficiatur in ſacramento. ¶ Sed contra ē qđ Aug. dicit ſuper illud Johannis. i. Sup quem videris ſpiritum ſanctum ⁊c. ꝙ non nouerat Johannes poteſtatem baptiſmi ipſum dominum habituꝝ et ſibi retenturum. ſed miniſteriuꝫ plane tranſiturum in bonos et malos quid tibi facit malus miniſter vbi bonus eſt dominus. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut dictum ē miniſtri eccleſie inſtrumentaliter operantur in ſacramentis. eo ꝙ quodammodo ē eadem ratio miniſtri ⁊ inſtrumenti. ſicut autem ſupra dictum ē. inſtrumentum aūt non agit ſm propriam formā ſed ſm virtutem eius a quo mouetur. ⁊ ideo accidit inſtrumento inqꝫtum eſt inſtrumentum qualemcunqꝫ formaꝫ vel virtutem habeat. preter id qđ exigitur ad rationem inſtrumenti. ſicut qđ corp⁹ medici qđ eſt inſtrumentuꝫ anime habentis artem ſit ſanum vel infirmum ⁊ ſicut ꝙ fiſtula ꝑ quam tranſit aqua ſit argentea vel plumbea, vñ miniſtri eccleſie poſſunt ſacramenta conferre. etiaꝫ ſi ſint mali. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ miniſtri eccleſie neqꝫ a peccatis mundant homines ad ſacramenta accedentes neqꝫ gratiaꝫ cōferunt ſua virtute. ſed hoc facit chriſtus ſua poteſtate per eos. ſicut per quedam inſtrumenta. ⁊ ideo effectus conſequitur in ſuſcipientibus ſacramenta. non ſm ſimilitudinē miniſtrorum. ſed ſm configurationem ad chriſtū. ¶ Ad ij. dō. ꝙ per charitatem membra chriſti vniuntur capiti ſuo vt ab eo vitam recipiant. quia vt dicitur. i. Johannis. iij. Qui non diligit manet in morte. poteſt aūt aliquis operari per inſtrumentuꝫ carens vita. ⁊ a ſe ſeparatum qꝫtuꝫ ad corporis vnionem. dummodo ſit ꝯiunctuꝫ per quandā motionem aliter enim operatur artifex per manuꝫ. ⁊ aliter ꝑ ſecurim. ſic ḡ chriſtus operatur in ſacramentis. ⁊ per malos. tanqꝫ per inſtrumēta vita carentia ⁊ per bonos. tāqꝫ per membra viuentia. ¶ Ad tertium dicendū ꝙ aliquid eſt debitum eſſe in ſacramento dupliciter. Uno modo ſicut exiſtens de neceſſitate ſacramenti qđ quidem ſi deſit nō perficitur ſacramentum. ſicut ſi deſit debita forma vel debita materia. Alio modo eſt aliquid debitum eſſe in ſacramento ſm quandam decentiam, ⁊ hoc modo debitum eſt vt miniſtri ſacramenti ſint boni.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videtur ꝙ mali miniſtrantes ſacramenta non peccent. Sicut enim miniſtratur deo in ſacramentis ita per opera charitatis. Unde dicitur ad Hebre. vltimo. Beneficentie et cōmunionis nolite obliuiſci. talibus enim hoſtijs promeretur deus. Sed mali non peccant ſi miniſtrant deo in operibus charitatis. quinimo hoc eſt conſulenduꝫ. ſm illud Dañ. iiij. Conſilium meum regi placeat. peccata tua elemoſynis redime. ergo videtur ꝙ mali non peccent in ſacramentis miniſtrando. ¶ Preterea. Quicunqꝫ communicat alicui in peccato ⁊ ipſe eſt reus peccati. ſm illud ad Ro. i. Dignus eſt morte non ſolum qui peccatuꝫ agit ſed ⁊ qui conſentit facientibus ſed ſi mali miniſtri peccēt ſacramenta miniſtrando illi qui ab eis ſacramenta recipiunt eis in peccatis cōmunicant. ergo ⁊ ipſi peccarent. qđ videtur eſſe inconueniens. ¶ Preterea. Nullus videtur eſſe perplexus. quia ſic homo cogeretur deſperare. quaſi non poſſet peccatum euadere. ſed ſi mali peccarent ſacramenta tradendo eſſent perplexi. quia etiaꝫ quandoqꝫ peccarent ſi ſacramenta non traderent. puta cum eis ex officio incumbit neceſſitas. dicitur enim. i. Cor. ix. Ve mihi ⁊ ſi non euangelizauero. neceſſitas enim mihi incumbit. quandoqꝫ etiam propter periculum ſicut ſi puer in periculo mortis exiſtens offeratur alicui peccatori baptiſand⁹ ergo videtur ꝙ mali non peccent ſacramenta miniſtrando. ¶ Sed contra eſt qđ Diony. dicit. i. ca. eccle. hierar. ꝙ malis non eſt fas neqꝫ tangere ſymbola. i. ſacramentalia ſigna. ⁊ in epiſtola ad themophilum dicit. talis ſcꝫ peccator audax videtur. ſacerdotalibus manum imponens. ⁊ non timet neqꝫ verecundatur diuina preter dignitatem exequens. ⁊ deū putans ignorare qđ ipſe in ſeipſo cognouit. ⁊ decipere exiſtimat falſo nomine patrem ab ipſo appellatum. ⁊ audet immundas infamias non dicam orationes ſuper diuina ſigna xp̄i formiter enunciare. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ aliquis in agendo peccat de hoc ꝙ operatur non ſm ꝙ oportet. vt patet per philoſophuꝫ in libro ethi. dictum eſt autem conueniens eſſe vt ſacramētorum miniſtri ſint iuſti. quia miniſtri debent domino cōformari. ſm illud Leuiti. xix. Sancti eritis. quoniā ego ſanctus ſum. et Ecc. x. ſm iudicem populi ſic et miniſter eius. ⁊ ideo non eſt dubium quin mali exhibentes ſe miniſtros dei ⁊ eccleſie in diſpenſatione ſacramentoruꝫ peccant quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiaꝫ dei ⁊ cōtaminationem ſanctorum. qꝫtum eſt ex parte ipſius peccatoris. licet ſancta ſm ſeipſa incontaminabilia ſint. conſequens ē ꝙ tale peccatū ex genere ſuo eſt mortale. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ opera charitatis non ſunt aliqua conſecratione ſanctificata. ſed ipſa pertinent ad iuſticie ſanctitateꝫ. ſicut quedam iuſticie partes. et ideo homo qui ſe exhibet deo miniſtrum in operibus charitatis ſi ſit iuſtus amplius iuſtificabitur. ſi vero ſit peccator per hoc ad ſanctitatem diſponitur. ſed ſacramenta in ſeipſis ſanctificationem quandam habent per miſticam conſecrationem. ⁊ ideo preexigitur in miniſtro ſanctitas iuſticie. vt ꝯgruat ſuo miſtro. et idō incongrue agit ⁊ peccat ſi in pctō exiſtēs ad tale miſteriū accedat ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ille qui

ad ſacramentum accedit ſuſcipit quidem ſacramentum a
miniſtro eccleſie non inquantum eſt talis perſona. ſed in
quantum eſt miniſter eccleſie. ⁊ ideo quamdiu ab eccl'ia
tollitur in miniſterio ille qui ab eo ſuſcipit ſacramentum
non communicat peccato eius ſed communicat eccleſie.
que eum tanꝗ miniſtrum exhibet. ſi vero ab eccleſia nõ
tolleretur puta cum degradatur vel excommunicatur vl'
ſuſpenditur peccat qui ab eo recipit ſacramentum. q2 cõ-
municat peccato eius. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ille qui ẽ
in peccato mortali non eſt perplexus ſimpliciter. ſi ex of
ficio ei incumbit ſacramenta diſpenſare. quia poteſt peni
tere de peccato. ⁊ licite miniſtrare. non eſt autem incon-
ueniens ꝙ ſit perplexus ſuppoſito quidem ꝙ velit rema
nere in peccatis. In articulo tamen neceſſitatis non pec-
caret baptiſando in caſu quo etiam laycus poſſet diſpen
ſare. ſic enim patet ꝙ non exhibet ſe miniſtrum eccleſie.
ſed ſubuenit neceſſitatem patienti. Secus aũt eſt in alijs
ſacramentis. que non ſunt tante neceſſitatis ſicut baptiſ-
mus vt infra dicetur.

## Ad ſeptimuꝫ ſic procedit

Videt ꝙ angeli poſſent ſacramẽta miniſtrare. quicquid
enim poteſt miniſter minor poteſt ſuperior. ſic quicquid
poteſt dyaconus poteſt ſacerdos. ſed non conuertit. ſed
angeli ſunt ſuperiores miniſtri in ordine hierarchico quã
etiam quicunqꝫ homines. vt patꝫ per Diony. in libro de
cel'. hierar. ḡ cum homines poſſint miniſtrare in ſacramẽ
tis videtur ꝙ multomagis angeli. ¶ Prete. Homines
ſancti aſſimilantur angelis in celo. vt dicitur Math. xxij.
Sed aliqui ſancti in celo exiſtentes poſſunt miniſtrare i
ſacramentis. quia caracter ſacramentalis indelibilis ẽ vt
dictum eſt. ergo videt ꝙ etiam angeli in ſacramentis poſ
ſint miniſtrare. ¶ Preterea. Sicut ſupra dictum ẽ dya
bolus eſt caput maloꝝ. ⁊ mali ſunt membra eius. ſed ꝑ
malos poſſunt miniſtrari ſacramenta. ergo videtur ꝙ eti
am per demones. ¶ Sed cõtra eſt qđ dicit ad Hebre.
v. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro homi-
nibus conſtituitur in his que ſunt ad deuꝫ. ſed angeli bo
ni vel mali non ſunt ex hominibus. ḡ ipſi non conſtituũ-
tur in his que ſunt ad deum ⁊ in ſacramentis. ¶ Reſpõ
ſio dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. tota virtus ſacra
mentorum a paſſione chriſti deriuat. que eſt chriſti ſcḿ ꝙ
homo cui in natura conformant homines. non autem an-
geli. ſed potius ſcḿ paſſionem dicit modice ab angel' mi-
norari vt patet ad Hebre. ij. Et iõ ad homines pertinꝫ di
ſpenſare ſacramenta. ⁊ in eis miniſtrare. non auteꝫ ad an
gelos. Sciendum tamen ꝙ ſicut deus virtutem ſuaꝫ nõ
alligauit ſacramentis quin poſſit ſine ſacramẽtis effectũ
ſacramenti conferre ita etiam virtutem ſuam non alliga
uit miniſtris eccleſie. quin etiam angelis poſſit tribuere
virtutem miniſtrandi in ſacramentis. ⁊ quia boni angeli
ſunt nuncij veritatis ſi aliquod ſacramentale miniſteriũ
a bonis angelis perficeretur eſſet tamen tantuꝫ habendũ
quia deberet ꝯſtare hoc fieri volũtate diuina ſicut quedaꝫ
templa dicuntur miniſterio angeloꝝ ꝯſecrata. ſi vero de-
mones qui ſunt ſpiritus mendacij aliqđ ſacramẽtale mi-
niſterium exhiberent non eſſet ratum habendum. ¶ Ad
primum ergo dicendum ꝙ illud qđ faciunt homines in
feriori modo. ſ. per ſacramenta ſenſibilia que ſunt ꝓpor-
tionata nature ipſoꝝ faciunt angeli tanꝗ ſuperiores mi
niſtri ſupiori modo. ſ. inuiſibiliter purgando illuminãdo
⁊ perficiendo. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ ſancti qui ſunt in celo ſũt
ſimiles angelis ꝗ̄tuꝫ ad ꝑticipationeꝫ glorie. non autem
ꝗ̄tuꝫ ad ꝯditionem nature. ⁊ ꝑ ꝯſequens neqꝫ ꝗ̄tum ad
ſacramenta. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ mali homines nõ habent ꝙ
poſſint miniſtrare in ſacramentis ex hoc ꝙ per maliciam
ſunt membra dyaboli. ⁊ iõ nõ ſequitur ꝙ dyabolus qui
eſt eoꝝ caput magis hoc poſſit.

## Ad octauum ſic procedit

Videt ꝙ intentio miniſtri non requirit ad ꝑfectionẽ ſa
cramenti. Miniſter enim in ſacramento inſtrumentali-
ter operat. ſed actio non ꝑficitur ſcḿ intentionem inſtru
menti. ſed ſcḿ intentionem principalis agentis. ḡ inten-
tio miniſtri non requirit ad ꝑfectioneꝫ ſacramẽti. ¶ Pre.
Non poteſt homini nota eſſe intentio alterius. ſi ḡ inten
tio miniſtri requirat ad ꝑfectionem ſacramenti non poſ
ſet homini ad ſacramentuꝫ accedenti eſſe notum ꝙ ſacra
mentũ ſuſcepiſſet. ⁊ ita non poſſet habere certitudinẽ ſalu
tis. precipue cum quedam ſacramenta ſint de neceſſitate
ſalutis. vt infra dicet. ¶ Pre. Hominis intentio nõ po
teſt eſſe ad id circa qđ non eſt intentus. ſed aliqñ illi qui i
ſacramentis miniſtrant non intendunt ad ea q̄ dicunt vl'
faciunt. alia cogitantes. ḡ ſcḿ hoc non ꝑficit ſacramentuꝫ
propter intentionis defectum. ¶ Sed ꝯ eſt ea q̄ ſunt ꝑ-
ter intentionem ſunt caſualia. qđ non eſt dđ. de operatio
ne ſacramentoꝝ. ḡ ſacramenta requirunt intentioneꝫ mi
niſtri. ¶ Rñ. dđ. ꝙ qñ aliquid ſe hꝫ ad multa oportet ꝙ
ꝑ aliquid determinet ad vnum ſi illud effici debeat. ea ꝟo
q̄ in ſacramentis agunt ꝑñt diuerſimode agi. ſicut ablu-
tio aque q̄ fit in baptiſmo poteſt ordinari ⁊ ad mundiciaꝫ
corꝑaleꝫ. ⁊ ad ſanctitatẽ ſpiritualem. ⁊ ad ludum ⁊ mul-
ta alia hmõi. ⁊ iõ oportet ꝙ determinet ad vnum. i. ad ſa-
cramentalem effectũ ꝑ intentionem abluentis. ⁊ hec intẽ
tio exprimit ꝑ ꝟba q̄ in ſacramentis dicunt. puta cũ di-
cit ego te baptiſo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti.
¶ Ad. i. ḡ dđ. ꝙ inſtrumentum inanimatũ non hꝫ ali
quam intentionem reſpectu effectus. ſed loco intentionis
eſt motus q̄ mouet a principali agente. ſed inſtrumentuꝫ
animatũ ſicut ẽ miniſter non ſolum mouet ſed etiam qđ
ammodo mouet ſeipſum. inqꝫtuꝫ ſua voluntate mouet
mẽbra ad opandum. ⁊ iõ requirit eius intentio qua ſe
ſubijciat principali agenti. vt ſcꝫ intendat facere qđ facit
xp̄s ⁊ eccleſia. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ circa hoc eſt duplex opinio
Quidam enim dicunt ꝙ requirit mentalis intentio i mi
niſtro q̄ ſi deſit non ꝑficit ſacramentum. ſed hunc defectũ
in pueris qui non hñt intentionem accedendi ad ſacramẽ
tum ſupplet xp̄s. qui interius baptiſat. in adultis autem
qui intendunt ſacramenta ſuſcipere ſupplet illuꝫ defectuꝫ
fides ⁊ deuotio. ſed hoc ſatis poſſet dici ꝗ̄tum ad vltimũ
effectum. qui eſt iuſtificatio a peccatis. ſed ꝗ̄tum ad effe-
ctũ qui eſt res ⁊ ſacramentum. ſ. ꝗ̄tuꝫ ad caractereꝫ nõ vi
detur ꝙ ꝑ deuotionẽ accedentis poſſit ſuppleri q2 caracter
nunꝗ imprimit niſi ꝑ ſacramentum. Et iõ alij meliꝰ di-
cunt ꝙ miniſtri ſacramenti agũt in ꝑſona totius eccleſie
cuius eſt miniſter. in verbis autem que proferunt expri-
mitur intentio eccleſie. que ſufficit ad perfectionem ſacra
menti niſi ꝯtrarium exterius exprimat. ex ꝑte miniſtri. ⁊
recipientis ſacramentum. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ ille qui aliud
cogitat licet non habeat actualeꝫ intentionẽ habet tñ ha-
bitualẽ que ſufficit ad perfectionem ſacramẽti. puta ſi cũ
ſacerdos accedit ad baptiſandum intendit facere circa
baptiſandũ qđ fac eccl'ia. vñ ſi poſtea i ip̄o exercitio acꝰ
cogitatio eiꝰ ad alia rapiat ex ꝟtute ꝑuie intẽtiõis ꝑficit

ſacramentum quamuis ſtudioſe curare debeat ſacramenti
miniſter vt etiam actualem intentionez adhibeat. ſed hoc
non totaliter eſt poſitum in hominis poteſtate. quia pre-
ter intentionem cum homo vult multum intendere inci-
pit alia cogitare ſm illud pſal. Cor meum dereliquit me.

## Ad nonum ſic procedit.

Videtur ꝙ fides miniſtri ſit de neceſſitate ſacramenti. ſi
cut enim dictum eſt. intentio miniſtri eſt neceſſaria ad ſa-
cramenti perfectionem. ſed fides intentionem dirigit. vt
Aug. dicit contra Julianum. ergo ſi deſit vera fides in mini
ſtro non perficitur ſacramentum. ¶ Preterea. Si mini-
ſter eccleſie veram fidē nō habeat videtur eſſe hereticus ſed
hereticus videtur non poſſe conficere ſacramenta. dicit enim
Cyprianus in epiſtola contra hereticos. omnia quecunque
faciunt heretici carnalia ſunt et inania et falſa. ita vt nihil
eorum que illi geſſerint a nobis debeant probari. Et Leo
papa dicit in epiſtola ad leonem auguſtum manifeſtum
eſt perudeliſſimam et inſaniſſimam veſtram animam in
alexandrina ſede omnium celeſtium ſacramentorū lumē
extinctum. intercepta eſt ſacrificij oblatio. defecit criſmatis
ſanctificatio. et parricidalibus manibus impiorum omnia ſeſe
ſubtraxere miniſteria. ergo vera fides miniſtri eſt de neceſſi-
tate ſacramenti. ¶ Pre. Illi qui non habent veram fidē
videntur eſſe per excommunicationez ab eccleſia ſeparati. di-
citur enī in ſecūda canonica Joh. Si quis venit ad vos
et hanc doctrinam non affert nolite recipere euz in domū
nec aue dixeritis ei. et ad Tytum. iij. Hereticum hominē
poſt primam et ſecundam correctionem deuita. ſed excom
municatus non videtur poſſe conferre eccleſie ſacramen-
ta. cum ſit ab eccleſia ſeparatus. ad cuius miniſterium per
tinet ſacramentorum diſpenſatio. ergo videtur ꝙ vera fides mi-
niſtri ſit de neceſſitate ſacramenti. ¶ Sed contra eſt quod
Aug. dicit contra petilianum donatiſtam. memento re ſa
cramentis dei nihil obeſſe mores malorum hominum. quia
illa vel non ſint vel minus ſancta ſint. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſi-
cut ſupra dictum eſt quia miniſtri in ſacramentis inſtru-
mentaliter operantur non agunt in virtute propria ſed in
virtute chriſti. ſicut autem pertinet ad propriam virtutē
hominis charitas. ita et fides. vnde ſicut non requiritur ad
perfectionem ſacramenti ꝙ miniſter ſit in charitate ſed poſſunt
etiam peccatores ſacramenta conferre. ita non requiritur
fides eius. ſed infidelis poteſt verum ſacramentum confer-
re aut prebere. dummodo cetera aſſint. que ſunt de neceſſi
tate ſacramenti. ¶ Ad .i. ergo dicendum. ꝙ poteſt contin-
gere ꝙ patiatur aliquis defectum fidei circa aliquid ali-
ud et non circa veritatez ſacramenti quod exhibet. puta ſi ali
quis credit iuramentum in omni caſu eſſe illicitum. et ta-
men credat baptiſmum efficaciam habere ad ſalutem. et
ſic talis infidelitas non impedit intentionem conferendi
ſacramentum. ſi vero patiatur fidei defectum circa ipſum ſa
cramentum quod exhibet. licet credat per id quod agitur exteri
us nullum ſequi interiorem effectum non tamen ignorat
ꝙ eccleſia catholica intendit per huiuſmodi que exterius
aguntur ſacramentum prebere vnde non obſtante infideli
tate poteſt intendere facere id quod facit eccleſia. licet exiſti-
met illud nihil eſſe. et talis intentio ſufficit ad ſacramen-
tum. quia ſicut ſupra dictuz eſt miniſter ſacramenti agit
in perſona totius eccleſie. ex cuius fide ſuppletur id quod deeſt
fidei miniſtro. ¶ Ad .ij. dicendum. ꝙ hereticorum quidam in colla
tione ſacramentorum formam eccleſie non ſeruant. et tales
neque ſacramentum conferunt neque rem ſacramenti. quia
non ſeruant eccleſie formam. alij vero ſeruant in collatio
ne ſacramentorum formam eccleſie. et tales quidem con-
ferunt ſacramentum. ſed non rem ſacramenti conferunt.
et hoc dico ſi ſunt manifeſte ab eccleſia preciſi. quia ex hoc
ipſe ꝙ aliquis accipit ſacramenta ab eis peccat. et per hoc
impeditur ne conſequatur effectū ſacramēti. vnde Aug.
dicit in libro de fide ad petruz. firmiſſime tene et nullate
nus dubites. extra eccleſiam baptiſatis ſi ad eccleſiaz nō
redierint baptiſmo tumulari pernicie. et per hūc modū dicit
leo papa in ſede alexandrina ſacramētorum lumē eē extinctū
ſ. quantū ad rem ſacramenti. nō autem quantum ad ipſuz ſacra
mentum. Cyprianus autem nec ſacramentuz offerre cre
debat hereticos ſed in hoc eius ſentencia non tenetur. vn
de Aug. dicit martyrem Cyprianum qui apud hereticos
vel ſciſmaticos datum baptiſmum nolebat cognoſcere
tanta merita vſque ad martirij triumphum ſecuta ſunt vt
charitas qua excellebat lucis obumbratio illa fugaretur.
et ſi quid purgandum erat paſſionis falce tolleretur. ¶ Ad
tertium dicenduz ꝙ poteſtas miniſtrandi ſacramenta per-
tinet ad ſpiritualem caracterem. qui indelibilis eſt vt ex
ſupra dictis patet et ideo per hoc ꝙ aliquis ab eccleſia ſu
ſpenditur vel excommunicatur vel etiam degradatur nō
amittit poteſtatem conferendi ſacramentum. ſed licenciaz
vtendi hac poteſtate. et ideo ſacramentum confert. ſed ta
men peccat conferendo et ſimiliter ille qui ab eo recipit ſa
cramentum. et ſic non percipit rem ſacramenti niſi forte
per ignorantiam excuſetur.

## Ad decimuz ſic procedit

Videtur ꝙ intentio recta miniſtri requiratur ad perfectio
nem ſacramenti. Intentio enim miniſtri debet conforma
ri intentioni eccleſie vt ex dictis patet. ſed intentio eccle-
ſie ſemper eſt recta. ergo de neceſſitate ad ſacramenti per-
fectionem requiritur intentio recta miniſtri. ¶ Preterea
Peruerſa intentio deterior eſſe videtur quam intentio ioco-
ſa. ſed intentio iocoſa tollit ſacramentum. puta ſi aliquis
non ſerio ſed ludo aliquem baptiſaret. ergo multomagis per-
uerſa intentio aufert ſacramentum. puta ſi aliquis aliquē
baptiſaret vt eum poſtmodum occideret. ¶ Pre. Per-
uerſa intentio facit totum opus vicioſum ſm illud Luce
xi. Si oculus tuus fuerit nequam totum corpus tuuz te-
nebroſum erit. Sed ſacramenta chriſti nō poſſunt inqui
nari per malos homines ſicut Aug. dicit contra permenia-
num. ergo videtur ꝙ ſi ſit peruerſa intentio miniſtri nō
ſit ibi verum ſacramentum. ¶ Sed contra eſt peruerſa
intentio pertinet ad maliciam miniſtri. ſed malicia mini-
ſtri nō tollit ſacramentum. ergo nec peruerſa intētio. ¶ Re
ſponſio dicendum ꝙ intentio miniſtri poteſt peruerti du-
pliciter. Uno modo reſpectu ipſius ſacramenti puta cuz
aliquis non intendit ſacramentum conferre. ſed deluſo-
rie aliquid agere. et talis peruerſitas tollit veritatez ſacra
menti. precipue quando ſuam intentionem exterius ma-
nifeſtat. Alio modo poteſt peruerti intentō miniſtri quantū
ad id quod ſequitur ſacramentum. puta ſi ſacerdos intendat
aliquam feminam baptiſare. vt abutatur ea. vel ſi inten-
dit conficere corpus chriſti. vt eo ad veneficia vtatur. et
quia prius non dependet a poſteriori inde eſt ꝙ talis in-
tentionis peruerſitas veritatem ſacramenti non tollit. ſed
ipſe miniſter ex tali intentione grauiter peccat. ¶ Ad pri
mum ergo dicendum. ꝙ eccleſie intentio recta ē et quantū ad ſacramen
ti perfectionē et quantū ad ſacramēti vſum. ſed prima rectitudo
perficit ſacramentum. ſecunda meritū operatur. et ideo mi-

niſter qui cōformat intentionem ſuam eccleſie q̄ntum ad primam rectitudinem non aūt q̄ntum ad ſecundaȝ pficit quidem ſacramentum. ſed non eſt ſibi ad meritum. ¶ Ad ij. dō. ꝙ intentio ludicra vel iocoſa excludit primaȝ rectitudinem intentionis. ꝑ quaȝ perficitur ſacramentum. et ideo non eſt ſimilis ratio. ¶ Ad iij. dōm. ꝙ peruerſa intentio peruertit opus intendentis. non autem opus alterius. ⁊ ideo ex peruerſa intentione miniſtri peruertit̄ id qđ agit in ſacramentis inq̄ntum eſt opus eius. non inq̄ntum eſt opus chriſti cuius eſt miniſter. ⁊ ē ſimile ſi miniſter alicuius hominis praua intentiōe differret dare eleemoſinam pauperibus. quam dominus recta intentione mandaret.

¶ Queſtio. LXV.

## DEinde cōſiderandū

eſt de numero ſacramentorum. Et circa hoc q̄runtur quattuor. Primo vtrum ſint septeȝ ſacramenta. Secundo de ordine eorum adinuicem. Tertio de comparatione eoruȝ. Quarto vtrum omnia ſint de neceſſitate ſalutis.

## ¶ Ad primum ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ non debeant eſſe ſepteȝ ſacramenta. Sacramēta enim efficaciam habent ex v̄tute diuina ⁊ ex v̄tute paſſionis chriſti. Sed vna ē virtus diuina. ⁊ vna eſt xp̄i paſſio. Vna eniȝ oblatione ɔſumauit ſanctificatos in ſempiternum vt dicitur ad Hebre. x. Ergo non debuit eſſe niſi vnum ſacramentum. ¶ Pre. Sacramentum ordinat̄ ɔtra defectum peccati. Hoc autem eſt duplex ſcȝ pena et culpa. ğ ſufficeret duo ſacramenta eſſe. ¶ Pre. Sacramenta ꝑtinent ad actiones eccle. hierar. vt patet ꝑ Dionyſiū. Sed ſicut ipſe dicit tres ſunt actiones hierarchie. purgatio. illumīatio. ⁊ perfectio. ğ non debent eſſe niſi tria ſacramenta. ¶ Pre. Sicut dicit Aug. xix. ɔtra fauſtū ſacramenta noue legis ſunt numero pauciora q̄ȝ ſacramenta veteris legis ſed in veteri lege non erat aliqđ ſacramētū qđ reſponderet ɔfirmationi ⁊ extreme vnctioni. ergo neqȝ debent numerari inter ſacramēta noue legis. ¶ Preterea. Luxuria non eſt grauius inter cetera peccata. vt patet ex his que in ſecunda ꝑte dicta ſunt. ſed ɔtra alia peccata non inſtituit̄ aliqđ ſacramentum. ğ neqȝ ɔtra luxuriam debuit inſtitui in ſacramentum matrimonij. ¶ Sȝ contra videt̄ ꝙ ſint plura ſacramenta. Sacramenta eniȝ dicunt̄ quedaȝ ſigna ſacra. ſed multe alie ſignificationes fiunt in eccleſia ſ̄m ſenſibilia ſigna. ſicut aqua benedicta. conſecratio altaris ⁊ alia huiuſmodi. ğ ſunt plura ſacramenta q̄ȝ ſeptem. ¶ Pre. Hugo de ſancto victore dic̄ ꝙ ſacramenta veteris legis fuerunt oblationes decime ⁊ ſacrificia. ſed ſacrificium eccleſie eſt vnum ſacramentuȝ qđ dicitur euchariſtia. ğ etiaȝ oblationes ⁊ decime debent dici ſacramenta. ¶ Pre. Tria ſunt genera peccatoꝝ originale. veniale. mortale. ¶ Sed ɔtra originale peccatum ordinat̄ baptiſmus. ɔtra mortale penitentia. ğ etiaȝ deberet eſſe aliud preter ſeptem. quod ordinetur ɔtra veniale.

¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. ſacramenta eccleſie ordinantur ad duo. ſ. ad perficiendum hominem, in his que pertinent ad cultum dei. ſ̄m religionem xp̄iane vite. ⁊ etiam in remedium ɔtra defectum peccati. Vtroqȝ autem modo ɔuenienter ponunt̄ ſeptem ſacramenta. vita enim ſpiritualis ɔformitatem aliquaȝ hȝ ad vitaȝ corporalem. ſicut etiam cetera corꝑalia ſimilitudinē quandam ſpiritualium hn̄t. In vita autem corporali dupliciter aliquis perficitur. Vno modo q̄ntum ad perſonam ꝓpriam. Alio modo per reſpectum ad totaȝ communitatem ſocietatis in qua viuit. quia homo eſt naturaliter animal ſociale. reſpectu autem ſui ipſius perficitur homo in vita corporali dupliciter. Vno modo per ſe acquirendo. ſcȝ aliquam vite perfectionem. Alio modo per accidens. ſcȝ remouendo impedimenta vite. puta egritudines vel aliqđ huiuſmodi. Per ſe autem perficitur vita corporalis tripliciter. Primo quidem per generationem per quaȝ homo incipit eſſe ⁊ viuere. ⁊ loco eius in ſpirituali vita ē baptiſmus qui eſt ſpiritualis regeneratō. ſ̄m illud ad Tytū iij. Per lauacrum regenerationis ⁊c. Secundo per augmentum quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem ⁊ virtuteȝ. ⁊ loco eius in ſpirituali vita eſt confirmatio. in qua datur ſpiritusſanctus ad robur. Vnde dicitur diſcipulis iam baptiſatis Luce vlti. Sedete in ciuitate q̄adviſqȝ induamini virtute ex alto. Tertio per nutritioneȝ quo conſeruatur in homine vita ⁊ virtus ⁊ loco huius in ſpirituali vita eſt eucbariſtia. vnde dicitur Iohānis. vi. Niſi manducaueritis carneȝ filij hominis ⁊ biberitis eius ſanguinem non habebitis vitam in vobis. Et hoc quideȝ ſufficeret homini ſi haberet ⁊ corporaliter ⁊ ſpiritualiter impaſſibilem vitam. ſed quia homo incurrit interdum et corporalem infirmitatem ⁊ ſpiritualem ſcȝ peccatuȝ. ideo neceſſaria eſt homini curatio ad infirmitatem. que quideȝ eſt duplex. vna quidem eſt ſanatio que ſanitatē reſtituit. ⁊ loco huius in ſpūali vita eſt penitentia. ſ̄m illud pſal. Sana animam meam quia peccaui tibi. alia autem ē reſtitutio valitudinis priſtine per conuenientem dietam ⁊ exercitiuȝ. ⁊ loco huius in ſpirituali vita eſt extrema vnctio que remouet peccatorum reliquias ⁊ homineȝ paratū reddit ad finalem gloriam habendam. Vnde dicit̄ Iacobi. v. Et ſi in peccatis ſit dimittent̄ ei. Perficitur aūt homo in ordine ad totam cōmunitatē dupliciter. Vno mō per hoc ꝙ accipit poteſtatem regendi multitudinem ⁊ exercendi actus publicos. ⁊ loco huius in ſpirituali vita ē ſacramentum ordinis. ſ̄m illud ad Hebre. vij. ꝙ ſacerdotes hoſtias offerunt. non ſolum pro ſe ſed etiaȝ pro populo. Secundo q̄ntum ad naturalem propagationeȝ. qđ fit ꝑ matrimonium. tam in ſpirituali q̄ȝ in corporali vita. eo ꝙ ē non ſolum ſacramentum ſed nature officium. Ex his etiam patet ſacramentoꝝ numerus. ſ̄m qđ ordinant̄ contra defectum peccati. nam baptiſmus ordinatur ɔtra carentiam vite ſpiritualis. ɔfirmatio contra infirmitatem anime. que in nuper natis inuenitur. eucbariſtia ɔtra labilitatem animi ad peccandum. penitentia contra actuale peccatum. poſt peccatum cōmiſſum. extrema vnctio cōtra reliquias peccatoꝝ. que ſcȝ non ſunt ſufficiēter per penitentiaȝ ſublate. aut ex negligentia aut ex ignorantia. ordo ɔtra diſſolutionem multitudinis. matrimonium ɔtra concupiſcentiam perſonalem ⁊ ɔtra defectum multitudinis qui per mortem accidit. Quidaȝ vero accipiūt numerum ſacramentoꝝ per quandam adaptationem ad virtutes ⁊ ad defectus culparum ⁊ penalitatum. dicentes ꝙ fidei reſpondet baptiſmus. ⁊ ordinatur contra culpam originalem. Spei extrema vnctio. ⁊ ordinatur contra veniale. Charitati eucbariſtia et ordinatur contra penalitatem malicie. Prudentie ordo. ⁊ ordinatur ɔtra ignorantiam. Iuſticie penitentia. ⁊ ordinatur contra peccatum mortale. Temperantie matrimoniū. ⁊ ordinatur cōtra concupiſcentiam. Fortitudini cōfirmatio. et ordinat̄ ɔ infirmitatem. ¶ Ad .i. ğ dō. ꝙ idē agens pricipale vnt̄

diuerſis inſtrumentis ad diuerſos effectus ſm̄ ꝯgruētiā opeꝝ ⁊ ſimiliter ꝟtus diuina ⁊ paſſio chriſti operatur in nobis per diuerſa ſacramenta. q̄ſi ꝑ diuerſa inſtrumenta ¶ Ad .ij. dō. ꝙ culpe ⁊ pene diuerſitatem habent. et ſm̄ ſpēm ī quātū ſunt diuerſe ſpecies culpaꝝ ⁊ penaꝝ. et ſm̄ diuerſos hoīm ſtatus ⁊ habitudines. et ſm̄ hoc oportuit multiplicari ſacramenta. vt ex dictis patet ¶ Ad .iij. dō. ꝙ in actionib⁹ hierarchicis ꝯſiderant̄ agentes ⁊ recipiētes ⁊ actiones. Agentes autem ſunt miniſtri eccleſie. ad quos ꝑtinet ordinis ſacramentū. Recipientes autē ſunt illi qui ad ſacramenta accedunt. qui producunt̄ ꝑ matrimoniū. Actiones aūt ſunt illuminatio purgatio ⁊ perfectio. ſed ſola purgatio non poteſt eſſe ſacramentū noue legis qḋ gratiam ꝯfert. ſed ꝑtinet ad quedam ſacramentalia. que ſunt cathecilm⁹ ⁊ exorciſmus. purgatio aūt ⁊ illuminatio ſil' ſm̄ Diony. pertinent ad baptiſmum. ⁊ propter recidiuū ſecundarium ꝑtinet ad pn̄iam ⁊ extremaꝫ vnctionē. pfectio autem quātū ad ꝟtutē quidem q̄ eſt quaſi perfectio formalis ꝑtinet ad ꝯfirmationem. quātum aūt ad executionem finis pertinet ad euchariſtiaꝫ. ¶ Ad .iiij. dō. ꝙ in ſacramento ꝯfirmationis datur plenitudo ſpiritusſancti ad robur. ī extrema aūt vnctione preparatur homo vt recipiat immediate gloriam. quoꝝ neutrum ꝯpetit veteri teſtamēto. ⁊ iō nihil potuit his ſacramentis ī veteri lege reſpondere. nihilominus ſacramenta veteris legis fuerunt plura numero. ꝓpter diuerſitatem ſacrificioꝝ ⁊ cerimoniaꝝ. ¶ Ad .v. dō. ꝙ ꝯtra concupiſcentiam venereoꝝ oportuit ſpecialiter remedium adhibere ꝑ aliqḋ ſacramentum. Primo quidem q2 per huiuſmodi concupiſcentiam non ſolum viciat̄ homo ſed et natura. Secūdo ꝓpter vehementiam eius qua ratione abſorbet. ¶ Ad .vi. dō. ꝙ aqua benedicta ⁊ alie conſecrationes non dicuntur ſacramenta. q2 non perducunt ad ſacramenti effectū. qui eſt gratie ꝯſecutio. ſed ſunt diſpoſitiones quedaꝫ ad ſacramenta. vel remouendo prohibens. ſicut aqua benedicta ordinat̄ ꝯtra inſidias demonum. ⁊ ꝯtra peccata venialia. vel ydoneitatem quandam faciendo ad ſacramenti ꝑfectionem. ſicut ꝯſecrant̄ altare ⁊ vaſa. propter reuerentiam euchariſtie. ¶ Ad .vij. dō. ꝙ oblatiōes ⁊ decime erāt tam in lege nature q̄ʒ in lege moyſi ordinate non ſolū in ſubſidium miniſtroꝝ ⁊ paupeꝝ ſed etiaꝫ in figura ⁊ ideo erant ſacramenta. nunc autem non remanſerunt inquātū ſunt figuralia. ⁊ ideo nō ſunt ſacramenta. ¶ Ad .viij. dō. ꝙ ad deletionem venialis peccati non requiritur infuſio gratie. vnde cum in quolibet ſacramento noue legis gratia infundatur nullum ſacramentum noue legis directe inſtituitur contra veniale. qḋ tollitur per quedam ſacramentalia. puta per aquam benedictam ⁊ alia huiuſmodi Quidam tamen dicunt extremam vnctionem ꝯtra peccatum veniale ordinari. ſed de hoc ſuo loco dicat̄.

## ¶ Ad ſecundū ſic procedit̄

Videtur ꝙ inconuenienter ſacramenta ordinent̄ ſm̄ modum predictuꝫ. Ut enī Apoſto dicit .i. Coꝝ .xv. Prius eſt qḋ eſt animale. deinde qḋ eſt ſpirituale. ſed per matrimonium generatur homo prima generatione que eſt animalis. Per baptiſmum autem regeneratur homo ſecunda generatione que eſt ſpiritualis. ḡ matrimonium debet precedere baptiſmum. ¶ Pre. Per ſacramenta ordinis aliquis accipit poteſtatem agendi actiones ſacramentales. ſed agens eſt prius ſua actione. ḡ ordo debet precedere baptiſmum ⁊ alia ſacramenta. ¶ Preterea. Euchariſtia eſt ſpirituale nutrimentum. confirmatio autem ꝯparatur augmento. nutrimentum autem eſt cauſa augmenti ⁊ ꝑ ꝯſequens prius. ḡ euchariſtia eſt prior confirmatione. ¶ Pre. Penitentia preparat hominem ad euchariſtiam. ſed diſpoſitio precedit perfectionem. ḡ penitentia debet precedere euchariſtiam. ¶ Preterea. qḋ eſt ꝓpinquius fini vltimo eſt poſterius ſed extrema vnctio inter omnia ſacramenta propinquior eſt vltimo fini beatitudini. ḡ debʒ habere vltimum locum inter ſacramenta. In contrarium eſt ꝙ cōmuniter ordinant̄ ſacramenta ab oīb⁹ ſicut dictum ē ¶ Rn̄. dō. ꝙ ratio ordinis ſacramentoꝝ apparet ex his q̄ ſupra dicta ſunt. nam ſicut vnum eſt prius q̄ʒ multitudo ita ſacramenta que ordinant̄ ad perfectionem multitudinis. ⁊ iō vltimo inter ſacramenta ponuntur ordo ⁊ matrimonium que ordinant̄ ad multitudinis perfectionē. matrimonium tn̄ poſt ordinem eo ꝙ minus ꝑticipat de rōne ſpiritualis vite. ad quā ſacramēta ordinant̄. Inter ea vero que ordinant̄ ad ꝑfectionem vnius ꝑſone naturaliter ſunt priora illa q̄ per ſe ordinant̄ ad ꝑfectionem ſpiritualis vite. quam illa q̄ ordinantur ꝑ accidens. ſ. ad remouendum nociuum accidens ſuperueniens. et cuiuſmodi ſunt penitentia ⁊ extrema vnctio. poſterior eſt tn̄ naturaliter extrema vnctio. que ꝯſeruat ſanationem quā penitentia inchoat. Inter alia vero tria notanduꝫ eſt ꝙ baptiſm⁹ qui eſt ſpiritualis regeneratio eſt primuꝫ. ⁊ deinde confirmatio que ordinat̄ ad ꝑfectionem formalem virtutis. ⁊ poſtmodum euchariſtia que ordinat̄ ad ꝑfectioneꝫ finis ¶ Ad .i. ḡ. dō. ꝙ matrimoniuꝫ ſm̄ ꝙ ordinat̄ ad animalem vitam eſt officium nature. ſed ſm̄ ꝙ habet aliquid ſpiritualitatis eſt ſacramentum. ⁊ q2 minimum hʒ de ſpiritualitate iō vltimo ponitur inter ſacramenta. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit agens preſupponit̄ ꝙ ſit in ſe perfectum. ⁊ ideo priora ſunt ſacramenta quib⁹ aliquis ī ſeipſo perficit̄. quam ſacramentū ordinis in quo aliquis conſtituitur perfector aliorum ¶ Ad .iij. dō. ꝙ nutrimentum etiam precedit augmentum ſicut cauſa eius. ⁊ ſubſequitur augmentum. ſicut conſeruans hominem in ꝑfecta quantitate ⁊ virtute. ⁊ ideo poteſt euchariſtia premitti confirmationi. vt Diony. facit in libro eccle. hierar. ⁊ poteſt poſtponi ſic magiſter facit in .iiij. ſententiaꝝ. ¶ Ad quartum dicendū ꝙ ratio illa recte procederet ſi penitentia ex neceſſitate requireretur vt preparatoria ad euchariſtiam. ſed hoc non eſt verum. nam ſi aliquis eſſet ſine peccato mortali non indigeret penitentia ad ſumptioneꝫ euchariſtie. ⁊ ſic patet ꝙ per accidens penitentia preparat ad euchariſtiaꝫ ſcꝫ ſuppoſito peccato. Unde dr̄ ꝯ Paralip. vlti. Tu deus iuſtorum non poſuiſti penitentiam iuſtis. ¶ Ad quintuꝫ dicendum ꝙ extrema vnctio eſt vltimū propter rationem inductam inter ſacramenta que ordinantur ad perfectionem vnius perſone.

## ¶ Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ ſacramentum euchariſtie non ſit potiſſimum inter ſacramenta. Bonum enim cōmmune potius eſt q̄ʒ bonum vnius. vt dicitur .i. Ethi. Sed matrimonium ordinatur ad bonum cōmune ſpeciei humane per viaꝫ generationis. ſacramentum autem euchariſtie ordinatur ad bonum proprium ſumentis. ergo non eſt potiſſimum ſacramentorum. ¶ Preterea. Digniora ſacramenta eſſe videntur que per maiorem miniſtrum conferuntur. ſed ſacramentum confirmationis ⁊ ordinis non conferūtur niſi per epiſcopum qui eſt maior miniſter q̄ʒ ſimplex

miniſter qui eſt ſacerdos. p quem ꝯficit̃ eucharıſtie ſacra
mentum. g̃ illa ſacramenta ſunt potiora. ¶ Pre. Sacra
menta tanto ſunt potiora q̃nto maiorem virtutem hñt. ſ3
quedam ſacramenta imprimunt caracterem. ſ. baptiſm⁹.
ꝯfirmatio. ⁊ ordo. qḋ non facit eucharıſtia. g̃ illa ſacramē
ta ſunt potiora. ¶ Pre. Illud videt̃ eſſe potius ex q̃ alia
dependent ⁊ non econuerſo. ſed ex baptiſmo depend3 eu
charıſtia. non enim aliquis pōt eucharıſtiam accipe niſi
fuerit baptiſatus. g̃ baptiſmus eſt potior q̃ eucharıſtia.
¶ Sed ꝯtra eſt qḋ Dioný. dicit. iij. ca. eccle. hierar. ꝙ
non ꝯtingit aliqḋ perfici ꝑfectione hierarchica niſi per di
uiniſſimam eucharıſtiam. g̃ hoc ſacramentum eſt potiſſi
mum ⁊ ꝑfectiſſimum oīm alioꝝ. ¶ Rñ. dd. ꝙ ſimplici
ter loquendo ſacramentum eucharıſtie eſt potiſſimu3 in
ter alia ſacramenta. qḋ quide3 tripliciter apparet. Primo
quidem ex eo ꝙ in eo ꝯtinet̃ ipſe xp̃s ſubſtantialiter. in
alijs autem ſacramentis ꝯtinetur quedam virtus inſtru
mentalis. ꝑticipata a chriſto vt ex ſupradictis patet. ſem
per aūt qḋ eſt per eſſentiam prius eſt eo qḋ eſt p partici
pationem. Secundo hoc apparet ex ordine ſacramentorū
ad inuicem. nam oīa alia ſacramenta ordinari vident̃ ad
hoc ſacramentū. ſicut ad finem. manifeſtu3 eſt enim ꝙ ſa
cramentū ordinis ordinat̃ ad eucharıſtie ꝯſecrationem. ſa
cramentū vero baptiſmi ordinat̃ ad eucharıſtie ꝑceptio
nem. in q̃ etiam ꝑficit̃ aliquis p ꝯfirmationem vt non ve
reat̃ ſe ſubtrahere a tali ſacramento p penitentiam etiam
⁊ extremam vnctionem preparat̃ hō ad digne ſumendu3
corpus chriſti. matrimoniū autem ſaltem ſui ſignificatō
ne attingit hoc ſacramentū. in q̃ntu3 ſignificat xp̄i et eccle
ſie ꝯiunctionem. cuius vnitas p ſacramentu3 eucharıſtie
figurat̃. vnde ⁊ Apoſtolus dicit ad Ephe. v. Sacramen
tum hoc magnum eſt. ego aute3 dico in chriſto ⁊ eccleſia
Tertio apparet hoc ex ritu ſacramentoꝝ. na3 fere omnia ſa
cramenta in eucharıſtia ꝯſumant̃. vt Dioný. dicit. iij. ca.
eccle. hierar. ſicut patet ꝙ ordinati ꝯmunicant ⁊ etia3 ba
ptiſati ſi ſunt adulti. Alioꝝ autē ſacramentoꝝ ꝯparatio ad
inuicem poteſt eſſe multipliciter. nam in via neceſſitatis
baptiſmus eſt potiſſimū ſacramentoꝝ. in via aūt ꝑfectio
nis ſacramentum ordinis. medio aūt modo ſe h3 ſacramē
tum ꝯfirmationis. ſacramentū dō penitentie ⁊ extreme
vnctionis ſunt inferioris gradus a predictis ſacramētis.
q2 ſicut dictum ē ordinant̃ ad vitam chriſtiana3 non p ſe
ſed quaſi p accidens. ſ. in remedium ſuperuenientis de
fectus. que tñ extrema vnctio ꝯparat̃ ad penitentia3 ſicut
ꝯfirmatio ad baptiſmū. ita. ſ. ꝙ penitentia eſt maioris ne
ceſſitatis ſed extrema vnctio ē maioris ꝑfectionis. ¶ Ad
primū g̃ dicendū ꝙ matrimoniū ordinat̃ ad bonum cōe
corporaliter. ſed bonum cōe ſpiritualiter totius eccleſie cō
tinet̃ ſubſtantialiter in ipſo ſacramēto eucharıſtie. ¶ Ad
ij. dd. ꝙ p ordinem ⁊ ꝯfirmationem deputant̃ fideles ad
aliqua ſpecialia officia. qḋ pertinet ad officiu3 principis.
⁊ iō tradere huiuſmodi ſacramenta ꝑtinet ad ſolum ep̄m
qui ē quaſi princeps in eccleſia. p ſacramentum vero eu
charıſtie non deputat̃ homo ad aliqḋ officium. ſed magis
hoc ſacramentū eſt finis oīm officioꝝ vt dictum ē. ¶ Ad
iij. dd. ꝙ caracter ſacramentalis vt dictum eſt quedam p
ticipatio eſt ſacerdocij chriſti. vnde ſacramentum qḋ ipm
xp̄m ꝯiungit homini eſt dignius ſacramento qḋ imprimit
chriſti caracterem. ¶ Ad. iiij. dd. ꝙ rō illa procedit ex p
te neceſſitatis. ſic enim baptiſmus cum ſit maxime neceſ
ſitatis ē potiſſimum ſacramentoꝝ. ſicut ordo ⁊ ꝯfirmatio
habent quandam excellentiam ratione miniſterij. ⁊ matri
monij ratione ſignificationis. nihil enim prohibet. eē ali
quid ſm quid dignius. qḋ tamen non ē dignius ſimpl̄r.

## Ad quartum ſic procedit

Videt̃ ꝙ omnia ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis. Il
lud enim qḋ non eſt neceſſariū videtur eſſe ſuperfluu3. ſ3
q2 deus nihil facit fruſtra. g̃ omnia ſacramenta ſunt de ſa
lutis neceſſitate. ¶ Pre. Sicut de baptiſmo dicitur niſi
quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto non poteſt in
troire in regnum dei ita de eucharıſtia dicitur Iohannis
vi. Niſi manducaueritis carnem filij hominis ⁊ biberitiſ
eius ſanguinem non habebitis vita3 in vobis. ergo ſicut
baptiſmus ē ſacramentum neceſſitatis ita ⁊ eucharıſtia.
¶ Pre. Sine ſacramento baptiſmi poteſt aliquis ſaluuſ
fieri dummodo non ſit contēptus religionis. ſed neceſſi
tas ſacramentū excludit vt infra dicet̃. ſed in quolibet ſa
cramento contemptus religionis impedit hominis ſalu
tem. g̃ pari ratione omnia ſacramenta ſunt de ſalutis ne
ceſſitate. ¶ Sed contra eſt ꝙ pueri ſaluant̃ p ſolum ba
ptiſmū ſine alijs ſacramentis. ¶ Rñ. dd. ꝙ neceſſariu3
reſpectu finis. de q̃ nunc loquimur dr̄ aliquid dupliciter.
Vno modo ſine quo non poteſt eſſe finis. ſicut cibo
eſt neceſſarius vite humane. ⁊ hoc ē ſimpliciter neceſſari
um ad finem. Alio modo dicitur eſſe neceſſariu3 illud ſi
ne q̃ non habetur finis ita ꝯuenienter ſicut equus neceſſa
rius ē ad iter. hoc autem non eſt ſimpliciter neceſſariū ad
finem. Primo ergo modo neceſſitatis ſunt tria ſacramē
ta neceſſaria. duo quide3 perſone ſingulari. baptiſm⁹ qui
dem ſimpliciter ⁊ abſolute. penitentia aūt ſuppoſito mor
tali peccato poſt baptiſmū. ſacramentum autem ordinis
ē neceſſariū eccleſie. q2 vbi non eſt gubernator popul⁹ cor
ruet vt dicit̃ Prouer. xi. Sed ſecundo modo ſunt neceſ
ſaria ſacramenta alia. nam ꝯfirmatio perficit baptiſmum
quodammodo extrema vnctio penitentiam matrimoni
um vero eccleſie multitudinem per propagationem con
ſeruat. ¶ Ad. i. g̃ dd. ꝙ ad hoc ꝙ aliquid non ſit ſuperflu
um ſufficit neceſſarium primo vel ſecundo mō. ⁊ ſic ſunt
neceſſaria ſacramenta. vt dictum eſt. ¶ Ad. ij. dd. ꝙ il
lud verbum domini ē intelligendum de ſpirituali mādu
catione. ⁊ non de ſola ſacramentali vt Aug. exponit ſup
Iohannem. ¶ Ad. iij. dd. ꝙ licet omnium ſacramento
rum contemptus ſit ſaluti ꝯtrarius. non tamen eſt contē
ptus ſacramenti ex hoc ꝙ aliquis non curat accipere ſa
cramentū qḋ non eſt de ſalutis neceſſitate. alioquin qui
non accipiunt ordines ⁊ qui non contrahunt matrimoni
um contemnerent huiuſmodi ſacramenta.

¶ Queſtio. LXVI.

## Deinde cōſiderandū

eſt de ſingulis ſacramentis in ſpeciali. Et pri
mo de baptiſmo. Secundo de ꝯfirmatione.
Tertio de eucharıſtia. Quarto de penitentia. Quinto dē
extrema vnctione. Sexto de ordine. Septimo de matri
monio. Circa primum occurrit duplex ꝯſideratio. Pri
mo de ipſo baptiſmo. Secundo de preparatorijs ad ba
ptiſmum. Circa primum quattuor ꝯſideranda occurrunt
Primo de his que pertinent ad ſacramentum baptiſmi.
Secundo de miniſtro huius ſacramenti. Tertio de recipi
entibus hoc ſacramentu3. Quarto de effectu huius ſacra
menti. Circa primum queruntur. xij. Primo quid ſit ba
ptiſmus. vtꝝ ſit ablutio. Secundo de inſtitutione huiuſ
ſacramenti. Tertio vtru3 aqua ſit propria materia huius

ſacramenti. Quarto vtrū requiratur aqua ſimplex. Quī
to vtrum hec ſit conueniens forma huius ſacramenti ego
te baptiſo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Sexto
vtrū ſub hac forma poſſit aliquis baptiſari. ego te bapti
ſo in nomine chriſti. Septimo vtrum imerſio ſit de ne-
ceſſitate baptiſmi. Octauo vtrum requiratur trina imer-
ſio. Nono vtrum baptiſmus poſſit reiterari. Decimo de
ritu baptiſmi. Undecimo de diſtinctione baptiſmatum.
Duodecimo de comparatione baptiſmatum.

## Ad primū ſic proceditur

Uidetur ꝙ baptiſma non ſit ipſa ablutio. Ablutio enim
corporis tranſit. baptiſmus autem permanet. ergo baptiſ
mus non eſt ipſa ablutio. ſed. potius regeneratio. ⁊ ſigillū
⁊ cuſtodia. ⁊ illuminatio. vt Damſ. dicit. iiij. libro.
Pre. hugo de ſancto victo. dicit ꝙ baptiſmus eſt aqua
diluendis criminibus ſanctificata per verbum dei. Aqua
autem non eſt ipſa ablutio. ſed ablutio eſt quidam vſus
aque. Pre. Aug. ſuper iohannem dicit accedit verbū
ad elementum ⁊ fit ſacramentum. Elementum autem
eſt ipſa aqua. ergo baptiſmus eſt ipſa aqua non autem ab
lutio. Sed contra eſt quod dicitur eccl. xxix. qui baptiſ
ſatur a mortuo ⁊ iterum tangit mortuū quid proficit lo
tio eius. videtur ergo ꝙ baptiſmus ſit ipſa ablutio ſiue lo
tio. Rñ. dicendum ꝙ in ſacramento baptiſmi tria con
ſiderari oportet aliquid ſcilicet qđ eſt ſacramentum tantū
aliquid autem ꝙ eſt res ⁊ ſacramentum. aliquid autem ꝙ
eſt res tantum. Sacramentum autem tantum eſt aliqđ
viſibile exterius exiſtens. quod ſcilicet eſt ſignum interio
ris effectus. hoc autem pertinet ad rationem ſacramenti. ex
terius autem ſuppoſitum ſenſui eſt ipſa aqua ⁊ vſus eius
qui eſt ablutio. Quidam autem eſtimauerunt ꝙ ipſa aq̄
ſit ſacramentum. quod quidem ſonare videtur verba hu
gonis de ſancto victo. nam ipſe in cōmuni diffinitione ſa-
cramenti dicit. ꝙ eſt materiale elementum. ⁊ in diffinitio-
ne baptiſmi dicit ꝙ eſt aqua. Sed hoc non eſt verum. cū
enim ſacramenta noue legis ſanctificationem quandam
operentur ibi perficitur ſacramentū vbi perficitur ſanctifi
catio. in aqua autē non perficitur ſanctificatio. ſed eſt ibi
quedam ſanctificationis virtus inſtrumentalis non per-
manens. ſed fluens in hominem. qui eſt vere ſanctificatiō
nis ſubiectum. ⁊ ideo ſacramentum non perficitur in ipſa
aqua. ſed in applicatione aque ad hominem. que eſt ablu-
tio. ⁊ ideo magiſter in. iiij. diſtinc. iiij. ſniaꝝ dicit ꝙ baptiſ
mus eſt ablutio corporis exterioris. facta ſub forma pre-
ſcripta verborum. Res autem ⁊ ſacramentum eſt caracter
baptiſmalis. que eſt res ſignata per exteriorem ablutionē
⁊ eſt ſignum ſacramentale interioris iuſtificationis. que
eſt res tantum huius ſacramenti. ſcilicet ſignata ⁊ non ſi
gnans. Ad. i. ergo dđm ꝙ illud quod eſt ſacramentū
⁊ res ſacramenti. ⁊ id quod eſt res tantū ſcilicet interior
iuſtificatiō permanent. ſed caracter permanet indelibiliter
vt ſupra dictum eſt. iuſtificatio autem permanet. ſꝫ amiſ-
ſibiliter. Dam. ergo baptiſmum diffiniuit. non tantū ad
id quod exterius agitur quod eſt ſacramentum tantum.
ſed quantum ad id quod eſt interius. vnde poſuit duo per
tinentia ad caracterem. ſcilicet ſigillum ⁊ cuſtodiam. in-
quantum ipſe caracter qui ſigillum dicitur quantum eſt
de ſe cuſtodit animam in bono. duo etiam ponit pertinen-
tia ad vltimam rem ſacramenti. ſcilicet regenerationem.
que ad hoc pertinet ꝙ per baptiſmū inchoat homo nouā
vitam iuſticie. ⁊ illuminationem. que pertinet ſpecialiter
ad fidem. per quam homo ſpiritualem vitam accipit. ſm
illud abacuc. ij. iuſtus autem ex fide viuit. baptiſmus aūt
eſt quedam fidei proteſtatio. vnde dicitur fidei ſacramē
tum. Et ſimiliter diony. baptiſmum diffiniuit per ordinē
ad illa ſacramenta dicens. ij. c. eccele. hierarh. ꝙ eſt quod
dam principium ſanctiſſimorum mandatorum ſacre ac-
tionis ad eorum ſuſceptiuam opportunitatē formans no
ſtros animales habitus. Et iterum in ordine ad celeſtem
gloriam. que eſt finis vniuerſalis ſacramentorum. cum
ſubdit. ad ſuperceleſtis quietis anagogē noſtrum iter fa-
ciens. Et iterum quantum ad principium ſpiritualis vi-
te per hoc quod ſubdit ſacre ⁊ diuiniſſime noſtre rege-
generationis traditio. Ad. ij. dđm ꝙ ſicut dictum eſt
opinionē hugonis đ ſancto victore in hac pte ſeq̄ nō opor
tet. poteſt tamen verificari vt baptiſmus dicatur aqua eē
q2 aqua eſt materiale baptiſmi principiū. ⁊ ſic eſt predica
tio per cauſam. Ad. iij. dicendum ꝙ accedente verbo
ad elementum fit ſacramentum. non quidem in ipſo ele-
mento. ſed in homine cui adhibetur elementum per vſū
ablutionis. ⁊ hoc etiam ſignat ipſum verbum quod acce-
dit ad elementum cum dicitur. ego te baptiſo.

## Ad ſecundū ſic procedit

Uidetur ꝙ baptiſmus fuerit inſtitutus poſt chriſti paſſi
onem. Cauſa enim precedit effectum. ſed in ſacramentis
noue legis paſſio chriſti operatur. ergo paſſio chriſti pre
cedit inſtitutionem ſacramentorum noue legis. ⁊ preci-
pue inſtitutionem baptiſmi. cum apoſtolus dicat ad ro.
vi. quicunꝗ baptiſati ſumus in chriſto heſu. in morte ip
ſius baptiſati ſumus. Pre. ſacramenta noue legis ef-
ficaciam habent ex mandato chriſti. ſed chriſtus manda
tum baptiſandi diſcipulis dedit poſt paſſionem ⁊ reſurre
ctionem dicens. euntes docete omnes gentes. baptiſan-
tes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti vt habet
Matth. vlti. ergo videtur ꝙ poſt paſſionē chriſti. baptiſ
mus fuerit inſtitutus. Pre. baptiſmus eſt ſacramen-
tum neceſſitatis vt ſupra dictum eſt. ⁊ ita videtur ꝙ ex q̄
baptiſmus inſtitutus fuit. homines obligarentur ad ba-
ptiſmum. ſed ante paſſionem chriſti homines non obli-
gabantur ad baptiſmum. quia adhuc circumciſio ſuam
virtutem habebat in cuius loco ſucceſſit baptiſmus. ergo
videtur ꝙ baptiſmus non fuerit inſtitutus ante paſſionē
chriſti. Sed contra eſt quod Aug. dicit in quodam ſer
mone epiph. ex quo chriſtus in aquis mergit ex eo om-
nium peccata abluit aqua. ſed hoc fuit ante chriſti paſſio-
nem. ergo baptiſmus ante chriſti paſſionem fuit inſtitu-
tus. Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſacramē-
ta ex ſui inſtitutione habent ꝙ conferunt gratiam. vnde
tunc videtur aliquod ſacramentum inſtitui quando acci
pit virtutem producendi ſuum effectum. hanc autem vir
tutem baptiſmus accepit quando chriſtus eſt baptiſatus
vnde tunc vere baptiſmus inſtitutus fuit quantum ad
ipſum ſacramentum. Sed neceſſitas vtendi hoc ſacramē
to indicta fuit hominibus poſt paſſionem ⁊ reſurrectionē
tum quia in paſſiōe chriſti terminata ſunt figuralia ſacra
menta veteris legis. tum quia etiam per baptiſmum con
figuratur homo paſſioni ⁊ reſurrectioni chriſti. inquan-
tum moritur peccato ⁊ anima incipit nouam iuſticie vi-
tam. ⁊ ideo oportuit chriſtum pati prius ⁊ reſurgere. quā
indiceretur neceſſitas ſe configurandi morti ⁊ reſurrecti
oni eius. Ad. i. ergo dđm ꝙ etiam ante paſſionē xpi
baptiſmus habebat efficaciam a chriſti paſſione. inꝙtū

eam prefigurabat. aliter tamen ꝙ ſacramenta veteris legis. nam illa erant figure tantum. baptiſmus autē ab ipſo chriſto virtutem habebat iuſtificandi per cuius virtutem etiam ipſa paſſio ſalutifera fuit. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ homines non debebant multiplicibus figuris artari p̄ xp̄m qui venerat ſua virtute figuras impletas auferre. ⁊ ideo ante paſſionem ſuam baptiſmum inſtitutum non poſuit ſub precepto. ſed voluit ad eius exercitiū homines aſſuefieri. ⁊ precipue in populo iudeorū. apud quem omnia facta figuralia erant. vt Auguſtinus dicit contra fauſtū poſt paſſionem vero ⁊ reſurrectionem non ſolum iudeis ſed etiam gentilibus ſuo precepto baptiſmi neceſſitatem impoſuit dicens. euntes docete omnes gentes. ¶ Ad .iij. dicendū ꝙ ſacramenta non ſunt obligatoria niſi quando ſub precepto ponuntur. quod quidem non fuit ante paſſionem vt dictum eſt. quod enim dominus ante paſſionem nicodemo dixit ioh. iij. niſi quis renatus fuerit ex aq̄ ⁊ ſpirituſancto. non poteſt introire in regnum dei. magis videtur ad futurum reſpicere quam ad preſens tempus

## ¶ Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ aqua non ſit propria materia baptiſmi. Baptiſmus enim ſm̄ Dio. ⁊ Damā. habet vim illuminandi ſed illuminatio maxime competit igni. ergo baptiſmus magis debet fieri in igne quam in aqua. preſertim cum iohannes baptiſta pronuncians chriſti baptiſmū dicat ille vos baptiſabit in ſpirituſancto ⁊ igne. ¶ Preterea in baptiſmo deſignatur ablutio peccatorū. ſed multa alia ſunt ablutiua peccatorum. ſed multa alia ſunt ablutiua quā aqua ſicut vinum ⁊ oleum ⁊ alia huiuſmodi. ergo etiam in his poteſt fieri baptiſmus. non ergo aqua eſt propria materia baptiſmi. ¶ Preterea ſacramenta eccleſie fluxerunt de latere chriſti pendentis in cruce vt ſupra dictum eſt. ſꝫ inde fluxit non ſolum aqua ſed etiam ſanguis. ergo videtur ꝙ in ſanguine poteſt fieri baptiſmus. quod etiam magis videtur cōuenire cum effectu baptiſmi. quia dicitur apoc. i. lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ¶ Preterea ſicut Aug. ⁊ Beda dicunt. chriſtus tactu ſue mundiſſime carnis vim purgatiuam contulit aquis. ſed non omnis aqua continuatur cum aqua iordanis. quam xp̄s tetigit ſua carne. ergo videtur ꝙ non in omni aqua poſſit fieri baptiſmus. ⁊ ita aqua inquantum huiuſmodi non eſt propria materia baptiſmi. ¶ Preterea ſi aqua ſm̄ ſe eſſet propria materia baptiſmi. non oporteret aliquid aliud fieri circa aquam ad hoc ꝙ in ea baptiſmus fieret. ſed in ſolenni baptiſmo aqua in qua debet baptiſmus celebrari exorciſatur ⁊ benedicitur. ergo videtur ꝙ aqua ſm̄ ſe non ſit propria materia baptiſmi. ¶ Sed contra eſt quod dominus dicit Iohā. iij. niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto non poteſt introire in regnum dei. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ ex inſtitutōne diuina aqua eſt propria materia baptiſmi. Primo quidem quantum ad ipſam rationem baptiſmi que eſt regeneratio in ſpiritualem vitam. quod maxime congruit aque. vnde ⁊ ſemina ex quibus generantur omnia viuentia. ⁊ plāte ⁊ animalia humida ſunt ⁊ ad aquā pertinent. propter quod quidam philoſophi poſuerunt aquam omnium rerum principium. Secundo quantū ad effectus baptiſmi quibus competunt aque proprietates. que ſui humiditate lauat. ex quo conueniens eſt ad ſignificandū ⁊ cauſandū ablutionem peccatorū. ſua frigiditate etiam temperat ſuperfluitatem caloris. ⁊ ex hoc cōpetit ad mitigandum concupiſcentiam fomitis. ſua etiā dyaphaneitate eſt luminis ſuſceptiua. vnde hoc competit baptiſmo inquantum eſt fidei ſacramentum. Tertio quia conuenit ad repreſentandum miſteria chriſti quibus iuſtificamur. vt enim Criſo. dicit ſuper illud ioh. niſi quis renatus fuerit. ſicut in quodam ſepulcro in aqua ſubmergentibus nobis capita vetus homo ſepelitur. ⁊ ſubmerſus deorſum occultatur. ⁊ deinde nouus rurſus aſcendit. Quarto quia rōe ſue cōmunitatis ⁊ habundantie eſt cōueniens materia neceſſitate huius ſacramenti. poteſt enī de facili vbiqꝫ haberi. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ illuminatio pertinet ad ignem actiue. ille aūt qui baptiſatur non efficitur illuminans ſed illuminatus per fidem. que eſt ex auditu. vt dicitur ad Roma. x. ⁊ ideo magis competit aqua baptiſmo quam ignis. Quod autem dicit baptiſabit vos in ſpirituſancto ⁊ igne poteſt intelligi per ignem. vt dicit hiero. ſpūſſanctus. qui ſuper diſcipulos in igneis linguis apparuit vt dicitur Actuū. ij. Vel per ignem poteſt intelligi tribulatio. vt Criſoſ. dicit ſuper Mattheum quia tribulatio peccata purgat ⁊ concupiſcentiam diminuit. Vel quia vt Hylarius dicit ſuper Mattheū. baptiſatis in ſpūſancto reliquum eſt conſumi igne iudicij. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ vinum ⁊ oleum cōmuniter non ſumunt ad vſū ablutionis ſicut aqua. Nec etiam ita perfecte abluūt quia ex illorum ablutione remanet aliqua imperfectio. ſaltem ad odorem. quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita cōmuniter ⁊ habundanter habentur ſicut aqua. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ex latere chriſti fluxit aqua ad abluendum. ſanguis autem ad redimēdū. ⁊ ideo ſanguis competit ſacramento eucariſtie. aqua autem ſacramento baptiſmi. q̄ tn̄ habet vim ablutiuam ex virtute ſanguinis chriſti. ¶ Ad .iiij. dicendum ꝙ virtus chriſti deriuata eſt ad oēm aquā non propter continuitatem loci. ſed propter ſimilitudinē ſpeciei. vt dicit Augu. in quodam ſermonem epiph. que de ſaluatoris baptiſmate benedicto fluxit. tanqꝫ fluuius ſpiritualis omnium gurgitum tractus vniuerſorum fontium venas impleuit. ¶ Ad .v. dicendum ꝙ illa benedictio que adhibetur aque nō eſt de baptiſmi neceſſitate. ſed pertinet ad quandam ſolennitatem. p̄ quam excitatur deuotio fideliū. ⁊ impeditur aſtucia demonis ne impediat baptiſmi effectum.

## ¶ Ad quartū ſic proceditur

Videtur ꝙ ad baptiſmum non requiratur aqua ſimplex. Aqua enim que apud nos eſt non eſt aqua pura. quod p̄cipue apparet de aqua maris in qua plurimum admiſcetur de terreſtri vt patet per philoſophum in libro metheo. ⁊ tamen in tali aqua poteſt fieri baptiſmus. ergo non requiritur aqua ſimplex ⁊ pura in baptiſmo. ¶ Preterea in ſolenni celebratōne baptiſmi aque infunditur criſma. ſed hoc videtur impedire puritatem ⁊ ſimplicitatē baptiſmi. ergo aqua pura ⁊ ſimplex non requiritur ad baptiſmum. ¶ Preterea aqua fluens de latere chriſti pendētis in cruce. fuit ſignificatiua baptiſmi vt dictum eſt. ſed aqua illa non videtur fuiſſe aqua pura. eo ꝙ in corpore mixto cuiuſmodi fuit corpus chriſti. non ſunt elementa in actu. ergo videtur ꝙ non requiratur aqua pura vel ſimplex ad baptiſmum. ¶ Preterea lixiuium non videtur eſſe aqua pura. habet enim cōtrarias proprietates aque ſcilicet calefaciendi ⁊ deſiccandi. Et tamen in lixiuio videtur poſſe fieri baptiſmus. ſicut ⁊ in aquis balneorum que tranſeunt per venas ſulphureas. ſicut ⁊ lixiuium colatur per cineres. ergo videtur ꝙ aqua ſimplex non requiratur ad baptiſmum. ¶ Preterea

aqua roſacea generatur per ſublimationem a roſis. ſicut etiam aque alchimice generantur per ſublimationem ab aliquibus corporibus. ſed in his aquis vt videtur poteſt fieri baptiſmus. ſicut ⁊ in aquis pluuialibus. que ꝑ ſublimationem vaporum generantur. cum ergo huiuſmodi aque non ſint pure. videtur ꝙ aqua pura ⁊ ſimplex nõ requiratur ad baptiſmum. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ propria materia baptiſmi eſt aqua vt dictum eſt. ſed ſpeciem aque nõ habet niſi aqua ſimplex. ergo aqua pura ⁊ ſimplex ex neceſſitate requiritur ad baptiſmuȝ. ¶ Rñ. dicendum ꝙ aqua ſuam puritatem ⁊ ſimplicitatem poteſt amittere dupliciter. vno modo per mixtionem alterius corporis. alio modo per alterationem. vtrunqȝ autem horum contingit fieri dupliciter. ſcilicet per artem ⁊ per naturam. ars autem deficit ab operatione nature. quia natura dat formam ſubſtantialem. quod ars facere non poteſt. ſed oẽs forme artificiales ſunt accidentales. niſi forte apponendo proprium agens ad propriam materiam. ſicut igneuȝ combuſtibili. per quem modum a quibuſdam quedam animalia per putrefactionem generantur. Quecunqȝ ergo tranſmutatio circa aquam facta eſt per artem. ſiue cõmiſcendo ſiue alterando. non tranſmutatur ſpecies aque vnde in tali aqua poteſt fieri baptiſmus. niſi forte aqua admiſceatur per artem in tam parua quantitate alicui corpori. ꝙ compoſitum magis ſit aliud quam aqua. ſicut lutum magis eſt terra quam aqua. ⁊ vinum limphatum magis eſt vinum quam aqua. Sed tranſmutatio que fit natura quandoqȝ quidem ſpeciem aque ſoluit. ⁊ hoc fit quando aqua efficitur per naturam de ſubſtantia alicuiꝰ corporis mixti. ſicut aqua conuerſa in liquorem vue eſt vinum. vnde non habet ſpeciem aque. aliquando autem fit per naturaȝ tranſmutatio aque ſine ſolutione ſpeciei. ⁊ hoc tam per alterationeȝ. ſicut patet de aqua calefacta a ſole. q̃ȝ etiam per mixtionem ſicut pȝ de aqua fluminis turbida ex permixtione terreſtrium partium. Sic ergo dicẽdum eſt ꝙ in qualibet aqua qualitercunqȝ tranſmutata dummodo non ſoluatur ſpecies aque poteſt fieri baptiſmus. ſi autem ſoluatur ſpecies aque non poteſt fieri baptiſmus. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ tranſmutatio facta in aqua maris ⁊ in alijs aquis que ſunt ſpecies aque non eſt tanta ꝙ ſoluat ſpeciẽ aque. ⁊ ideo in huiuſmodi aquis poteſt fieri baptiſmus. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ admixtio criſmatis non ſoluit ſpeciem aque. ſicut etiam nec aqua decoctionis carnium. aut aliorum huiuſmodi. niſi forte ſit facta tanta reſolutio corporum lixatorum in aqua. ꝙ liquor plus habeat de aliena ſubſtantia quam de aqua que ex ſpiſſitudine perſpici poteſt. ſi tamẽ ex liquore ſic inſpiſſato exprimatur aqua ſubtilis poteſt in ea fieri baptiſmus ſicut ⁊ in aqua que exprimitur ex luto. licet in luto baptiſmus fieri non poſſit. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ aqua fluens de latere chriſti pendentis in cruce non fuit humor flegmaticus vt quidam dixerunt. in tali enim humore non poſſet fieri baptiſmus. ſicut nec in ſanguine animalis. aut in vino. aut in quocunqȝ liquore alicuius plante. Fuit autem aqua pura. miraculoſe egrediẽs a corpore mortuo ſicut ⁊ ſanguis. ad comprobandam veritatem dominici corporis. contra manicheorum errorẽ. vt ſcilicet per aquã que eſt vnum quattuor elementorum. oſtenderetur corpꝰ chriſti vere fuiſſe compoſitum ex quattuor elementis. per ſanguinem vero oſtenderetur compoſituȝ ex quattuor humoribus. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ in lixiuio. ⁊ in aquis ſulphureorum balneorum poteſt fieri baptiſmus. quia talesaque non incorporantur per artem vel naturaȝ aliquibus corporibus mixtis. ſed ſolum alterationem quandaȝ recipiunt ex hoc ꝙ tranſeunt per aliqua corpora. ¶ Ad. v. dicendum ꝙ aqua roſacea eſt liquor roſe reſolutus. vnde in ea non poteſt fieri baptiſmus. ⁊ eadem ratione nec in aquis alchimicis ſicut in vino. Nec eadem eſt rõ de aq̃s pluuialibus que generantur ex maiori parte ex ſubtiliatõne vaporum reſolutorum ex aquis. minimum autem eſt ibi de liquoribus corporum mixtorum. qui tñ per hmõi ſublimationem virtute nature que eſt fortior arte reſoluitur in veram aquam. quod ars facere non poteſt. vnde aqua pluuialis nullam proprietatem retinet alicuius corporis mixti. quod de aquis roſaceis ⁊ de aquis alchimicis dici non poteſt.

## Ad quintũ ſic proceditur

Videtur ꝙ hec non ſit conueniens forma baptiſmi. ego te baptiſo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Actꝰ enim magis debet attribui principali agenti q̃ȝ miniſtro. Sed in ſacramento miniſter agit vt inſtrumentum vt ſupra dictum eſt. principale autem agens in baptiſmo eſt chriſtꝰ ſm illud Joh. i. ſuper quem videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manentem. hic eſt qui baptiſat. inconuenienter ergo miniſter dicit. ego te baptiſo. preſertiȝ quia in hoc ꝙ dicit baptiſo intelligitur ego. ⁊ ſic videtur ſuperflue apponi. ¶ Pre. non oportet ꝙ ille qui aliquem actum exercet ꝙ de actu exercitato faciat mentionem. ſicut ille qui docet non oportet ꝙ dicat ego vos doceo. Dominus aũt ſil'tradidit preceptum baptizandi ⁊ docendi dicens euntes docete omnes gentes ⁊c. ergo nõ oportet ꝙ in forma baptiſmi fiat mentio de actu baptiſmi. ¶ Pre. ille qui baptiſatur quandoqȝ nõ intelligit verba. puta ſi ſit ſurdus aut puer. Fruſtra autem ad talem ſermo dirigitur ſm illud Eccle. vbi non eſt auditus non effundas ſermonem. ergo inconuenienter dicitur ego baptiſo te. ſermone directo ad eum qui baptizatur. ¶ Pre. contigit ſimul plures baptizari a pluribus. ſicut apoſtoli baptiſauerunt. vna die tria milia. ⁊ alia die quinqȝ milia. vt dicitur Actuum ij. ⁊ iiij. non ergo debet forma baptiſmi determinari in ſingulari numero. vt dicatur ego baptiſo te. ſed poteſt dici nos vos baptizamus. ¶ Pre. baptiſmus virtutem habet a paſſione chriſti. ſed per formam baptiſmi ſanctificamur. ergo videtur ꝙ in forma baptiſmi debet fieri mentio de paſſione chriſti. ¶ Pre. nomen deſignat proprietateȝ rei. ſed tres ſunt proprietates perſonales diuinarum perſonarum vt in prima parte dictum eſt. non ergo debet dici in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. ſed in nominibus. ¶ Pre. perſona patris non ſolum ſignificatur nomine patris. ſed etiam nomine innaſcibilis ⁊ genitoris filius etiaȝ ſignificatur nomine verbi ⁊ imaginis ⁊ geniti. ſpiritus autem ſanctus poteſt ſignificari nomine doni ⁊ amoris. ⁊ nomine procedentis. ergo videtur ꝙ etiaȝ his nominibus vtendo perficiatur baptiſmus. ¶ Sed ɔtra eſt qḋ dominus dicit Math. vlti. euntes docete omnes gentes. baptizantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ ſancti. ¶ Rñ. dicendum ꝙ baptiſmus per ſuam formaȝ cõſecratur. ſm illud ad Ephe. v. mundans eam lauacro aque in verbo vite. ⁊ Augu. dicit in libro de vnico baptiſmo. ꝙ baptiſmus verbis euangelicis conſecratur. ⁊ ideo oportuit ꝙ in forma baptiſmi exprimatur cauſa baptiſmi eſt enim duplex cauſa. vna quidem principalis. a qua virtutem habet. que eſt ſancta trinitas. alia autem eſt inſtru

mentalis ſcilicet miniſter. qui tradit exterius ſacramentū
⁊ ideo oportet in forma baptiſmi de vtraqꝫ fieri mentionē
miniſter autem tangitur cum dicitur ego te baptiſo. cau-
ſa autem principalis in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti
vnde hec eſt cōueniens forma baptiſmi. ego te baptiſo in
nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti. ¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ
actio attribuitur inſtrumento. ſicut immediate agenti. at-
tribuitur autem principali agenti ſicut in cuius virtute
inſtrumentum agit. ⁊ ideo in forma baptiſmi conuenien-
ter ſignatur miniſter vt exercens actum baptiſmi. per hoc
ꝙ dicitur ego te baptiſo. ⁊ ipſe dn̄s actum baptiſandi at-
tribuit miniſtris dicens baptiſantes eos ⁊c. cauſa aūt prī
cipalis ſignatur. vt in cuius virtute ſacramentum agitur
per hoc ꝙ dicitur in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti
non enim baptiſat xp̄s ſine patre ⁊ ſpirituſancto. ¶ Greci
autem non attribuunt actum baptiſmi miniſtris. ad eui-
tandum antiquum errorem. qui virtutem baptiſmi ba-
ptizanti attribuebant. dicentes. ego ſum pauli. ⁊ ego ſū
cephe ⁊c. ⁊ ideo dicunt baptiſetur ſeruus xp̄i talis vel tal'
in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti ⁊ quia exprimitur
actus exercitus per miniſtrum. cum inuocatione trinita-
tis verum perficitur ſacramentū. ꝙ aūt additur ego in for
ma noſtra. non eſt de ſubſtantia forme. ſed ponitur ad ma
iorem intentionis expreſſionem. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ quia
ablutio hominis in aqua ꝓpter multa fieri poteſt. oportet
ꝙ determinetur in verbis forme ad quid fiat. quod qui-
dem non fit per hoc ꝙ dicitur in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſ-
ſancti. q2 omnia in tali nomine facere debemus vt habe-
tur ad ¶ Collo. iij. ⁊ ideo ſi non exprimatur actus baptiſ-
mi vel per modum noſtrum vel per modum grecorū. nō
perficitur ſacramentum ſm̄ illam decre. alexā. tertij. ſi qs
puerum ter in aquā merſerit in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpī
rituſſancti amē. ⁊ nō diceret ego te baptiſo in noīe patriſ
⁊ filij ⁊ ſpirituſſancti amen. non eſt puer baptizatus.
¶ Ad .iij. dōm ꝙ verba que proferuntur in formis ſacramē
torum non ꝓnunciantur ſolum cauſa ſignificandi. ſꝫ etiā
cauſa efficiendi inquantum habent efficaciam ab illo ver
bo per quod facta ſunt omnia. ⁊ ideo conuenienter diri-
guntur non ſolum ad homineſ. ſed etiaꝫ ad creaturas in
ſenſibiles. cum dicitur exorciſo te creaturam ſalis. ¶ Ad
iiij. dōm ꝙ plures ſimul non poſſunt vnum baptiſare. q2
actus multiplicatur ſm̄ multiplicationeꝫ agentium. ſi ab
vnoquoqꝫ agatur perfecte. ⁊ ſic ſi conuenirent duo quoꝝ
vnus eſſet mutus qui non poſſet proferre verba. ⁊ alter
carens manibus qui non poſſet exercere actum. non poſ-
ſent ambo ſimul baptiſare. vno dicente verba. alio autem
exercente actum. poſſunt autem ſi neceſſitas exigit plures
ſimul baptiſari. quia nullus eorum recipiet niſi vnum ba
ptiſmum. ſed tunc oportebit dicere ego baptiſo vos. nec
erit mutatio forme. quia vos nihil aliud eſt niſi te ⁊ te. ꝙ
autem dicitur nos. non eſt idem quod ego ⁊ ego. ſed ego
⁊ tu. ⁊ ſic iam mutaretur forma. ſicut ſi diceretur ego me
baptiſo. ⁊ ideo nullus baptizare poteſt ſeipm̄ ꝓpter quod
etiam chriſtus voluit a iohanne baptizari vt dicitur extra
de baþ. ⁊ eius effectu. c. debitum. ¶ Ad .v. dōm ꝙ paſſio
xp̄i ⁊ ſi ſit principalis cā reſpectu miniſtri. eſt tn̄ cauſa in-
ſtrumentalis reſpectu ſancte trinitatis. ⁊ ideo potius com
memoratur trinitas qꝫ paſſio xp̄i. ¶ Ad .vi. dōm. ꝙ ⁊ ſi
ſint tria noīa perſonalia triū perſonaꝝ. eſt tn̄ vnum nomē
eſſentiale. virtus autem diuina que operatur in baptiſmo
ad eſſentiam pertinet. ⁊ ideo dicitur in nomine patris et
non in noibus. ¶ Ad .vij. dicendum ꝙ ſicut aqua ſu-
mitur ad baptiſmum. quia eius vſus eſt cōmunior ad ab
luendum. ita ad ſignificandum tres perſonas. in forma
baptiſmi aſſumuntur illa nomina quibus conuenientiuſ
conſueuerunt nominari perſone in illa lingua. nec in alijſ
nominibus perficitur ſacramentum.

## ¶ Ad ſextum ſic proceditur

Uidetur ꝙ in nomine chriſti poſſit dari baptiſmus. Si-
cut enim vna eſt fides ita ⁊ vnum eſt baptiſma. vt dicit
ad ¶ Ephe. iiij. ſed Actuū. viij. dicitur ꝙ in nomine hieſu
chriſti baptiſabantur viri ⁊ mulieres. ergo etiam nunc po
teſt dari baptiſmus in nomine chriſti. ¶ Pre. Ambro.
dicit ſi chriſtum dicas ⁊ patrem a quo vnctus eſt ⁊ ipm̄
qui vnctus eſt filium ⁊ ſpiritumſanctum quo vnctus eſt
deſignaſti. ſed in nomine trium poteſt fieri baptiſmus. ergo
⁊ in nomine chriſti ¶ Pre. nicolaus papa ad cōſulta bul
garorum reſpondens dicit qui in nomine ſancte trinita-
tis vel tantum in nomine chriſti. ſicut in actibus apoſto
lorum legitur baptiſati ſunt. vnum quippe idemqꝫ ē
vt ſanctus ait ambroſius rebaptizari non debent. Reba-
ptizarentur autem ſi in hac forma baptizati non recipe-
rēt ſacramentum baptiſmi. ergo poteſt conſecrari baptiſ
mus in noīe chriſti ſub hac forma ego te baptiſo in noīe
chriſti. ¶ Sed cōtra eſt quod pelagius papa ſcribit gau
dentino epiſcopo. ſi hij qui in locis dilectioni tue vicinis
cōmorari dicuntur ſe ſolummodo in nomine domini ba-
ptiſatos fuiſſe confitentur. ſine cuiuſqꝫ dubitationis am-
biguo eos ad fidem catholicam venientes in ſancte trini-
tatis nomine baptizabis. Didimus etiam dicit in libro
de ſpirituſancto. licet quis poſſit exiſtere mentis aliene q
ita baptizaret. vt vnum de predictis nominibus ſcilicet
trium perſonarum pretermittat ſine perfectione baptiza-
uit ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſacramenta ha
bent efficaciam ab inſtitutione chriſti. ⁊ ideo ſi pretermit-
tatur aliquid eorum que chriſtus inſtituit circa aliquod
ſacramentum efficacia careret. niſi ex ſpeciali diſpenſatōe
eius qui virtutem ſuam ſacramentis non alligauit. chri-
ſtus autem inſtituit ſacramentum baptiſmi dari cum in-
uocatione trinitatis. ⁊ ideo quicquid deeſt ad inuocatio-
nem plenam trinitatis tollit integritatem baptiſmi. Nec
obſtat ꝙ in nomine vnius perſone intelligitur alia. ſicut
in nomine patris intelligitur filius. aut ꝙ ille qui nomi-
nat vnam ſolam perſonam poteſt habere rectam fidem de
tribus. quia ad ſacramentum ſicut requiritur materia ſen
ſibilis. ita ⁊ forma ſenſibilis. vnde non ſufficit intellectuſ
vel fides trinitatis ad perfectionem ſacramenti. niſi ſenſi-
bilibus verbis trinitas exprimatur. vnde ⁊ in baptiſmo
chriſti vbi fuit origo ſanctificationis noſtri baptiſmi. af-
fuit trinitas ſenſibilibus ſignis. ſcilicet pater in voce. fili⁹
in humana natura. ſpirituſſanctus in columba. ¶ Ad .i. ergo
dicendum ꝙ ex ſpeciali chriſti reuelatione apoſtoli in pri
mitiua eccleſia in nomine chriſti baptizabāt. vt nomen
chriſti quod erat odioſum iudeis ⁊ gentibus honorabi-
le redderetur. per hoc quod ad eius inuocationem ſpūſ-
ſanctus dabatur in baptiſmo. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ am
bro. aſſignat rationem quare conuenienter talis diſpen-
ſatio fieri potuit in primitiua eccleſia. quia ſcilicet in no-
mine chriſti tota trinitas intelligitur. ⁊ ideo ſeruabatur
ad minus cū integritate intelligibili forma. quā chriſtus
tradidit in euangelio. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ nicolaus papa
dictum ſuum confirmat ex duobus pmiſſis. ⁊ iō eius re-
ſponſio pꝫ ex pmiſſis duabus ſolutionibus.

## Ad ſeptimū ſic procedituꝛ

Uidetur ꝙ imerſio in aquam ſit de neceſſitate baptiſmi. Sicut enim dicitur ad Heb. iiij. vna fides vnum baptiſma. ſed apud multos cōmunis modus baptiſandi eſt ꝑ immerſionem. ergo videtur ꝙ non poſſit eſſe baptiſmus ſine immerſione. ¶ Pre. Apoſtolus dicit ad Roma. vi. quicunq̄ baptiſati ſumus in chriſto ieſu in morte ipſius baptizati ſum⁹. cōſepulti eni ſumus cū illo per baptiſmū in mortem. ſed hoc fit per immerſionem. dicit eni Criſ. ſuper illud Ioh. iij. niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. ſicut in quodam ſepulcro in aqua ſubmergentibus nobis capita vetus homo ſepelitur. ⁊ ſubmerſus deorſum occultatur. deinde nouus rurſus aſcendit. ergo videtur ꝙ immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi. ¶ Prete. ſi ſine immerſione totius corporis poteſt fieri baptiſmus ſequitur ꝙ pari ratione ſufficeret quamlibet partem aq̄ perfundi. ſed hoc videtur incōueniens. quia originale peccatum contra quod precipue datur baptiſmus non eſt in vna tm̄ corporis parte. ergo videtur ꝙ requiratur immerſio ad baptiſmum ⁊ non ſufficit ſola aſperſio. ¶ Sed cōtra eſt quod ad Heb. x. dicitur accedamus ad eū vero corde in plenitudine fidei. aſperſi per corda a conſcia mala ⁊ abluti corpus aqua munda. ¶ Rñ. dōm ꝙ aqua aſſumitur in ſacramento baptiſmi ad vſum ablutionis corporal' per quam ſignificatur interior ablutio peccatoꝝ. ablutio aūt fieri poteſt per aquam. non ſolum per moduꝫ immerſionis. ſed etiam ꝑ modum aſpſionis vel effuſionis. ⁊ iō q̄uis tutius ſit baptizare ꝑ modum immerſionis q2 hoc habet cōmunioꝛ vſus. poteſt tñ fieri baptiſmus ꝑ modū aſpſionis vel etiam per modū effuſionis. ſm illud ezech. xxxvi. effundam ſuper vos aquam mundam. ſicut ⁊ beat⁹ laurentius legitur baptiſaſſe. ⁊ hoc precipue ꝓpter neceſſitatem. vel quia eſt magna multitudo baptiſandoꝝ. ſicut patet actu. ij. ⁊ iiij. vbi dicitur ꝙ crediderunt vna die tria milia. ⁊ alia die quinq̄ milia. Quandoq̄ aūt poteſt imminere neceſſitas propter paucitatem aque vel propter debilitatem miniſtri qui non poteſt ſuſtentare baptizanduꝫ vel propter debilitateꝫ baptzandi. cui poſſet imminere periculum mortis ex immerſione. ⁊ ideo dōm eſt ꝙ immerſio non eſt de baptiſmi neceſſitate. ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ ea que ſunt per accidens non variant rei ſubſtantiam. per ſe autem requiritur ad baptiſmum corporalis ablutio per aquam. vnde ⁊ baptiſmus lauacrum nominatur. ſm illud ad Ephe. v. mundans eam lauacro aque. in verbo vite. Sed quod fiat ablutio hoc vel illo modo accidit baptiſmo. ⁊ ita talis diuerſitas non tollit vnitatem baptiſmi.

¶ Ad. ij. dicendum ꝙ in merſione expreſſius repreſentatur figura ſepulture chriſti. ⁊ ideo hic modus baptizandi eſt cōmunioꝛ ⁊ laudabilioꝛ. ſed in alijs modis baptizādi repreſentatꝛ aliquo modo. licet non ita expreſſe. nā quouis modo fiat ablutio corpus hominis vel aliqua ps ei⁹ aque ſupponitur. ſicut corpus xp̄i fuit poſitū ſub terra.

¶ Ad. iij. dōm ꝙ principalis pars corporis precipue quātum ad exteriora membra eſt caput. in quo vigēt omnes ſenſus interiores ⁊ exteriores. ⁊ ideo ſi totū corpus aqua non poſſit perfundi propter aque paucitatem vel propter aliquam aliam cauſam oportet caput perfundere in quo manifeſtatur principium vite animalis. ⁊ licet per membra que generationi deſeruiunt peccatum originale traducitur non tñ ſunt membra illa pocius aſpgenda q̄ caput quia per baptiſmū non tollitur tranſmiſſio originalis in prolem ꝑ actum generationis. ſed liberatur anima a macula ⁊ reatu peccati quod incurrit. ⁊ ideo debet precipue lauari illa pars corporis in qua manifeſtantur anime opa. In veteri tñ lege remedium contra originale peccatū inſtitutum erat in membro generationis. quia adhuc ille ꝑ quod originale erat āmouendum naſciturus erat ex ſemine abrae cuius fidem circumciſio ſignificabat vt dicitur ad Roma. iiij.

## Ad octauū ſic procedituꝛ

Uidetur ꝙ trina immerſio ſit d' neceſſitate baptiſmi. Dicit enim Aug. in quodam ſermone de ſimbolo ad baptiſatos. recte tertio merſi eſtis. quia accepiſtis baptiſmum in nomine trinitatis. recte tertio merſi eſtis quia accepiſtis baptiſmum in nomine ieſu xp̄i qui tertia die reſurrexit a mortuis. illa enim tertio repetita immerſio tipum dn̄ice exprimit ſepulture. per quam xp̄o conſepulti eſtis in baptiſmo. Sed vtraq̄ videtur ad baptiſmi neceſſitatem ꝑtinere. ſcilicet ꝙ ſignificetur in baptiſmo trinitas perſonarum. ⁊ ꝙ fiat configuratio ad ſepulturam xp̄i. ergo videtur ꝙ trina īmerſio ſit de neceſſitate baptiſmi. ¶ Pre. ſacramenta ex mandato chriſti efficaciaꝫ habent. ſꝫ trina immerſio ē ex mādato chriſti ſcripſit eniꝫ pelagius papa gaudentino ep̄o euangelicum preceptum ip̄o dn̄o deo ⁊ ſaluatore noſtro tradente nos ammonet in nomine trinitatis trina immerſione ſanctuꝫ baptiſmum vnicuiq̄ tribuere. ergo ſicut baptiſare in nomine trinitatis eſt de neceſſitate baptiſmi. ita baptiſare trina immerſione videtur eſſe de baptiſmi neceſſitate. ¶ Pre. ſi trina immerſio nō ſit de baptiſmi neceſſitate. videtur ergo ꝙ ad primam immerſionem conſequitur ſacramentum. ſi vero addatꝛ ſecunda vel tertia videtꝛ ꝙ ſecundo vel tertio baptiſetur q̄d eſt inconueniens. non ergo vna immerſio ſufficit ad ſacramentum baptiſmi. ſed trina videtur eſſe de ipſius neceſſitate. ¶ Sed contra eſt quod Greg. ſcribit leandro ep̄o. reprehenſibile nullatenus eſſe poteſt. infantem in baptiſmate vel tertio vel ſemel immergere. q̄m ⁊ in tribus immerſionibus perſonarum trinitas ⁊ in vna poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut prius dictuꝫ eſt ad baptiſmum per ſe requiritur ablutio aque. que eſt de ſacramenti neceſſitate. modus aūt ablutionis per accidens ſe habet ad ſacramentū. ⁊ ideo ſicut ex predicta auctoritate greg. patet quantum eſt de ſe vtrunq̄ licite fieri poteſt. ⁊ ſemel ⁊ ter immergere q2 vna immerſione ſignificatur vnitas mortis xp̄i. ⁊ vnitas diuinitatis. per trinaꝫ aūt immerſionem ſignificatꝛ triduum ſepulture xp̄i. ⁊ trinitas pſonarum. Sed diuerſis ex cauſis ſm ordinationē eccleſie qn̄q̄ inſtitutus eſt vnus modus. qn̄q̄ ali⁹. quia eni in principio naſcentis eccl'ie. quidam de trinitate male ſentiebant. xp̄m purum hoīem eſtimantes. nec dici filium dei nec deum. niſi per meritum eius quod precipue fuit in morte eius. ideo non baptizabant in nomine trinitatis. ſed in cōmemoratione paſſionis xp̄i. ⁊ vna immerſione. quod reprobatum fuit in primitiua eccleſia. vnde in canonibus apoſtoloꝝ legitur ſi quis preſbyter aut ep̄s non trinam immerſionem vnius miſterij. ſed ſemel īmergat in baptiſmate quod dari a quibuſdam in mortē dn̄i dicitur deponatur. non eni nobis dixit dn̄s in morte mea baptiſate. ſed in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. ¶ Poſt moduꝫ vero inoleuit quorundam ſciſmaticoꝝ error homines baptizantium. ſicut donatiſtis. Aug. narrat ſuper iohannem. ⁊ ideo in deteſtationem erroꝝ eorum fuit ſta

tutum in conſilio toletano quod fieret vna ſola immerſio. vbi ſic legitur. propter vitandum ſciſmatis ſcandalum vel heretici dogmatis vſum. ſimplam teneamus immerſionem. Sed ceſſante tali cauſa communiter obſeruatur in baptiſmo trina immerſio. et ideo grauiter peccaret aliter baptiſans quaſi ritum eccleſie non obſeruans. nihilominus tamen eſſet baptiſmus. ¶ Ad .i. ergo dicendum quod trinitas eſt ſicut agens principale in baptiſmo. ſimilitudo autem agentis peruenit ad effectum ſecundum formam. et non ſecundum materiam. et ideo ſignificatio trinitatis fit in baptiſmo per verba forme. nec eſt de neceſſitate quod ſignificetur trinitas per vſum materie ſed hoc fit ad maiorem expreſſionem. Similiter etiam mors chriſti figuratur ſufficienter in vnica immerſione. Triduum autem ſepulture non eſt de neceſſitate noſtre ſalutis. quia etiam ſi vna die fuiſſet ſepultus vel mortuus ſuffeciſſet ad perficiendam noſtram redemptionem. ſed triduum illud ordinatur ad manifeſtandam veritatem mortis vt ſupra dictum eſt. et ideo patet quod trina immerſio nec ex parte trinitatis nec ex parte paſſionis chriſti eſt de neceſſitate ſacramenti.

¶ Ad .ij. dicendum quod pelagius papa intelligit trinam immerſionem eſſe ex mandato chriſti in ſuo ſimili. in hoc ſcilicet quod chriſtus precepit baptiſare in nomine patris et filij et ſpiritusſancti non tamen eſt ſimilis ratio de forma et vſu materie vt dictum eſt. ¶ Ad .iij. dicendum quod ſicut ſupra dictum eſt intentio requiritur ad baptiſmum et ideo ex intentione miniſtri eccleſie qui intendit vnum baptiſma dare trina immerſione efficitur vnum baptiſma. vnde hiero. dicit in epiſtola ad phil. licet ter baptiſetur ideſt immergatur per miſterium trinitatis tamen vnum baptiſma reputatur. ſi vero intenderet per vnamquamque immerſionem vnum baptiſma dare ad ſingulas immerſiones repetens verba forme peccaret. quantum de ſe eſt pluries baptiſans.

## Ad nonum ſic proceditur

Videtur quod baptiſmus poſſit iterari. Baptiſmus enim videtur inſtitutus ad ablutionem peccatorum. ſed peccata iterantur. ergo multomagis baptiſmus debet iterari. quia miſericordia chriſti tranſcendit hominis culpam.

¶ Preterea. iohannes baptiſta precipue fuit a chriſto commendatus cum de eo dictum ſit Matt. xi. inter natos mulierum non ſurrexit et cetera. Sed baptiſati a iohanne iterum baptiſabantur vt habetur Actuum. xix. vbi dicitur quod paulus baptizauit eos qui erant baptiſati baptiſmo iohannis. ergo multomagis illi qui ſunt baptizati ab hereticis vel peccatoribus ſunt rebaptizandi. ¶ Preterea. in niceno concilio ſtatutum eſt. ſi quis confugerat ad eccleſiam catholicam de paulianiſtris et de cathefrigis baptizare eos debere. videtur autem eadem eſſe ratio de alijs hereticis. ergo baptizati ab hereticis debent rebaptizari. ¶ Preterea. baptiſmus eſt neceſſarius ad ſalutem. ſed de quibuſdam baptizatis aliquando dubitatur an ſint baptizati. ergo videtur quod debeant iterum baptizari. ¶ Preterea. ſacramentum eucharistie eſt perfectius ſacramentum quam baptiſmus vt ſupra dictum eſt. ſed ſacramentum eucharistie iteratur. ergo multomagis baptiſmus iterari poteſt. ¶ Sed contra eſt quod dicitur ad Ephe. iiij. vna fides vnum baptiſma. ¶ Reſpondeo dicendum quod baptiſmus iterari non poteſt. Primo quidem quia baptiſmus eſt quedam ſpiritualis regeneratio prout ſcilicet aliquis moritur veteri vite. et incipit nouam vitam agere vnde dicitur Ioh. iij. niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpirituſancto. non poteſt videre regnum dei. vnius autem non eſt niſi vna generatio. et ideo non poteſt baptiſmus iterari ſicut nec carnalis generatio. vnde Aug. dicit ſuper illud Ioh. iij. nunquid poteſt in ventrem matris iterato introire et renaſci. ſic tu inquit intellige natiuitatem ſpiritus quomodo intellexit nicodemus natiuitatem carnis. quomodo enim vterus non poteſt repeti ſic nec baptiſmus. Secundo quia in morte chriſti baptiſamur per quam peccato morimur et reſurgimus in nouitatem vite. chriſtus autem ſemel tantum mortuus eſt. et ideo nec baptiſmus iterari debet propter quod ad Heb. vi. contra quoſdam rebaptizari volentes dicitur rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium dei. vbi gloſa dicit vna chriſti mors vnum baptiſma conſecrauit. Tertio quia baptiſmus imprimit caracterem qui eſt indebilis. et cum quadam conſecratione datur. vnde ſicut alie conſecrationes non iterantur in eccleſia ita nec baptiſmus. et hoc eſt quod Auguſt. dicit in .ij. contra epiſtolam permeniani. quod caracter militaris non repetitur. et quod non minus heret ſacramentum chriſti. quam corporalis hec nota. cum videamus nec apoſtatas carere baptiſmate. quibus vtique per penitentiam redeuntibus non reſtituitur. Quarto quia baptiſmus principaliter datur contra originale peccatum. et ideo ſicut originale peccatum non iteratur. ita nec etiam baptiſmus iteratur. quia vt dicitur ad Ro. v. ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem ſic et per vnius iuſticiam in omnes homines in iuſtificationem vite. ¶ Ad .i. ergo dicendum quod baptiſmus operatur in virtute paſſionis chriſti ſicut ſupra dictum eſt. et ideo ſicut peccata ſequentia virtutem paſſionis chriſti non auferunt. ita etiam non auferunt baptiſmum vt neceſſe ſit ipſum iterari. ſed penitentia ſuperueniente tollitur peccatum. quod impediebat baptiſmi effectum.

¶ Ad .ij. dicendum quod ſicut dicit Aug. ſuper illud Ioh. i. ſed ego neſciebam eum. ecce poſt iohannem baptiſatus eſt. poſt homicidam non eſt baptiſatus. quia iohannes dedit baptiſmum ſuum. homicida dedit baptiſmum chriſti. quia ſacramentum tam ſanctum eſt vt nec homicida miniſtrante polluatur. ¶ Ad .iij. dicendum quod pauliani et cathafrige non baptizabant in nomine trinitatis. vnde Grego. dicit ſcribens guidino epiſcopo. hi heretici qui in nomine trinitatis minime baptizantur ſicut ſunt bonoſiani et cathafrige quaſi ſcilicet idem ſentiebant cum paulianis. quia et iſti chriſtum non credunt. eſtimantes ſcilicet chriſtum purum eſſe hominem et iſti ſcilicet cathafrige ſpiritum ſanctum peruerſo ſenſu eſſe purum hominem montanum ſcilicet credunt. qui cum ad eccleſiam ſanctam venerint baptizantur. quia baptiſma non fuit. quia in errore poſiti ſancte trinitatis nomine minime perceperunt. Sed ſicut in regulis eccleſiaſticis dicitur. ſi qui apud illos hereticos baptizati ſunt qui in ſancte trinitatis confeſſione baptizant. et veniunt ad catholicam fidem. recipiuntur vt baptizati. ¶ Ad .iiij. dicendum quod ſicut alexander tertius dicit de quibus dubium eſt an baptizati ſunt baptizentur his verbis premiſſis. ſi baptiſatus es. ego te non baptizo. ſi nondum baptizatus es ego te baptizo. non enim videtur iterari. quia neſcitur eſſe factum.

¶ Ad .v. dicendum quod vtrumque ſacramentum ſcilicet baptiſmi et eucharistie eſt repreſentatiuum mortis et paſſionis dominice aliter tamen et aliter. nam in baptiſmo commemoratur mors chriſti inquantum homo chriſto commoritur. vt in nouam vitam regeneretur. ſed in ſacramento eucharistie commemoratur mors chriſti. inquantum ipſe chriſtus paſſus exhibetur nobis quaſi paſcale conuiuium. ſecundum illud .i. Cor. v. paſca noſtrum immolatus eſt chriſtus itaque epulemur. et quia ſemel naſcitur multotiens autem cibatur ſemel tantum baptiſma datur multotiens autem eucharistia.

## Ad decimum ſic procedit

Uidetur ꝙ non ſit conueniens ritus quo eccleſia vtitur
in baptizando. vt enim Criſ. dicit nunꝗ̄ aque baptiſma
les credentiū peccata purgare poſſent. niſi tactu dominici
corporis ſanctificate fuiſſent. Hoc autem factum fuit in
baptiſmo chriſti qui celebrat̄ in feſto ephie. ergo magis
deberet celebrari ſolennis baptiſmus in feſto ephie. quā
in vigilia paſce ⁊ in vigilia penthecoſtes. ¶ Pre. ad idē
ſacramentum non videtur pertinere diuerſarum materia
rum vſus. ſed ad baptiſmum pertinet ablutio aque. incō
uenient̄er ergo ille qui baptizatur bis inungit̄ oleo ſancto
primū in pectore. deinde inter ſcapulas. tertio criſmate in
vertice. ¶ Pre. in chriſto ieſu non eſt maſculus neqꝫ fe-
mina. barbarus ⁊ ſcita. ⁊ eadem ratione nec alique alie
hmōi differentie. multo ergo minus diuerſitas veſtium
operatur aliquid in fide chriſti. inconuenienter ergo ba-
ptiſatis traditur candida veſtis. ¶ Pre. ſine huiuſmodi
obſeruantijs poteſt baptiſmus celebrari. Hec ergo que
dicta ſunt videntur eſſe ſuperflua. ⁊ ita incōuenienter ab
eccleſia inſtituta eſſe in ritu baptiſmi. ¶ Sed contra eſt
ꝙ eccleſia regitur ſpiritu ſancto qui nihil inordinatū ope-
ratur. ¶ Rñ. dicendū ꝙ in ſacramento baptiſmi aliqd
agitur quod eſt de ſacramēti neceſſitate. ⁊ aliquid eſt qd̄
ad quandam ſollennitatem ſacramenti pertinet. De ne-
ceſſitate quidem ſacramenti eſt ⁊ forma que deſignat prī
cipalem cauſam ſacramēti. ⁊ miniſter qui eſt cauſa inſtru
mentalis. ⁊ vſus materie ſcilicet ablutio in aqua. que de-
ſignat principalem ſacramenti effectum. Cetera vero oīa
que in ritu baptiſandi eccleſia obſeruat. magis pertinent
ad quandam ſolennitatem ſacramenti. que quidē adhi
bentur ſacramento propter tria. Primo ad excitandam
deuotionem fidelium ⁊ reuerentiam ad ſacramentum. ſi
enim ſimpliciter fieret ablutio in aqua abſqꝫ ſolennitate
de facili ab aliquibus eſtimaretur quaſi quedā cōmunis
ablutio. Secundo ad fidelium inſtructionem. ſimplices
enim qui litteris non erudiuntur oportet erudiri per ali-
qua ſenſibilia ſigna puta per picturas ⁊ aliquid huiuſmo
di. ⁊ per hunc modum per ea que in ſacramentis agūtur
vel inſtruuntur vel ſolicitantur ad querendū de his que
per hmōi ſenſibilia ſignificantur. ⁊ ideo quia preter prī-
cipalem ſacramenti effectum. oportet quedam alia ſcire
circa baptiſmum conueniens fuit vt etiam quibuſdam ex
terioribus ſignis repreſentaretur. Tertio quia per opera
tiones ⁊ benedictiones ⁊ alia huiuſmodi cohibetur vis de
monis. ab impedimento ſacramentalis effectus. ¶ Ad
i. ergo dōm ꝙ xp̄s in epiphania baptizatus eſt baptiſmo
iohannis. vt ſupra dictum eſt. quo quidem baptiſmo nō
baptiſantur fideles. ſed potius baptiſmo chriſti qui quī-
dem habet efficaciam ex paſſione chriſti ſm̄ illud ad Ro.
v. quicunqꝫ baptizati ſumus in chriſto ieſu in morte ipi-
us baptizati ſumus. ⁊ ex ſpiritu ſancto ſm̄ illud ioh. iij. niſi
quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. ⁊ ideo ſolen-
nis baptiſmus agitur in eccleſia etiam in vigilia paſce.
quando fit commemoratio dominice ſepulture ⁊ reſurre
ctionis eius. propter quod ⁊ dominus poſt reſurrectionē
preceptum de baptiſmo diſcipulis dedit vt habetur mat.
vlti. et in vigilia penthecoſtes quando incipit celebrari
ſolennitas ſpiritus ſancti. vnde ⁊ apoſtoli legūtur ipo die
penthecoſtes ꝗ ſpiritum ſanctū receperunt tria milia ba-
ptiſaſſe. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ vſus aque adhibetur in baptiſ-
mo quaſi pertinens ad ſubſtantiam ſacramenti. ſed vſus
olei vel criſmatis adhibetur ad quandam ſolennitatem.
nam primo baptiſandus inungitur oleo ſancto ⁊ in pecto
re ⁊ in ſcapulis. quaſi athleta dei ſicut Ambroſ. dicit de
ſacramentis ſicut pugiles inungi conſueuerunt. Uel ſic
Inno. dicit in quadam decre. de ſancta vnctione baptiſan
dus in pectore inungitur. vt ſpiritus ſancti donum recipi
at. errorem abijciat. ⁊ ignorantiam. ⁊ fidem rectam ſuſci
piat. quia iuſtus ex fide viuit. Inter ſcapulas autē inun
gitur. vt ſpiritus ſancti gratiam induat negligentiā exuat
⁊ torporem ⁊ bonam operationem exerceat vt per fidei ſa
cramentum ſit mundicia cogitationum in pectore. ⁊ for-
titudo laborum in ſcapulis. Poſt baptiſmum vero vt ra
banus dicit ſtatim ſignatur in cerebro a preſbytero cum
ſacro criſmate. ſequente ſimul ⁊ oratione. vt chriſti regno
particeps fiat ⁊ a chriſto chriſtianꝰ poſſit nominari. Uel
ſicut Ambro. dicit vngentum ſuper caput effunditur. qꝛ
ſapientis ſenſus ſuper caput eius. vt ſcꝫ ſit paratus omni
petenti de fide reddere rationem. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ veſtis
illa candida traditur baptiſato. non quidem ea ratiōe ꝙ
non liceat ei alijs veſtibus vti. ſed in ſignum glorioſe re
ſurrectionis. ad quam homines per baptiſmum regene-
rantur. ⁊ ad deſignandum puritatem vite quam poſt ba
ptiſmum debent obſeruare. ſm̄ illud ad Ro. vi. in noui
tate vite ambulemus. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ ea que ꝑ
tinent ad ſolennitatem ſacramenti ⁊ ſi non ſint de ſacra-
menti neceſſitate. non tñ ſuperflua ſunt quia ſunt ad bene
eſſe ſacramenti vt ſupra dictum eſt.

## ¶ Ad vndecimū ſic ꝓcedit

Uidetur ꝙ inconuenienter deſcribantur tria baptiſmata
ſcilicet aque ſanguinis ⁊ flaminis ſcilicet ſpiritus ſancti.
qm̄ apoſtolus dicit ad Ephe. iiij. vna fides vnum baptiſ
ma. ſed non eſt niſi vna fides. ergo non debent eſſe tria ba
ptiſmata. ¶ Pre. baptiſmus eſt quoddam ſacramentū
vt ex ſupra dictis patet. ſed ſolū baptiſmus aque eſt ſa
cramentum vt ex ſupra dictis patet. ergo non debent po-
ni alij duo baptiſmi. ¶ Pre. Damā. dicit. in. iiij. libro de-
terminat plura alia genera baptiſmatum. non ergo ſolū
debent poni tria baptiſmata. ¶ Sed contra eſt ꝙ ſuper
illud Heb. vi. baptiſmatum doctrine glo. pluraliter dicit.
quia eſt baptiſmus aque penitentie ⁊ ſanguinis. ¶ Rñ.
dōm ꝙ ſicut dictum eſt baptiſmus aque efficaciam hēt
a paſſione chriſti. cui aliquis configuratur per baptiſmū
⁊ vlterius ſicut a prima cauſa a ſpū ſancto. licet autem ef
fectus dependeat a prima cauſa. cauſa tamen ſuperexcedit
effectum. nec dependet ab effectu. ⁊ ideo preter baptiſmū
aque poteſt aliquis conſequi ſacramenti effectum ex paſ
ſione chriſti inquantum quis ei confirmatur pro chriſto
patiendo. vnde dicitur apoc. vij. hi ſunt qui venerunt d̄
magna tribulatione. ⁊ lauerunt ſtolas ſuas. ⁊ dealbaue
runt eas in ſanguine agni. Eadem ratione aliquis per vir
tutem ſpiritus ſancti conſequitur effectum baptiſmi. non
ſolum ſine baptiſmo aque ſed etiam ſine baptiſmo ſan-
guinis inquantum ſcilicet alicuius cor per ſpm̄ ſanctum
mouetur ad credendum ⁊ diligendum deū ⁊ penitendū
de peccatis. vnde etiā dicitur baptiſmus penitentie. ⁊ de
hoc dicit̄ Eſa. iiij. ſi abluerit dn̄s ſordes filiaꝝ ſyon. ⁊ ſan
guinem hieruſalem lauerit de medio eius ⁊ ſpiritu iudi-
cij ⁊ ſpū ardoris. Sic ergo vtrūqꝫ aliorꝝ baptiſmatum no
minatur baptiſmus. inquantū ſupplet vicem baptiſmi.
vnde dicit Aug. in. iiij. lib. de vnico baptiſmo paruulorū
baptiſmi vicem aliquando implere paſſionem de latrone

illo cui non baptiſato dictũ eſt hodie mecum eris in paradiſo. beatus ciprianus non leue documentum aſſumit. qđ etiam cōſiderans inuenio non tm̄ paſſionem pro noīe xp̄i idem quod baptiſato deerat poſſe ſupplere. ſed etiam fidē conuerſionēq₃ cordis ſi forte ad celebrandu₃ miſteria baptiſmi in anguſtijs tp̄m ſuccurri non pōt. ¶ Ad.i.ḡ dđ ꝙ alia duo baptiſmata. includuntur in baptiſmate aque qui efficaciã h₃ ex paſſione xp̄i ⁊ ex ſpũſancto. ⁊ ideo per hoc non tollitur vnitas baptiſmatis. ¶ Ad.ij. dđm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt ſacramentũ habet rōne₃ ſigni. alia vero duo conueniunt cum baptiſmo aque. non quidem quantũ ad rōnem ſigni. ſed quantu₃ ad effectũ baptiſmatis. ⁊ ideo non ſunt ſacramenta. ¶ Ad.iij. dđm ꝙ baptiſ. dicit quedam baptiſmata figuralia. ſicut diluuiu₃. quod fuit ſignum noſtri baptiſmi. quantum ad ſaluationem fidelium in eccleſia ſicut tunc pauce aīe ſalue facte ſunt in archa. vt dicitur. i. pet. iij. Ponit etiã tranſitum maris rubri. qui ſignat noſtrum baptiſma quantum ad liberationem a ſeruitute peccati. vnde apl's. i. Cor. x. omnes baptizati ſunt in nube vel in mari. Ponit etiam ablutiones diuerſas que fiebant in veteri lege. prefigurantes noſtrũ baptiſma. quantum ad purgationem peccatoru₃. Ponit etiam baptiſmum iohannis qui fuit preparatorius ad noſtrum baptiſma.

## Ad duodecimũ ſic ꝓcedit

Videtur ꝙ baptiſmus ſanguīs non ſit potiſſimus inter tria predicta baptiſmata. Baptiſmus enī aque imprimit caracterē quod quidē baptiſmus ſanguinis non facit. ḡ baptiſmus ſanguinis nō eſt potior quã baptiſmus aque ¶ Pre. baptiſmus ſanguinis nō valet ſine baptiſmo flaminis qui eſt ꝑ caritatē. dr̄ enī. i. Cor. xiij. ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeã. caritatē aūt non habuero nihil mihi ꝓdeſt. ſed baptiſmus flamīs valet ſine baptiſmo ſanguinis. non enī ſolũ martires ſaluant̃. ḡ baptiſmus ſanguinis nō eſt potiſſimus. ¶ Pre. ſicut baptiſmus aque hēt efficaciã a paſſione xp̄i. cui ſm̄ predicta reſpondet baptiſmus ſanguinis. ita paſſio xp̄i efficaciã h₃ a ſpũſancto ſm̄ illud ad Hebr. ix. ſanguis xp̄i qui ꝑ ſpm̄ſanctũ obtulit ſemetipm̄ ꝓ nobis. ⁊ mundauit conſcias nr̄as ab operibus mortuis ⁊c. ergo baptiſmus flamīs potior eſt q̄₃ baptiſmus ſanguinis. nō ergo baptiſmus ſanguīs ē potiſſimus. ¶ Sed contra eſt qđ Aug. ad fortunatũ loquens de comparatione baptiſmatum dicit. baptiſatus cōfitetur fidem ſuam corã ſacerdote. martir corã ꝑſecutore. ille poſt confeſſionē ſuam aſpergit̃ aqua. ille ſanguine. ille per impoſitionē manus pontificis recipit ſpm̄ſanctum. hic templum efficitur ſpũſancti. ¶ Rñ. dđm ꝙ ſicut dictu₃ eſt effuſio ſanguinis ꝓ xp̄o. ⁊ operatio interior ſpũſancti dicũtur baptiſmata. inquantũ efficiunt effectũ baptiſmi aque baptiſmus aūt aque efficaciã h₃ a paſſiōe xp̄i. ⁊ a ſpũſctō vt dictũ eſt. que quidē due cauſe operant̃ in quolibet hoꝝ triũ baptiſmatũ. excellentiſſime aūt in baptiſmo ſanguinis nã paſſio xp̄i operat̃ quidē in baptiſmo aque ꝑ quandã figuralem repreſentationē. in baptiſmo aūt flaminis vel penitentie ꝑ quandã affectionē. ſed in baptiſmo ſanguinis ꝑ imitatiōe₃ operis. Similr̄ etiã virtus ſpũſancti operat̃ in baptiſmo aque. ꝑ quandã virtutē latentē. in baptiſmo aūt penitentie ꝑ cordis cōmotionem. ſed in baptiſmo ſanguinis ꝑ potiſſimũ dilectionis ⁊ affectionis feruorē. ſm̄ illđ Ioh. xv. maiorem hanc dilectionē nemo habet vt aīa₃ ſuã ponat quis ꝓ amicis ſuis. ¶ Ad.i. ergo dđm ꝙ caracter eſt res ⁊ ſacramentũ. non aūt dicimus ꝙ baptiſmus ſanguinis preeminentiã habeat ſm̄ rōnem ſacramēti. ſ₃ quãtum ad ſacramenti effectum. ¶ Ad.ij. dđ₃ ꝙ effuſio ſanguinis non habet rōnem baptiſmi ſi ſit ſine caritate. ex q̄ p₃ ꝙ baptiſmus ſanguinis includit baptiſmũ flamīs ⁊ non econuerſo. vnde ex hoc ꝓbat̃ ꝑfectior. ¶ Ad.iij. dđ₃ ꝙ baptiſmus ſanguinis ꝑeminenciã habet non ſolu₃ ex parte paſſionis chriſti. ſed etiam ex p̄te ſpiritusſancti vt dictum eſt

## ¶ Queſtio. LXVII.

Deinde ꝯſiderandu₃ eſt de miniſtris ꝑ quos ſacramentu₃ baptiſmi traditur. ⁊ circa hoc queruntur octo. Primo vtꝝ ad dyaconum pertineat bapiʒare. Secundo vtrũ pertineat ad preſbyterum vel ſolum ep̄m. Tertio vtrum laycus poſſit ſacramentum baptiſmi conferre. Quarto vtrum hoc facere poſſit mulier. Quinto vtrum non baptiʒatus poſſit baptiʒare. Sexto vtrum ſimul plures poſſint baptiʒare vnum ⁊ eundem. Septimo vtrum neceſſe ſit aliquem eſſe qui baptiʒatum de ſacra fonte recipiat. Octauo vtrum ſuſcipiens aliquem de ſacro fonte obligetur ad eius inſtructionem.

## Ad primu₃ ſic proceditur

Videtur ꝙ ad officiũ dyaconi ꝑtineat baptiʒare. Similr̄ enī iniungitur a dño officium baptiʒandi ⁊ predicandi. ſm̄ illud Math. vlti. euntes docete omnes gentes baptiʒantes eos ⁊c. ſed ad officium dyaconi pertinet euangeliʒare. ergo videtur ꝙ ad officiũ dyaconi ꝑtineat baptiʒare. ¶ Pre. ſm̄ Dio. v. c. ec. hierarch. purgare pertinet ad officium dyaconi. ſed purgare a peccatis maxime fit ꝑ baptiſmum. ſm̄ illud ad Ephe. v. mundans eam lauacro aque in verbo vite. ergo videtur ꝙ baptiʒare pertineat ad dyaconu₃. ¶ Pre. de beato laurentio legitur ꝙ cum ipſe eſſet dyaconus plīmos baptiʒabat. ergo videt̃ ꝙ ad dyaconem pertineat baptiʒare. ¶ Sed cōtra eſt ꝙ gelaſius papa dicit ⁊ hētur in decre. lxxxix. diſt. dyacones ꝓpriam conſtituim⁹ obſeruare menſurã. ⁊ infra abſq₃ ep̄o vel preſbytero baptiʒare non audeant. niſi predictis ordinibus longe conſtitutis neceſſitas extrema compellat. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut celeſtium ordinum proprietates ⁊ eorum officia. ex eorum nominibus accipiuntur. vt' Dio. vij. c. ce. hierarch. ita etiam ex nominibus eccleſiaſticorũ ordinum accipi poteſt quid ad vnumquēq₃ pertineat ordinem. dicuntur autem dyacones quaſi miniſtri. quia videlicet ad dyacones non pertinet aliquod ſacramentu₃ principaliter ⁊ quaſi ex proprio officio prebere. ſed miniſterium adhibere alijs maioribus in ſacramentorum exhibitione. ⁊ ſic ad dyaconum non pertinet quaſi ex proprio officio tradere baptiſmi ſacramentum. ſ₃ in collatione huiuſmodi ſacramēti. ⁊ alijs aſſiſtere ⁊ miniſtrare maioribus. vnde Iſid. dicit ad dyaconũ pertinet aſſiſtere et miſtrare maioribuſ ſacerdotibus in omnibus que agunt̃ in ſacramentis. in baptiſmo ſcilicet. criſmate. in patena. ⁊ calice. ¶ Ad.i. ergo dicendu₃ ꝙ ad dyaconum pertinet recitare euangelium in eccleſia. ⁊ predicare ipſum poſtmodũ catheʒiſandis. vnde ⁊ Diony. dicit ꝙ diaconi hñt officium ſup imundos inter quos ponit cathecuminos. S₃ docere id eſt exponere euangelium. pertinet ꝓprie ad ep̄m cui⁹ act⁹ eſt ꝑficere ſm̄ Dio. v. c. eccl'. hier. ꝑficere aūt idē eſt qđ docere. vnde nō ſequitur ꝙ ad diacones pertineat

officium baptiſandi. ¶ Ad.ij.dō. ꝙ ſicut Diony. dicit
v.ca.eccle. hierar. baptiſmus non ſoluꝫ habet vim purga
tiuam. ſed etiam illuminatiuam virtuteꝫ. ⁊ ideo excedit
officium diaconi ad quem pertinet ſolum purgare .ſ. vel
repellendo immundos. vel diſponendo eos ad ſacramē
ti perceptionem. ¶ Ad .iij.dō. ꝙ quia baptiſmus eſt ſa-
cramentum neceſſitatis permittitur diaconibus neceſſita
te vrgente in abſentia maiorum baptiſare. ſicut patet ex
auctoritate gelaſij ſupra inducta. ⁊ hoc modo beatus lau
rentius diaconus exiſtens baptiſauit.

## ¶ Ad ſecundū ſic procedit

Videt ꝙ baptiſare non pertineat ad officium preſbyte-
rorum ſed ſolum epiſcopoꝝ. quia ſicut dictum eſt ſub eo
dem precepto Mathei vlti. iniungit officium baptiſan
di ⁊ docendi. ſed docere qđ eſt perficere pertinet ad offici-
um epiſcopi vt patet per Diony. v. ⁊ vi. ca. eccle. hierar.
ergo ⁊ baptiſare ptinet tantum ad officium epi. ¶ Pre.
Per baptiſmum annumerat aliquis populo chriſtiano
qđ quidem videt ad officium ſolius principis pertinere.
ſed principatum in eccleſia tenēt epiſcopi vt dicit in glo.
Luce.x. Qui etiam tenent locum apoſtoloꝝ de quibꝰ dici
tur in pſal. Conſtitues eos principes ſuper omnem ter-
ram. ḡ videt ꝙ baptiſare pertineat ſolum ad epiſcopum
¶ Pre. Iſido. dicit, ad epiſcopum pertinet baſilicarum
conſecratio. vnctio altaris. ⁊ confectio criſmatis. ipſe or-
dines eccleſie diſtribuit. ⁊ ſacras virgines benedicit. ſed
his omnibꝰ maius eſt ſacramentum baptiſmi. ḡ videtur
ꝙ multomagis ad officiuꝫ ſolius epiſcopi pertinet bapti
ſare. ¶ Sed ꝯtra eſt qđ yſid. dicit ꝙ in libro de offi. con
ſtat baptiſma ſolis ſacerdotibꝰ eſſe ꝯmiſſum. ¶ Reſpon
ſio dicendum ꝙ ſacerdotes ad hoc conſecrantur vt ſacra
mentum corporis chriſti conficiant ſicut ſupra dictum ē.
illud autem eſt ſacramentum eccleſiaſtice vnitatis. ſm il-
lud apoſtoli .i. Cor.x. Unus panis ⁊ vnum corpus mul
ti ſumus. omnes quidem de vno pane ⁊ de vno calice p-
ticipamus per baptiſmum auteꝫ aliquis fit particeps ec-
cleſiaſtice vnitatis. vnde accipit ius accedendi ad menſaꝫ
domini. ⁊ ideo ſicut ad ſacerdotem pertinet ꝯſecrare eu-
chariſtiam ad qđ principaliter ſacerdotium ordinatur ita
ad proprium officium ſacerdotis pertinet baptiſare. eius
dem enim videt operari totum. ⁊ parteꝫ in toto diſpone-
re. ¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ vtrunqꝫ officium ſcꝫ docendi ⁊ ba
ptiſandi dominus apoſtolis quorum vicem gerunt epi-
ſcopi iniunxit aliter tamen ⁊ aliter. Nā officium docen
di ꝯmiſit eis chriſtus vt ipſi per ſe illud exercerent tanqꝫ
principaliſſimum. vnde ⁊ ipſi apoſtoli dixerunt Actuuꝫ
vi. Non eſt equum nos derelinquere verbum dei ⁊ mini
ſtrare menſis. Officium auteꝫ baptiſandi ꝯmiſit apoſto-
lis vt per alios exercendum. vñ ⁊ Apoſtolꝰ dicit .i. Cor.
i. Non miſit me chriſtus baptizare ſed euangeliſare. Et
hoc ideo quia in baptiſando nihil operatur miniſter et ſa-
pientia miniſtri. ſicut in docendo. vt patet ex ſupradictis
In cuius etiam ſignum nec ipſe dominus baptiſauit ſꝫ
diſcipuli eius. vt dicitur Iohannis .iiij. Nec tamen ꝑ hoc
excludit quin epi poſſint baptiſare. qꝛ qđ poteſt poteſtas
inferior poteſt ⁊ ſuperior. vñ et Apo. ibideꝫ dicit ſe quoſ
dam baptiſaſſe. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ in qualibet re publica, ea
que ſunt minora pertinent ad minora officia. maiora ve-
ro maioribꝰ reſeruant. vt ſm illud Exodi .xviij. Quicqđ
maius fuerit referat ad te. ⁊ ipſi tm̄mō minora iudicent. ⁊
iō ad minores principes ciuitatis ptinet diſponere ea q̄
ptinent ad maiores ciuitatis. ꝑ baptiſmuꝫ aūt non adi-
piſcit aliquis niſi infimum gradum in ꝑplo xp̄iano. et iō
baptizare ptinet ad minores principes eccleſie .i. preſby-
teros. qui tenent locum ſeptuaginta duorū diſcipulorū
xp̄i. vt glo. dicit Luc.x. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ ſicut ſupra dictū
eſt. ſacramentum baptiſmi eſt potiſſimuꝫ neceſſitate, ſed
q̄tum ad perfectionem ſunt quedam alia potiora. q̄ epi-
ſcopis reſeruantur.

## ¶ Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videt ꝙ laycus baptiſare non poſſit. Baptizare enim ſi
cut dictum eſt ꝓprie pertinet ad ordinem ſacerdotalem. ſꝫ
ea q̄ ſunt ordinis non pñt ꝯmitti niſi habenti ordinem. ḡ
videt ꝙ laycus qui non hꝫ ordinem baptizare non poſſit
¶ Pre. Magis eſt baptizare qꝫ alia ſacramenta baptiſ-
mi ꝯferre, ſicut cathezizare ⁊ exorciſare. ⁊ aquam baptiſma
lem bñdicere. ſed hec nō pñt fieri a laycis ſed ſolū a ſacer-
dotibꝰ. ḡ videtur ꝙ multominus layci poſſint baptizare.
¶ Pre. Sicut baptiſmꝰ eſt ſacrm̄ neceſſitatis ita ⁊ pnīa
ſed laycus non pōt abſoluere in foro penitentiali. ḡ neqꝫ
pōt bpatizare. ¶ Sed ꝯ eſt qđ Gelaſius papa ⁊ yſid. di-
cunt ꝙ beptizare neceſſitate imminēte laycis xp̄ianis ple
runqꝫ ꝯcedit. ¶ Rñ. dō. ꝙ ad miſericordiam eius q̄ vult
oēs homines ſaluos fieri ptinet. vt in his qui ſunt de ne-
ceſſitate ſalutis hō de facili remedium inueniat inter oīa
aūt alia ſacramenta maxime neceſſitatis eſt baptiſmꝰ. quī
eſt regeneratio hominis in vitam ſpūalem. qꝛ pueris ali-
ter ſubueniri non pōt. ⁊ adulti non pñt aliter qꝫ ꝑ baptiſ
mum plenam remiſſionē ꝯſequi. ⁊ q̄tū ad culpam ⁊ q̄tū
ad penam. ⁊ iō vt homo circa remedium tam neceſſariuꝫ
defectum pati non poſſit inſtitutuꝫ eſt vt materia baptiſ
mi ſit cōis. ſ. aqua. que a quolibet haberi poſſit. ⁊ miniſter
baptiſmi ſit etiam quicunqꝫ. etiam non ordinatus. ne ꝑ
defectum baptiſmi homo ſalutis ſue diſpendium patiat
¶ Ad .i. ḡ. dōm. ꝙ baptizare pertinet ad ordinem ſacer
dotalem ſm quandam ꝯuenientiam ⁊ ſolennitatem. nō
autem hoc eſt de neceſſitate ſacramenti. vnde etiam ſi ex-
tra articulum neceſſitatis laycus baptizet peccat quideꝫ
tamen ſacramentum baptiſmi ꝯfert nec eſt rebaptiſandꝰ
ille qui ſic eſt baptiſatus. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ illa ſacramen-
talia baptiſmi pertinent ad ſolennitatem. non autem ad
neceſſitatem baptiſmi. ⁊ iō fieri non debent nec poſſunt a
layco. ſed ſolum a ſacerdote. cuius eſt ſolenniter baptiza-
re. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt pe
nitentia non eſt tante neceſſitatis ſicut baptiſmus. poteſt
enim per contritionem ſuppleri defectus ſacerdotalis ab
ſolutionis. q̄ non liberat a tota pena. nec etiam pueris ad
hibet. ⁊ iō non eſt ſimile de baptiſmo. cuius effectus prin
cipalis ꝑ aliud ſuppleri non poteſt.

## ¶ Ad quartuꝫ ſic procedit.

Videtur ꝙ mulier non poſſit baptizare. Legitur eniꝫ in
carthaginenſi concilio mulier q̄uis docta ⁊ ſancta viros
in conuentu docere vel alios baptizare non pſumat. Sꝫ
nullo modo licet mulieri docere in conuentu. ſm illud .i.
Cor. xiiij. Turpe eſt mulieri in eccleſia loqui. ergo vide-
tur ꝙ nec etiā aliq̄ mō liceat mulieri baptizare. ¶ Pre-
terea. Baptizare ptinet ad officium prelationis. vnde a ſa
cerdotibus habentibus curam animarum debet accipi ba
ptiſmus. Sed hoc non pōt ꝯpetere femine ſm illud .i. ad
Thimoth. ij. Mulieri non permitto nec dominari in vi-
ros ſed ſubditam eſſe. ergo mulier baptizare non poteſt.

Preterea in ſpirituali regeneratione videtur habere aqua locum materni vteri. vt Aug. dicit ſuper illud Johannis. iij. Nunquid homo poteſt in ventre matris ſue iterato introire ⁊ renaſci? Ille autem qui baptiſat videt̃ magis habere patris officium. ſed hoc non competit mulieri. ergo mulier baptiſare non poteſt. Sed contra eſt qđ Urbanus papa dicit. et habetur in decretis. xxx. q. iiij. ſuper quibus conſuluit nos tua dilectio hic videtur nobis hac ſententia reſpondendum. vt baptiſmus ſit ſi neceſſitate inſtante femina pueruꝫ in nomine trinitatis baptiſauerit. Reſponſio dicendū ꝙ chriſtus eſt qui principaliter baptiſat ſꝫm illud Johannis. i. Super queꝫ videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manentem hic eſt qui baptiſat. dicitur autem ad Colo. iij. ꝙ in chriſto non eſt maſculus neqꝫ femina. ⁊ ideo ſicut maſculus ⁊ laycus poteſt baptiſare quaſi miniſter chriſti ita ⁊ femina. Quia tamen caput mulieris eſt vir ⁊ caput viri chriſtus vt dicit̃ i. Cor. xv. Non debet mulier baptiſare ſi aſſit copia viri. ſicut nec laycus preſente clerico. nec clericus preſente ſacerdote. qui tñ põt baptizare p̃ñte ep̃o. eo ꝙ ꝑtinet ad officium ſacerdotis. Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut mulieri non permittitur publice docere. poteſt tamen priuate doctrina vel monitione aliquem inſtruere. ita nõ permittitur publice ⁊ ſolenniter baptiſare. ſed tamen poteſt baptiſare in articulo neceſſitatis. Ad ſecundum dicendum ꝙ quando baptiſmus ſolenniter ⁊ ordinate celebratur debet aliquis ſacramentum baptiſmi ſuſcipe curam animarum habente. vel ab aliquo vice eius. hoc tamen non requiritur in articulo neceſſitatis. in quo poteſt mulier baptiſare. Ad tertium dicenduꝫ ꝙ in generatione carnali maſculus ⁊ femina operant̃ ſꝫm virtutem ꝓpriē nature. ⁊ ideo femina non poteſt eſſe principiū actiuum generationis ſed paſſiuum tantuꝫ. Sed in generatione ſpirituali neuter operatur virtute propria. ſꝫ inſtrumentaliter tantum per virtutem chriſti. ⁊ iđ eodeꝫ modo poteſt ⁊ vir ⁊ mulier in caſu neceſſitatis baptiſare. Si tamen mulier extra caſum neceſſitatis baptiſaret non eſſet rebaptiſandus. ſicut ⁊ de layco dictuꝫ eſt. Peccaret tamē ipſa baptiſans. ⁊ alij qui ad hoc cooperarent̃. vel baptiſmuꝫ ab ea ſuſcipiendo. vel ei baptiſandū aliquē offerēdo

## Ad quintum ſic procedit̃.

Uidetur ꝙ ille qui non eſt baptiſatus non poſſit ſacramentum baptiſmi conferre. Nullus enim dat qđ non habet. ſed non baptiſatus non habet ſacramentuꝫ baptiſmi ergo non poteſt ipſum conferre. Preterea. Sacramētum baptiſmi confert aliquis inquantum eſt miniſter eccleſie. ſꝫ ille qui non eſt baptiſatus nullo modo pertinet ad eccleſiam. nec re nec ſacramento. ergo non poteſt ſacramentum baptiſmi conferre. Preterea. Magis eſt ſacramentum ꝯferre q̃ȝ ſuſcipere. ſed non baptiſatus nõ poteſt alia ſacramenta ſuſcipere. ergo multo minus poteſt aliqđ ſacramentum conferre. Sed ꝯtra eſt quod dic̃ Romanus pontifex. non hominem iudicat qui baptiſat ſed ſpiritum dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi licet paganus ſit qui baptiſat. Sed ille qui eſt baptiſatus non ē paganus. g̃ non baptiſatus poteſt ꝯferre baptiſmi ſacramentum. Rñ. dđ. ꝙ hanc queſtionem Aug. determinatam reliquit dicit enim in ſecundo ꝯtra epiſtolam permeniani. hec quidem alia queſtio eſt vtrum quidem ab his qui nunq̃ȝ fuerunt xp̃iani poſſit baptiſmus dari. nec aliquid hic temere affirmandum eſt. ſine auctoritate tanti ſacri concilij q̃ȝtum tantum rei ſufficit. poſtmodum vero per eccleſiaꝫ determinatū eſt. ꝙ non baptiſati ſiue ſint iudei ſiue pagani poſſunt baptiſmi ſacramentum conferre. dummodo in forma eccleſie baptiſarent. vnde Nicolaus papa reſpondet ad conſulta bulgaroꝝ. a quodaꝫ neſcitis vtrum xp̃iano vel pagano multos in patria veſtra baptiſatos aſſeritis. hi ſi in noīe trinitatis baptiſati ſunt rebaptiſari non debent. ſi autem forma eccleſie non fuerit obſeruata ſacramentum baptiſmi non confertur. Et ſic intelligenduꝫ eſt qđ Grego. ſcribit bonifacio epiſcopo. quos a paganis baptiſatos aſſeruiſti eccleſie forma non ſeruata vt de nouo baptiſes in nomine trinitatis mandam᷑. Et huius ratio eſt quia ſicut ex parte materie q̃ȝtum ad neceſſitatem ſacramenti ſufficit quecunqꝫ aqua ita etiaꝫ ſufficit ex parte miniſtri quicunqꝫ homo. ⁊ ideo etiaꝫ nõ baptiſatus ī articulo neceſſitatis baptiſare poteſt. vt ſi duo non baptiſati ſe inuicem baptiſarent. dum prius vn᷑ baptiſaret alium ⁊ poſtea baptiſaretur ab eodem. ⁊ ꝯſequeretur vterqꝫ non ſolum ſacramentum ſed etiaꝫ rem ſacramenti. Si vero extra articulū neceſſitatis hoc fieret vterqꝫ grauiter peccaret. ſcꝫ baptiſans ⁊ baptiſatus. ⁊ ꝑ hoc impediretur baptiſmi effectus. licet nõ tolleretur ip̃m ſacramentum. Ad primum ergo dicendum ꝙ homo baptiſans adhibet tantum miniſterium exterius. ſed xp̃s ē qui interi⁹ baptiſat. qui põt vti omnibus hominibus ad qđcūqꝫ voluerit. ⁊ ideo nõ baptiſati poſſunt baptiſare. quia vt Nicolaus papa dicit. baptiſmus non eſt illoꝝ ſcꝫ baptiſantium ſed eius ſcꝫ chriſti. Ad ſecundum dicendū ꝙ ille qui non eſt baptiſatus q̃ȝuis nõ pertineat ad eccleſiam re vel ſacramento poteſt tamen ad eam pertinere ſimilitudine actus. ⁊ intentione inq̃ȝtum ſcꝫ intendit facere qđ eccleſia facit ⁊ formam eccleſie ſuat in baptiſando. ⁊ ſic operatur vt miniſter chriſti. qui virtutem ſuam non alligauit baptiſatis. ſicut nec etiam ſacramentis. Ad tertium dicendum ꝙ illa ſacramenta non ſunt tante neceſſitatis ſicut baptiſmus. ⁊ ideo magis conceditur ꝙ nõ baptiſatus poſſit baptiſare q̃ȝ ꝙ poſſit alia ſacramenta ſuſcipere.

## Ad ſextuꝫ ſic proceditur

Uidetur ꝙ plures poſſint ſimul vnū baptiſare. In multitudine enim continetur vnum ſed non conuertitur. vnde videt̃ ꝙ quicquid poſſit facere vn⁹ poſſint facere multi. ⁊ non econuerſo ſicut multi trahunt nauem quā vnus trahere non poteſt. ſed vnus poteſt baptiſare. ergo et plures poſſunt ſimul vnum baptiſare. Preterea. Difficili⁹ ē ꝙ vn⁹ agens agat in plura q̃ȝ ꝙ plures agētes agāt ſimul in vnum. ſed vnus homo põt ſimul baptiſare plures. ergo multomagis plures poſſunt ſimul vnuꝫ baptiſare. Preterea. Baptiſmus eſt ſacramentum maxime neceſſitatis. ſed in aliquo caſu videtur eſſe neceſſariuꝫ ꝙ plures vnum baptiſarent. puta ſi aliquis paruulus eſſet in articulo mortis ⁊ adeſſent duo quoꝝ vnus eſſet mutus ⁊ alter eſſet brachijs ⁊ manibus carens. tunc oporteret ꝙ mutilatus verba proferret. ⁊ mutus baptiſmuꝫ exerceret. g̃ videt̃ ꝙ plures poſſint ſimul vnum baptiſare. Sed ꝯtra eſt ꝙ vnius agentis eſſet vna actio. ſi ergo plures vnum baptiſarent videret̃ ſequi ꝙ eſſent plures baptiſmi. qđ eſt contra illud qđ dr̃ ad Ephe. iiij. Una fides vnū baptiſma. Rñ. dđ. ꝙ ſacr̄m baptiſmi ꝓcipue habet virtutē ex forma quā Apo. nominat verbum vite ad Ephe. iiij. Et ideo conſiderare oportet ſi plures vnum

baptiſarent qua forma vterentur. ſi enim dicerent nos te
baptiſamꝰ in nomine patris et filij et ſpiritusſancti dicūt
quidam ꝙ non ꝯferetur ſacramentū baptiſmi. eo ꝙ nō
ſeruaretur forma eccleſie que ſic habet. ego te baptiſo in no-
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Sed hoc excluditur ꝑ
formam baptiſandi quo vtitur eccleſia grecorū. poſſent
enim dicere baptiſetur ſeruus chriſti enim in nomine pa-
tris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. ſub qua forma greci baptiſmū
ſuſcipiunt. que tamē forma multomagis diſſimilis ē for-
me qua nos vtimur q̄ ſi diceretur nos te baptiſamus. Sȝ
conſiderandum eſt ꝙ ex tali forma nos te baptiſamus ex-
primitur talis intentio. ꝙ plures conueniant ad vnū ba-
ptiſmum conferendum. qđ quidem videtur eſſe ꝯtra ra-
tionem miniſterij. homo enim non baptiſatur niſi vt mi-
niſter chriſti. ⁊ vicem eius gerens. vnde ſicut vnus ē chri-
ſtus ita oportet vnum eſſe miniſtrum qui chriſtū repre-
ſentet. propter qđ ſignanter Apoſtolꝰ dicit ad Ephe. iiij.
Unus dominus. vna fides. vnum baptiſma. ⁊ ideo con-
traria intentio videtur excludere baptiſmi rationem. Si
vero vterq̄ diceret ego te baptiſo in nomine patris ⁊ filij
⁊ ſpiritusſancti. vterq̄ exprimeret ſuam intentionē. qua-
ſi ipſe ſingulariter baptiſmum conferret. qđ poſſet ꝯtinge-
re in eo caſu in quo contentioſe aliquem baptiſare cona-
rentur. ⁊ tunc manifeſtum eſt ꝙ qui prius verba profer-
ret daret baptiſmi ſacramentum. alius vero quantum-
cunq̄ ius baptiſandi haberet ⁊ ſi verba prenunciare pre-
ſumeret eſſet puniendus tanq̄ rebaptiſator. Si aūt om-
nino ſimul verba proferrent aut hominem immergerēt
aut aſpergerent eſſent puniendi de inordinato modo ba-
ptiſandi. ⁊ non de iteratione baptiſmi. q2 vterq̄ intende-
ret non baptiſatum baptiſare. ⁊ vterq̄ q̄ntum eſt in ſe ba-
ptiſaret. nec traderent aliud ⁊ aliud ſacramentum. ſȝ chri-
ſtus qui eſt vnus interius baptiſans vnum ſacramentū
per vtrunq̄ conferret. Ad .i. g̃ dđ. ꝙ ratio illa locū ha-
bet in his que agunt ꝑ virtutem propriam. ſed homines
non baptiſant virtute propria. ſed virtute chriſti. qui cum
ſit vnus per vnum miniſtrum perficit opꝰ ſuum. Ad
ij. dđ. ꝙ in caſu neceſſitatis vnus poſſet ſimul plures ba-
ptiſare ſub hac forma. ego vos baptiſo. puta ſi immine-
ret gladius. aut ruina aut aliquid huiuſmodi. qđ morā
omnino non pateretur ſi ſigillatim omnes baptiſarentur.
nec per hoc diuerſificaretur forma eccleſie. q2 plurale non ē
niſi ſingulare geminatum. preſertim cum pluraliter dica-
tur Matthei vlti. Baptiſantes eos ⁊c. nec ē ſimile de ba-
ptiſante ⁊ baptiſato. q2 chriſtus qui principaliter bapti-
ſat eſt vnus. ſed multi per baptiſmum efficiuntur vnum
in chriſto. Ad. iij. dđ. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt integri-
tas baptiſmi conſiſtit in forma verborum. ⁊ in vſu mate-
rie. ⁊ idō neq̄ ille qui tantum verba profert baptiſat. neq̄
ille qui immergit. ⁊ idō ſi vnus verba proferat ⁊ alius im-
mergit nulla forma verborū poterit eſſe ꝯueniens. neq̄
enim poterit dicere ego te baptiſo cum ipſe nō immergat
⁊ ꝑ ꝯſequens non baptiſet. neq̄ etiam poterit dicere nos
te baptiſamus. cum neuter baptiſet. ſi enim duo ſint quo-
rum vnus vnam partem libri ſcribit ⁊ alius aliam non ē
propria locutio. nos ſcripſimus iſtum librum. ſed ſinodo-
cha in q̄ totum ponitur pro parte.

## Ad ſeptimū ſic proceditur.

Uidetur ꝙ in baptiſmo non requiratur aliquis qui bapti-
ſatum de ſacro fonte leuat. Baptiſmus enim noſter ꝑ ba-
ptiſmum chriſti conſecratur. ⁊ ei conformatur. ſed chriſtꝰ ba-
ptiſatus non eſt ꝑ ſacro fonte leuatus ſiue ſuſceptus ab
aliquo. ſed ſicut dicitur Matthei. iij. Baptiſatus chriſtꝰ
ꝯfeſtim aſcendit de aqua. g̃ videtur ꝙ nec in aliquorum
baptiſmo requiratur aliquis qui baptiſatum de ſacro fonte
ſuſcipiat. Preterea. Baptiſmus eſt ſpiritualis rege-
neratio vt ſupra dictum eſt. ſed in carnali generatione nō
requiritur niſi principium actiuum. qđ eſt pater. et princi-
pium paſſiuum qđ eſt mater. Cum g̃ in baptiſmo locum
patris obtineat ille qui baptiſat locum autē matris ipſa
aqua baptiſmi. vt Aug. dicit in quodam ſermone ephi.
videtur ꝙ non requiratur aliquis alius qui baptiſatum de
ſacro fonte leuet. Pre. In ſacramentis eccleſie nihil
deriſorium fieri debet. ſed hoc deriſorium videtur ꝙ adulti
⁊ q̄ ſeipſos ſuſtentare poſſunt ⁊ de ſacro fonte exire ab alio
ſuſcipiantur. g̃ videtur ꝙ non requiratur aliquis. precipue ī
baptiſmo adultorum. qui baptiſatū de ſacro fonte leuet.
Sed contra eſt ꝙ Diony. dicit. ij. ca. eccle. hierar. ꝙ
ſacerdotes aſſumentes baptiſatum tradunt adductionis
ſuſceptori ⁊ duci. Rñ. dđ. ꝙ ſpiritualis regeneratio q̄
fit ꝑ baptiſmum aſſimilatur quodammodo generationi car-
nali. vnde dicitur. i. Petri. ij. Sicut modo geniti infan-
tes rationales ſine dolo lac ꝯcupiſcite. in generatione au-
tem carnali paruulus nuper natus indiget nutrice ⁊ peda-
gogo. vnde ⁊ in ſpirituali generatione baptiſmi requiritur
aliquis qui fungatur vice nutricis ⁊ pedagogi informādo
⁊ inſtruendo eum qui eſt nouicius in fide. de his que per-
tinent ad fidem. ⁊ ad vitam chriſtianam. ad qđ prelati
eccleſie vacare non poſſunt. circa ꝯmunem curam popu-
li occupati. paruuli enim ⁊ nouicij indigent ſpeciali cura
preter ꝯmunem. ⁊ idō requiritur ꝙ aliquis ſuſcipiat baptiſa-
tum de fonte quaſi in ſuam inſtructionē ⁊ tutelam. ⁊ hoc
eſt ꝙ Diony. dicit vlti. ca. cel. hierar. diuinis noſtris du-
cibus. i. apoſtolis ad mentem venit et viſum eſt ſuſcipe in-
fantes ſm̄ iſtum modum. quaſi parentes puerum trade-
rent cuidam docto in diuinis pedagogo. ⁊ reliquum ſub
ipſo puer aget. ſicut ſub domino patre ⁊ ſaluationis ſan-
cte ſuſceptore. Ad primum ergo dicendū ꝙ chriſtus
non eſt baptiſatus vt ipſe regeneraretur. ſed vt alios rege-
neraret. ⁊ idō ipſe poſt baptiſmum non indiguit pedago-
go tanq̄ paruulus. Ad. ij. dđ. ꝙ in generatione carna-
li non requiritur ex neceſſitate niſi pater ⁊ mater. ſed ad fa-
cilem educationē pueri ꝯuenienter requiritur obſtetrix nu-
trix ⁊ pedagogus. quorum vicem implet in baptiſmo il-
le qui puerū de ſacro fonte leuet. vnde non eſt de ſacramē-
ti neceſſitate. ſed vnus ſolus poteſt in aquam baptiſare
imminente neceſſitate. Ad. iij. dđ. ꝙ baptiſatus nō ſu-
ſcipitur a paterno de ſacro fonte ꝓpter imbecillitatem corpa-
lem. ſed ꝓpter imbecillitatem ſpiritualem vt dictū eſt.

## Ad octauum ſic proceditur

Uidetur ꝙ ille qui ſuſcipit aliquem de ſacro fonte nō ob-
ligetur ad eius inſtructionem. Quia nullus poteſt in-
ſtruere niſi inſtructus. Sed etiam quidam non inſtructi
ſimplices admittuntur ad aliquem de ſacro fonte ſuſcipi-
endum. ergo ille qui ſuſcipit baptiſatum non obligatur
ad eius inſtructionem. Preterea. Filius magis a pa-
tre inſtruitur quā ab aliquo extraneo. nam filius habet a
patre eſſe ⁊ nutrimentum ⁊ diſciplinam vt dicit philoſo-
phus. viij. ethicorum. Si ergo ille qui ſuſcipit baptiſatum
tenetur eum inſtruere magis eſſet ꝯueniens ꝙ pr̄ carnalis
filiū ſuū de baptiſmo ſuſciperet q̄ alius. qđ tn̄ videtur pro-
hibitum. vt habetur in decre. xx. q. peruenit vt dictum eſt

Preterea. Plures magis poſſunt inſtruere ꝙ vnus ſolus. Si ergo ille qui ſuſcipit aliqueꝫ de baptiſmo teneretur eum inſtruere magis deberent plures ſuſcipere quã vnus ſolus. cuius ꝯtrarium habetur in decreto leonis pape. non plures inquit ad ſuſcipiendum de baptiſmo infantem quã vnus accedat. ſiue vir ſiue mulier. Sed contra eſt qđ Aug. dicit in quodam ſermone paſcali. vos autem omnes taꝫ viros ꝙ mulieres qui filios in baptiſmate ſuſcepiſtis moneo vos. vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud deum extitiſſe pro illis quos veniſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Reſponſio dicendum ꝙ vnuſquiſqꝫ obligatur ad exequendum officium qđ accepit. dictum ẽ autem ꝙ ille qui ſuſcipit aliquem de ſacro fonte aſſumit ſibi officium pedagogi. ⁊ ideo obligatur ad habendam curaꝫ de ipſo ſi neceſſitas immineret ſicut eo tempore et loco in quo baptiſati inter infideles nutriuntur. ſed vbi nutriũtur inter catholicos chriſtianos ſatis poſſunt ab hac pura excuſari. preſumẽdo ꝙ a ſuis parentibus diligenter inſtruantur. Si tamen quocunqꝫ modo ſentiretur contrarium ſm ſuum modum tenentur ſaluti ſpiritualium filiorum curam impenderet. Ad primum ergo dicendũ ꝙ vbi immineret periculum oporteret aliqueꝫ eſſe doctum in diuinis ſicut Diony. dicit qui baptiſandũ de ſacro fonte ſuſciperet. ſed vbi hoc periculuꝫ nõ imminet propter hoc ꝙ pueri nutriuntur inter catholicos admittũtur quicũqꝫ ad hoc officium. quia que pertinent ad chriſtianam vitaꝫ ⁊ fidem publice omnibus nota ſunt. ⁊ tamen ille qui nõ eſt baptiſatus non poteſt ſuſcipere baptiſatum. vt determinatum eſt in concilio moguntinenſi. licet nõ baptiſatus poſſit baptiſare. qꝛ pſona baptiſantis eſt de neceſſitate ſacramenti. non autem perſona ſuſcipientis. ſicut dictum ẽ. Ad. ij. dđ. ꝙ ſicut eſt alia generatio ſpiritualis a carnali ita etiaꝫ debet eſſe alia diſciplina ſm illud ad Hebre. xij. Patres quidem carnis noſtre habuimus eruditores ⁊ reuerebamur eos num multomagis obtemperabimus patri ſpirituum ⁊ viuemus. ⁊ ideo alius debet eſſe pater ſpiritualis a patre carnali niſi neceſſitas contrarium exigat. Ad. iij. dđ. ꝙ confuſio diſcipline eſſet niſi eſſꝫ vnꝰ principalis inſtructoꝛ. ⁊ ideo in baptiſmo debet eſſe vnus principalis ſuſceptoꝛ. alij tamen poſſunt admitti q̃ſi adiutores.

## Queſtio. LXVIII

**DEinde cõſiderandũ** eſt de ſuſcipientibus baptiſmũ. Et circa hoc queruntur duodecim. Primo vtrum omnes teneantur ad ſuſcipiendum baptiſmum. Secundo vtrum aliquis poſſit ſaluari ſine baptiſmo. Tertio vtrũ baptiſmus ſit differendus. Quarto vtrũ peccatores ſint baptiſandi. Quinto vtrum peccatoribus baptiſatis ſint imponenda opera ſatiſfactoria. Sexto vtrum requiratur confeſſio peccatorum. Septimo vtrum requiratur intentio ex parte baptiſati. Octauo vtruꝫ requirat̃ fides. Nono vtrum pueri ſint baptiſandi. Decimo vtrum pueri iudeorum ſint baptiſandi inuitis parentibus. Undecimo vtrum aliqui ſint baptiſandi in vteris maternis exiſtentes. Duodecimo vtruꝫ furioſi ⁊ amentes ſint baptiſandi

### Ad primum ſic procedit.

Videtur ꝙ non teneantur omnes ad ſuſceptioneꝫ baptiſmi. Per chriſtum enim non eſt hominibus arctata via ſalutis. Sed ante chriſti aduentum poterant homines ſaluari ſine baptiſmo. ergo etiam poſt chriſti aduentum.

Preterea. Baptiſmus magis videtur inſtitutus ĩ remedium peccati originalis. Sed ille qui ẽ baptiſatus cũ non habeat originale peccatuꝫ non videtur ꝙ poſſit trãſfundere in prolem. ergo filij baptiſatorum non videntur eſſe baptiſandi. Preterea. Baptiſmus datur ad hoc ꝙ aliquis per gratiam mundetur ſed hoc conſequuntur illi qui ſunt ſanctificati in vtero. ſine baptiſmo. ergo non tenentur ad ſuſcipiendum baptiſmum. Sed contra eſt qđ dicitur Johannis. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aq̃ ⁊ ſpiritu ſancto non poteſt introire in regnuꝫ dei. Et in libro de eccleſiaſticis dogmatibꝫ dicitur. ꝙ baptiſatis tantum iter ſalutis credimus eſſe. Reſponſio dicendum ꝙ ad illud homines tenentur ſine quo ſalutem conſequi non poſſunt. manifeſtum eſt autem ꝙ nullus ſaluteꝫ poteſt conſequi niſi per chriſtuꝫ. vnde ⁊ Apoſtolus dicit ad Ro. v. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationeꝫ ſic ⁊ per vnius hominis iuſticiam ĩ omnes homines in iuſtificationem vite. Ad hoc auteꝫ datur baptiſmus vt aliquis per ipſum regeneratus incorporetur chriſto. factum membꝛuꝫ ipſius. vnde dr̃ ad Gal. iij. Quicunqꝫ in chriſto baptiſati eſtis chriſtuꝫ induiſtis. vñ manifeſtum eſt ꝙ homines ad baptiſmum tenentur ⁊ ſine eo non poteſt eſſe hominibus ſalus. Ad primuꝫ ergo dicendum ꝙ nunqꝫ potuerant homines ſaluari etiaꝫ ante chriſti aduentuꝫ niſi fierent membra chriſti. quia vt dicitur Actuum. iiij. Non eſt aliud nomen hominibus datum in quo oporteat vos ſaluos fieri. Sed ante aduentum chriſti homines chriſto incorporabantur per fidem futuri aduentus. cuius fidei ſignaculum erat circumciſio. vt Apoſtolus dicit ad Roma. iiij. Anteqꝫ vero circumciſio inſtitueretur ſola fides ſufficiebat vt Grego. dicit cum ſacrificiorum oblatione. quibus ſuam fidem antiqui patres profitebantur. ⁊ ſic homines chriſto incorporabant̃. Poſt aduentum etiam chriſti homines per fidẽ chriſto incorporabantur ſm illud ad Ephe. iij. Habitare chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Sed alio ſigno manifeſtatur fides rei iam preſentis. quã demonſtrabat̃ quando erat futura ſicut alijs verbis ſignatur preſens pteritum ⁊ futurum. ⁊ ideo licet ipſum ſacramentum baptiſmi non fuerit ſemper neceſſarium ad ſalutem fides tamen cuius baptiſmus eſt ſacramentuꝫ ſemp fuit neceſſaria. Ad. ij. dđ. ꝙ ſicut in ſecunda parte dictum eſt illi qui baptiſantur renouantur per baptiſmum ſm ſpiritũ. corpus autem remanet ſubiectum vetuſtati peccati ſm illud ad Ro. viij. Corpus quidem mortuum eſt ꝓpter peccatum. ſpiritus vero viuit propter iuſtificationeꝫ. Unde Aug. probat in libro contra Julianum ꝙ non baptiſat̃ ĩ homine quicqꝫ in eo eſt. manifeſtum eſt ꝙ homo non generat generatione carnali ſm ſpm̃ ſed ſm carnẽ. ⁊ iõ filij baptiſatoꝝ cũ pctõ originali naſcunt̃. vñ indigẽt baptiſari. Ad. iij. dđ. ꝙ illi qui ſunt ſanctificati in vtero conſequunt̃ quidẽ grãm emundantẽ a pctõ originali. nõ tñ ex hoc ipõ ꝯſequunt̃ caracterem. q̃ ꝑpo ꝯfigurent̃. ⁊ iõ ꝓpter hoc ſi aliqui nunc ſanctificarent̃ in vtero neceſſe eſſet eos baptiſari. vt p ſuſceptionem caracteris alijs mẽbris chriſti configurentur.

### Ad ſecundũ ſic procedit

Videt̃ ꝙ ſine baptiſmo nullꝰ poſſit ſaluari. dic̃ eñi dñs Joh. iij. Niſi quis renaꝰ fuerit ex aq̃ ⁊ ſpũſcõ non põt introire ĩ regnũ dei. Si illi ſoli ſaluant̃ q̃ regnũ dei intrãt. g̃ nullus põt ſaluari ſine baptiſmo q̃ aliquis regeneratur ex

aqua et ſpiritu ſancto. ¶ Preterea. In libro de eccleſiaſticis dogmatibus dicitur nullum cathecuminum q̃uis in bonis opib⁹ defunctum eternam vitam habere credim⁹. excepto martirio vbi tota ſacramenta baptiſmi ꝯplentur. Sed ſi quis ſine baptiſmo poſſit ſaluari maxime hoc haberet locum in cathecuminis bona opera habentibus. qui videnť habere fidem per dilectionem operantem. videtur ḡ ꝙ ſine baptiſmo nullus poſſit ſaluari. ¶ Pre. Sicut ſupra dictum eſt. ſacramentum baptiſmi eſt de ſalutis neceſſitate. Neceſſarium aũt eſt ſine q̃ non poteſt aliquid eſſe. vt diciť in. v. metha. ḡ videtur ꝙ ſine baptiſmo nullus poſſit ꝯſequi ſalutē. ¶ Sed ꝯ eſt qđ Aug. dicit ſuper Leuiticum. inuiſibilem ſanctificationē in quibuſdam affuiſſe ⁊ profuiſſe ſine viſibilib⁹ ſacramentis. viſibilem ꝟo ſanctificationē que fit ſacramento viſibili ſine inuiſibili poſſe adeſſe ſed non prodeſſe. Cum ḡ ſacramentũ baptiſmi ad viſibilem ſanctificationē pertineat. videť ꝙ ſine ſacramento baptiſmi aliquis poſſit ſalutē conſequi per inuiſibilem ſanctificationem. ¶ Rñ. dđ. ꝙ ſacramẽtum baptiſmi poteſt alicui deeſſe. Uno modo ⁊ re et voto. qđ ꝯtingit in illis qui nec baptiſanť nec baptiſari volunt. qđ manifeſte ad ꝯtemptum ſacramenti ꝑtinet. q̃tũ ad illos qui hñt vſum liberi arbitrij. ⁊ iđ hi quib⁹ hoc mõ deeſt baptiſmus ſalutem ꝯſequi non pñt. q̇ nec ſacramẽtaliter nec mentaliter xp̄o incorporanť. ꝑ quem ſolum eſt ſalus. Alio mõ poteſt ſacramentum baptiſmi deeſſe re ſꝫ non voto. ſicut cū aliquis baptiſari deſiderat. ſed aliquo caſu preueniť morte. anteq̃ꝫ baptiſmum ſuſcipiat. taľ autem ſine baptiſmo actuali. ſalutē ꝯſequi poteſt. propter deſiderium baptiſmi. qđ procedit ex fide ꝑ dilectionẽ operante. ꝑ quam deus interius hominem ſanctificat. cui⁹ potentia ſacramentis viſibilib⁹ non alligať. vnde Ambro. dicit de valentiniano. qui cathecumin⁹ mortu⁹ fuit. quẽ eram regeneraturus amiſi. veruntamen illā gratiã quã popoſcit non amiſi. ¶ Ad. i. ḡ dđ. ꝙ ſicut dř. i. Regum xvi. Homines vident ea q̃ parent deus autem intueť cor ille aũt qui deſiderat ꝑ baptiſmum regenerari ex aq̃ ⁊ ſpiritu ſancto corde quidem eſt regeneratus. licet nõ corpe. ſicut ⁊ Apoſto. dicit ad Ro. ij. ꝙ circumciſio cordis ẽ in ſpiritu. cuius laus non ex hominib⁹ ſed ex deo eſt. ¶ Ad ij. dđ. ꝙ nullus ꝑuenit ad vitam eternam niſi abſolutus ab omni culpa ⁊ reatu pene. que quidem vniuerſalis abſolutio fit in acceptione baptiſmi ⁊ in martyrio. ꝓpter qđ diciť ꝙ in martyrio omnia ſacramenta baptiſmi cõplenť. ſꝫ q̃tũ ad plenā liberationem a culpa ⁊ pena. Si quis ḡ cathecuminus ſit habens deſiderium baptiſmi. q̇ aliter in bonis operib⁹ non moreref. q̃ non poſſunt eſſe ſine fide ꝑ dilectionē operante. talis decedens non ſtatim ꝑuenit ad vitam eternam. ſed patiť penā pro peccatis ꝓteritis. ipſe tñ ſaluus erit quaſi ꝑ ignem. vt diciť. i. Cor. iij. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ pro tanto diciť ſacramentum baptiſmi eſſe de ſalutis neceſſitate. quia non poteſt eſſe homini ſalus. niſi ſaltem in voluntate habeať. que apud deum reputatur pro facto

## ¶ Ad tertiū ſic proceditur

Videť ꝙ baptiſmus ſit differendus. Dicit leo papa propter duo tempa. i. paſca ⁊ penthecoſtes ad baptiſandum a romano pontifice legittime prefixa ſunt. vñ dilectionẽ veſtram monemus. vt nullos alios dies huic obſeruatoĩ immiſceatis. Uidetur ḡ ꝙ oporteat non ſtatim aliquos baptiſari ſed vſq̃ꝫ ad predicta tempora baptiſmū differi. ¶ Prete. In concilio agathanenſi legiť. iudei quorũ perfidia frequenter ad vomitum redit ſi ad leges catholicas venire voluerint octo menſes inter cathecuminos limen eccleſie introeant. ⁊ ſi pura fide venire noſcanť tunc deinde baptiſmi gratiam mereantur. non ergo ſtatim homines ſunt baptiſandi. ſed vſq̃ꝫ ad certum tempus ẽ differendum baptiſma. ¶ Prete. Sicut diciť Eſa. xxvij. Iſte eſt omnis fructus vt auferatur peccatum. Sed magis videtur auferri peccatū vel etiam diminui ſi baptiſmus differatur. Primo quidem quia peccantes poſt baptiſmum grauius peccant ſm illud ad Hebre. x. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit. in quo ſanctificatus ẽ ſꝫ per baptiſmum. Secundo quia baptiſmus tollit peccata preterita non autem futura. vnde quanto baptiſm⁹ magis differtur tanto magis plura peccata tollet. videť ergo ꝙ baptiſmus debeat diu differri. ¶ Sed contra eſt qđ dicitur Ecc. v. Ne tardes conuerti ad dominum ⁊ ne differes de die in diem. ſed perfecta conuerſio ad deum ẽ eorum que regeneranť in chriſto per baptiſmum. non ergo baptiſmus debet differri de die in diem. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ circa hoc eſt diſtinguendum. vtrum ſint baptiſandi pueri vel adulti. ſi enim pueri ſunt baptiſandi non eſt differendum baptiſma. Primo quidem quia non expectatur in eis maior inſtructio aut etiam plenior conuerſio. Secundo propter mortis periculum quia nõ poteſt alio remedio ſubueniri pueris niſi per ſacramento baptiſmi adultis vero ſubueniri poteſt per ſolum baptiſmi deſiderium vt ſupra dictum eſt. Et ideo adultis nõ ſtatim cum conuertuntur eſt ſacramentum baptiſmi conferendum. ſed oportet differri vſq̃ꝫ ad aliqđ certum tempus. Primo quidem propter cautelā eccleſie ne decipiatur ficte accedentibus conferens illud. ſm illud. i. Iohãnis. iiij. Nolite omni ſpiritui credere. ſed probate ſpirit⁹ ſi ex deo ſint. que quidem probatio ſumitur de accedentibus ad baptiſmum quando per aliquod ſpacium eorum fides ⁊ mores examinantur. Secundo hoc eſt neceſſariũ ad vtilitatem eorum qui baptiſantur. quia aliquo temporis ſpacio indigent ad hoc ꝙ plene inſtruantur de fide ⁊ exercitentur in his que pertinent ad vitam chriſtianam. Tertio hoc eſt neceſſarium ad quandam reuerentiam ſacramenti. dum in ſolennitatibus precipuis ſꝫ paſce ⁊ penthecoſtes ad baptiſmum admittuntur homines. ⁊ ita deuotius ſacramentum ſuſcipiunt. Hec tamen dilatio eſt pretermittenda duplici ratione. Primo quidem quando illi qui ſunt baptiſandi apparent perfecte inſtructi in fide ⁊ ad baptiſmum ydonei. ſicut philippus ſtatim baptiſauit eunuchum vt habetur Actuum. viij. et petrus cornelium et eos qui cum ipſo erant. vt habetur Actuũ. x. Secundo propter infirmitatem. aut aliqđ periculum mortis. Unde leo papa dicit hi qui neceſſitate mortis egritudinis. obſidionis ⁊ perſecutionis et naufragij vrgenť omni tempore debent baptiſari. Si tamen aliquis preueniatur morte. articulo neceſſitatis ſacramentum excludente dum expectat tempus ab eccleſia inſtitutum ſaluatur licꝫ per ignem vt ſupra dictum eſt. Peccat autem ſi vltra tẽpus ab eccleſia ſtatutum differret accipere baptiſmum. niſi ex cauſa neceſſaria et licentia prelatorum eccleſie. ſed tamen hoc peccatum cum alijs deleri poteſt per ſuccedentẽ contritionem que ſupplet vicē baptiſmi vt ſupra dictũ ẽ. ¶ Ad. i. ḡ dđ. ꝙ illud mandatũ leonis pape de obſeruandis duob⁹ tempozib⁹ intelligendum eſt excepto mortis

articulo. q̄ꝫ ſꝑ in pueris eſt timendum vt dictum ē ſupra ¶ Ad.ij.dō. ꝙ illud de iudeis eſt ſtatutū ad eccleſie cautelam. ne ſimplicium fidem corrumpant. ſi nō fuerint plene conuerſi ⁊ tamen vt ibidē ſubditur ſi infra tempus ꝑſcriptum aliqd̄ periculum infirmitatis incurrerent debēt baptiſari. ¶ Ad.iij.dō. ꝙ baptiſmus per gratiam quā confert non ſolum remouet peccata preterita. ſed etiā impedit peccata futura ne fiant. hoc autem conſiderandum eſt vt homines non peccent. ſecundarium eſt vt leuiꝰ peccent vel etiam vt eorum peccata mundentur ſm illud .i. Johannis.ij. Filioli mei hec ſcribo vobis vt non peccetis ſed. etiam ſi quis peccauerit aduocatū habemꝰ apud patrem ieſum chriſtum ⁊ ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.

## Ad quartum ſic procedit

Videt̄ ꝙ peccatores ſint baptiſandi. dicit̄ enim Zach. xiij. In die illa erit fons patens domui dauid ⁊ habitantibus hieruſalem in oblationem peccatoris ⁊ menſtruate. qd̄ quidem intelligitur de fonte baptiſmali. ḡ videtur ꝙ ſacramentum baptiſmi ſit etiam peccatoribꝫ conferendum. ¶ Preterea. Dominus dicit Matth.xi.xij. Non eſt opus valentibus medicus ſed male habentibꝫ. Male autem habentes ſunt peccatores. cum autem ſpiritualis medici ſcȝ chriſti medicina ſit baptiſmus videtur ꝙ peccatoribus ſacramentum baptiſmi ſit exhibendum. ¶ Preterea. Nullum ſubſidium peccatoribꝫ debet ſubtrahi. ſed peccatores baptiſati ex ipſo caractere baptiſmali ſpiritualiter adiuuantur cum ſit quedam diſpoſitio ad gratiā. ḡ videtur ꝙ ſacramentum baptiſmi ſit peccatoribus exhibendū. ¶ Sed contra eſt qd̄ Aug. dicit qui te creauit ſine te non iuſtificabit te ſine te. ſed peccator cum habeat voluntatem non diſpoſitam non cooperatur deo. ḡ fruſtra adhibetur ſibi baptiſmus ad iuſtificationem. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ aliquis poteſt dici peccator dupliciter. Vno modo per maculam ⁊ reatum preteritum. ⁊ ſic peccatoribus eſt ſacramentum baptiſmi conferendum. quia eſt ad hoc ſpecialiter inſtitutum vt per ipſum peccatorū ſordes mundentur. ſm illud ad Ephe.v. Mundans eam ſcȝ eccleſiam lauacro aque in verbo vite. Alio modo poteſt dici aliquis peccator ex voluntate peccandi. ⁊ propoſito exiſtendi in peccato. ⁊ ſic peccatoribus non eſt ſacramentum baptiſmi conferendum. Primo quidē quia ꝑ baptiſmum homines chriſto incorporantur. ſm illud ad Galat.iij. Quicunq̄ in chriſto baptiſati eſtis chriſtū induiſtis. quamdiu autem aliquis habet voluntatem peccandi non poteſt eſſe chriſto cōiunctus ſm illud .ij. Cor. vi. Que participatio iuſticie cum iniquitate. vnd ⁊ Auguſtinꝰ dicit in libro de penitentia ꝙ nullus ſue voluntatis arbiter conſtitutus poteſt nouam vitam inchoare. niſi eum veteris vite peniteat. Secundo quia in operibus chriſti ⁊ eccleſie nihil debet fieri fruſtra. fruſtra autem eſt qd̄ non pertingit ad finem ad quem eſt ordinatum. nullus autem habens voluntatem peccandi ſimul poteſt a peccato mundari. ad qd̄ ordinatur baptiſmus. quia hoc eſt ponere ꝯtraria eſſe ſimul. Tertio quia in ſacramentalibꝫ ſignis non debet eſſe aliqua falſitas. eſt autem falſum ſignum cui res ſignata non reſpondet. ex hoc autē ꝙ aliquis lauandum ſe prebet ꝑ baptiſmum ſignificatur ꝙ ſe diſponat ad interiorem ablutionē. qd̄ non contingit de eo qui habet propoſitum perſiſtendi in peccato. vnde manifeſtum eſt ꝙ talibꝫ ſacramentum baptiſmi non eſt conferendum. ¶ Ad.i.ḡ dō. ꝙ illud verbum eſt intelligendum de peccatoribꝫ qui habent voluntatē recedendi de peccato. ¶ Ad.ij.dō. ꝙ ſpiritualis medicus ſcȝ chriſtus dupliciter operat̄. Vno modo interius per ſeipſum ⁊ ſic preparat voluntatem hominis vt velit bonū ⁊ odiat malum. Alio modo operat̄ per miniſtros exterius adhibendo ſacramenta. ⁊ ſic operatur ꝑficiendo id qd̄ eſt exterius inchoatum. ⁊ ideo ſacramentū baptiſmi non eſt exhibendum niſi ei in quo interioris conuerſionis aliqd̄ ſignum appareat. ſicut nec medicina corporalis adhibetur infirmo niſi in eo aliquis motus vitalis appareat. ¶ Ad.iij.dō. ꝙ baptiſmus eſt fidei ſacramentū. fides autē informis non ſufficit ad ſalutem. nec ipſa eſt fundamentū. ſed ſola fides formata que per dilectionem operatur vt Aug. dicit in libro de fide ⁊ operibus. vnde nec ſacramentum baptiſmi ſalutem conferre poteſt cum voluntate peccandi. que fidei formam excludit. non autem eſt per impreſſionem caracteris baptiſmalis aliquis diſponendus ad gratiam q̄ꝫdiu apparet in eo voluntas peccandi. quia deꝰ neminem ad virtutem compellit ſicut dicit damaſcenꝰ.

## Ad quintum ſic procedit

Videt̄ ꝙ peccatoribus baptiſatis ſint opera ſatiſfactoria imponenda. Huiuſmodi enim ad iuſticiam pertinere videntur vt pro quolibet peccato aliquis puniatur. ſm illud Eccl. vlti. Cuncta que fiunt adducet deus in iudiciū. Sed opera ſatiſfactoria imponuntur peccatoribꝫ in penam preteritoꝝ peccatoꝝ. ḡ videtur ꝙ peccatoribꝫ baptiſatis ſint opera ſatiſfactoria imponenda. ¶ Prete. Per opera ſatiſfactoria exercitantur peccatores de nouo ꝯuerſi ad iuſticiam. ⁊ ſubtrahuntur occaſiones peccandi. nā ſatiſfacere eſt peccatorum cauſas excidere. ⁊ peccatis aditum non indulgere. ſed hoc maxime neceſſarium eſt nuꝑ baptiſatis. ergo videtur ꝙ opera ſatiſfactoria ſint baptiſatis iniungenda. ¶ Pre. Non minus debitū eſt vt homo ſatiſfaciat deo q̄ꝫ proximo. ſed nuper baptiſatis iniūgendum eſt vt ſatiſfaciant proximis ſi eos leſerunt. ergo etiā eſt eis iniungendum vt deo ſatiſfaciant opera penitentie. ¶ Sed contra eſt Ambro. ſuper illud Ro.xi. Sine penitentia ſunt dona dei ⁊ vocatio dicit glo. gratia dei in baptiſmo non requirit gemitum neq̄ꝫ planctū. vel etiam aliqd̄ opus. ſed ſolam fidem ⁊ omnia gratis ꝯdonat. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut dic̄ Apo. ad Ro. vi. Quicūq̄ꝫ baptiſati ſumꝰ in xp̄o ieſu in morte ipſius ſumus. baptiſati ſumꝰ ꝯſepulti enī ſumus in baptiſmo ꝑ mortē xp̄i ita ſcȝ ꝙ homo ꝑ baptiſmum incorporat̄ ipſi morti chriſti. manifeſtum eſt autem ex ſupradictis ꝙ mors chriſti ſatiſfactoria fuit ſufficienter. non ſolum pro peccatis noſtris ſed etiā totius mundi. vt dicitur .i. Johannis.ij. Et ideo ei qui baptiſatur pro quibuſcunq̄ꝫ peccatis non eſt aliqua ſatiſfactio iniungenda. hoc aūt eſſet iniuriam facere paſſioni et morti xp̄i quaſi ipſa non eſſet ſufficiens ad plenariam ſatiſfactionem pro peccatis baptiſandoꝝ. ¶ Ad primū ergo dicendum ꝙ ſicut dicit Aug. in libro de baptiſmo paruuloꝝ ad hoc baptiſmus valet vt baptiſati chriſto incorporent̄ vt membra eius. vnde ipſa pena chriſti fuit ſatiſfactoria pro peccatis baptiſatorum ſicut ⁊ pena vniꝰ mēbri poteſt eſſe ſatiſfactoria pro peccato alterius membri. Vnde Eſa. liij. dicitur vere languores noſtros ipſe tulit. ¶ Ad ſecundum dicendū. ꝙ nuper baptiſati exercitādi ſunt ad iuſticiā. non ꝑ opa penalia. ſȝ ꝑ opa facilia vt q̄ſi q̄daȝ lacte facil' exercitij ꝓmoueant̄ ad perfectiora.

vt glo. dicit ſuper illud pſal. Sicut ablactatus ſup matre
ſua. vnde ⁊ dñs diſcipulos ſuos de nouo ꝯuerſos a ieiu-
nio excuſauit vt patet Matth. xi. Et hoc eſt qđ dicit .i.
Pe. ij. Sicut modo geniti infantes lac ꝯcupiſcite. vt i eo
creſcatis in ſalutem. ¶ Ad .iij. dđ. ꝙ reſtituere male ab-
lata proximis eſt ſatiſfactio de iniurijs illatis. et ceſſare a
peccando. q2 hoc ipſum qđ eſt detinere aliena ⁊ proximū
non placare eſt peccatum. ⁊ iō peccatoribꝰ baptiſatis in-
iungendū eſt ꝙ ſatiſfaciant proximis. ſicut ⁊ ꝙ deſiſtāt
a peccato. non eſt autem eis iniungendum ꝙ pro pecca-
tis preteritis aliquā penam patiant.

## Ad ſextū ſic proceditur

Videt ꝙ peccatores ad baptiſmum accedentes teneant
ſua peccata ꝯfiteri. Dicit enim Matth. iij. ꝙ baptiſaban
tur multi a iohanne in iordane. ꝯfitentes peccata ſua. ſed
baptiſmꝰ chriſti eſt perfectior ꝗ̄ baptiſmus Iohannis.
ergo videt ꝙ multomagis illi qui ſunt baptiſandi baptiſmo
chriſti debeant ſua peccata ꝯfiteri ¶ Preterea. Prouer.
xxviij. dicitur qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur. qui
autem ꝯfeſſus fuerit ⁊ reliquerit ea miſericordiam conſe
quetur. Sed ad hoc aliqui baptiſant vt de peccatis miſe-
ricordiam ꝯſequant. ergo baptiſati debent ſua peccata ꝯfite-
ri. ¶ Pre. Penitentia requirit ante baptiſmum ſm il
lud Actuum. ij. Agite penitentiam ⁊ baptiſet vnuſquiſq
veſtrum. ſed confeſſio eſt pars penitentie. ergo videtur ꝙ co
confeſſio peccatoꝝ requirat ante baptiſmum. ¶ Sed cō
tra eſt ꝙ cōfeſſio peccatorum debet eſſe cum fletu vt dicit
Aug. in libro de penitentia omnis iſta varietas ꝯſideran
da eſt ⁊ deflenda. ſꝫ ſicut dicit Ambro. gratia dei in baptiſ
mo non requirit gemitum neqꝫ planctum. ergo a baptiſan-
dis non eſt requirenda ꝯfeſſio peccatorū. ¶ Rñ. dđ. ꝙ
duplex eſt confeſſio peccatorū. Vna quidem interior que
fit deo. ⁊ talis confeſſio peccatoꝝ requirit ante baptiſmū.
vt. ſ. homo peccata ſua recogitans de eis doleat. nemo enī
poteſt inchoare nouam vitam niſi peniteat cum veteris
vite. vt Aug. dicit in libro de penitentia. Alia vero eſt cō-
feſſio peccatoꝝ exterior que fit ſacerdoti. et talis confeſſio
non requirit ante baptiſmum. Primo quidem quia ta-
lis confeſſio cum reſpiciat perſonam miniſtri pertinet ad
penitentie ſacramentū. qđ non requirit ante baptiſmū
qui eſt ianua omnium ſacramentoꝝ. Secundo quia con
feſſio exterior que fit ſacerdoti ordinatur ad hoc ꝙ ſacer-
dos ꝯfitentem abſoluet a peccatis. ⁊ liget ad opa ſatiſfa-
ctoria. que baptiſatis non ſunt imponenda. vt ſupra di-
ctum eſt. nec etiam baptiſati indigent remiſſione peccato
rum p claues eccleſie. quibꝰ omnia peccata remittunt p
baptiſmū. Tertio q2 ipſa particularis ꝯfeſſio homini fa
cta eſt penoſa propter verecundiā confitentis. baptiſato
autē nulla exterior pena imponit. ⁊ iō a baptiſatis non re-
quirit ꝯfeſſio peccatoꝝ ſpecialis. ſed ſufficit generalis quā
faciunt ſm ritum eccl'ie abrenunciantes ſathane ⁊ oībꝰ
opibꝰ eius. ⁊ hoc mō dicit quedam glo. Matth. iij. ꝙ in
baptiſmo iohannis exemplū dat baptiſandis. cōfitendi
peccata. ⁊ promittendi meliora. ſi qui tamen baptiſandi
ex deuotione ſua peccata ꝯfiteri vellent eſſet eoꝝ confeſſio
audienda. non ad hoc ꝙ ſatiſfactio eis imponeret. ſed ad
hoc ꝙ contra peccata ꝯſueta eis ſpecialis vite informatō
tradat. ¶ Ad .i. ergo dđ. ꝙ in baptiſmo iohannis non remit
tebant peccata. ſed erat baptiſmus penitentie ⁊ iō accedē
tes ad illud baptiſma ꝯuenienter ꝯfitebantur peccata. vt
ſm qualitatem peccatoꝝ eis penitentia determinaret. ſed
baptiſmus xpi eſt ſine exteriori penitentia. vt dicit Am-
bro. vñ non eſt ſimilis ratio. ¶ Ad .ij. dđ. ꝙ baptiſatis
ſufficit ꝯfeſſio interior deo facta. ⁊ etiam exterior general
ad hoc ꝙ dirigantur ⁊ miſericordiam ꝯſequant. nec requi
ritur confeſſio ſpecialis exterior. vt dictum eſt. ¶ Ad .iij.
dicendum ꝙ ꝯfeſſio eſt pars penitentie ſacramentalis. q
non requiritur ante baptiſmum. vt dictum eſt. ſed requi
ritur interioris penitentie virtus.

## Ad ſeptimū ſic procedit

Videt ꝙ ex parte baptiſati non requirat intentio ſuſcipi
endi baptiſmum. Baptiſmus enim ſe habet ſicut patiēs
in ſacramento. intentio autem non requirit ex parte pa-
tientis ſed ex parte agentis. ergo videt ꝙ ex parte baptiſati
non requirit intentio ſuſcipiendi baptiſmum. ¶ Pre.
Si pretermittit id qđ requiritur ad baptiſmū homo ē
denuo baptiſandus. ſicut cum pretermittitur intentio ſi-
ue inuocatio trinitatis. vt ſupra dictum eſt. Sed ex hoc
non videtur aliquis denuo baptiſandus ꝙ intentionem
non habebat ſuſcipiendi baptiſmum. alioquin cum de in-
tentione baptiſati non conſtet quilibet poſſet petere ſe de
nuo baptiſari propter intentionis defectum. non videt. ergo
ꝙ intentio requirat ex parte baptiſati vt ſuſcipiat ſacra-
mentum. ¶ Pre. Baptiſmus contra peccatum origina-
le datur. ſed originale peccatum contrahit ſine intentiōe
naſcentis. ergo baptiſmus vt videt intentionem non requi
rit. ex parte baptiſati. ¶ Sed contra eſt ꝙ ſm ritū eccle-
ſie baptiſandi profitent ſe petere ab eccleſia baptiſmum.
per qđ profitentur ſuam intentionem de ſuſceptione ſac-
menti. ¶ Rñ. dđ. ꝙ per baptiſmum aliquis morit vete
ri vite peccati. ⁊ incipit quandam vite nouitatem. ſm il-
lud ad Ro. vi. Conſepulti ſumus chriſto per baptiſmū
in mortē. vt quomodo chriſtus reſurrexit a mortuis ita
⁊ nos in nouitate vite ambulemꝰ. ⁊ iō ſicut ad hoc ꝙ ho-
mo moriat veteri vite requirit ſm Aug. in habente vſū
liberi arbitrij voluntas. qua cū veteris vite peniteat. ita
requirit voluntas qua intendat vite nouitati. cuius prin
cipium eſt ipſa ſuſceptio ſacramenti. ⁊ iō ex parte baptiſa
ti requirit voluntas ſiue intentio ſuſcipiendi ſacramentū
¶ Ad .i. ergo dđ. ꝙ in iuſtificatione que fit per baptiſmū
non eſt paſſio coacta ſed voluntaria. ⁊ iō requiritur intē
tio recipiendi id qđ ei datur. ¶ Ad .ij. dđm. ꝙ ſi in adul-
to deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacramentum eſſet rebapti-
ſandus. ſi tamen hoc non conſtaret eſſet dicendum. ſi nō
es baptiſatus ego te baptiſo. ¶ Ad .iij. dđ. ꝙ baptiſmus
ordinat non ſolum ꝯ originale pctm̄. ſed etiam ꝯ actua-
lia. q̄ per voluntatem ⁊ intentionem cauſant.

## Ad octauum ſic procedit

Videt ꝙ fides requirat ex pte baptiſati Sacramentum
enī baptiſmi a xpo eſt inſtitutum. ſed xps formam baptiſ
mi tradens fidē baptiſmo premittit dicens Matth. vl.
Qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit ſaluus erit. ergo videt ꝙ
niſi ſit fides non poſſit eſſe ſacrm̄ baptiſmi. ¶ Pre. Ni-
hil fruſtra in ſacramentis eccleſie agit. ſed ſm ritum eccle
ſie qui accedit ad baptiſmum de fide interrogat cum di-
citur credis in deum patrem omnipotentem. ergo videtur ꝙ
fides ad baptiſmum requirat. ¶ Pre. Ad baptiſmū re
quirit intentio ſuſcipiendi ſacramentum. ſed hoc non po
teſt eſſe ſine recta fide cum baptiſmus ſit recte fidei ſacrm̄
et p eum incorpantur homines chriſto. vt Aug. dicit in
libro de baptiſmo puuloꝝ hoc autem eſſe non poteſt ſine

recta fide ſm illud ad Ephe. iij. Inhabitare xp̄m ꝑ fidem in cordib⁹ veſtris. ergo videtur ꝙ ille qui non habet rectam fidem non poteſt ſuſcipere ſacramentum baptiſmi. ¶ Pre. Infidelitas eſt grauiſſimum pctm̄ vt in ſecunda pte habitum ē. Sed ꝑmanentes in peccato non ſunt baptiſandi. ḡ etiam nec ꝑmanentes in infidelitate. ¶ Sed ↄtra eſt qd̓ Grego. ſcribens quirito ep̄o dicit ab antiq̄ patrum inſtitutione didicim⁹ vt qui apud hereſim in trinitatis noīe baptiſant aut vnctione criſmatis aut impoſitiōe man⁹ aut ſola ꝓfeſſione fidei ad ſinuꝫ mr̄is eccleſie reuocent. Hoc aūt nō eſſet ſi fides ex neceſſitate requireret ad ſuſceptionē baptiſmi. ¶ Rn̄. dd̓. ꝙ ſicut ex dictis patꝫ duo efficiunt in anima ꝑ baptiſmum. ſ. caracter ⁊ gratia. dupliciter ḡ aliquid ex neceſſitate requirit ad baptiſmū. Uno modo ſine q̄ gratia haberi non pōt. q̄ eſt vltimus effectus ſacramenti. ⁊ hoc mō recta fides ex neceſſitate requirit ad baptiſmuꝫ. q2 ſic dicitur ad Ro. v. Juſticia dei eſt ꝑ fidem ieſu xp̄i. Alio modo requirit aliquid ex neceſſitate ad baptiſmuꝫ. ſine q̄ caracter baptiſmi imprimi nō pōt. ⁊ ſic recta fides baptiſati non requiritur ex neceſſitate ad baptiſmuꝫ. ſicut nec recta fides baptiſantis. dummō aſſint cetera q̄ ſunt de neceſſitate ſacramenti. nō enim ſacramentū ꝑficit ꝑ iuſticiam hoīs dantis vel ſuſcipientis baptiſmū. ſed ꝑ virtutem dei. ¶ Ad. i. ḡ dd̓. ꝙ dn̄s loquit ibi de baptiſmo ſm ꝙ ꝑducit hoīes ad ſaluteꝫ ꝑ gratiam iuſtificantem. qd̓ quidem ſine recta fide eſſe nō pōt ⁊ iō ſignanter dicit. qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit ſaluus erit. ¶ Ad. ij. dd̓. ꝙ eccleſia intendit hoīes baptiſare vt emundent a peccato. ſm illud Eſa. xxvij. Hic eſt oīs fructus vt auferat pctm̄. ⁊ iō ↄ̄trꝫ eſt de ſe non intendit dare baptiſmum niſi habentib⁹ rectam fidem ſine q̄ non eſt remiſſio peccatoꝝ. ⁊ ꝓpter hoc interrogat ad baptiſmū accedentes an credant. ſi tn̄ ſine recta fide aliquis baptiſmum ſuſcipiat extra eccleſiam non ꝑcipit id ad ſuaꝫ ſalutem. vn̄ Aug. dicit eccleſia paradiſo ↄparata indicat nobis quidem baptiſmum eius poſſe homines etiaꝫ foris accipere. ſed ſalutem beatitudinis extra eam nemineꝫ ꝑcipere vel tenere. ¶ Ad. iij. dd̓. ꝙ etiam non hn̄s rectam fidē circa alios articulos poteſt habere rectam fidem circa ſacramentum baptiſmi. ⁊ ita non impedit quin poſſit habere rectam intentionem ſuſcipiendi ſacramentum baptiſmi. ſi tn̄ etiam circa hoc ſacrm̄ nec recte ſentiat ſufficit ad ꝑceptionem ſacramenti generalis intentō. qua intendit ſuſcipere baptiſmum ſicut xp̄s inſtituit. ⁊ ſicut eccleſia tradit. ¶ Ad. iiij. dd̓ ꝙ ſicut ſacramentum baptiſmi non eſt cōferendum ei qui non vult ab alijs peccatis recedere ita nec ei qui non vult infidelitatem deſerere. vterqꝫ tn̄ ſuſcipit ſacramentū ſi ei ↄferat licet non ad ſalutem.

## ¶ Ad nonum ſic procedit.

Videt ꝙ pueri non ſint baptiſandi. In eo enim qui baptiſat requirit intentio ſuſcipiendi ſacramentuꝫ. vt ſupra dictum eſt. Hmōi autem intentionem non pn̄t pueri habere. cum non habeant vſum liberi arbitrij. ḡ videt ꝙ nō poſſint ſuſcipere ſacramentuꝫ baptiſmi. ¶ Pre. Baptiſmus eſt fidei ſacramentum. vt ſupra dictū ē. ſed pueri nō hn̄t fidem. que ↄſiſtit in credentium voluntate. vt Aug. dicit ſuper Johannem. Nec etiam poteſt dici ꝙ ſaluent in fide parentum. q2 quandoqꝫ parentes ſunt infideles. ⁊ ſic magis per eoꝝ infidelitatem damnarent. ḡ videtur ꝙ pueri non poſſint baptiſari. ¶ Pre. i. Petri. iij. dicit ꝙ homines ſaluos facit baptiſma. non carnis depoſitio ſordiuꝫ. ſed ↄſcientie bone interrogatio in deum. Sꝫ pueri neqꝫ conſcientiam habent bonam vel malam. cum non habeant vſum rationis. neqꝫ etiam conuenienter ipſi interrogant cum non intelligant. ḡ non debent pueri baptiſari. ¶ Sed contra eſt quod Diony. dicit vlti. ca. eccle. hierar. diuini noſtri duces ſcꝫ apoſtoli probauerunt infantes recipi ad baptiſmum. ¶ Rn̄. dd̓. ꝙ ſicut Apoſtolus dicit ad Ro. vi. Si vnius delicto mors regnauit per vnum ſcꝫ adam multomagis habundantiam gratie ⁊ donationis ⁊ iuſticie accipientes in vita regnabūt ꝑ vnum ieſum chriſtum. pueri autem ex peccato ade peccatuꝫ originale contrahunt. qd̓ patet ex hoc ꝙ ſunt mortalitati ſubiecti. que per peccatum primi hominis in omnes pertrāſijt. vt ibidem dicit Apoſtolus. vnde multomagis pueri poſſunt per chriſtum gratiam ſuſcipere vt regnent in vita eterna. ipſe autem dominus dicit Johannis. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpirituſancto non poteſt introire in regnum dei. vnde neceſſariuꝫ fuit pueros baptiſari. vt ſicut per adam dampnationem incurrerunt naſcendo ita per chriſtum ſaluteꝫ conſequant renaſcendo. Fuit etiam ↄueniens pueros baptiſari. vt a puericia nutriti i his que ſunt chriſtiane vite firmius in ea perſeuerent. iuxta illud Prouer. xxij. Adoleſcens iuxta viam ſuam etiaꝫ cum ſenuerit non recedet ab ea. ⁊ hanc rationeꝫ aſſignat Diony. vlti. ca. eccle. hierar. ¶ Ad. i. ḡ dd̓. ꝙ regeneratō ſpiritualis que fit per baptiſmum quodammō ſimilis eſt natiuitati carnali ꝙ̄tum ad hoc ꝙ ſicut pueri in vteris maternis ↄſtituti non ꝑ ſeipſos nutrimentum accipiunt ſed ex nutrimento mr̄is ſuſtentant. ita etiam pueri non habētes vſum rationis quaſi in vtero matris eccleſie conſtituti non per ſeipſos ſed per actum eccleſie ſalutem ſuſcipiūt vn̄ Aug. dicit in libro de peccatis ⁊ meritis ⁊ remiſſione mater eccleſia os maternum paruulis prebet. vt ſacris miſterijs imbuant. q2 nondum poſſunt corde ꝓprio credere ad iuſticiam. nec ore proprio cōfiteri ad ſalutem. ſi auteꝫ propterea recte fideles vocant q̄m per fidem ꝟba geſtātium quodammodo profitent cur etiam non penitentes habeant. cum ꝑ eorundem ꝟba geſtantium dyabolo et huic ſeculo monſtrent abrenunciare ⁊ eadem rōne poſſunt dici intendentes. non per actum proprie intentionis cum ipſi quandoqꝫ ↄtra nitant ⁊ plorent ſed per actū eorum a quib⁹ offerunt. ¶ Ad. ij. dd̓. ꝙ ſicut Aug. ſcribens bonifacio dicit in eccleſia ſaluatoris ꝑuuli ꝑ alios credūt ſicut ex alijs que in baptiſmo remittunt peccata traxerūt nec impedit eoruꝫ ſalus ſi parentes ſint infideles q2 ſicut dicit Aug. eideꝫ bonifacio ſcribens offerunt paruuli ad ꝑcipiendam gratiam ſpiritualem. non tamen ab eis quoꝝ geſtant manib⁹ ꝙ̄uis ⁊ ab ipſis ſi ipſi boni fideles ſunt quā ab vniuerſa ſocietate ſanctoꝝ atqꝫ fidelium ab oīb⁹ nanqꝫ offerri recte intelligunt quib⁹ placet ꝙ offeruntur ⁊ quoꝝ charitate ad ↄmunionem ſancti ſpiritus adiungūtur. infidelitas aūt proprioꝝ parentum etiam ſi eos poſt baptiſmum demonioꝝ ſacrificijs imbuere conent pueris non nocet. q2 vt Aug. ibidem dicit puer ſemel generatus ꝑ alioꝝ voluntatem deinceps non poteſt vinculo aliene iniquitatis aſtringi. vbi nulla ſua voluntate ↄſentit. ſm illud Ezech. xviij. Sicut anima patris mea eſt ⁊ anima filij. anima que peccauerit ipſa morietur. ſed ideo ex adaꝫ traxit ꝙ ſacramenti illius gratia ſolueretur ꝙ nonduꝫ erat aīa ſeparata viuens. fides aūt vnius ymmo totius eccl'ie paruulo prodeſt ꝑ operationē ſpūſſancti. qui vnit eccleſiam. ⁊ bona vni⁹ alteri cōicat. ¶ Ad. iij. dd̓. ꝙ ſicut puer cū

baptiſatur non ꝑ ſeipm ſed ꝑ alios credit. ita nõ ꝑ ſeipſum ſed ꝑ alios interrogatur. ⁊ interrogati confitentur fidem eccle in ꝑſona pueri qui huic fidei aggregatur ꝑ fidei ſacramentum. conſcientiam aũt bonam conſequitur puer etiã in ſeipo non quidẽ actu ſed habitu ꝑ grãz iuſtificantem

### Ad decimũ ſic proceditur

Videtur ꝙ pueri iudeoꝝ vel etiam alioꝝ infidelium ſint baptiſandi etiam inuitis parentibus. Magis. n. debet homini ſubuenire contra periculũ mortis eterne quam cõtra periculum mortis tꝑalis ſed puero in periculo mortis temporalis exiſtenti ẽ ſubueniendum etiam ſi parentes ꝑ maliciam cõtra niterentur. ergo multomagis eſt ſubueniendũ pueris infideliũ filijs cõtra periculum mortis eterne etiã inuitis parentibus. ¶ Pre. Filij ſeruoꝝ ſunt ſerui ⁊ in poteſtate dominoꝝ. ſed iudei ſunt ſerui regum ⁊ principũ ⁊ quicũqʒ etiam alij infideles. ergo abſqʒ omni iniuria poſſunt principes xp̃ianoꝝ iudeoꝝ filios baptiſare vel alioꝝ ſeruoꝝ infideliũ facere baptiſari. ¶ Pre. quilibet homo eſt magis dei a quo habet animam quam patris carnalis a quo habet corpus. non eſt ergo iniuſtũ ſi pueri infideliũ filij parentibus carnalibus auferentur ⁊ ꝑ baptiſmum cõſecrentur. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ in decretis diſt. xlv. ex concilio toletano ſic dr̃ de iudeis. ꝑcipit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credendũ vim inferre. non. n. tales inuiti ſaluandi ſunt ſed volentes vt integra ſit forma iuſticie.

¶ Rñ. dð. ꝙ pueri infidelium filij aut hñt vſum rõnis aut non hñt. Si aũt habent iam quantũ ad ea que ſunt iuris diuini vel naturalis incipiunt ſue poteſtatis eſſe. ⁊ ideo ꝓpria voluntate poſſunt inuitis parentibus ſuſcipe baptiſmum. ſicut etiam matrimoniũ contrahere. ⁊ ideo tales licite pñt moueri ⁊ induci ad baptiſmum ſuſcipiendũ. Si vero nõdum hñt vſum liberi arbitrij ſm ius naturale ſũt ſub cura parentum q̃ʒ diu ipſi ſibi ꝓuidere non poſſunt. vñ etiam ⁊ de pueris antiquoꝝ dr̃ ꝙ ſaluabantur in fide parentum. ⁊ ideo contra iuſticiam naturalẽ eſſet ſi tales pueri inuitis parentibus baptiſentur. ſicut etiam ſi aliquis habens vſum rõnis baptiſaretur inuitus. eſſet etiam periculoſum taliter filios infidelium baptiſare. qr̃ de facili ad infidelitatem redirent ꝓpter naturalem affectum ad parẽtes. ⁊ ideo nõ habet hoc eccleſie ꝯſuetudo ꝙ filij infidelium inuitis parentibus baptiſentur. ¶ Ad. i. ergo dð. ꝙ a morte corꝑali nõ eſt aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis. puta ſi aliquis a ſuo iudice condemnetur ad mortem nullus debet eũ violenter a morte eripere. vñ nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris nature quo filius eſt ſub cura patris vt eũ liberet a periculo mortis eterne. ¶ Ad ij. dð. ꝙ iudei ſunt ſerui principum ſeruitute ciuili. que nõ excludit ordinem iuris naturalis vel diuini. ¶ Ad. iij. dð. ꝙ homo ordinatur ad deum ꝑ rõnem ꝑ quam deum cognoſcere põt. vñ puer anteqʒ vſum rõnis habeat naturali ordine ordinatur in deũ ꝑ rõnem parentũ quoꝝ cure naturaliter ſubiacet. ⁊ ſm diſpoſitionẽ eoꝝ ſunt circa ipm diuina agenda.

### Ad vndecimũ ſic ꝓcedit.

Videtur ꝙ in maternis vteris exiſtentes poſſint baptiſari. Efficacius eſt. n. donum xp̃i ad ſalutem q̃ʒ peccatum Ade ad damnationem. vt aplˢ dicit ad Roma. v. ſed pueri in maternis vteris exiſtentes damnantur ꝓpter peccatum ade. ergo multo magis ſaluari pñt ꝑ donum xp̃i quod quidẽ fit ꝑ baptiſmum. ergo pueri in maternis vteris exiſtentes pñt baptiſari. ¶ Pre. puer in vtero matris exñs aliquid matris eſſe videtur. ſed baptiſata matre baptiſatur quicquid eſt eius intra ipſam exñs. ergo videtur ꝙ baptiſata matre baptiſetur puer in ipſius vtero exiſtens. ¶ Pre. mors eterna prior eſt q̃ʒ mors corꝑalis. ſed de duobus malis minꝰ malum eligendũ eſt. Si ergo puer in vtero matris exñs baptiſari non põt melius eſſet ꝙ mater aperiretur ⁊ puer inde eductus baptiſaretur quam ꝙ puer eternaliter damnaretur abſqʒ baptiſmo decedens. ¶ Pre. contingit qñqʒ ꝙ aliq̃ ps pueri prius egreditur. ſicut legitur Gen. xxxviij. ꝙ pariente thamar in ipſa effuſione infantiũ vnus ꝓtulit manum in qua obſtetrix ligauit coccinum dicens. iſte egredietur prior illo vero manũ trahente egreſſus eſt alter. Qñqʒ autẽ in tali caſu imminet periculum mortis. ergo videtur ꝙ illa ps debeat baptiſari puero adhuc in materno vtero exiſtente ¶ Sed contra eſt quod Augꝰ. dicit in epl̃a ad Dardanũ. nemo renaſcitur niſi prius naſcatur. ſed baptiſmus eſt quedã ſpiritualis regeneratio. nõ ergo debet aliquis baptiſari ꝑuſqʒ ex vtero naſcatur. ¶ Rñ. dð. ꝙ ex neceſſitate baptiſmi eſt ꝙ corpus baptiſandi aliquo mõ aqua abluatur cum baptiſmus ſit quedam ablutio vt ſupra dictum eſt. corpus aũt infantis anteqʒ naſcatur ex vtero non põt aliquo modo ablui aqua niſi forte dicatur ꝙ ablutio baptiſmalis qua corpus matris lauatur ad filium in ventre exiſtentem ꝑueniat. ſed hoc non põt eſſe. tum qr̃ anima pueri ad cuius ſanctificationem ordinatur baptiſmus diſtincta ẽ ab anima matris tum quia corpus pueri animati iam ẽ formatum. ⁊ ꝑ conſequens a corꝑe matris diſtinctum. ⁊ ideo baptiſmus q̃ mater baptiſatur non redundat in ꝓlem in vtero exiſtentem vñ Augꝰ. dicit contra Iulianũ. Si ad matris corpus id quod in ea concipitur ꝑtinet ita vt eius pars imputetur. non baptiſatur infans cuius mater baptiſata eſt aliquo mortis vrgente periculo cum geſtaret in vtero. nunc vero cum ⁊ ipſe. ſ. infans baptiſetur non vtiqʒ ad maternũ corpus cum eſſet in vtero pertinebat. ⁊ ita relinquitur ꝙ nullo mõ exñtes in vteris maternis baptiſari pñt. ¶ Ad. i. ergo dð. ꝙ pueri in vteris maternis exñtes nondum ꝓdierunt in lucem vt cum alijs hominibus vitam ducant. vñ non pñt ſubijci actioni humane vt per eoꝝ miniſterium ſacramenta recipiant ad ſalutem. pñt tamen ſubijci operationi dei apud quem viuunt vt quodam priuilegio gratie ſanctificationem conſequantur. ſicut patet de ſanctificatis in vtero. ¶ Ad. ij. dð. ꝙ membrum interius matris eſt aliqd̃ eius ꝑ continuationem ⁊ vnionem materialis ꝑtis ad totum. puer aũt in vtero matris exñs eſt aliquid eius ꝑ colligationem quãdam corpoꝝ diſtinctoꝝ vñ non eſt ſimilis ratio. ¶ Ad. iij. dð. ꝙ non ſunt facienda mala vt eueniant bona vt dr̃ ad Roma. iij. ⁊ ideo non debet homo occidere matrem vt baptiſet puerum. ſi tñ mater mortua fuerit viuente puero in vtero aperiri debet vt puer baptiſetur. ¶ Ad. iiij. dð. ꝙ expectãda eſt totalis egreſſio pueri ex vtero ad baptiſmũ niſi mors immineat. Si tñ primo caput egrediatur in quo fundantur ſenſus debet baptiſari periculo imminẽte ⁊ nõ eſt poſtea rebaptiſandus ſi eum ꝑfecte naſci ꝯtingat. Et videtur idem faciendũ quecũqʒ alia pars egrediatur periculo imminente. quia tñ in nulla partiũ exterioꝝ integritas ita conſiſtit ſicut in capite videtur quibuſdã ꝙ ꝓpter dubiũ quacũqʒ alia parte corꝑis abluta. puer poſt ꝑfectã neceſſitatem ſit baptiſandus ſub hac forma. ſi nõ es baptiſatus ego te baptiſo.

### Ad duodecimũ ſic ꝓcedit

Uidetur ꝙ furioſi ⁊ amentes non debeant baptiſari. Ad ſuſceptionem. n. baptiſmi requiritur intẽtio in eo qui baptiſatur vt ſupra dictum eſt. ſed furioſi ⁊ amentes cum careant vſum rõnis non pñt habere ordinatam intentionem ergo non debent baptiſari. ¶ Pre. homo bruta animalia excedit in eo ꝙ habet rõnem. Sed furioſi ⁊ amentes non hñt vſum rõnis ⁊ qñq3 etiam in eis non expectatur ſicut in pueris. ergo videtur ꝙ ſicut bruta animalia non baptiſantur. ita etiam nec tales furioſi ⁊ amentes debent baptiſari. ¶ Pre. magis ligatus eſt vſus rõnis in furioſis vl' amentibus ꝗ3 in dormientibus. ſed baptiſmus non conſueuit dari dormientibus. ergo nec debet dari amẽtibꝫ ⁊ furioſis. ¶ Sed contra eſt quod Aug⁹. dicit. iiij. confeſſio. de amico ſuo qui cum deſperaret baptiſatus eſt. ⁊ tñ baptiſmus in ipo efficaciam habuit vnde ⁊ carentibus vſu rationis aliqñ baptiſmus dari debet. ¶ Rñ. dd. ꝙ circa amentes ⁊ furioſos eſt diſtinguendum. Quidã. n. ſunt ante natiuitatem tales. nulla habentes lucida interualla in quibus etiam nullus vſus rationis apparet. ⁊ d' talibus ꝗ3tum ad baptiſmi ſuſceptionem. idem iudiciu3 videtur eſſe ⁊ de pueris qui baptiſantur in fide eccleſie. vt ſupra dictum eſt. Alij vero ſunt amentes qui ex ſana mente quam habuerunt prius in amentiam ceciderunt. ⁊ tales ſunt iudicandi ſm voluntatem quam habuerunt dũ ſane mentis exiſterent. ⁊ ideo ſi tunc apparuit in eis voluntas ſuſcipiendi baptiſmum debet exhiberi eis in furia vel amẽtia conſtitutis etiam ſi tunc contradicunt. alioquin ſi nulla voluntas ſuſcipiendi baptiſmum in eis apparuit dum ſane mentis eſſent nõ ſunt baptiſandi. Quidã vero ſunt ⁊ ſi a natiuitate fuerunt furioſi ⁊ amentes habet tamẽ lucida interualla in quibus recta intentione atq3 ratõne vti poſſunt. vnde ſi tunc baptiſari voluerunt etiam baptiſari poſſunt in amentia conſtituti. ⁊ debet eis tunc ſacramentum conferri ſi periculum timeatur. alioquin melius eſt vt tempus expectetur in quo ſunt ſane mentis ad hoc ꝙ deuotius ſuſcipiant ſacramentum. ſi autem tempe lucidi interualli non appareat in eis voluntas ſuſcipiendi baptiſmũ baptiſari non debent in amentia conſtituti. Quidam vero ſunt qui ⁊ ſi non omnino ſane mentis exiſtant intantũ tamen ſratione vtuntur ꝙ poſſunt de ſua ſalute cogitare ⁊ intelligere ſacramenti virtutem. ⁊ de talibus idem eſt iudicium ſicut de his qui ſane mentis exiſtunt qui baptiſantur volentes non inuiti. ¶ Ad. i. ergo dd. ꝙ amentes qui nũquã habuerunt nec habent vſum rõnis baptiſantur ex intentione eccleſie ſicut ex ritu eccleſie credunt ⁊ penitent. ſicut ſupra de pueris dictum eſt. illi vero qui aliquo tempore habuerunt vel habent vſum rationis ſm ꝓpriam intẽtionem baptiſantur quã habent vel habuerunt tempe ſane mentis. ¶ Ad. ij. dd. ꝙ furioſi vel amentes carent vſu rationis ꝑ accidens. ſ. ꝑ aliquod impedimentum organi corporalis. non autem ꝓpter defectum anime rationalis ſicut bruta animalia. vnde non eſt de eis ſimilis rõ. ¶ Ad. iij. dd. ꝙ dormientes non ſunt baptiſandi niſi ꝑiculũ mortis immineat in quo caſu baptiſari debent ſi prius voluntas apparuit in eis ſuſcipiendi baptiſmum. ſic etiam de amentibus dictum eſt. ſicut Aug⁹. narrat in. iiij. ꝯfeſſio. d' amico ſuo qui baptiſatus ẽ neſciẽs ꝓpter ꝑiculum mortis

## ¶ Queſtio. LXIX.

Deinde ꝯſiderãdum eſt de effectibus baptiſmi. Et circa hoc querũtur decem. Primo vtrum ꝑ baptiſmum auferantur omnia peccata. Secundo vtrum ꝑ baptiſmum liberetur homo ab omni pena. Tertio vtrum baptiſmus auferat penalitatem huius vite. Quarto vtrum per baptiſmum conferantur homini gratie ⁊ virtutes. Quinto de effectibus virtutum qui ꝑ baptiſmum conferuntur. Sexto vtrum paruuli in baptiſmo gratiam ⁊ ꝟtutem accipiant. Septimo vtrum ꝑ baptiſmum aperiatur baptiſatis ianua regni celoꝝ. Octauo vtrum baptiſmus equalem effectũ habeat in omnibus baptiſatis. Nono vtrum fictio impediat effectum baptiſmi. Decimo vtrum recedente fictiõe baptiſmus obtineat ſuũ effectũ.

## ¶ Ad primũ ſic proceditur.

Uidetur ꝙ ꝑ baptiſmum non tollantur omnia peccata. Baptiſmus. n. eſt quedam ſpiritualis regeneratio que contraponitur generationi carnali. ſed ꝑ generationem carnalem homo contrahit ſolum originale peccatum. ergo per baptiſmum ſoluitur ſolum originale peccatum. ¶ Pre. penitentia eſt ſufficiens cauſa remiſſionis actualium peccatoꝝ. Sed in adultis ante baptiſmum requiritur penitentia ſm illud Act. ij. penitentiam agite ⁊ baptiſetur vnuſquiſq3 veſtrum. ergo baptiſmus nihil circa remiſſionem peccatorum actualium operatur. ¶ Pre. diuerſoꝝ morboꝝ diuerſe ſunt medicine. quia ſicut Hierony. dicit. non ſanat oculum quod ſanat calcaneum. Sed peccatum originale qd' ꝑ baptiſmum tollitur eſt aliud peccati genus a peccato actuali. ergo non omnia peccata ꝑ baptiſmum tolluntur.

¶ Sed contra eſt quod dr Ezechiel'. xxxvi. Effundam ſuper vos aquam mundam ⁊ mundabimini ab omnibus iniquitatibꝫ veſtris. ¶ Rñ. dd. ꝙ ſicut apoſtolus dicit ad Ro. vi. quicunq3 baptiſati ſumus in xp̃o ieſu in morte ipius baptiſati ſumus. ⁊ poſtea ꝯcludit. ita ⁊ vos exiſtimate mortuos quidem peccato. viuentes autem deo in xp̃o ieſu domino noſtro. ex quo patet ꝙ homo moritur vetuſtati peccati ⁊ incipit viuere nouitati gratie. omne autem peccatum ꝑtinet ad priſtinam vetuſtatem vnde conueniens ẽ ꝙ omne peccatum ꝑ baptiſmum tollatur. ¶ Ad. i. ergo dd. ꝙ ſicut dicit apoſtolus ad Roma. v. Peccatum Ade non tñ poteſt ꝗ3tum donum xp̃i quod in baptiſmo percipitur. nam iudicium ex vno in condemnationem. gratia aũt ex multis delictis in iuſtificationem. Unde ⁊ Aug. dicit in libro de baptiſmo paruuloꝝ ꝙ a regnante carne tantummodo contrahitur originale. regnante autem ſpiritu nõ originalium ſed etiam voluntarioꝝ fit remiſſio peccatoꝝ. ¶ Ad. ij. dd. ꝙ nullius peccati remiſſio fieri poteſt. niſi ꝑ ꝟtutem paſſionis xp̃i. Unde ⁊ apoſtolus ad Hebre. ix. ꝙ ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio peccatoꝝ. vnde mot⁹ voluntatis humane non ſufficeret ad remiſſionem culpe niſi adeſſet fides paſſionis xp̃i ⁊ ꝓpoſitum participandi ipſam vel ſuſcipiendo baptiſmum. vel ſubijciendo ſe clauibus eccleſie. ⁊ ideo quando aliquis adultus penitens ad baptiſmum accedit conſequitur quidem remiſſionem omnium peccatoꝝ ex ꝓpoſito baptiſmi. ꝑfectius aũt ex reali ſuſceptione baptiſmi. ¶ Ad. iij. dd. ꝙ ratio illa ꝓcedit de ꝑticularibus medicinis. baptiſma autem operatur in virtute paſſionis xp̃i que ẽ vl'is medicina omnium peccatoꝝ. ⁊ iõ ꝑ baptiſmum omnia peccata ſoluuntur.

## ¶ Ad ſcd̃m ſic procedituꝛ.

Uidetur ꝙ ꝑ baptiſmum non liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit. n. apl's ad Roma. xiij. que a deo ſunt ordinata ſunt. ſed culpa non ordinatur niſi ꝑ penã vt Aug. dic3

ꝑ baptiſmum nõ tollit reatus pene ꝑcedentium peccatoꝝ. Pre. Effectus ſacramenti aliquam ſilitudinem habet cum ipſo ſacramento. q2 ſacramenta noue legis efficiũt q̃d figurant vt ſupra dictum ẽ. Sed ablutio baptiſmalis habet quidem aliquam ſilitudinem cum ablutione macule nullam aũt ſilitudinem habere videt cum ſubtractõe reatus pene. nõ g̃ ꝑ baptiſmum tollit reatus pene. Pre. ſublato reatu pene aliquis nõ remanet dignus pena. ⁊ ita iniuſtũ eſſet eum puniri. ſi ergo ꝑ baptiſmum tollitur reatus pene iniuſtum eſſet poſt baptiſmũ ſuſpendere latronẽ qui antea homicidium cõmiſit. ⁊ ita ꝑ baptiſmum tolleretur rigor humane diſcipline quod eſt inconueniens. non ergo ꝑ baptiſmũ tollit reatus pene. Sed contra ẽ. q̃ Ambro. dicit ſuꝑ illud ad Roma. xi. ſine penitentia ſunt dona dei ⁊ vocatio. gratia inquit dei in baptiſmo omnia gratis donat. Rñ. dd̃. q sicut ſupra dictum eſt ꝑ baptiſmum aliquis incorporat paſſioni ⁊ morti xp̃i. ſm illud ad Roma. vi. ſi mortui ſumus cum xp̃o credimus q etiam ſimul viuemus cum xp̃o. ex quo patet q homini baptiſato cõmunicat paſſio xp̃i ad remedium ac ſi ipſe paſſus ⁊ mortuus eſſet. paſſio autem xp̃i ſicut ſupra dictum eſt. eſt ſufficiens ſatiſfactio ꝓ omnibus peccatis omnium hominum. ⁊ ideo ille qui baptiſat liberatur a reatu omis pene ſibi debite ꝓ peccatis ac ſi ipſe ſufficienter ſatiſfeciſſet ꝓ omnibus peccatis ſuis. Ad. i. ergo dd̃. q quia pena paſſionis xp̃i communicat baptiſato inquantum fit membrum xp̃i ac ſi ipſe penam illam ſuſtinuiſſet eius peccata remanent ordinata per penam paſſionis xp̃i. Ad. ij. dd̃. q aqua non ſolum abluit ſed etiam refrigerat. ⁊ ita ſuo refrigerio ſignat ſubtractionem reatus pene. ſicut ſua emũdatione ſignificat emundationem a culpa. Ad. iij. dd̃. q in penis que iudicio humano inferunt non ſolum attendit qua pena ſit homo dignus. ſed etiam in quo ſit obligatus quo ad homines qui ſunt leſi ⁊ ſcandaliſati ꝑ peccatum alicuius. ⁊ ideo licet homicida ꝑ baptiſmum liberetur a reatu pene quo ad deum. remanet tamen adhuc obligatus quo ad homines quos iuſtum eſt edificari de pena ſicut ſunt ſcandaliſati de culpa. Pie tamen talibꝯ poſſet princeps penam indulgere.

## Ad tertiũ ſic proceditur.

Videt q per baptiſmum debeant auferri penalitates pñtis vite. Ut. n. dicit apoſtolus ad Roma. v. Donum xp̃i potentius eſt q̃ peccatum ade. Sed per peccatum ade vt ibidem dicit apoſtolus. mors in hunc mundum intrauit ⁊ ꝑ conſequens omnes alie penalitates pñtis vite. ergo multo magis ꝑ donum xp̃i quod in baptiſmo homo percipit a penalitatibus pñtis vite debet liberari. Pre. Baptiſmus aufert ⁊ culpam originalem ⁊ actualem. ſicut ſuꝑ dictum eſt. Sic autem aufert actualem culpam quod liberat ab omni reatu pene conſequentis actualem culpam ergo ⁊ liberat a penalitatibus pñtis vite que ſunt pena peccati originalis. Pre. remota cauſa remouet effectus. ſed cauſa haꝝ penalitatum eſt peccatum originale q̃d tollit ꝑ baptiſmum. ergo non debent hmõi penalitates remanere. Sed contra eſt q ſuꝑ illud ad Roma. vi. deſtruatur corpus peccati dicit glo. ꝑ baptiſmum id agit vt vetꝰ homo crucifigat ⁊ corpus peccati deſtruat non ita vt in ipſo viuente carnis concupiſcentia reſperſa innata repente aſſumat ⁊ non ſit. ſed ne obſit mortuo que inerat nato. et copari rõe nec alie penalitates ꝑ baptiſmum tolluntur. Rñ. dd̃. q baptiſmus habet ꝟtutes auferendi penalitates pñtis vite. non tñ eas aufert in pñti vita. ſed eius ꝟtute auferent a iuſtis in reſurrectione quãdo mortale hoc induet immortalitatem. vt. d2. i. Coꝝ. xv. Et hoc rõnabiliter. Primo quidem quia ꝑ baptiſmum homo incorporat xp̃o ⁊ efficit membrum eius vt ſuꝑ dictum eſt. ⁊ ideo conueniens eſt vt id agat in membro incorporato quod eſt actu in capite. xp̃s autem a principio ſue conceptionis fuit plenus gratia ⁊ veritate. habuit tamen corpus paſſibile quod ꝑ paſſionem ⁊ mortem eſt ad vitam glorioſam reſuſcitatum. vnde ⁊ xp̃ianus in baptiſmo gratiam conſequitur q̃tum ad animam. habet tamen corpus paſſibile in q̃ ꝓ xp̃o poſſit pati. ſed tandem reſuſcitabit ad impaſſibilem vitam. vnde apoſtolus dicit ad Roma. viij. Qui ſuſcitauit ieſum xp̃m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corꝑa noſtra ꝓpter inhabitantem ſpiritum eius in nobis. ⁊. j. eodẽ heredes quidem dei. coheredes autem xp̃i. ſi tamen compatimur vt ⁊ ſimul glorificemur. Secundo hoc eſt conueniens ꝓpter ſpirituale exercitium vt. ſ. contra concupiſcẽtiam ⁊ alias paſſibilitates pugnans homo victorie mereat coronam accipe. vnde ſuꝑ illud ad Roma. vi. vt deſtruat corpus peccati. dicit glo. ſi poſt baptiſmum vixerit homo in carne. habet in carne concupiſcentiam cum qua pugnet ⁊ eam adiuuante deo ſuꝑet. in cuius figura d2 iudicum. iij. he ſunt gentes quas dominus dereliquit vt erudiret in eis iſraelem ⁊ poſtea diſcerent filij coꝝ certare cum hoſtibus ⁊ haberent conſuetudinem ꝑliandi. Tertio hoc fuit conueniens ne homines ad baptiſmum accederẽt ꝓpter impaſſibilitatem pñtis vite ⁊ non ꝓpter gloriam vite eterne. vnde ⁊ apoſtolus dicit. i. Coꝝ. xv. ſi in hac vita tñ in xp̃o ſperantes ſumus miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Ad. i. ergo dd̃. q ſicut dicit gloſa ad Roma. vi. ſuꝑ illud vt vltra non ſeruiamus peccato. ſicut ſi aliquis accipiens hoſtem atrociſſimum non ſtatim interficit eum ſed patit eum cum dedecore ⁊ dolore aliquantulum viuere. ita ⁊ xp̃s prius penam alligauit. in futuro autem ꝑimet. Ad. ij. dd̃. q ſicut ibidem dicit glo. duplex eſt pena peccati. iehennalis ⁊ temporalis. iehennalẽ deleuit xp̃s vt eam non ſentiant baptiſati ⁊ vere penitentes. temporalem vero dum non penitus tulit. manet. n. fames ⁊ ſitis ⁊ mors ſed regnum ⁊ dominium eius deiecit vt iꝫ homo non timeat. ⁊ tandem in nouiſſimo eaꝫ penitus exterminabit. Ad. iij. dd̃. q ſicut in ſecunda pte dictuꝫ eſt peccatum originale hoc modo ꝓceſſit q ꝑmo ꝑſona infecit naturam. poſtmodum vero natura infecit ꝑſonam. xp̃us vero conuerſo ordine ꝑus reparat id quod ꝑſone eſt poſtmodum ſimul in omnibus reparabit id quod nature eſt. ⁊ ideo culpam originalis peccati ⁊ etiam penam carentie viſionis diuine que reſpiciunt ꝑſonam ſtatim poſt baptiſmum tollit ab homine. ſed penalitates pñtis vite ſicut mors fames ⁊ ſitis ⁊ alia huiuſmodi reſpiciunt naturam ex cuius principijs cauſant ꝓut eſt deſtituta originali iuſticia. ⁊ ideo iſti defectus nõ tollent niſi in vltia reparatione nature ꝑ reſurrectõeꝫ gloſam.

## Ad quartũ ſic proceditur

Videt q ꝑ baptiſmum non conferant homini gratia ⁊ ꝟtutes. quia ſicut ſupra dictum eſt. ſacramenta noue legis efficiunt quod figurant. Sed ꝑ ablutionem baptiſmi ſignificat emundatio anime a culpa. non autem informatio anime ꝑ gratiam ⁊ virtutes. videt ergo q ꝑ baptiſmum non conferant homini gratia ⁊ virtutes. Pre. Illud quod iam aliquis adeptus eſt non indiget iterum ſuſcipe

ſed aliqui accedunt ad baptiſmum iam habentes gratiā ⁊ virtutes. ſicut Act. x. legit᷑ vir quidam erat in ceſarea nomine cornelius centurio cohortis que dr̄ ytalica religioſus ⁊ timens deum qui tamen poſtea a Petro baptiſat⁹ eſt. non ergo ꝑ baptiſmum conferunt᷑ gratie ⁊ ꝟtutes.

¶ Pre. virtus eſt habitus ad cuius rōnem ꝑtinet ꝙ ſit qualitas difficile mobilis ꝑ quam aliquis faciliter ⁊ delectabiliter opat᷑. ſed poſt baptiſmum remanet in hominibus ꝓnitas ad malum ꝑ quod tollit᷑ virtus ⁊ conſequit᷑ difficultatem quis ad bonum quod eſt actus virtutis. ergo ꝑ baptiſmum non conſequit᷑ homo gratiam ⁊ virtutes.

Sed contra eſt quod apoſtolus dicit ad Tytum. iij. Saluos nos fecit ꝑ lauacrū regenerationis. i. ꝑ baptiſmum. ⁊ renouationis ſpiritusſancti quem effudit in nos habūde. i. ad remiſſionem peccatoꝝ ⁊ copiam virtutum. vt glo. ibidem exponit. Sic ergo in baptiſmo dat᷑ gratia ſpiritus ſancti ⁊ copia virtutum. ¶ Rñ. dd. ꝙ ſicut dicit Aug⁹. in libro de baptiſmo paruuloꝝ. ad hoc baptiſmus valet vt baptiſati xp̄o incorpent᷑ vt membra eius fiant. a capite autem xp̄o in omnia membra eius gratie ⁊ virtutis plenitudo deriuat᷑. ſm̄ illud Iohan. iij. de plenitudine eius omnes accepimus. vnde manifeſtum eſt ꝙ per baptiſmum aliquis conſequit᷑ gratiam ⁊ virtutes. ¶ Ad .i. ergo dd. ꝙ ſicut aqua baptiſmi ꝑ ſuam ablutionem ſignificat emundationem culpe ⁊ ꝑ ſuum refrigerium ſignificat liberationem a pena ita ꝑ naturalem claritatem ſignificat ſplendorem gratie ⁊ virtutum. ¶ Ad .ij. dd. ꝙ ſicut dictum eſt remiſſionem peccatoꝝ aliquis conſequit᷑ ante baptiſmum ſm̄ ꝙ habet baptiſmum in voto vel explicite vel implicite. ⁊ tamen cum realiter ſuſcipit baptiſmum fit plenior remiſſio quantum ad liberationem a tota pena. ita etiam ante baptiſmum cornelius ⁊ alij ſimiles cōſequunt᷑ gratiam ⁊ virtutes ꝑ fidem xp̄i ⁊ deſiderium baptiſmi. implicite vel explicite poſtmodum tamen in baptiſmo maiorem copiam gratie ⁊ virtutum conſequunt᷑. Unde ſuꝑ illud ps. Sup̄ aquam refectionis educauit me. dicit glo. per augmentum virtutis ⁊ bone operatōnis educauit in baptiſmo. ¶ Ad .iij. dd. ꝙ difficultas ad bonum ⁊ ꝓnitas ad malum inueniunt᷑ in baptiſatis non ꝓpter defectum habitus virtutum. ſed ꝓpter concupiſcentiam. que non tollit᷑ in baptiſmo ſicut tamen per baptiſmum diminuit᷑ ꝯcupiſcentia vt non dominet᷑ ita etiā diminuit᷑ vtrūqȝ iſtoꝝ ne homo ab his ſupet᷑.

## ¶ Ad quintū ſic proceditur

Uidet᷑ ꝙ inconuenienter attribuant᷑ baptiſmo ꝓ effectibus quidam actus virtutum. ſ. incorporatio ad xp̄m. illuminatio fecundatio. non. n. baptiſmus dat᷑ adulto niſi fideli. ſm̄ illud Marci vlt. Qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit ſaluus erit. Sed ꝑ fidem aliquis incorporat᷑ xp̄o. ſm̄ illud ad Ephe᷑. iij. habitare xp̄m ꝑ fidem in cordibus noſtris. ergo nullus baptiſat᷑ niſi iam xp̄o incorporat᷑. non ergo eſt effectus baptiſmi incorporari xp̄o. ¶ Pre. Illuminatio fit per doctrinam. ſm̄ illud ad Ephe᷑. iij. Mihi omnium minimo data eſt gratia hec illuminare omnes ⁊c. ſed doctrina p̄cedit baptiſmum in catheciſmo. non eſt ergo effectus baptiſmi. ¶ Pre. Fecunditas pertinet ad generationem actiuam. ſed per baptiſmum aliquis regeneratur ſpiritualiter. ergo fecunditas non eſt effectus baptiſmi. ¶ Sed contra eſt quod Auguſti. dicit in libro de baptiſ. paruu. ad hoc valet baptiſmus vt baptiſati chriſto incorporentur. Diony. etiam. v. ca. eccleſia. hierar. illuminationes attribuit baptiſmo. Et ſuper illud Pſal. Super aquas refectionis educauit me dicit glo. ꝙ anima peccatorum ariditate ſterilis fecundatur per baptiſmum. ¶ Rñ. dd. ꝙ ꝑ baptiſmum aliquis generat᷑ in ſpiritualem vitam que eſt ꝓpria fidelium xp̄i. ſicut apoſtolus dicit ad Gall. ij. ꝙ autem nunc viuo in carne in fide viuo filij dei. vita autem non eſt niſi membroꝝ capiti vnitoꝝ a quo ſenſum ⁊ motum ſuſcipiunt. ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ aliquis ꝑ baptiſmum xp̄o incorporet᷑ quaſi membꝝ ipſius. Sicut autem a capite naturali deriuant᷑ ad membra ſenſus ⁊ motus. ita ⁊ a capite ſpirituali quod eſt xp̄s deriuat᷑ ad membra eius ſenſus ſpiritualis qui conſiſtit in cognitione veritatis ⁊ motus ſpiritualis qui eſt ꝑ gratie influxum. Unde Iohan. i. vidimus eum plenum gratie ⁊ veritatis. ⁊ de plenitudine eius nos omnes accepimus. ⁊ ideo cōſequēs eſt ꝙ baptiſati illuminent᷑ a xp̄o circa cognitionem veritatis ⁊ fecundent᷑ ab eo fecunditate bonoꝝ operum ꝑ gratie infuſionem. ¶ Ad .i. ergo dd. ꝙ adulti prius credentes in xp̄m ſunt ei incorporati mentaliter. ſed ſi poſtmodum baptiſent᷑ incorporant᷑ ei quodammodo corporaliter. ſ. ꝑ viſibile ſacramentum ſine cuius ꝓpoſito nec mentaliter incorporari potuiſſent. ¶ Ad .ij. dd. ꝙ doctor illuminat exterius ꝑ miniſterium cathezizando. ſed deus illuminat interius baptiſatos p̄parans corda eoꝝ ad recipiendam doctrinam veritatis. ſm̄ illud Iohan. vi. ſcriptum eſt in ꝓphetis erunt omnes docibiles dei. ¶ Ad .iij. dd. ꝙ effectus baptiſmi ponit᷑ fecunditas qua aliquis ꝓducit bona opera. non autē fecunditas qua aliquis generat alios in chriſto. Sicut apoſtolus dicit. i. Coꝛ. iiij. In chriſto ieſu per euangeliū vos genui.

## ¶ Ad ſextum ſic proceditur

Uidet᷑ ꝙ pueri in baptiſmo non conſequant᷑ gratiam ⁊ virtutes. Gratia. n. ⁊ virtutes non habent᷑ ſine fide ⁊ charitate. ſed fides vt Aug⁹. dicit conſiſtit in credentium voluntate. ⁊ ſimiliter etiam charitas conſiſtit in diligentiū voluntate cuius vſum pueri non habent. ⁊ ſic non habēt fidem ⁊ charitatem. ergo pueri in baptiſmo gratiam ⁊ ꝟtutes non recipiunt. ¶ Pre. Sup̄ illud Iohan. xiiij. maiora horum faciet dicit Aug⁹. ꝙ vt ex impio iuſtus fiat in illo. ſed nō ſine illo chriſtus opat᷑. ſed puer cū non habeat vſum liberi arbitrij non coopat᷑ chriſto ad ſuam iuſtificationem immo quandoqȝ ꝓpoſſe renitit᷑. ergo non iuſtificat᷑ ꝑ gratiam ⁊ virtutes. ¶ Pre. ad Roma. iiij. dr̄ ei qui nō opat᷑ credenti autem in eum qui iuſtificat impium reputabit᷑ fides eius ad iuſticiam ſm̄ ꝓpoſitum gratie dei. Sȝ puer non eſt credens in eum qui iuſtificat impiuum. ergo non conſequit᷑ gratiam iuſtificantem neqȝ virtutes. ¶ Pre. Quod ex carnali intentione agit᷑ non videt᷑ habere ſpiritualem effectum. Sed quandoqȝ pueri ad baptiſmum deferuntur carnali intentione vt ſcȝ corporaliter ſanent᷑. non ergo conſequunt᷑ ſpiritualem effectum gratie ⁊ virtutum. ¶ Sed contra eſt quod Aug⁹. dicit in enchiridion paruuli renaſcendo moriunt᷑ illi peccato quod naſcēdo contraxerunt. ⁊ ꝑ hoc etiam ad illos ꝑtinet quod dr̄ conſepulti ſumus cum illo ꝑ baptiſmum in mortem. Subditur autem vt quomodo reſurrexerit chriſtus a mortuis ꝑ gratiam patris. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. ſed nouitas vite eſt ꝑ gratiam ⁊ virtutes. ergo pueri conſequunt᷑ in baptiſmo grāȝ ⁊ ꝟtutes. ¶ Rñ. dd. ꝙ quidā antiqͥ poſuerūt ꝙ pueris in baptiſmo nō dant᷑ grē ⁊ ꝟtutes. ſȝ imprimit᷑ eis caracter chriſti. c⁹ ꝟtute cū ad ꝑfectam

etatem peruenerint ꝯſequunť graꝫ ⁊ vͥtutes. Sed hoc patꝫ eſſe falſum dupľr. Primo quidē q: pueri ſicut ⁊ adulti ī baptiſmo efficiunť membra xp̄i. vn̄ neceſſe ē ꝙ a capite recipiant influxum gratie ⁊ vͥtutis. Secundo q: pueri ſ'm hoc decedentes. poſt baptiſmum non ꝑuenirent ad vitam eternā. ⁊ ita nihil ꝓfuiſſet eis ad ſalutem baptiſatos fuiſſe. Cauſa aūt erroris fuit q: neſcierūt diſtinguere inter habitum ⁊ actum. ⁊ ſic videntes pueros inhabiles ad actus virtutū crediderunt eos poſt baptiſmū nullatenus virtutem habere. ſed iſta impotētia opandi nō accidit pueris ex defectu habituū ſed ex impedimento corꝑali ſicut ⁊ dormientes q̄uis habeāt habitus vͥtutū impediunť tn̄ ab actibus ꝓpter ſomnum. Ad .i. ergo dd̄. ꝙ fides ⁊ charitas ꝯſiſtunt in voluntate hominū. ita tn̄ ꝙ habitus harꝫ ⁊ aliarum vͥtutū requirūt potentiā voluntatis q̄ ē in pueris. ſꝫ actus vͥtutū requirūt actum voluntatis qui non ē in pueris. ⁊ hoc mō Aug'. dicit in li. de bap. pu͞u. ꝙ ꝑuulum. ⁊ ſi nondum illa fides que in credentium voluntate ꝯſiſtit iam tn̄ ipſius fidei ſacramentum quod. ſ. cauſat habitu in fidei fidelem facit. Ad .ij. dd̄. ꝙ ſicut Aug'. in libro de charitate. Nemo ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto renaſciť niſi volens quod nō de ꝑuulis ſed de adultis intelligendum eſt. Et ſiľr de adultis intelligendum ē ꝙ homo a xp̄o ſine ipſo non iuſtificať. ꝙ autem ꝑuuli baptiſandi ꝓut poſſunt viribus reluctanť non eis imputať q: neſciunt quid faciūt. vt nec facere videanť. vt Aug. dič in li. de penitētia dei ad Dardanum. Ad .iij. dd̄. ꝙ ſicut Aug'. dicit. ꝑuuľ mater eccľa alioꝝ pedes accom̄odat vt veniant ⁊ alioꝝ corda. vt credant alioꝝ lingua vt fateantur ⁊ ita pueri credunt. non ꝑ actum ꝓprium ſed ꝑ fidem eccľe que eis cōmunicatur. ⁊ hac fidei vͥtute conferunť eis gratia ⁊ virtutes. Ad .iiij. dd̄. ꝙ carnalis intentio deferentium pueros ad baptiſmum nihil eis nocet ſicut nec culpa vnius nocet alteri niſi conſentiat. Vn̄ Aug'. dicit in epľa ad Bonifaciū. Non illud te moueat ꝙ quidam non ea fide ad baptiſmū ꝑcipiendum ꝑuulos ferunt vt gratia ſpūali ad vitam renaſcanť eternā. ſed hoc eos putāt remedio corꝑalem retinere vel recipe ſanitatem. nihil. n. ꝓpterea illi nō regenerātur q: nō ab iſtis hac intentione offerunť.

## Ad ſeptimum ſic ꝓceditur

Videť ꝙ effectus baptiſmi non ſit apertio regni celeſtis. Illud. n. quod aptum eſt non indiget aptione. ſꝫ ianua regni celeſtis eſt apta ꝑ paſſionem xp̄i. Vn̄ Apoč. iiij. dr̄. poſt hoc vidi hoſtium magnum aptum in celo. non ergo effectus baptiſmi ē aptio ianue regni celeſtis. Pre. baptiſmus in omni tempe ex quo inſtitutum fuit habet ſuū effectum. Sed quidā baptiſati ſunt baptiſmo xp̄i añ eius paſſionē. vt habeť Iohan. iij. quibꝫ ſi tūc deceſſiſſent introitus regni celeſtis nō patebat. in quo nullus añ xp̄m introiuit. ſ'm illud Michee. ij. Aſcēdit pandēs iter añ eos. nō ē ergo effectus baptiſmi aptio ianue regni celeſtis. Pre. Baptiſati adhuc ſunt obnoxij morti ⁊ alijs penalitatibus vite pn̄tis vt ſupra dictum eſt. Sed nulli eſt aptus aditus regni celeſtis q̄diu eſt obnixius pene. ſicut patet de illis qui ſunt in purgatorio. non ergo eſt effectus baptiſmi apertio ianue regni celeſtis. Sed contra ē ꝙ ſuper illud Luce. iij. apertum eſt celum dicit glo. bede. vͥtus hic baptiſmatis oſtiditur de quo quiſq; cum egreditur regni celeſtis ianua ei aperiť. Rn̄. dd̄. ꝙ aperire ianuam regni celeſtis eſt amouere impedimentum quo aliq̄s impediť regnum celeſte intrare. hoc autem impedimentū eſt culpa ⁊ reatus pene. oſtenſum eſt autem ſupra ꝙ per baptiſmum tolliť omnis culpa. ⁊ etiam omnis reatus pene tolliť. vn̄ ꝯſequens ē ꝙ effectus baptiſmi ſit apertio regni celeſtis. Ad .i. ergo dd̄. ꝙ baptiſmus in tm̄ aperit baptiſato ianuam celeſtis regni in q̄tum incorꝑat enim paſſioni xp̄i virtutem eius homini applicando. Ad .ij. dd̄. ꝙ qn̄ paſſio xp̄i nondum erat realiter ꝑfecta ſed ſolum in fide credentium baptiſmus ꝓportionabiliter cauſabat ianue apertionem. non quidem in re ſed in ſpe. baptiſati. n. tunc decedentes ex certa ſpe introitū regni celeſtis expectabāt. Ad .iij. dd̄. ꝙ baptiſatus non eſt obnoxius morti ⁊ penalitatibus pn̄tis vite ꝓpter reatum ꝑſone ſed ꝓpter ſtatum nature. ⁊ ideo ꝓpter hoc non impediť ab introitu regni celeſtis quando anima ſeperať a corpore ꝑ mortem quaſi iam ꝑſoluto eo quod nature debebať.

## Ad octauū ſic procedıtur

Videť ꝙ baptiſmus non habeat in omnibus equalē effectum. Effectus. n. baptiſmi eſt remotio culpe. ſed in quibuſdam plura peccata tollit quā in alijs. nam in pueris ſolum tollit peccatum originale. in adultis etiam actualia in quibuſdam plura. in quibuſdam vero pauciora. nō ergo equalem effectum habet baptiſmus in omnibus. Pre. Per baptiſmum conferunť homini gratia ⁊ virtutes. ſed quidam poſt baptiſmum videnť habere maiorem gratiam ⁊ perfectiorem vͥtutem q̄ꝫ alij baptiſati. non ergo baptiſmus habet equalem effectum in omnibus. Pre. Natura ꝑficiť ꝑ gratiam. ſicut materia per formam ſed forma recipiť in materia ſ'm eius capacitatem. cum ergo in quibuſdam baptiſatis etiam pueris ſit maior capacitas naturalium q̄ꝫ in alijs. videť ꝙ quidam maiorem gratiam conſequanť quā alij. Pre. quidam in baptiſmo conſequunť non ſolum ſpiritualem ſalutem ſed etiaꝫ corporalem ſicut patet de Conſtātino qui in baptiſmo mūdatus eſt a lepra. non autem omnes infirmi corporalem ſalutem conſequunť in baptiſmo. ergo non habet equalem effectum in omnibus. Sed contra eſt quod dr̄ ad Ephe. iiij. vna fides vnum baptiſma. vniformis autem cauſe eſt vniformis effectus. ergo baptiſmus habet equalem effectum in omnibus. Rn̄. dd̄. ꝙ duplex eſt baptiſmi effectus. vnus per ſe ⁊ alius ꝑ accidens. Per ſe quidem effectus baptiſmi eſt id ad quod baptiſmus eſt inſtitutus. ſ. ad generandum homines in ſpiritualem vitā. vnde quia omnes pueri equaliter ſe habent ad baptiſmum. quia non in fide ꝓpria ſed in fide eccleſie baptiſanť omēs equalem effectum ꝑcipiunt in baptiſmo adulti vero qui ꝑ ꝓpriam fidem ad baptiſmum accedunt non equaliter ſe habent ad baptiſmum. quidam. n. cum maiori. quidā cū minori deuotione ad baptiſmum accedunt. ⁊ ideo quidā plus quidam minus de gratia nouitatis accipiunt. ſicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris qui plus ei appropinquat licet ignis q̄ꝫtum de ſe ē equaliter ad oēs ſuum calorem effundat. Effectus autem baptiſmi ꝑ accidens ē ad quem baptiſmus non ē ordinatus. ſed diuina vͥtus hoc in baptiſmo miraculoſe opať. ſicut ſup illud ad Roma. vi. vt vltra nō ſeruiamus peccato dicit glo. non hoc p̄ſtať in baptiſmo niſi forte miraculo ineffabili creatoris vt lex peccati que ē in membris ꝓrſus extinguať. ⁊ talis effectus nō equaliter ſuſcipiť ab omnibꝫ baptiſatis. etiā ſi cuꝫ equali deuotione accedant. ſed diſpenſať hmōi effectus ſ'm ordinē ꝓuidētie diuine. Ad .i. ergo dd̄. ꝙ minima gratia baptiſmalis ſufficiens ē ad delendū cūcta peccata. vñ

hoc nõ ē ꝓpter maiorem efficaciam baptiſmi ꝙ in quibuſdam plura in quibuſdam pauciora peccata ſoluit. ſed ꝓpter conditionem ſubiecti quod in quolibet ſoluit quodcunq̄ inuenerit. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ hoc ꝙ in baptiſatis maior vel minor gratia apparet poteſt dupliciter contingere. Uno mō q2 vnus in baptiſmo ꝑcipit maiorem gratiam quã alius ꝓpter maiorem deuotionem vt dictum ē. Alio mō quia etiam ſi equalem gratiam ꝑcipiant non equaliter ea vtunt̄. ſ3 vnus ſtudioſius in ea ꝓficit aliꝫ ꝓpter negligentiam gratia dei deeſt. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ diuerſa capacitas in hominibus non ē ex diuerſitate mentis que per baptiſmum renouat̄. cum omnes homines eiuſdem ſpēi exiſtẽtes in forma cõmunicant. ſed ex diuerſa diſpoſitione corpoꝝ. ſecus autem ē in angelis qui differunt ſpecie. ⁊ iō angelis dant̄ dona gratuita ſ̄m diuerſam capacitate3 naturalium. non autem hominibus. ¶ Ad .iiij. dō. ꝙ ſanitas corꝑalis non ē ꝑ ſe effectus baptiſmi. ſed ē quodda3 opus miraculoſum diuine ꝓuidentie.

## ¶ Ad nonum ſic ꝓceditur.

Uidet̄ ꝙ fictio non impediat effectum baptiſmi. Dic̄. n. apoſtolus ad gal. iij. quicunq̄ in xp̄o baptiſati eſtis xp̄m induiſtis. ſed omnes qui baptiſmum xp̄i ſuſcipiunt baptiſant̄ in xp̄o. ergo omnes xp̄m induunt quod ē ꝑcipere baptiſmi effectum ⁊ ita fictio non impedit baptiſmi effectum. ¶ Pre. in baptiſmo operat̄ diuina virtus que pōt voluntatem hominis mutare in bonum. ſed effectus cauſe agentis nō pōt impediri ꝑ id quod ab illa cauſa poteſt auferri. ergo fictio non pōt impedire effectum baptiſmi. ¶ Pre. baptiſmi effectus ē gratia cui peccatum opponit̄. ſed multa ſunt alia peccata grauiora quã fictio ꝺ quibus non dr̄ ꝙ effectum baptiſmi impediunt. ergo neq̄ fictio baptiſmi effectum impedit. ¶ Sed contra eſt quod dr̄. ꝙ ſapientia. i. ſpiritusſanctus diſcipline effugiet fictum. ſed effectus baptiſmi ē a ſpiritusſancto. ergo fictio impedit effectum baptiſmi. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut dicit Damaſ. deus non cogit hominem ad iuſticiam ⁊ ideo ad hoc ꝙ aliquis iuſtificet̄ ꝑ baptiſmum requirit̄ ꝙ voluntas hominis amplectat̄ ⁊ baptiſmum ⁊ baptiſmi effectum. dr̄ autem aliquis fictus ꝑ hoc ꝙ voluntas eius contradicit vel baptiſmo vel eius effectui. nam ſ̄m Aug⁹. quattuor modis dr̄ aliquis fictus. Uno mō ille qui non credit cum tamē baptiſmus ſit fidei ſacramentum. Alio mō ꝑ hoc ꝙ contemnit ip̄m ſacramentum. Tertio mō ꝙ aliter celebrat ip̄m ſacramentum non ſeruans ritum eccleſie. Quarto mō ꝑ hoc ꝙ aliquis accedit indeuote. vnde manifeſtum eſt ꝙ fictio impedit effectum baptiſmi. ¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ baptiſari in xp̄o poteſt intelligi dupliciter. Uno mō in xp̄o id eſt in xp̄i conformitate. ⁊ ſic quicunq̄ baptiſant̄ in xp̄o conformari ei ꝑ fidem ⁊ charitatem xp̄m induunt ꝑ gratiam. Alio modo dicunt̄ aliqui baptiſati in xp̄o inq̄tum accipiunt xp̄i ſacramentum. ⁊ ſic omnes induunt xp̄m ꝑ configurationem caracteris. non autem ꝑ conformitatem gratie. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ qñ deus voluntatē hominis de malo in bonum mutat tunc homo non accedit fictus. ſed non ſemꝑ deus hoc facit nec ad hoc ſacramentum ordinat̄ vt de ficto fiat aliquis non fictus. ſed vt non fictus aliquis accedens iuſtificet̄. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ fictus dr̄ aliquis ex eo ꝙ demonſtrat ſe aliquid velle quod non vult. quicunq̄ autem accedit ad baptiſmum ex hoc ip̄o oñdit ſe rectam fidem xp̄i habere ⁊ hoc ſacramentum venerari ⁊ velle ſe eccleſie conformare ⁊ velle a peccato recedere. vñ cuicunq̄ peccato vult homo inherere ſi ad baptiſmum accedit fictus accedit quod ē indeuote accedere. ſed hoc intelligendū ē de peccato mortali quod gratie contrariat̄. non autem ꝺ peccato veniali vnde fictio hic quodammō includit omne peccatum mortale.

## ¶ Ad decimū ſic procedit̄ur

Uidet̄ ꝙ fictione recedente baptiſmus ſuum effectū non conſequat̄. Opus. n. mortuum quod ē ſine charitate non poteſt vnq̄ viuificari. ſed ille qui fictus accedit ad baptiſmum recipit ſacramentum ſine charitate. ergo nunq̄ poteſt viuificari hoc modo vt gratiam conferat. ¶ Pre. Fictio videt̄ eſſe fortior q̄ baptiſmus cum impediat eius effectum. ſed fortius non tollit̄ a debiliori. ergo fictōnis peccatum non pōt tolli ꝑ baptiſmum. ⁊ ſic baptiſmus non conſequit̄ ſuum effectum. ¶ Pre. contingit ꝙ aliquis ficte ad baptiſmum accedit ⁊ poſt baptiſmum multa peccata committit que tamen poſt baptiſmum non tollent̄. q2 baptiſmus tollit peccata p̄terita non futura. ergo baptiſmus talis nunq̄ conſequit̄ ſuum effectum qui ē remiſſio omnium peccatoꝝ. ¶ Sed contra eſt quod Aug⁹. dicit in libro de baptiſmo tūc valere incipit ad ſalutem baptiſmus cum illa fictio veraci confeſſione receſſerit que corde ī malicia vel ſacrilegio ꝑſeuerante peccatoꝝ abſolutionem non ſinebat fieri. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut ſup̄ dictum ē. baptiſm⁹ eſt quedam ſpiritualis regeneratio. cum aute3 aliquid generat̄ ſimul cum forma recipit effectum forme niſi ſit aliquid impediens quo remoto forma rei generate ꝑficit ſuū effectum. ſicut ſimul cum corpus graue generat̄ mouet̄ deorſum niſi ſit aliquod ꝓhibens. quo remoto ſtatim incipit moueri deorſum. Et ſil̄r quando aliquis baptiſat̄ accipit caracterem quaſi formam ⁊ conſequit̄ ꝓprium effectum qui eſt gratia remittens omnia peccata. impedit autem qñq̄ ꝑfectionem. vñ oportet ꝙ ea remota ꝑ penitentiam baptiſmus ſtatim conſequat̄ ſuum effectum. ¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ ſacramentum baptiſmi eſt opus dei ⁊ nō hominis. ⁊ ideo non eſt mortuum in ficto qui ſine charitate baptiſat̄. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ fictio non remouet̄ per baptiſmum ſed ꝑ penitentiā qua remota baptiſmus aufert omnem culpam ⁊ reatum omnium peccatoꝝ p̄cedentium baptiſmum ⁊ etiam ſimul exiſtentium cum baptiſmo. Unde Aug⁹. dicit in lib. de baptiſmo. ſoluit̄ heſternus dies ⁊ quicquid ſupeſt. ſoluit̄ etiam ip̄a hora momentumq̄ ante baptiſmum in baptiſmo. deinceps autem continuo reus eſſe incipit ⁊ ſic ad effectum baptiſmi conſequendum cōcurrit baptiſmus ⁊ penitentia ſed baptiſmus ſicut cauſa ꝑ ſe agens. penitentia ſicut cauſa ꝑ accidens. i. remouens ꝓhibens. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ effectus baptiſmi non eſt tollere peccata futura ſed p̄ſntia vel p̄terita. ⁊ ideo recedente fictione peccata ſequentia remittunt̄ quidem ſed ꝑ penitentiam non ꝑ baptiſmum. vñ non remittunt̄ q̄tum ad reatum ſicut peccata p̄cedentia baptiſmum.

## ¶ Queſtio. LXX.

Deinde ꝯſiderãdum eſt de p̄paratorijs ad baptiſmum. Et primo de p̄paratorio quod p̄ceſſit baptiſmum. ſ. de circūciſione. Secundo de preparatorijs que currunt ſimul cū baptiſmo. ſ. de cathecismo ⁊ exorciſmo. Circa primū querunt̄ quattuor. Primo vtꝝ circūciſio fuerit p̄paratoria ac figuratiua baptiſmi. Secundo ꝺ inſtitutione ip̄ius. Tertio de ritu eius. Quarto de effectu ip̄ius.

## Ad primuꝫ ſic procedit͛

Videt͛ ꝙ circunciſio nõ fuit p̄paratoria ⁊ figuratiua baptiſmi. Omnis.n. figura habet aliquã ſilitudinem cum ſuo figurato. ſed circunciſio nullã habet ſilitudinẽ cũ baptiſmo. ergo videt͛ ꝙ nõ fuerit p̄paratoria ⁊ figuratiua baptiſmi. ¶ Pre. apoſtolus dicit .i. Coꝛ. x. de antiquis patrib' loquens. ꝙ omnes in nube ⁊ in mari baptiſati ſunt. non autem dicit ꝙ in circunciſione baptiſati ſunt. ergo ꝓtectõ columne nubis ⁊ tranſitus maris rubri magis fuerunt p̄paratoria ad baptiſmum ⁊ figuratiua ipſius quã circunciſio. ¶ Pre. Sicut ſup̄ dictum ẽ baptiſmus iohannis fuit p̄paratorius ad baptiſmum xp̄i. ſi ergo circunciſio fuit p̄paratoria ⁊ figuratiua baptiſmo xp̄i videt͛ ꝙ baptiſmus iohãnis fuit ſupfluus quod ẽ inconueniens. non ergo circunciſio fuit p̄paratoria ⁊ figuratiua baptiſmi. ¶ Sed contra eſt quod apoſtolus dicit ad Coll'. ij. Circunciſi eſtis circũciſione non manufacta in expoliatione corpis carnis. ſed circunciſione ieſu xp̄i conſepulti ei in baptiſmo. ¶ Rñ. dõ. ꝙ baptiſmus dr̄ ſacramentum fidei inq̈tum. ſ. in baptiſmo fit quedam fidei ꝓfeſſio. ⁊ ꝑ baptiſmum aggregatur homo aggregationi fidelium. eadem autem eſt fides noſtra ⁊ antiquoꝝ patrum. ſm̄ illud apoſtoli .ij. Coꝛ. iiij habentes eundem ſpiritum fidei credimus. circunciſio autem erat quedam ꝓteſtatio fidei. vnde ⁊ ꝑ circunciſionẽ antiqui aggregabant͛ collegio fidelium. vñ manifeſtum eſt ꝙ circunciſio fuerit p̄paratoria ad baptiſmum. ⁊ p̄figuratiua ipſius ſm̄ ꝙ antiquis patribus omnia in figura futuri contingebant. vt dr̄ .i. Coꝛ. x. Sicut ⁊ fides eoꝝ erat de futuro. ¶ Ad .i. ergo dõ. ꝙ circunciſio habebat ſilitudinem cum baptiſmo q̈tum ad ſp̄ualem baptiſmi effectum. nam ſicut ꝑ circunciſionem auferebat͛ quedam carnalis pellicula ita ꝑ baptiſmum homo ſpoliat͛ a carnali cõuerſatione. ¶ Ad .ij. dõ. ꝙ ꝓtectio columne nubis ⁊ tranſitus maris rubri fuerunt quidem figure baptiſmi noſtri quo renaſcimur ex aqua ſignata ꝑ mare rubrum ⁊ ſpiritu ſancto ſignato ꝑ columnam nubis. non tñ ꝑ hoc fiebat aliqua ꝓfeſſio fidei ſicut ꝑ circumciſionem. ⁊ ideo predicta duo erant tñ figure ⁊ non ſacramenta. circunciſio autem erat ſacramentum ⁊ p̄paratorium ad baptiſmum. minus tñ exp̄ſſe figurans baptiſmum q̈tum ad exteriora quã p̄dicta. ⁊ ideo apoſtolus potius fecit mentionem de p̄dictis quã de circunciſione. ¶ Ad .iij. dõ. ꝙ baptiſmus iohannis fuit p̄paratorius ad baptiſmum xp̄i q̈tum ad exercitium actus. ſed circunciſio q̈tum ad ꝓfeſſionem fidei que requirit͛ in baptiſmo. ſicut ſup̄ dictum ẽ.

## Ad ſecundũ ſic procedit͛

Videt͛ ꝙ circunciſio fuerit inconuenienter inſtituta. Sicut.n. dictum eſt in circunciſione fiebat quedam profeſſio fidei. ſed a peccato primi hominis nullus vnq̈ ſaluari potuit niſi ꝑ fideꝫ paſſionis xp̄i. ſm̄ illud ad Roma. iij. quẽ ꝓpoſuit deus ꝓpiciatorem ꝑ fidem in ſanguine ipſius. ergo ſtatim poſt peccatum primi hominis circunciſio inſtitui debuit ⁊ non tp̄e abrahe. ¶ Pre. in circunciſione ꝓfitebat͛ homo obſeruantiam veteris legis ſicut in baptiſmo ꝓfitet͛ homo obſeruantiam noue legis. vñ apoſtolus dicit ad Gal'. v. Teſtificoꝛ omni homini circuncidenti ſe qm̄ debitoꝛ eſt vniuerſe legis faciende. Sed legalis obſeruantia non eſt tradita tempoꝛe abrahe ſed tempe moyſi. ergo inconuenienter inſtituta eſt circunciſio tempoꝛe abrahe. ¶ Pre. circunciſio fuit figuratiua ⁊ p̄paratiua baptiſmi. ſꝫ baptiſmus exhibet͛ omnibus populis. ſm̄ illud Mathei vlt. euntes docete omnes gentes baptiſantes eos. ergo circunciſio non debuit inſtitui vt obſeruanda tñ ab vno populo iudeoꝝ. ſed ab omnibus populis. ¶ Pre. carnalis circunciſio debet reſpondere ſpirituali ſicut figura figurato ſed ſpiritualis circunciſio que fit ꝑ xp̄m indifferenter cõuenit vtriq̈ ſexui. quia in xp̄o ieſu non eſt maſculus neq̈ femina. vt dr̄ ad Coll'. iij. ergo inconuenienter eſt circũciſio inſtituta que competit ſolis maribus. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ ſicut legit͛ Geñ. xvij. Circunciſio ẽ inſtituta a deo cuius ꝑfecta ſunt opa. ¶ Rñ. dõ. ꝙ ſicut dictum ẽ circũciſio erat p̄paratoria ad baptiſmum. inq̈tum erat quedã ꝓfeſſio fidei xp̄i quã ⁊ nos in baptiſmo ꝓfitemur. inter antiquos autem patres primus abraham ꝓmiſſionem accepit de xp̄o naſcituro. cui dictum ẽ Geneſ. xxij. In ſemine tuo benedicent͛ omnes gentes terre. ⁊ ip̄e primus ſe a ſocietate infidelium ſegregauit ſm̄ mandatum dñi dicentis ſibi. Egredere de terra tua ⁊ de cognatione tua. ⁊ ideo conuenienter circunciſio fuit inſtituta in abrahaꝫ. ¶ Ad .i. ergo dõ. ꝙ immediate poſt peccatum primi parentis ꝓpter doctrinam ipſius ade qui plene inſtructus fuit de diuinis adhuc fides ⁊ ratio naturalis vigebat in homine in tñ ꝙ non opoꝛtebat determinari hominib' aliqua ſigna fidei ⁊ ſalutis. ſed vnuſquiſq̈ ꝓ ſuo libitu fidem ſuam ꝓfitentibus ſignis ꝓteſtabat͛. ſed circa tempus abrahe diminuta erat fides pluribus ad ydolatriam declinantibus obſcurata etiam erat ratio naturalis ꝑ augmentum carnalis concupiſcentie vſq̈ ad peccatum contra naturam. Et ideo conuenienter tunc ⁊ non ante fuit inſtituta circunciſio ad ꝓfitendum fidem ⁊ ad diminuendum carnalem cõcupiſcentiam. ¶ Ad .ij. dõ. ꝙ legalis obſeruãtia tradi nõ debuit niſi a populo iam congregato ad bonum publicũ vt in ſecunda p̄te dictum ẽ. populus autem fidelium congregandus erat aliquo ſigno ſenſibili quod ẽ neceſſariuꝫ ad hoc ꝙ homines in quacunq̈ religione adunentur ſicut dicit Aug'. contra Fauſtum. ⁊ ideo opoꝛtuit prius inſtitui circunciſionem q̈ lex daret͛. illi autem patres qui fuerunt ante legem familias ſuas inſtruxerunt de rebus diuinis ꝑ modum paterne admonitionis. vñ ⁊ dominus dixit ad abraham ſcio ꝙ p̄cepturus ſit filio ſuo ⁊ domui ſue poſt ſe vt cuſtodiant viam domini. ¶ Ad .iij. dõ. ꝙ baptiſmus in ſe continet ꝑfectionem ſalutis ad quam deus omnes homines vocat. ſm̄ illud .i. Tymoth. ij. Qui vult omnes homines ſaluos fieri. ⁊ ideo baptiſmus omnibus populis ꝓponit͛. circunciſio autem non continebat ꝑfectionem ſalutis. ſed figurabat ipſam vt fiendam ꝑ xp̄m q̄ erat ex iudeoꝝ populo naſciturus. ⁊ ideo illi ſoli populo data ẽ circunciſio. ¶ Ad .iiij. dõ. ꝙ circunciſionis inſtitutio eſt vt ſignum fidei abrahe qui credidit ſe patrem futurũ xp̄i ſibi ꝓmiſſi. ⁊ ideo conuenienter ſolis maribus competebat. Etiam peccatum oꝛiginale contra quod ſpecialiter circunciſio oꝛdinabat͛ a patre trahit͛ ⁊ non a matre vt in ſecũda p̄te dictum ẽ. ſed baptiſmus continet virtutẽ xp̄i qui ẽ vl'is ſalutis cauſa omniũ ⁊ remiſſio omniũ pctoꝝ.

## Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videt͛ ꝙ ritus circunciſionis nõ fuerit conueniens. Circunciſio.n. ſicut dictum ẽ fidei quedã ꝓfeſſio ẽ. ſed fides ĩ vi apprehenſiua ꝯſiſtit cuius opationes maxime apparent in capite. ergo magis debuit ſignum circunciſionis dari ĩ capite q̈ in membro generationis. ¶ Pre. ad vſum ſacramẽtoꝝ ſumimus ea quoꝝ ẽ cõmunioꝛ vſus. ſicut aquã

ad abluendū.⁊ panem ad reficiendum.ſed ad incidenduꝫ
cōmuniꝰ vtimur cultello ferreo quā petrino. ergo circū
ciſio nō debuit fieri cultello petrino. ¶ Pre. Sicut ba/
ptiſmus inſtituit̄ ad remedium originalis peccati.ita ⁊
circunciſio.vt Beda dicit.ſed noſter baptiſmus non dif/
fert̄ vſqꝫ ad octauum diem ne pueris piculum damnatio
nis immineat ꝓpter originale peccatum ſi nō baptiſati de
cedant.qn̄qꝫ etiam tardat̄ baptiſmus poſt octauū diem.
ergo ⁊ circunciſioni non debuit determinari octauus di/
es.ſed debebat qn̄qꝫ p̄ueniri ſicut etiam qn̄qꝫ tardabatur
¶ Sed contra ē quod ad Roma.iiij.ſup illud.⁊ ſignum
accepit circunſionis determinat̄ in glo.p̄dictus circunci/
ſionis ritus. ¶ Rn̄.dd̄.ꝙ ſicut dictum ē.circūciſio quod
dam ſignum fidei ē inſtitutum a deo.cuius ſapientie nō
ē numerus.determinare autem conuenientia ſigna eſt ſa
pientie opus.⁊ ideo concedendum ē ꝙ ritus circunciſio/
nis fuerit conueniens. ¶ Ad.i.ergo dd̄.ꝙ circunciſio cō
uenienter fiebat in membro generationis. Primo quidē
quia erat ſignum fidei qua abraham credidit xp̄m ex ſuo
ſemine naſciturū. Secundo quia erat in remedium origi
nalis peccati quod ꝑ actum generationis traducit̄. Ter/
tio quia ordinat̄ ad diminutionem carnalis concupiſcen/
tie que p̄cipue viget in membris illis ꝓpter habundanti
am delectationis venereoꝝ. ¶ Ad.ij.dd̄.ꝙ cultellus la/
pideus non erat de neceſſitate circunciſionis. vn̄ non in/
uenit̄ tale inſtrumentum p̄cepto diuino determinatum.
neqꝫ cōmuniter tali inſtrumento iudei vtebant̄ ad circū
cidendum ſed neqꝫ mō vtunt̄. Legunt̄ tamen alique cir
cunciſiones famoſe cultello lapideo facte.ſicut legit̄ Exo.
iiij.ꝙ tulit zephora acutiſſimam petram.⁊ circuncidit p̄/
putium filij.⁊ Joſue.v.dr̄.Fac tibi cultros lapideos ⁊ cir
cuncide ſecundo filios iſrael.ꝑ quod figurabat̄ circunciſi
onem ſpiritualem eſſe faciendam ꝑ xp̄m.de quo dr̄.i.Coꝝ
x.petra autem erat xp̄s. ¶ Ad.iij.dd̄.ꝙ octauus dies
circūciſionis determinatus erat circunciſioni.tum ꝓpter
myſterium quia in octaua etate que ē etas reſurgentium
quaſi in octaua die pficiet̄ ꝑ xp̄m ſpiritualis circunciſio.
qn̄ auferet ab electis non ſolum culpam ſed omnem etiā
penalitatem.tum etiam ꝓpter teneritudinem infantiū an
te octauum diem.vn̄ ⁊ de alijs animalibus.Leuiti.xxij.p̄
cipit̄ bos ouis ⁊ capra cum generata fuerint octo diebus
erūt ſub vbere matris ſue.die autēꝫ octauo ⁊ deinceps of
ferri poterant domino.Erat autem octauus dies de neceſ
ſitate p̄cepti.ita.ſ.ꝙ octauum diem p̄termittentes pecca/
bant etiam ſi eſſet ſabbatum.ſm̄ illud Johan.vij.Circū
ciſionem accipit homo in ſabbato vt non ſoluat̄ lex moy/
ſi.non tamen erat de neceſſitate ſacramenti. quia ſi aliqui
eſſent obmittentes diem octauum poſtea poterant circun
cidi.Quidam etiam dicunt ꝙ ꝓpter piculum imminen/
tis mortis poterat octauus dies p̄ueniri.ſed hoc nec ex au
ctoritate ſacre ſcripture nec ex conſuetudine haberi pōt.vn̄
melius eſt dd̄.ſicut etiam dicit Hugo de ſancto victore
ꝙ octauus dies nulla neceſſitate p̄ueniebat̄.vn̄ ſup illud
Prouerbio.iiij.vnigenitus eram coram mea matre dicit
glo.ꝙ alius berſabee paruulus non computabat̄.quia an
te octauum diem mortuus nominatus non fuit.⁊ ꝑ con
ſequens nō circunciſus.

# Ad quartū ſic proceditur

Videt̄ ꝙ circunciſio non conferebat gratiam iuſtificantē
Dicit.n.apoſtolus ad Gall.ij.Si ex lege eſt iuſticia xp̄us
gratis mortuus eſt.i.ſine cauſa.Sed circunciſio erat que
dam obligatio legis implende.ſm̄ illud ad Gall.v.Te/
ſtificor omni homini circūcidenti ſe qm̄ debitor ē vniuerſe
legis faciēde.ergo ſi ex lege ē iuſticia xp̄s gratis.i.ſine cau
ſa mortuus ē.ſed hoc inconueniens ē.non ergo ex circūci/
ſione erat gratia iuſtificationis a peccato. ¶ Pre.ante in/
ſtitutionem circunciſionis ſola fides ad iuſtificationē ſuf/
ficiebat.Dicit.n.Gregor.in moral.quod apud nos valet
aqua baptiſmatis hoc egit apud veteres ꝓ puulis ſola fi
des.ſed virtus fidei non eſt diminuta ꝓpter mandatū cir/
cunciſionis.ergo ſola fides paruulos iuſtificat ⁊ non circū
ciſio. ¶ Pre.Joſue.v.legit̄.ꝙ populus qui natus eſt in
deſerto ꝑ.xl.annos incircunciſus erat.Si ergo ꝑ circunci
ſionem auferebat̄ peccatum originale.videt̄ ꝙ omnes q̄
in deſerto mortui ſunt tam puuli qꝫ adulti fuerint dam/
nati.Et eadem obiectio eſt de pueris qui moriebant̄ an/
te octauum diem circunciſionis qui p̄ueniri non debebat
ſicut dictum eſt. ¶ Pre.Nihil impedit introitum regni
celeſtis niſi peccatum.Sed circunciſi ante paſſionem im
pediebant̄ ab introitu regni celeſtis.non ergo ꝑ circunci/
ſionem homines iuſtificabant̄ a peccato. ¶ Pre.Pecca
tum originale non dimittit̄ ſine actuali.quia impium eſt
a deo ſperare dimidiam veniam.vt Aug.dicit.ſed nunqꝫ
legit̄ ꝙ ꝑ circunciſionem remitteret̄ actuale peccatum.er
go nec etiam originale ꝑ eam dimittebat̄. ¶ Sed con/
tra eſt quod Aug.dicit ad Valerium contra Julianū.
ex quo inſtituta eſt circunciſio in populo dei ꝙ erat ſigna
culum iuſticie fidei ad ſanctificationem purgationis va/
lebat puulis originalis peccati veteriſqꝫ.ſicut etiam bap/
tiſmus illo cepit valere tempe ad innouationeꝫ hominis
ex quo inſtitutus erat. ¶ Rn̄.dd̄.ꝙ ab omnibus quideꝫ
ponit̄ ꝙ in circunciſione peccatum originale remittebat̄.
Quidam tamen dicebant ꝙ non conferebat gratiam.
ſed ſolum remittebat peccatum.quod magiſter ponit di.
i.quarti ſententiaꝝ.⁊ ad Roma.iiij.in glo.Sed hoc non
poteſt eſſe.quia culpa non remittit̄ niſi ꝑ gratiam.ſm̄ il/
lud ad Roma.iij.iuſtificati gratis ꝑ gratiam ipſius.Et iō
alij dixerunt ꝙ ꝑ circunciſionem conferebat̄ gratia quan
tum ad effectus remotionis culpe.ſed non qꝫtum ad effe/
ctus poſitiuos ne dicere cogerent̄ ꝙ gratia in circunciſio/
ne collata ſufficiebat ad implenda mandata legis.⁊ ita ſu
pfluus fuit aduentus xp̄i.Sed hec etiam poſitio ſtare nō
poteſt.Primo quidem quia ꝑ circunciſionem dabat̄ pue
ris facultas ſuo tp̄e ꝑueniendi ad gloriam qui ē vltimus
effectus poſitiue gratie.Secundo quia priores ſunt natura
liter ſm̄ ordinem cauſe formalis effectus poſitiui quā p̄
uatiui.licet ſm̄ ordinem cauſe materialis ſit ecōuerſo.for
ma.n.nō excludit priuatōeꝫ niſi in formādo ſubiectū.Et
ideo alij dicūt ꝙ in circūciſione ↄferebat̄ gratia etiā qꝫtū
ad aliquem effectum poſitiuum qui ē facere dignum vita
eterna.ſed non qꝫtum ad omnes effectus quia non ſuffi
ciebat reprimere concupiſcentiam fomitis.nec etiam qꝫtū
ad implenda mandata legis quod etiam aliqn̄ mihi vi/
ſum eſt.ſed diligenter conſideranti appa ret quod non eſt
verum quia minima gratia pōt reſiſtere cuilibet ↄcupiſc.ntie
⁊ vitare omne peccatum mortale quod committit̄ in traſ
greſſione mandatoꝝ legis.minima.n.charitas plus dili/
git deū quā cupiditas milia auri ⁊ argēti.Et ideo dd̄.ꝙ
in circūciſione ↄferebat̄ gratia qꝫtū ad oēs effectus grē.
aliter tn̄ quā in baptiſmo.nā in baptiſmo ↄferebat̄ grā ex
virtute ipſius baptiſmi quā hꝫ inqꝫtū ē inſtrm̄ paſſionis
xp̄i iā pfecte.circūciſio aūt ↄferebat grāꝫ inqꝫtū erat ſignū
paſſionis xp̄i future ita.ſ.ꝙ homo qui accipiebat circūci/

ſionem ꝓfitebaꝛ ſe ſuſcipe talē fidem. vel adultus ꝓ ſe vł alius ꝓ puulis. vñ ⁊ apoſtolus dicit ad Ro. iiij. ꝙ abraham accepit ſignum circunciſionis ſignaculum fidei iuſticie. quia. ſ. iuſticia ex fide erat ſignata non ex circunciſione ſignante. Et quia baptiſmus opaꝛ inſtrumentaliter ī virtute paſſionis xp̄i non autem circunciſio. ideo baptiſmus imprimit caracterem incorꝑantem hominem xp̄o ⁊ copioſiorem gratiam confert ꝙ̄ circunciſio. maior. n. ē effectus rei p̄ñtis quā ſpei. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ rō illa ꝓcederet ſi ex circunciſione eſſet iuſticia aliter quā ꝑ fidem paſſionis xp̄i. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ſicut añ inſtitutionem circūciſionis fides xp̄i futuri iuſtificabat tam pueros ꝙ̄ adultos. ita etiam circunciſione data. ſed antea non requirebaꝛ aliquod ſignum ꝓteſtatiuum huius fidei quia nondū oīa fideles ſeorſum ab infidelibus ceperant adunari ad cultū dei. ꝓbabile tamen eſt ꝙ parentes fideles ꝓ paruulis natis ⁊ maxime in ꝑiculo exiſtentibꝫ aliquas p̄ces deo funderent vel aliquā benedictionem eis adhiberent. quod erat quoddam ſignaculum fidei. ſicut adulti ꝓ ſeipis preces ⁊ ſacrificia offerebant. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ populus in deſerto p̄termittens mandatum circunciſionis excuſabatur tum quia neſciebant quando caſtra mouebanꝛ. tū quia vt dicit Damaſc. non neceſſe erat eos aliquod ſignum diſtinctionis habere qñ ſeorſum ab alijs ꝑplis habitabant. Et tñ vt Aug⁹. dicit. inobedientiam incurrebant quo ex contemptu p̄termittebanꝛ. videtur. n. ꝙ nulli incircunciſi mortui fuerunt in deſerto. quia vt dꝛ in p̄s. non erat ī tribubꝫ eorum infirmus. ſed illi videnꝛ mortui in deſto qui fuerant in egypto circunciſi. Si tamen aliqui ibi incircunciſi mortui ſunt eadem ratio eſt de eis ⁊ de hiis q̄ moriebanꝛ ante circunciſionis inſtitutionem. Quod etiam de pueris intelligendum qui moriebanꝛ ante octauū diē tempe legis. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ in circunciſione auferebatur originale peccatum ex parte pſone. remanebat tamen impedimentum intrandi in regnum celoꝝ ex parte totius nature quod fuit ſublatum ꝑ paſſionem xp̄i. video etiam baptiſmus ante xp̄i paſſionem non introducebat in regnum. ſed circunciſio ſi haberet locum poſt paſſionem xp̄i induceret in regnum. ¶ Ad. v. dō. ꝙ adulti quando circuncidebanꝛ conſequebanꝛ remiſſionem non ſolum originalis ſed etiam actualium peccatoꝝ. non tamen ita ꝙ liberarenꝛ ab omni reatu pene ſicut fit in baptiſmo in quo conferꝛ copioſior gratia.

¶ Queſtio. LXXI.

## DEinde ꝯſiderādum

eſt de p̄paratorijs que ſimul concurrunt cum baptiſmo. Et circa hoc queruntꝛ q̄tuor. Primo vtrum cathecíſmus debeat p̄cedere baptiſmū. Scdo vtꝝ baptiſmū debeat p̄cedere exorciſmus. Tertio vtrū ea que aguntꝛ in cathecíſmo ⁊ exorciſmo aliquid efficiant vel ſolum ſignificent. Quarto vtꝝ baptiſandi debeāt cathezi ſari vel exorciſari ꝑ ſacerdotes.

## Ad primum ſic procedítꝛ

Videꝛ ꝙ cathecíſmus nō debeat p̄cedere baptiſmū. Per baptiſmum. n. regeneranꝛ homines ad vitam ſpūalem. ſed prius accipit homo vitam quā doctrinam. non ergo prius debet homo cathezíſari. i. doceri quā baptiſari. ¶ Pre. Baptiſmus exhibeꝛ non ſolum adultis ſed etiā pueris qui non ſunt doctrine ꝑceptibiles. eo ꝙ non hñt vſuꝫ rationis. ergo ridiculum eſt eos cathezíſari. ¶ Pre. in cathecíſmo confiteꝛ cathezíſatus ſuam fidem. Confiteri autem ſuam fidem non poteſt puer neqꝫ ꝑ ſeipm neqꝫ etiaꝫ alius ꝓ eo. tum quia nullus poteſt alium ad aliquid obligare. tum quia non poteſt aliquis ſcire vtrum puer cum ad legitimam etatem ꝑuenerit aſſentiat fidei. non ergo debet cathecíſmus p̄cedere baptiſmum. ¶ Sed contra ē quod Rabanus dicit de inſtitutione clericoꝝ ante baptiſmum cathezíſandi debet hominem ꝑuenire officium. vt fidei primum cathecuminus accipiat rudimentū. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. baptiſmus eſt fidei ſacramē cum ſit quedam ꝓfeſſio fidei xp̄iane. ad hoc ꝙ aliquis fidem accipiat requiriꝛ ꝙ de fide inſtruaꝛ. ſm illud ad Roma. x. Quomō credent quem non audierunt? quomodo autem audient ſine p̄dicante? ⁊ ideo ante baptiſmum conuenienter p̄cedit cathecíſmus. vñ ⁊ dominus p̄ceptum baptiſandi diſcipulis tradens p̄mittit doctrinam baptiſmo dicens. euntes docete omnes gentes baptiſantes eos ⁊c. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ vita gratie in qua regeneraꝛ aliquis p̄ſupponit vitam nature rationalis in qua poteſt homo particeps eſſe doctrine. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ſicut mater eccleſia vt ſupra dictum eſt accommodat pueris baptiſandis alioꝝ pedes vt veniant ⁊ alioꝝ cor vt credant. ita ⁊ accōmodat eis alioꝝ aures vt audiant. ⁊ intellectum vt inſtruanꝛ. ⁊ ideo eadem ratione ſunt cathezíſandi qua ſunt baptiſandi. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ ille qui ꝓ puero baptiſando rñdet credo non p̄dicit pueꝝ crediturū cū ad annos legitimos ꝑuenerit alioquin diceret credet ſed ꝓfiteꝛ fidem eccleſie in pſona pueri cui cōicaꝛ. cuius ſacrm̄ ei attribuiꝛ ⁊ ad quam obligaꝛ ꝑ alium in hiis que ſunt de neceſſitate ſalutis. Similiter etiam patrinus ꝓ puero reſpondens. ꝓmittit ſe operam daturꝫ ad hoc ꝙ puer credat. qđ tñ nō ſufficeret in adultis vſum rōis hñtibꝫ.

## Ad ſecundū ſic procedítꝛ.

Videꝛ ꝙ exorciſmus non debeat p̄cedere baptiſmum. Exorciſmus. n. eſt contra energuminos. i. arrepticios ordinatus. ſed non omnes ſunt tales. ergo exorciſmus non debeꝛ p̄cedere baptiſmum. ¶ Pre. q̄diu homo ſubiacet peccato dyabolus in eo poteſtatem habet. ideo dicit Johānes qui facit peccatum ſuus eſt peccati. ſed peccatum tollitur ꝑ baptiſmum. non ergo ante baptiſmum ſunt homines exorciſandi. ¶ Pre. ad arcendum demonum poteſtatem eſt introducta aqua benedicta. non ergo ad hoc oportebat aliud remedium adhiberi per exorciſmum. ¶ Sed cōtra eſt qđ dicit Celeſtinus papa. ſiue puuli ſiue iuuenes ad regenerationis veniāt ſacrm̄ nō prius fontem vite adeāt quā exorciſmis ⁊ exſufflationibꝫ clericoꝝ ſpūs immundus ab eis abijciaꝛ. ¶ Rñ. dō. ꝙ quicunqꝫ opus aliquod ſufficienter facere ꝓponit prius remouet impedimenta ſui operis. vt dꝛ Hiere. iiij. Nouate vobis nouale ⁊ nolite ſerere ſuper ſpinas. dyabolus autem hoſtis eſt humane ſalutis que homini per baptiſmum acquiriꝛ. ⁊ habet poteſtatem aliquam in homine ex hoc ip̄o ꝙ ſubditur originali peccato vel etiam actuali. vnde etiam conuenienter ante baptiſmum expelluntur demones per exorciſmos ne ſalutem hominis impediant. quam quidem expulſionem ſignat ſufflatio. Benedictio autem cum manus impoſitione precludit expulſo viam ne redire poſſit. Sal autem in os miſſum ⁊ narium ⁊ aurium ſputo linitio. ſignificat receptionem doctrine fidei quantum ad aures. ⁊ approbationem quantum ad nares. ⁊ confeſſionem q̄tum ad os. Olei autem vnctio ſignificat aptitudinem hoīs

ad pugnandum contra demones. ¶ Ad i. ergo dd. ꝙ energumini dicunt̄ quaſi interius laborantes extrinſeca operatione dyaboli. ⁊ q̄uis non omnes accedentes ad baptiſmum corporaliter ab eo vexent̄. omnes tamen non baptiſati poteſtati demonum ſubijciunt̄ ſaltem ꝓpter reatum originalis peccati. ¶ Ad. ij. dd. ꝙ in baptiſmo ꝑ ablutionē excludit̄ poteſtas demonis ab homine q̄tū ad hoc quod impedit eum a perceptione glorie. ſed exorciſmi excludūt poteſtatem demonis inq̄tum impediunt hominem a perceptione ſacramenti. ¶ Ad. iij. dd. ꝙ aqua benedicta dat̄ contra impugnationes demonum que ſunt ab exteriori. ſed exorciſmi ordinant̄ contra impugnationes demonum que ſunt ab interiori. vnde energumini dicunt̄ quaſi interius laborantes illi qui exorciſant̄. Uel dd. ꝙ ſicut in remedium contra peccatum dat̄ penitentia. quia baptiſmus non iterat̄ ita in remedium contra impugnationes demonū ſecundo dat̄ aqua benedicta. quia exorciſmi baptiſmales non iterant̄.

## Ad tertium ſic proceditur

ſanguis xpi in hoc ſacro ꝯſecrat̃ inq̃tũ ẽ potus fideliũ qð
nõ iportat̃ in rõne ſanguinis.⁊ iõ oportuit hic deſignari ꝑ
vas huic vſui accomodatum. Alio mõ põt intelligi ꝑ me
taphorã.put ꝑ calicẽ ſilr̃itudinarie intelligat̃ paſſio xpi q̃
ad ſilr̃itudinẽ calicis inebriat.ſm illud Treñ.iij.repleuit
me amaritudinibꝰ.iebriauit me abſintheo.vñ ⁊ ipe dñs
paſſionẽ ſuã ꝑ calicẽ noiat. Math.xxvi.dicẽs.trãſeat a me
calix iſte.vt ſit ſenſus hic ẽ calix paſſionis mee.de qua fit
mẽtio in ſanguĩe ſeorſum a corpe ꝯſecto.q̃ꝛ ſepatio ſang-
uinis a corpe fuit ꝑ paſſionẽ. ¶ Ad.ij.dd.ꝙ q̃ꝛ dictũ eſt.
ſanguis ſeorſum ꝯſecr̃us expſſe paſſionẽ xpi repñtat.iðo
potius in ꝯſecratõe ſanguis fit mẽtio de effectu paſſionis
xpi quã in conſectõe corpis.qð ẽ paſſionis ſubiectuʒ.qð
etiã deſignat̃ in hoc qð dñs dic qð ꝓ vobis tradet̃. q̃i dice
ret qð ꝓ vobis paſſioni ſubijciet̃. ¶ Ad.iij.dd.ꝙ teſtm̃
ẽ diſpõ hereditatis.hereditatẽ aũt celeſtẽ ds diſpoſuit ho
minibꝰ dãdã ꝑ v̾tutẽ ſanguĩs ieſu xpi.q̃ꝛ vt d̾r ad Heb.
ix.vbi ẽ teſtm̃ mors neceſſe ẽ vt intercedat teſtatoris.ſang
uis aũt xpi duplr̃ ẽ hoibꝰ exhibitus. Primo q̃dẽ in figura.
qð ptinet ad vetus teſtm̃.⁊ iõ apl̃s ibidẽ concludit.vñ nec
ꝑmũ teſtm̃ ſine ſanguine dedicatũ ẽ.qð pꝫ ex hoc.ſicut d̾r
Exo.xxiiij.lecto oĩ mãdato legis moyſi oẽʒ ꝓplm aſpſit di
cẽs.hic ẽ ſanguis teſti quẽ mãdauit ad vos ds. Scdo aũt
exhibitus ẽ in rei veritate.qð ptinet ad nouũ teſtm̃.⁊ hoc
ẽ qð apl̃s ibidẽ ꝑmittit dicẽs.iõ noui teſti mediator ẽ xps
vt morte intercedẽte repmiſſionẽ accipiãt q̃ vocati ſunt et̃
ne hereditatis.d̾r ḡ hic ſanguis noui teſti q̃ꝛ iã nõ in figu
re ſed in veritate exhibet̃.vñ ſubdit̃ q̃ ꝓ nobis effundetur
Jnterna aũt inſpiratio ex ſanguinis virtute ꝓcedit ſm ꝙ
paſſione xpi iuſtificamur. ¶ Ad.iiij.dd.ꝙ hoc teſtm̃ ẽ no-
uũ rõe exhibitõis.d̾r aũt eternũ tã rõe eterne dei repmiſ-
ſionis q̃ȝ etiã rõeʒ eterne hereditatis q̃ ꝑ hoc teſtm̃ diſpo-
nit̃.ipa etiã pſona xpi c⁹ ſanguine teſtm̃ diſponit̃ ẽ eterna
¶ Ad.v.dd.ꝙ myſteriũ hic ponit̃ nõ quidẽ ad excluden-
dũ rei veritatem.ſʒ ad oñdendũ occultatõeʒ.q̃ꝛ ⁊ ipe ſang
uis xpi occulto mõ eſt in hoc ſacro.⁊ ipa paſſio chriſti oc-
culte fuit figurata in veteri teſtõ. ¶ Ad.vi.dd.ꝙ d̾r ſacrm̃
fidei q̃ſi fidei obiectũ.q̃ꝛ ꝙ ſanguis chriſti ſm rei veritatẽ
ſit in hoc ſacro ſola fide tenet̃.ipa etiã paſſio chriſti ꝑ fideʒ
iuſtificat.baptiſmus aũt d̾r ſacrm̃ fidei.q̃ꝛ eſt q̃dam fidei
ꝓteſtatio.hoc aũt ẽ ſacrꝫ charitatꝫ q̃ſi figuratiuũ ⁊ effectiuũ.

¶ Ad .vij. dõ. ꝙ ſic dictum eſt. ſanguis ſeorſum ſeparatus a corpe expſſius repñtat paſſionẽ xpi. ⁊ iõ in ꝯſecratõe ſanguinis xpi fit mẽtio de paſſione xpi ⁊ fructu ipius potius ꝙ̃ in ꝯſecratione corpis. ¶ Ad .viij. dõ. ꝙ ſanguis paſſionis xpi nõ ſolum habet efficaciam in iudeis electis. q̃bꝫ exhibitus ẽ ſanguis veterꝫ teſtamenti ſꝫ etiã in gẽtibꝫ. nec ſolum in ſacerdotibꝫ q̃ hoc efficiunt ſacrm̃ vel alijs q̃ ſumũt ſꝫ etiã in illis ꝓ quibus offert̃. ⁊ iõ ſignãter dic̃ ꝓ vobis. ſ. iudeis ⁊ ꝓ multis. ſ. gentilibꝫ. vel ꝓ vobis mãducantibꝫ. ⁊ ꝓ multis ꝓ q̃bus offert̃. ¶ Ad .ix. dõ. ꝙ euãgeliſte nõ intẽdebãt tradere formas ſacroꝝ q̃s in ꝑmitiua ecc̃la oportebat eſſe occultas. vt dic̃ Dio. in fi. ecc̃la. hierar. ſꝫ intenderũt hyſtoriã de xpo texere. ⁊ tñ oĩa hec verba fere ex diuerſis ſcripture locis accipi pñt. nã ꝙ dr̃ hic calix. habetur Lu. xxij. ⁊ .i. Coꝛ. xi. Matth. autẽ. xxvi. dr̃. hic ẽ ſanguis meus noui teſtamẽti q̃ ꝓ multis effundet̃ in remiſſionẽ pctõꝝ. Qd̃ aũt addit̃ eterni ⁊ iteꝝ myſteriũ fidei ex traditione dñi habet̃ q̃ ad ecc̃laꝫ ꝑ aplos ꝑueit. ſm illd̃. i. Coꝛ. xi. ego accepi a dño qd̃ ⁊ tradidi vobis.

## Ad quartu ſic proceditur

Videt̃ ꝙ predictis verbis formaꝝ nõ inſit aliq̃ vis creata effectiua conſecrationis. Dicit. n. Damaſ. in .iij. li. Sola virtute ſpũſſancti fit conuerſio panis in corpus xpi. ſꝫ virtus ſpũſſancti ẽ virtus increata. ḡ nulla virtute creata hoꝝ verboꝝ conficit̃ hoc ſacrm̃. ¶ Pre. Opa miraculoſa nõ fiunt aliq̃ virtute creata. ſed conuerſio panis ⁊ vini in corpus xpi ⁊ ſanguinẽ eſt opus nõ minus miraculoſuꝫ ꝙ̃ creatio reꝝ. vel etiã formatio corpis xpi in vtero virginali q̃ quidẽ nulla virtute creata fieri potuit. ḡ nec hoc ſacrm̃ conſecrat̃ virtute creata aliq̃ dictoꝝ verboꝝ. ¶ Pre. predicta verba nõ ſunt ſimplicia ſꝫ ex multis compoſita. nec ſil̃. ſꝫ ſucceſſiue ꝓferunt̃. conuerſio aũt ꝑdicta vt ſuꝑ. d. eſt fit in inſtãti. vñ oꝫ ꝙ fiat ꝑ ſimplicem virtutẽ. nõ ḡ fit ꝑ virtutẽ hoꝝ verboꝝ. ¶ Sꝫ ꝯ̃ ẽ qd̃ Ambro. dic̃ in .ii. de ſacris. Si tãta ẽ vis in ſmone dñi ieſu vt inciperet eſſe qd̃ nõ erat tãto magis opatiuus ẽ vt ſint q̃ erãt ⁊ in aliud ꝯmutent̃. ⁊ ſic qd̃ erat panis añ ꝯſecratõeꝫ iam corpus xpi ẽ poſt ꝯſecratõeꝫ. q2 ſmo xpi creaturam mutat. ¶ Rñ. dõ ꝙ quidam dixerũt nullã virtutem creatã eſſe. nec in ꝑdictis verbis ad tranſſubſtãtiatõeꝫ faciendã. nec etiã in alijs ſacroꝝ formis vel etiã in ipis ſacris ad inducẽdos ſacroꝝ effect9. quod ſic. d. eſt ⁊ dictis ſcõꝝ repugnat ⁊ dignitati ſacroꝝ. noue legis repugnat. vñ cũ hoc ſacrm̃ ſit ꝑ ceteris digni9 ſic ſuꝑ. d. ẽ. ꝯñs ẽ ꝙ in verbis formalibꝫ h9 ſacri ſit q̃dam virtus creata ad ꝯuerſionẽ h9 ſacri faciendã. inſtr̃alis tñ ſic ⁊ in alijs ſacris ſic ſuꝑ. d. ẽ. cũ. n. hec verba ex ꝑſona xpi ꝓferunt̃ ex eius mãdato ꝯſequunt̃ virtutẽ inſtr̃alẽ a xpo. ſic ⁊ cetera eius facta vel dicta hñt inſtr̃aliter ſaluriferã virtutẽ. vt ſuꝑ hitũ ẽ. ¶ Ad .i. ḡ dõ. ꝙ cũ dr̃ ſola virtute ſpiritusſancti panẽ in corpus xpi conuerti. nõ excludit̃ virtus inſtr̃alis q̃ ẽ in forma h9 ſacri. ſic cũ dr̃. ſolus faber fac̃ cultellũ nõ excludit̃ virtus marcelli. ¶ Ad .ij. dõ. ꝙ opa miraculoſa nulla creatura põt facere q̃i agẽs ꝑncipale. põt tñ ea facere inſtr̃aliter ſic ipe tactus manus xpi ſanauit leꝓſum. ⁊ ꝑ hũc modũ verba eius ꝯuertũt panẽ in corpus xpi. qd̃ quidẽ nõ potuit in ꝯceptõe corpis xpi fieri. q̃ corpus xpi formabat̃ vt aliqd̃ a corpe xpi ꝓcedens haberet inſtrumentalẽ virtutẽ ad ipius corpis formatõeꝫ. in creatione etiã nõ fuit aliqd̃ extremũ in qd̃ inſtr̃alis actio creature poſſet terminari. vñ nõ eſt ſile. ¶ Ad .iij. dõ. ꝙ predicta verba q̃bꝫ fit ꝯſecratio ſacr̃aliter opant̃. vñ vis ꝯuerſiua q̃ ẽ in formis hoꝝ ſacroꝝ ſequit̃ ſignificatõeꝫ quo in ꝓlatõe vltie dictiõis terminant̃. ⁊ iõ in vltio inſtãti ꝓlatõis verboꝝ predicta verba ꝯſequunt̃ hãc virtutẽ in ordine tñ ad precedẽtia. ⁊ hec virtus ẽ ſimplex rõe ſignati. ſꝫ in ipis verbis exterius ꝓlatis ſit q̃dam compoſitio.

## Ad quintum ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ predicte locutões nõ ſint vere. cũ. n. dr̃. Hoc eſt corpus meũ. li hoc eſt demonſtratiuũ ſube. Sꝫ ſm ꝑdicta qñ ꝓfert̃ hoc ꝓnomẽ hoc adhuc eſt ſuba panis. q2 trãſſubſtantiatio fit in vltio inſtãti ꝓlatõis verboꝝ. Sꝫ hec ẽ falſa panis ẽ corpus xpi. ḡ etiã hec eſt falſa. hoc ẽ corp9 meũ. ¶ Pre. Hoc ꝓnomẽ hoc facit demõſtratõem ad ſenſum. Sꝫ ſpẽs ſenſibiles q̃ ſunt in hoc ſacro neq̃ ſunt ipm̃ corpus xpi neq̃ ſunt accñtia corpis xpi. ḡ hec locutio nõ põt eſſe vera. hoc eſt corpus meũ. ¶ Pre. Hec verba. ſic ſuꝑ dictũ ẽ ſua ſignificatõe efficiũt ꝯuerſionẽ panis in corpus xpi. Sꝫ cã effectiua preintelligit̃ effectui. ḡ ſignificatio horũ verboꝝ preintelligit̃ ꝯuerſioni panis in corpus xpi. ſed añ ꝯuerſionẽ hec eſt falſa. hoc ẽ corpus meũ. ḡ ſimplr̃ eſt iudicandũ ꝙ ſit falſa. Et eadẽ rõ eſt de hac locutõe. hic eſt calix ſanguis mei. ¶ Sꝫ ꝯ̃ ẽ ꝙ hec verba ꝓferunt̃ de ꝑſona xpi qui de ſe dic̃. Joh. xiiij. ego ſuꝫ veritas. ¶ Rñ. dõ ꝙ circa hoc multiplex fuit opio. Quidã. n. dixerũt ꝙ ĩ hac locutõe hoc ẽ corpus meũ. hec dictio hoc importat demõſtratõeꝫ vt ꝯceptã ñ vt exercitatã. q2 iſta locutio ſumit̃ materialiter cũ recitatiue ꝓferat̃. recitat. n. ſacerdos xpm̃ dixiſſe. hoc ẽ corp9 meũ. Sꝫ hoc ſtare nõ põt. q2 ſꝫ hoc verba nõ applicarent̃ ad mãꝫ corpalẽ pñtẽ. ⁊ ita nõ ꝑficeret̃ ſacramentũ. dic̃. n. Aug. ſuꝑ Joh. accedit verbũ ad elementũ ⁊ fit ſacrm̃. ⁊ ex hoc totalit̃ nõ euitat̃ difficultas h9 q̃õnis. q2 eedẽ rões manẽt circa primã ꝓlatõeꝫ q̃ xps hec verba ꝓtulit. q̃re manifeſtũ ẽ ꝙ nõ materialit̃ ſꝫ ſignificatiue ſumebant̃. Et iõ dõ. ẽ ꝙ etiã qñ ꝓferunt̃ a ſacerdote ſignificatiue ⁊ nõ tantũ materialit̃ accipiunt̃. nec obſtat ꝙ ſacerdos etiã recitatiue ꝓfert q̃i a xpo dicta. q2 ꝓpter infinitã virtutẽ xpi ſic ex ꝯtactu ſue carnis vis regñatiua ꝑuenit non ſolũ ad illas aq̃s q̃ xpm̃ tetigerũt. ſꝫ ad oẽs vbiq̃ terraꝝ per oĩa futura ſecula. ita etiã ex ꝓlatõe ipius chriſti hec verba virtutẽ ꝯſecratiuã ſunt ꝯſecuta a q̃cũq̃ ſacerdote dicant̃ ac ſi xps ea pñtialit̃ ꝓferret. Et iõ alij dixerũt ꝙ hec dictiõ hoc in hac locutõe fac̃ demõſtratõeꝫ nõ ad ſenſum ſꝫ ad intellectũ. vt ſit ſenſus hoc ẽ corpus meũ. i. ꝑ ſignificatũ hoc ẽ corpus meũ. Sꝫ nec hoc ſtare põt q2 cũ in ſacris hoc efficiat̃ qd̃ ſignat nõ fieret ꝑ hãc formã vt corpus chriſti ſit in hoc ſacro ſm veritatẽ. ſꝫ ſolũ ſic in ſigno qd̃ ẽ hereticũ. vt ſuꝑ dictũ ẽ. Et iõ alij dixerũt ꝙ hec dictio hoc facit demonſtratõeꝫ ad ſenſum. ſꝫ intelligit̃ hec demõſtratio nõ ꝓ illo inſtãti locutõis. ſic cũ aliq̃s dicit nũc taceo. hoc aduerbiũ nunc facit demonſtratõeꝫ ꝓ inſtanti immediate ſequẽti locutõe. eſt. n. ſenſus ſtati dictis his verbis taceo. Sed nec hoc ſtare põt. q2 ſm hoc h9 locutõnis ẽ ſenſus. corpus meũ ẽ corpus meũ. qd̃ predicta locutio nõ facit. q2 fuit etiam añ ꝓlatõeꝫ verboꝝ. vñ neq̃ hoc predicta locutio ſignat. Et iõ alit̃ dõ. ẽ qd̃ ſic predictũ ẽ. hec locutio hꝫ virtutẽ factiuã ꝯuerſionis pa͞is in corpus xpi. ⁊ iõ ꝯpat̃ ad alias locutões q̃ hñt ſolũ vim ſignatiuã ⁊ nõ factiuã. ſic ꝯpat̃ conceptio intellect9 ꝓctici q̃ ẽ factiua reꝝ ꝯceptõi intellect9 noſtri ſpeculatiui. q̃ ẽ accepta a rebꝫ. nã voces ſunt ſigna intellectuũ ſm pħm. ⁊ iõ ſic ꝯceptio intellectus ꝓctici nõ ꝓſuponit rẽ ꝯceptã ſꝫ facẽ ea. ita veritas h9 locutõis nõ ꝓſuponit rẽ ſignatã ſꝫ facẽ eã. ſic. n. ſe hꝫ verbũ dei ad res factas

p verbū. hec aūt ꝯuerſio nō fit ſucceſſiue. ſꝫ in inſtāti vt di
ctū ē. ⁊ iō oꝫ quidē intelligere p̄dictā locutōeꝫ ſm vltimū
inſtās ꝓlatōis verboꝝ. nō tñ ita ꝙ p̄ſupponat̄ ex pte ſub
iecti id qd̄ ē termin⁹ ꝯuerſionis. ſ. ꝙ corpus xp̄i ſit corpus
xp̄i. neqꝫ etiā illud qd̄ fuit añ ꝯuerſionē. ſ. pāis. ſꝫ illud qd̄
cōiter ſe hꝫ q̄ītū ad vtrūqꝫ. ſ. ꝯtētū in gn̄ali ſub iſtis ſpēbꝫ
nō. n. faciūt hec verba ꝙ corp⁹ xp̄i ſꝫ ꝙ ꝯtētū ſub his ſpēbꝫ
qd̄ pri⁹ erat pāis ſit corpus xp̄i. ⁊ iō ſignāter nō dicit dn̄s
hic panis ē corp⁹ meū. qd̄ eſſet ſm intellectū ſcd̄e opīonis
neqꝫ hoc corp⁹ meū ē corpus meū qd̄ eſſet ſm intellectuꝫ
tertie opīonis. ſꝫ in gn̄ali hoc ē corpus meū nullo noīe ap
poſito ex pte ſubiecti. ſꝫ ſolo ꝓnoīe qd̄ ſignificat ſubſtātiā
in cōi ſine q̄litate. i. forma determinata. Ad. i. g̃ dd̄. ꝙ
hec dictio hoc demōſtrat ſubāꝫ. ſꝫ abſqꝫ determinatōne ꝓ
prie nature. ſic dictū ē. Ad. ij. dd̄. ꝙ hoc ꝓnomē hoc nō
demōſtrat ipa accn̄tia. ſꝫ ſubāꝫ ſub accn̄tibꝫ ꝯtentā q̄ prio
fuit pāis ⁊ poſtea ē corp⁹ xp̄i. qꝛ lꝫ nō informet̄ his accn̄ti
bus tñ ſub eis ꝯtinet̄. Ad. iij. dd̄. ꝙ ſignificatio h⁹ locu
tionis p̄intelligit̄ rei ſignate ordine nature. ſic cā natura
liter ē prior effectu nō tñ ordine tp̄is. qꝛ hec cā ſil̄ hꝫ effec
tū ſuū ſecū. ⁊ hoc ſufficit ad veritatē locutionis.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videt̄ ꝙ forma ꝯſecratōis pāis nō ꝯſequat̄ effectū ſuū. q̄
uſqꝫ p̄ficit̄ forma ꝯſecratōis vini. Sic. n. p ꝯſectōeꝫ pa
nis incipit eē corp⁹ xp̄i ſub hoc ſacr̄o. ita p ꝯſectōeꝫ vini in
cipit eſſe ſanguis. ſi g̃ v̄ba ꝯſectōis pāis haberēt effectum
ſuū añ ꝯſectōeꝫ vini ſeq̄ret̄ ꝙ in hoc ſacr̄o incipet eē corp⁹
xp̄i ſine ſanguīe. qd̄ ē incōueniēs. Pre. vnū ſacr̄m vnū
hꝫ ꝯplemētū. vñ lꝫ in baptiſmo ſint tres immerſiones nō
tñ p̄ma imerſio ꝯſeq̄t̄ ſuū effectū q̄uſqꝫ tertia fuerit termi
nata. ſꝫ totū hoc ſacr̄m ē vnū vt ſu p̄. d. ē. g̃ verba q̄bꝫ cōſe
crat̄ pāis nō ꝯſecunt̄ ſuū effectū ſine verbis ſacrālibꝫ q̄bus
ꝯſecrat̄ vinū. Pre. in ipa forma ꝯſecratiōis panis ſunt
plura verba. q̄ꝝ prima nō ꝯſequunt̄ effectū niſi ꝓlato vl
timo ſic. d. ē. pari rōe nec verba q̄bꝫ ꝯſecrat̄ corpus xp̄i hñt
effectū niſi ꝓlatis verbis q̄bꝫ ſanguis xp̄i ꝯſecrat̄. Sꝫ
ꝯ̄ ē ꝙ ſtati dictis verbis ꝯſecratōis pāis hoſtia ꝯſecrata p
ponit̄ p̄plo adorāda qd̄ nō fieret ſi nō eēt corp⁹ xp̄i. qꝛ hoc
ad ydolatriā ꝑtineret. g̃ hec verba ꝯſectōis pāis ſuū effectū
ꝯſequunt̄ añqꝫ ꝓferant̄ verba ꝯſectōnis vini. Rñ. dd̄.
ꝙ q̄dā antiq̄ doctores dixerūt ꝙ he due forme. ſ. conſecra
tionis pāis ⁊ vini ſe inuicē ſpectāt in agēdo. ita. ſ. ꝙ prīa
nō p̄fic̄ ſuū effectū añqꝫ ſcd̄a ꝓferat̄. Sꝫ hoc ſtare nō pōt.
qꝛ ſic. d. ē ad veritatē h⁹ locutōis hoc ē corpus meū req̄rit̄
ꝓpter verbū p̄ñtis tp̄is. ꝙ res ſignata ſil̄ tpe ſit cū ipa ſig
nificatōe locutōis. alioq̄n ſi in futuꝝ expectaret̄ res ſignata
apponeret̄ verbū futuri tp̄is. nō aūt verbū p̄ñtis tp̄is. ita
ſ. ꝙ nō diceret̄ hoc ē corp⁹ meū. ſꝫ hoc erit corp⁹ meū. ſigni
ficatio aūt h⁹ locutōis cōplet̄ ſtati cōpleta ꝓlatōe hoꝝ ver
boꝝ. ⁊ iō oꝫ rē ſignatā ſtati ad eſſe. q̄ q̄dē ē effectus h⁹ ſacr̄i
alioq̄n locutio nō eēt vera. Eſt etiā hec poſitio ꝯ̄ ritū ecc̄ie
q̄ ſtati poſt ꝓlatōeꝫ verboꝝ corp⁹ xp̄i adorat. vñ dd̄. ē ꝙ p̄
ma forma nō expectat ſcd̄aꝫ in agēdo. ſꝫ ſtatim hꝫ ſuū effe
ctū. Ad. i. g̃ dd̄. ꝙ ex hac rōe vident̄ fuiſſe decepti illi q̄
p̄dictā poſitōeꝫ poſuerūt. vñ intelligēdū ē ꝙ facta conſec
tione pāis ſtati q̄dē ē corp⁹ xp̄i ibi ex vi ſacr̄i. ⁊ ſanguis ex
reali cōcomitātia. ſꝫ poſtmodū poſt cōſecratōeꝫ vini fit ibi
ecōuerſo ſanguis xp̄i ex vi ſacr̄i. corp⁹ aūt xp̄i ex reali cōco
mitātia. ita ꝙ totus xp̄s ē ſub vtraqꝫ ſpē. vt ſu p̄. d. eſt.
Ad. ij. dd̄. ꝙ hoc ſacr̄m ē vnū ꝑfectōe. ſicut ſu p̄. d. ē. inq̄ꝫ
tū. ſ. cōſtituit̄ ex duobꝫ. ſ. ex cibo ⁊ potu. q̄ꝝ vtrunqꝫ p ſe hꝫ
ſuā ꝑfectōeꝫ. ſꝫ tres immerſiones baptiſmi ordinantur ad
vnū ſimplicē effectū. ⁊ iō nō ē ſil̄e. Ad. iij. dd̄. ꝙ diuer
ſa verba q̄ ſunt in forma conſecratōis panis conſtituūt va
rietatē locutōis vni⁹. nō aūt verba diuerſaꝝ formaꝝ. ⁊ idō
nō eſt ſil̄e.

# Queſtio. LXXIX.

## Deinde cōſiderādum

ē de effectibꝫ h⁹ ſacr̄i. Et circa hoc q̄rūtur octo.
Prio vtꝝ hoc ſacr̄m ꝯferat grāꝫ. Scd̄o vtrū
effectus h⁹ ſacr̄i ſit adeptio glīe. Tertio vtꝝ effect⁹ h⁹ ſacr̄i
ſit remiſſio pc̄ti mortal̄. Quarto vtꝝ p hoc ſacr̄m remit
tat̄ pc̄tm̄ veniale. Quinto vtꝝ p hoc ſacr̄m tota pena pc̄ti
remittat̄. Sexto vtꝝ hoc ſacr̄m hoīeꝫ p̄ſuet a pc̄tis futu
ris. Septio vtꝝ hoc ſacr̄mentū ꝓſit alijs q̄ꝫ ſumētibꝫ. Oc
tauo de impedimētis effectus huius ſacramenti

## Ad primuꝫ ſic proceditur

Videt̄ ꝙ p hoc ſacr̄m ñ ꝯferat̄ grā. hoc. n. ſacr̄m ē nutrimē
tū ſp̄uale. nutrimētū aūt nō dat̄ niſi viuēti. cū g̃ vita ſp̄u
alis ſit p grāꝫ nō cōpetit hoc ſacr̄m niſi iā hñti grāꝫ. nō g̃
p hoc ſacr̄m ꝯfert̄ grā. vt prio habeat̄. Sil̄r etiā nec ad hoc
qd̄ augeat̄. qꝛ augmētū ſp̄uale ꝑtinet ad ſacr̄m ꝯfirmatōis
vt. d. ē. nō g̃ p hoc ſacr̄m confirmatiōis vt. d. ē. nō g̃ p hoc
ſacr̄m grā ꝯfert̄. Pre. Sacr̄m aſſumit̄ vt q̄dā ſp̄ual̄ re
fectio ſꝫ refectio ſp̄ual̄ magis videt̄ ꝑtinere ad vſum gra
tie q̄uā ad grē cōſecutōeꝫ. g̃ videt̄ ꝙ p hoc ſacr̄m grā nō cō
ferat̄. Pre. Sic ſu p̄. d. ē in hoc ſacr̄o corp⁹ xp̄i offert̄ ꝓ
ſalute corp̄is ſanguis aūt ꝓ ſalute aīe. ſꝫ corp⁹ nō ē ſubie
ctū grē ſꝫ aīa. vt in ſcd̄a pte hitū ē. g̃ ad min⁹ q̄ītū ad cor
pus p hoc ſacr̄m grā nō cōfert̄. Sꝫ ꝯ̄ ē ꝙ dn̄s dic̄ Joh.
vi. Pāis quē ego dabo vobis caro mea ē ꝓ mūdi vita. ſꝫ
vita ſp̄ual̄ ē p grāꝫ. g̃ p hoc ſacr̄m gratia cōfert̄. Rñ. dd̄
ꝙ effect⁹ h⁹ ſacr̄i dꝫ conſiderari. Prio q̄dē ⁊ principaliter
ex eo ꝙ in hoc ſacr̄o cōtinet̄ qd̄ ē xp̄s. q̄ ſic in mūdū viſibi
liter veniēs contulit mūdo vitā grē. ſm illud Joh. vi. grā
⁊ veritas p ieſum xp̄m facta ē. ita in hoīeꝫ ſacrālit̄ veniēs.
vitā gratie opat̄. ſm illud Joh. vi. q̄ mādu cat me viuit ꝓ
pter me. vñ ⁊ Cyrill⁹ dic̄ viuificatiuū dei verbū vniēs ſeip
ſum ꝓprie carni fec̄ ipāꝫ viuificatiuā. decebat. n. eū noſtris
q̄odāmō vniri corp̄ibꝫ p ſacr̄mēta. c⁹ carnē ⁊ p̄cioſum ſan
guinē quē accepim⁹ in bn̄dictōe viuificatiua ⁊ in pāe ⁊ in
vino accepim⁹. Scd̄o cōſiderat̄ ex eo qd̄ p hoc ſacr̄mētū re
p̄ñtat̄ qd̄ ē paſſio xp̄i. ſic ſu p̄. d. ē. ⁊ iō effectum quē paſſio
xp̄i fec̄ in mūdo hoc ſacramētū fac̄ in hoīe. vñ ſup illō Jo
han. xix. cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aq̄ dic̄ Criſo. qꝛ hic ſuſci
piūt p̄cipiū ſac̄ myſteria cū acceſſeris ad tremēdū calicē
velut ab ipa bibiturus xp̄i coſta. ita accedas vt ⁊ ipē dn̄s di
xit. Math. xxvi. hic ē ſanguis me⁹ q̄ ꝓ vobis tradet̄ in re
miſſionē pc̄toꝝ. Tertio cōſiderat̄ effectus h⁹ ſacr̄i ex mō q̄
tradit̄ hoc ſacr̄m. eo ꝙ tradit̄ p modū cibi ⁊ potus. ⁊ iō oēꝫ
effectū quē cibꝫ ⁊ pot⁹ mālis fac̄ q̄ītū ad vitā corp̄alē ꝙ. ſ.
ſuſtētat auget repat ⁊ delectat. hoc totū fac̄ hoc ſacr̄m q̄ītū
ad vitā ſp̄ualē. vñ Ambro. dic̄ in li. d̄ ſacr̄is. iſte panis ē
vite eťne q̄ aīe noſtre vitā fulcit. ⁊ Criſo. dic̄ ſup Joh. p̄
ſtat ſe nobꝫ deſiderātibꝫ ⁊ palpare ⁊ comedere ⁊ amplecti
vñ ⁊ ipē dn̄s dic̄ Joh. vi. caro mea vere ē cibꝫ ⁊ ſanguis
me⁹ vere ē pot⁹. Quarto cōſiderat̄ effect⁹ h⁹ ſacramenti ex
ſpēbꝫ in q̄bꝫ tradit̄ hoc ſacr̄m. vñ Aug. dic̄ ibidem. dn̄s nr̄
corp⁹ ⁊ ſanguinē ſuū in eiſdē rebꝫ ꝯmēdauit q̄ ad vnū ali
qd̄ redigunt̄ ex multis. nā q̄d aliud. ſ. pāis niſi qd̄ ex mul
tis granis in vnū ꝯſtat. ⁊ q̄d aliō. ſ. vinū niſi qd̄ ex multis
racemis ꝯfluit ⁊ iō ipē alibi dicit ſup Joh. o ſacꝝ pietatis

o ſignū vnitatis.ꝯ vinculū charitatis.ꝛ q2 xp̄s ꝛ ei9 paſſio ē cā gratie ꝛ ſpūalis refectio ꝛ charitas ſine gratia eſſe non pōt.ex oībꝫ p̄miſſis manifeſtū ē qđ hoc ſacr̄m grāʒ ꝯfert. ¶ Ad.i.ḡ dō.ꝙ hoc ſacr̄m ex ſeip̄o virtutē hʒ grāʒ ꝯferen di.nec aliq̄s hʒ grāʒ an̄ ſuſceptōeʒ h9 ſacr̄i niſi ex aliquali motu ip̄ius.vel ꝑ ſeip̄m ſic adulti.vel voto eccl'e ſic ꝑuuli. ſic ſuꝑ dictū ē.vn̄ ex efficacia virtutis ip̄ius ē ꝙ etiā ex vo to ip̄ius aliq̄s grāʒ ꝯſequat̄ ꝑ quā ſpūaliter viuificat̄.re ſtat ḡ vt cū ipʒ ſacr̄m realit̄ ſumit̄ grā augeat̄ ꝛ vita ſpūal' ꝑficiat̄.alit̄ tn̄ q̄3 ꝑ ſacr̄m ꝯfirmatōis i q̄ augēt̄ ꝛ ꝑficit̄ gra tia ad ꝑſiſtēdū ꝯ̄ ip̄ugnatōes exteriores inimicoꝝ xp̄i.per hoc aūt ſacr̄m auget̄ gratia ꝛ ꝑficit̄ ſpūal' vita ad hoc ꝙ hō in ſeip̄o ꝑfect9 exiſtat ꝑ ꝯiūctōeʒ ad deū. ¶ Ad.ij.dō.ꝙ hoc ſacr̄m ꝯfert grāʒ ſpūalit̄ cū virtute charitatꝫ.vn̄ Dam̄ ꝯpat hoc ſacr̄m carboni quē eſaias vidit.Eſa.vi.carbo.n. ſimplex lignū nō ē ſʒ vnitū igni.ꝛ ita pāis cōicatōis non ſimplex pāis ē.ſʒ vnitus deitati. Sic aūt dic̄ greg.i omel. penthecoſt.amor dei nō ē ocioſus.magna.n.opat̄ ſi ē.ꝛ iō ꝑ hoc ſacr̄m q̄ɫū ē ex ſui virtute nō ſolū hitus gratie ꝛ vir tutis ꝯfert.ſʒ etiā excitat̄ in actū.ſm̄ illud.ij.Coꝛ.v.cha ritas xp̄i vrget nos.ꝛ inde ē ꝙ ex virtute h9 ſacr̄i aīa ſpūa lit̄ reficit̄ ꝑ hoc ꝙ aīa delectat̄.ꝛ q̄dāmō inebriat̄ dulcedi ne diuīe bonitatꝫ.ſm̄ illud Cāt.v.comedite amici ꝛ bibi te ꝛ inebriamini chariſſimi. ¶ Ad.iij.dō.ꝙ q2 ſacr̄a ꝯpant̄ ſm̄ ſilitudinē ꝑ quā ſignificāt.iō ꝑ quādā aſſilatōeʒ dr̄ ꝙ in hoc ſacr̄o corp9 offert̄ ꝓ ſalute coꝛpis ꝛ ſanguis ꝓ ſalu te aīe q̄uis vtrūq3 ad ſalutē vtriuſq3 opet̄.cū ſub vtroq3 totus ſit xp̄s vt ſuꝑ.d.ē.ꝛ ſʒ corp9 nō ſit imediatū ſubie ctū gratie.ex aīa tn̄ redūdat effect9 gratie ad corp9 dū ī pn̄ ti mēbra nr̄a exhibem9 arma iuſticie dō.vt hēt̄ ad Ro.vi ꝛ i futuro coꝛ nr̄m ſortiet̄ icoꝛruptōeʒ ꝛ glām aīe.

## Ad ſecundū ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ effect9 h9 ſacr̄i nō ſit adeptio gl'e.effect9.n.ꝓpoꝛ tionat̄ ſue cāe.ſʒ hoc ſacr̄m ꝯpetit viatoribꝫ vn̄ ꝛ viaticū dr̄ Cū ḡ viatores nōdū ſint gl'e capaces.videt̄ ꝙ hoc ſacr̄m nō cauſet adeptōeʒ gl'e. ¶ Pre.poſita cā ſufficiēti ponit̄ ef fectus.ſʒ multi accipiūt hoc ſacr̄m q̄ nūq3 ꝑueniūt ad glāʒ vt pʒ ꝑ Aug.xxi.đ ci.dei.nō ḡ hoc ſacr̄m ē cā adeptōis gl'e ¶ Pre.maī9 nō efficit̄ a minoꝛi.q2 nihil agit̄ vltra ſuaʒ ſpēʒ.ſʒ min9 ē ꝑcipe xp̄m ſub ſpē aliena qđ fit ī hoc ſacr̄o. quā frui eo in ſpē ꝓpria qđ ꝑtinet ad glāʒ.ḡ hoc ſacr̄m non cauſat adeptōeʒ gl'e. ¶ Sʒ ꝯ̄ ē qđ dr̄ Joh.vi.ſi q̄s mādu cauerit ex hoc pāe viuet in eternū.ſʒ vita eterna ē vita gl'e. ḡ effectus h9 ſacr̄i ē adeptio gl'e. ¶ Rn̄.dō.ꝙ ī hoc ſacr̄o pōt ꝯſiderari ꝛ id ex q̄ hʒ effectū.ſ.ip̄e xp̄s ꝯtētus ꝛ paſſio ei9 repn̄tata.ꝛ id ꝑ qđ hʒ effectū.ſ.vſus ſacr̄i ꝛ ſpēs eius ꝛ q̄ɫū ad vtrūq3 ꝯpetit huic ſacr̄o ꝙ cauſet adeptōeʒ vite et̄ ne.Nā ip̄e xp̄s ꝑ ſuā paſſionē apuit nobis aditū vite eter ne.ſm̄ illud ad Heb.ix.noui teſti mediatoꝛ ē vt moꝛte in tercedēte q̄ ſunt vocati recipiāt repmiſſionē eterne hereditatis.vn̄ ꝛ in forma h9 dr̄.hic ē calix ſanguis mei noui ꝛ et̄ ni teſti. Silr̄ etiā refectio ſpūal' cibi ꝛ vnitas ſignificata ꝑ ſpēs pāis ꝛ vini hn̄t̄ quidē in pn̄ti ſʒ ip̄fecte.ꝑfecte aūt in ſtatu gl'e.vn̄ Aug.dic̄ ſuꝑ illud Joh.vi.caro mea vere ē cibꝫ.cū cibo ꝛ potu id appetāt hoīes vt nō eſuriāt neq3 ſi tiāt.hoc veracit̄ nō p̄ſtat niſi iſte cibꝫ ꝛ pot9 q̄ eos a q̄bꝫ ſu nt̄ imoꝛtales ꝛ icoꝛruptibiles fac̄ in ſocietate ſctōꝝ vbi pax erit ꝛ vnitas plēa atq3 ꝑfecta. ¶ Ad.i.ḡ dō.ꝙ ſic paſ ſio xp̄i ex c9 virtute hoc ſacr̄m opat̄ ē q̄dē cā ſufficiens gl'e nō tn̄ ita ꝙ ſtatī ꝑ ip̄m introducamur in glām.ſʒ oꝫ vt ſil' pai9 ꝯpatiamur vt poſtea ſil' glificemur.ſicut dr̄ ad Ro. viij.ita hoc ſacr̄m nō ſtatī nos in glāʒ introducit.ſʒ dat no bis virtutē ꝑueniēdi ad glāʒ.ꝛ iō viaticū dr̄.in c9 figura legit̄.iij.Reg.xix.ꝙ helyas comedit ꝛ bibit ꝛ ābulauit in fortitudīe cibi illi9.xl.diebꝫ ꝛ.xl.noctibꝫ ad mōtē dei oreb ¶ Ad.ij.dō.ꝙ ſic paſſio xp̄i nō hʒ ſuū effectū ī his q̄ ſe ad eā nō hn̄t vt debent.ita ꝑ hoc ſacr̄m nō adipiſcunt̄ glāʒ q̄ i decēter ip̄m ſuſcipiūt.vn̄ Aug.dic̄ ſuꝑ Joh.exponēs illa v̄ba.aliud ē ſacr̄m aliud v̄tꝫ ſacr̄i.multi đ altari accipiūt. ꝛ accipiēdo moriunt̄.panē ḡ celeſtē ſpūalit̄ mādūcate.in nocētiā ad altare apportate.vn̄ nō ē mirū ſi illi q̄ innocēti am nō ſuāt effectū h9 ſacr̄i nō ꝯſequant̄. ¶ Ad.iij.dō.ꝙ hoc ꝙ xp̄s ſub aliena ſpē ſumit̄ ꝑtiet ad rōeʒ ſacr̄i qđ iſtru mentalit̄ agit.nihil aūt ꝓhibet cām inſtrumentalem ꝓdu cere potiorem effectum.vt ex ſuꝑ dictꝭ pʒ

## Ad tertiuʒ ſic proceditur

Videt̄ ꝙ effect9 h9 ſacr̄i ſit remiſſio pcī moꝛtal'.dr̄.n.in q̄ dā collecta ſit hoc ſacr̄m ablutio ſceleꝝ.ſʒ ſcelera dicunt̄ moꝛtalia pctā.ḡ ꝑ hoc ſacr̄m moꝛtalia pctā abluunt̄. ¶ Pre.hoc ſacr̄m agit in v̄tute paſſionis xp̄i ſic̄ ꝛ baptiſm9 ſʒ ꝑ baptiſmū dimittunt̄ pctā moꝛtalia.vt ſuꝑ.d.ē.ḡ ꝛ per hoc ſacr̄m.ꝓ ſrā cū in forma h9 ſacr̄i dicat̄ q̄ ꝓ multis effū det̄ in remiſſionē pctōꝝ. ¶ Pre.ꝑ hoc ſacr̄m gratia ꝯfert̄. vt.d.ē.ſʒ ꝑ grāʒ iuſtificat̄ hō a pctīs moꝛtalibꝫ.ſm̄ illđ ad Ro.iij.iuſtificati gratis ꝑ grāʒ ip̄ius.ḡ ꝑ hoc ſacr̄m remit tunt̄ pctā moꝛtalia. ¶ Sʒ ꝯ̄ ē qđ dr̄.i.Coꝛ.xi.q̄ mādūcat ꝛ bibit indigne iudiciū ſibi mādūcat ꝛ bibit. Dicāt glo. ibidē ꝙ ille mādūcat ꝛ bibit idigne q̄ in crīe ē vel irreue rēter tractat.ꝛ tal' mādūcat ꝛ bibit ſibi iudiciū.i.dānatio nē eternā.ḡ ille q̄ ē in pctō moꝛtali ꝑ hoc ꝙ accipit hoc ſa cramētū mag' accumulat ſibi pctm̄ q̄3 remiſſionē ſui pcī ꝯſeq̄t̄. ¶ Rn̄.dō.ꝙ v̄tus h9 ſacr̄i pōt conſiderari duplr̄. Vno mō ſm̄ ſe.ꝛ ſic hoc ſacr̄m hʒ v̄tutē ad remittēdū q̄ cūq3 pctā ex paſſione xp̄i q̄ ē fons ꝛ cā remiſſionis pctōꝝ. Alio mō pōt ꝯſiderari ꝑ ꝯpatōeʒ ad eū q̄ recipit hoc ſacra mētū.put ī eo inuenit̄ vel nō inuenit̄ īpedimētū ꝑcipiēdi hoc ſacramētū. Quicūq3 aūt hʒ ꝯſciaʒ pcī moꝛtal' hʒ in ſe īpedimētū ꝑcipiēdi effectū h9 ſacr̄i.eo ꝙ nō ē ꝯueniens ſuſceptoꝛ h9 ſacr̄i.tū q2 nō viuit ſpūalit̄.ꝛ iō nō dʒ ſpūale nutrimētū ſuſcipe.qđ nō ē niſi viuētis.tū q2 nō pōt vni ri xp̄o qđ nō fit niſi ꝑ hoc ſacr̄m.dū ē ī affectu peccādi moꝛ taliter.ꝛ iō vt dr̄ in li.đ dogmatibꝫ eccl'aſti. Si mēs ī af fectu peccādi ē grauat̄ magis eucharistie ꝑceptōe quā pu rificet̄.vn̄ hoc ſacr̄m in eo qui ip̄m ꝑcipit cū ꝯſcīa pcī moꝛ talis nō opat̄ remiſſionē pctōꝝ.pōt tn̄ hoc ſacr̄m opari re miſſionē pcī duplr̄. Vno mō nō ꝑceptū actu ſʒ voto.ſic cū q̄s p2ıo iuſtificat̄ a pctō. Alio mō etiā ꝑceptū ab eo q̄ ē in pctō moꝛtali.c9 ꝯſciaʒ vel affectū nō hʒ.forte.n.p2ıo nō fuit ſufficiēter ꝯtrit9.ſʒ deuote ꝛ reuerenter accedēs ꝯſeq̄t̄ ꝑ hoc ſacr̄m grāʒ charitatis q̄ ꝯtritōeʒ ꝑficiet ꝛ remiſſionē pcī. ¶ Ad.i.ḡ dō.ꝙ petim9 ꝙ illud ſacr̄m ſit nobis ablu tio ſceleꝝ.vel eoꝝ q̄ꝝ ꝯſciaʒ nō habem9.ſm̄ illud p̄s.ab oc cultis meis mūda me dn̄e.vel vt ꝯtritio in nobꝫ ꝑficiat̄ ad ſceleꝝ remiſſiōeʒ.vel etiā vt robur nobis det̄ ꝯ̄ ſcelera vitā da. ¶ Ad.ij.dō.ꝙ baptiſm9 ē ſpūal' gn̄atio q̄ ē mutatio đ nō eē ſpūali in eſſe ſpūale.ꝛ dat̄ ꝑ modū ablutōis.ꝛ iō q̄ɫ tū ad vtrūq3 nō incōuenīēter accedit ad baptiſmum q̄ hʒ ꝯſciaʒ pcī moꝛtal'. Sʒ ꝑ hoc ſacr̄m hō ſumit ī ſe xp̄ʒ ꝑ mo dū ſpūal' nutrimēti.qđ nō ꝯpetit moꝛtuo in pctīs.ꝛ iō nō ē ſilis rō. ¶ Ad.iij.dō.ꝙ grā ē ſufficiēs cā remiſſiōis pcī moꝛtalis.nō tn̄ actu remittit̄ pctm̄ moꝛtale niſi cū p2imo dat̄ pctōꝛi.ſic aūt nō dat̄ in hoc ſacr̄o.vn̄ rō nō ſequit̄.

## Ad quartũ ſic procedit

Videt̃ ꝙ p̃ hoc ſacr̃m nõ remittant̃ pctã veĩalia. Hoc. n. ſacr̃-
mentũ vt Aug. dic̃ ſup Joh. ẽ ſacr̃m charitatis. ſꝫ pctã ve
nialia nõ ꝯriant̃ charitati vt in. ij. pte hitũ ẽ. cũ g̃ ꝯriũ tol
lat̃ p̃ ſuũ ꝯriũ videt̃ ꝙ pctã veĩalia p̃ hoc ſacr̃m nõ remit-
tant̃. ¶ Pre. Si pctã veĩalia p̃ hoc ſacr̃m remittant̃ q̃ rõ
ne vnũ remittit̃ ⁊ oĩa remittent̃. ſꝫ nõ videt̃ ꝙ oĩa remit-
tant̃. q꞉ ſic frequẽter aliq̃s eẽt abſqꝫ oĩ pctõ veĩali. qđ ẽ ꝯ
id qđ đr Joh. i. Si dixerimus q꞉ pctm̃ nõ habemus nos
ipos ſeducim⁹. nõ g̃ p̃ hoc ſacr̃m remittit̃ pctm̃ veĩale.
¶ Pre. ꝯria mutuo ſe expellũt. ſꝫ pctã veĩalia nõ ꝓhibent a
pceptõe h⁹ ſacr̃i. dic̃. n. Aug. ſup illud Johã. vi. Si q̃s ex
ipo mãducauerit nõ moriet̃ inetnũ. innocentiam inq̃t ad
altare apportate pctã ⁊ ſi ſint q̃tidiana nõ ſunt mortifera
g̃ neqꝫ pctã venialia p̃ hoc ſacramentũ tollunt̃. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ
ꝙ Inno. iij. dic̃ ꝙ hoc ſacr̃m delet veĩale ⁊ cauet mortale
¶ Rñ. dđ. ꝙ in hoc ſacr̃o duo pñt ꝯſiderari. ſ. ipm̃ ſacr̃m
⁊ res ſacr̃i. ⁊ ex vtroqꝫ apparet ꝙ hoc ſacr̃m hꝫ ṽtutẽ ad re
miſſionẽ venialiũ pctõꝝ. Nã hoc ſacr̃m ſumit̃ ſub ſpẽ cibi
nutriẽns. nutrimẽtũ aũt cibi neceſſariũ ẽ corpi ad reſtau-
randũ id qđ q̃tidie deꝑdit̃ ex caloris natural̃ ꝯcupia. ſpũ
aliter aũt q̃tidie in nob̃ aliq̃d deꝑdit̃ ex calore ꝯcupie p̃
pctã veĩalia q̃ diminuũt feruorẽ charitatis. vt in. ij. pte hi
tũ ẽ. ⁊ iõ ꝯpetit huic ſacr̃o vt remittat pctã venialia. vñ ⁊
Ambro. dic̃ in li. de ſacr̃is. ꝙ iſte panis q̃tidianus ſumi
tur in remediũ quotidiane infirmitatis. Res aũt h⁹ ſacr̃-
menti ẽ charitas. nõ ſolũ q̃tũ ad hitũ ſꝫ etiã q̃tũ ad actũ.
qui exercitat̃ in hoc ſacr̃o p̃ qđ pctã veĩalia ſoluuntur. vñ
manifeſtũ ẽ ꝙ ṽtute hui⁹ ſacr̃i remittunt̃ pctã veĩalia.
¶ Ad. i. g̃ dđ. ꝙ pctã venialia ⁊ ſi nõ ꝯrient̃ charitati q̃tum
ad habitũ. ꝯriant̃ tñ ei q̃tũ ad feruorẽ actus q̃ exercitat̃ p̃
hoc ſacr̃m rõe c⁹ pctã venialia tollunt̃. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ illđ
verbũ nõ eſt intelligendũ q̃n aliq̃ hora poſſit eſſe hõ abſqꝫ
oĩ reatu venialis pcti. ſed q꞉ vitam iſtam ſancti nõ ducũt
ſine peccatis venialibꝫ. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ maior ẽ ṽtus cha-
ritatis cuius eſt hoc ſacramentum q̃ꝫ venalium peccatorũ
nam charitas tollit p̃ ſuum actum peccata venialia. q̃ tam̃
non pñt totaliter impedire actum charitatis. ⁊ eadem rõ
eſt de hoc ſacramento.

## Ad quintum ſic procedit

Videt̃ ꝙ per hoc ſacramentum tota pena peccati remitta-
tur. Homo. n. p̃ hoc ſacramentum ſuſcipit in ſe effectũ paſ
ſionis xp̃i vt dictum eſt. ſicut ⁊ p̃ baptiſmum. ſed per bap
tiſmum recipit homo remiſſionem omĩs pene virtute paſ
ſionis xp̃i qui ſufficienter ſatiſfecit ꝓ omnibus peccatis.
vt ex ſupra dictis patet. ergo videt̃ ꝙ p̃ hoc ſacramẽtũ ho
mini remittatur totus reatus pene. ¶ Pre. Allexãder pa
pa dicit nihil in ſacrificijs maius eẽ poteſt q̃ꝫ corpus ⁊ ſan
guis xp̃i. ſꝫ p̃ ſacrificia veteris legis homo ſatiſfaciebat ꝓ
peccatis ſuis. đr. n. Leui. iiij. Si peccauerit hõ offeret hoc
vel illud ꝓ pctõ ſuo ⁊ remittet̃ ei. g̃ multo magis hoc ſacra
mentum valet ad remiſſionem omnis pene. ¶ Pre. Cõ
ſtat ꝙ p̃ hoc ſacramentum aliquid de reatu pene dimittit̃
vñ ⁊ in ſatiſfactione quibuſdam iniungit̃ ꝙ ꝓ ſe faciant
miſſas celebrare. Sed q̃ rõe vna ps pene dimittit̃, eadem
rõe ⁊ alia. cũ virtus xp̃i qui in hoc ſacr̃o ꝯtinet̃ ſit infinita.
g̃ videt̃ ꝙ p̃ hoc ſacr̃m tota pena tollat̃. ¶ Sed ꝯ ẽ ꝙ ſm̃
hoc non eẽt hoĩ alia pena iniũgẽda ſic nec baptiſato iniũ-
git̃. ¶ Rñ. dđ. ꝙ hoc ſacr̃m ſil' ẽ ⁊ ſacrificiũ ⁊ ſacr̃m. ſꝫ rõeꝫ
ſacrificij hꝫ inq̃tũ offert̃. rõeꝫ aũt ſacr̃i inq̃tũ ſumit̃. ⁊ iđo
effectũ ſacramẽti hꝫ in eo qui ſumit. effectuꝫ aũt ſacrifici
in eo qui offert vel in his ꝓ quibꝫ offert̃. Si g̃ conſideret̃
vt ſacramentum hꝫ dupl'r effectum. vno mõ directe ex vi
ſacramenti. alio mõ q̃i ex q̃dam concomitantia. ſic̃ ⁊ circa
continentia ſacramenti dictum eſt. Ex vi quidem ſacra-
menti directe habet illum effectum ad quem eſt inſtitutũ
non eſt autem inſtitutum ad ſatiſfaciendum. ſed ad ſpũa-
liter nutriendum p̃ vnionem ad xp̃m ⁊ ad membra eius.
ſicut ⁊ nutrimentum vnit̃ nutrito. Sed quia hec vnitas
fit p̃ charitatem ex cuius feruore aliquis conſequitur re-
miſſionem non ſolum culpe ſed etiam pene. inde eſt ꝙ ex
conſequenti p̃ quandam concomitantiam ad principaleꝫ
effectum homo conſequit̃ remiſſionem pene non quideꝫ
totius ſed ſm̃ modum ſue deuotionis ⁊ feruoris. Inquã
tum vero eſt ſacrificium habet vim ſatiſfactiuam. ſed in ſa
tiſfactione magis attendit̃ affectus offerentis q̃ꝫ quanti-
tas oblationis. vnde ⁊ dominus dixit Luce. xxi. de vidua
que obtulit duo erea ꝙ plus omnibus miſit. Quamuis
ergo hec oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad ſatiſfacien-
dum ꝓ omni pena tamen fit ſatiſfactoria illis ꝓ quibꝫ of-
fert̃ vel etiã offerentibꝫ ſm̃ q̃titatẽ ſue deuotõis ⁊ non ꝓ
tota pena. ¶ Ad. i. g̃ dđ. ꝙ ſacr̃m baptiſmi directe ordĩat̃
ad remiſſionẽ culpe ⁊ pene nõ aũt euchariſtia. Et baptiſ-
mus dat̃ hoĩ q̃i cõmorienti xp̃o. eucharistia aũt q̃i nutri
endo ⁊ pficiẽdo p̃ xp̃m. vñ nõ ẽ ſilis rõ. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ a-
lia ſacrificia ⁊ oblatões nõ opabant̃ remiſſionẽ tot⁹ pene
neqꝫ q̃tũ ad q̃titatẽ oblati. ſic hoc ſacr̃m. neqꝫ q̃tũ ad de
uotõeꝫ hoĩs ex q̃ contingit ꝙ etiam hic non tollitur tota
pena. ¶ Ad. iij. dđ. quod hoc quod tollit̃ pars pene ⁊ non
tota pena p̃ hoc ſacramentum non contingit ex defectu ṽ
tutis xp̃i. ſed ex defectu deuotionis humane.

## Ad ſextum ſic procedit

Videt̃ ꝙ p̃ hoc ſacramentum non pſuet̃ homo a peccã-
tis futuris. Multi. n. digne ſumentes hoc ſacramentũ po
ſtea in peccatum cadunt. quod non accideret ſi hoc ſacr̃m
pſuaret a peccatis futuris. nõ g̃ effectus huius ſacr̃i ẽ a
peccatis futuris pſuari. ¶ Pre. eucharistia ẽ ſacr̃m cha-
ritatis. ſꝫ charitas nõ videt̃ pſuare a pctĩs futuris. q꞉ ſeĩ
habita põt amitti p̃ pctm̃. vt in. ij. pte habitum eſt. g̃ vi-
det̃ ꝙ nec hoc ſacramentum pſuet hoĩeꝫ a pctĩs. ¶ Pre.
origo pcti in nobis eſt lex peccati que eſt in membris nr̃is.
vt pꝫ per apl'm ad Roma. vij. Sed mitigatio fomitis q̃ ẽ
lex peccati non ponit̃ effectus huius ſacramẽti. ſed magis
baptiſmi. g̃ pſuare a peccatis futuris non eſt effectus hu
ius ſacramenti. ¶ Sed ꝯ eſt quod dominus dixit Joh.
vi. hic eſt panis de celo deſcendens ſi quis ex eo manduca
uerit non moriet̃. Quod quidem manifeſtum eſt non in-
telligi de morte corpali. g̃ intelligit̃ ꝙ hoc ſacramentũ pſ-
uet a morte ſpũali que eſt p̃ peccatum. ¶ Rñ. dđ. ꝙ pec
catum eſt quedam mors ſpũalis aĩe. vnde hoc mõ pſuat̃
aliquis a peccato futuro. quo preſeruatur corpus a morte
futura. Quod quidem fit dupliciter. Vno modo inq̃tuꝫ
natura hominis roborat̃ contra interiora corruptiua. ⁊ ſic
preſeruatur a morte per cibum ⁊ medicinam. Alio modo
per hoc ꝙ munit̃ homo contra exteriores impugnationes
⁊ ſic pſeruat̃ per arma quibꝫ munit̃ homo. vtroqꝫ aũt mõ
hoc ſacr̃m pſuat a pctõ. Nã pmo q̃dem p̃ hoc ꝙ xp̃o ꝯiũ-
git̃ p̃ grãm roborat ſpũalẽ vitã hoĩs. tanqꝫ ſpũalis cibꝫ ⁊
ſpiritualis medicina. ſm̃ illud ps. panis cor hominis cõ
firmat. ⁊ Aug. dicit ſuper Joh. Securus accede panis eſt
nõ venenũ. alio mõ inq̃tũ ſignũ ẽ paſſiõis xp̃i p̃ quã victi

ſunt demones. repellit.n.oẽꝫ demonũ impugnatõem.vñ Criſo.dicit ſup Ioh.vt leones flãma ſpirãtes ſic ab illa mẽſa diſcedimꝰ terribiles effecti dyabolo. ¶ Ad.i.ḡ dõ.ꝙ effectꝰ hꝰ ſacti recipit̃ in hoĩe ſm hoĩs ꝯditõeꝫ. ſicut ꝯtigit de q̃libet cã actiua ꝙ eiꝰ effectꝰ recipit̃ in mã ſm modũ ma terie. hõ aũt in ſtatu vie ẽ hmõi ꝯditõis ꝙ eius liberꝫ arbi triũ põt flecti in bonũ ⁊ in malũ. vñ lꝫ hoc ſacĩm q̃ꝫtũ de ſe ẽ habeat virtutẽ ꝓſuatiuã a pctõ. nõ tñ aufert hoĩ poſſibili tatẽ peccãdi. ¶ Ad.ij.dõ.ꝙ etiã charitas q̃ꝫtũ de ſe ẽ ꝓſer uat hoĩeꝫ a pctõ. ſm illud.i.Coꝛ.xiij.dilectio ꝓxĩ malum nõ opat̃. ſꝫ ex mutabilitate liberi arbitrij ꝯtigit ꝙ aliq̃s ꝑ hitã charitatẽ peccat. ſicut ⁊ poſt ſuſceptõeꝫ hꝰ ſacti. ¶ Ad iij.dõ.ꝙ lꝫ hoc ſacĩm nõ directe oꝛdinet̃ ad diminutõem fomitis. diminuit tñ fomitẽ ex q̃dã cõſequẽtia. inq̃ꝫtũ au get charitatẽ. qꝛ ſicut dicit Aug.i li.lxxxiij.q. augmentuꝫ charitatis eſt diminutio cupiditatis directe aũt cõfirmat coꝛ hoĩs in bono. ꝑ quod etiã pꝛeſuat̃ hõ a pctõ.

## Ad ſeptimũ ſic pꝛoceditur

Videt̃ ꝙ hoc ſacĩm nõ ꝓſit niſi ſumẽti. hoc.n.ſacĩm ẽ vni us generis cũ alijs ſactis vtpote alijs condiuiſuꝫ. ſed alia ſacta nõ ꝓſunt niſi ſumẽtibꝫ. ſic effectũ baptiſmi nõ ſuſci pit niſi baptiſatꝰ. ḡ nec hoc ſacĩm ꝓdeſt alijs niſi ſumẽti. ¶ Pꝛe. effectꝰ hꝰ ſacti ẽ adeptio gr̃e ⁊ glĩe ⁊ remiſſio cul pe ad minus venial̃. Si ḡ hoc ſacĩm hrẽt effectuꝫ in alijs quã in ſumẽtibꝫ poſſet contigere ꝙ aliq̃s adipiſceret̃ glĩaꝫ ⁊ grãꝫ ⁊ remiſſionẽ culpe abſqꝫ actõne vel paſſione ꝓpꝛia alio offerẽte vel ſumẽte hoc ſacĩm. ¶ Pꝛe. mltiplicata cã effectꝰ multiplicat̃. ſi ḡ hoc ſacĩm ꝓdeſt alijs q̃ꝫ ſumentibꝫ ſeq̃ret̃ ꝙ magꝰ ꝓdeſſet alicui ſi ſumeret hoc ſacĩm i mul tis hoſtijs i vna miſſa cõſectis. qḋ nõ hꝫ eccl̃ie ꝯſuetudo. vt.ſ.multi cõicẽt ꝓ alicꝰ ſalute. nõ ḡ videt̃ ꝙ hoc ſacĩm ꝓ ſit niſi ſumẽti. ¶ Sꝫ ꝯ̃ ẽ ꝙ i celebratõe hꝰ ſacti fit ꝓ mltꝭ alijs deꝓcatio qḋ fruſtra fieret niſi hoc ſacĩm alijs ꝓdeſſet hoc ḡ ſacĩm ñ ſolũ ſumẽtibꝫ ꝓdeſt. ¶ Rñ.dõ.ꝙ ſic pꝛiꝰ dictũ ẽ. hoc ſacĩm nõ ſolũ ẽ ſacĩm ſꝫ etiã ẽ ſacrificiũ. inq̃ꝫ tũ.n.i hoc ſacto repñtat̃ paſſio xp̃i q̃ xp̃s obtulit ſe hoſtiã deo. vt dꝛ ad Ephe.v.hꝫ rõeꝫ ſacrificij. inq̃ꝫtũ vero i hoc ſa cramẽto tradit̃ inuiſibil̃ gr̃a ſub viſibili ſpẽ hꝫ rõem ſacti. ſic ḡ hoc ſacĩm ſumẽtibꝫ q̃dẽ ꝓdeſt ꝑ modũ ſacti ⁊ ꝑ mo dũ ſacrificij. qꝛ ꝓ oĩbꝫ ſumẽtibꝫ offert̃. dꝛ.n.i canõe miſſe q̃tq̃t ex hac altaris ꝑticipatõe ſacroſcĩm coꝛpꝰ ⁊ ſanguineꝫ filij tui ſumpſerimꝰ oĩ bñdictõe celeſti ⁊ gr̃a repleamur. Sꝫ alijs q̃ nõ ſumũt ꝓdeſt ꝑ modũ ſacrificij inq̃ꝫtũ ꝓ ſalu te eoꝝ offert̃. vñ ⁊ in canõe miſſe dꝛ memẽto dñe famuloꝝ famularũq̃ꝫ tuaꝝ ꝓ q̃bꝫ tibi offerimꝰ hoc ſacrificiũ laudiſ ꝓ ſe ſuiſqꝫ oĩbꝫ. ꝓ redẽptõe aĩaꝝ ſuaꝝ. ꝓ ſpe ſalutis ⁊ ico lumitatis ſue. ⁊ vtrũqꝫ modũ dñs exꝓmit. ꝺ. Math.xxvi q̃ ꝓ vob.ſ.ſumẽtibꝫ ⁊ ꝓ mltis alijs effundet̃ i remiſſionẽ pctõꝝ. ¶ Ad.i.ḡ dõ.ꝙ hoc ſacĩm ꝑ alijs hꝫ ꝙ ẽ ſacrificiũ ⁊ iõ nõ ẽ ſile. ¶ Ad.ij.dõ.ꝙ ſic paſſio xp̃i ꝓdeſt q̃dẽ oĩbꝫ ad remiſſionẽ culpe ⁊ adeptõeꝫ gr̃e ⁊ glĩe. ſꝫ effectũ non hꝫ niſi i ill̃ q̃ paſſioni xp̃i cõiũgunt̃ ꝑ fidẽ ⁊ charitatẽ ita etiã hoc ſacrificiũ qḋ ẽ mẽoꝛiale dñice paſſionis nõ hꝫ effectũ niſi in ill̃ q̃ cõiungunt̃ huic ſacto ꝑ fidem ⁊ charitatẽ. vñ Aug. dicit ad renatũ. q̃s offerat coꝛpꝰ xp̃i niſi ꝓ hiis q̃ ſũt mẽbꝛa xp̃i. vñ ⁊ in canõe miſſe nõ oꝛat̃ ꝓ hiis q̃ ſunt extra eccl̃aꝫ. ill̃ tñ ꝓdeſt plꝰ vel minꝰ ſm modũ deuotõis eoꝝ ¶ Ad.iij.dõ.ꝙ ſumptio ꝑtĩet ad rõeꝫ ſacti. ſꝫ oblatio ꝑtĩet ad rõeꝫ ſacrificij. ⁊ iõ ex hoc ꝙ aliq̃s ſumit coꝛpꝰ xp̃i vel etiã plures nõ accreſcit alijs iuuamẽtũ. Silr̃ etiã nec q̃ ex hoc ꝙ ſacerdos plꝛes hoſtias cõſecrat i vna miſſa nõ mul tiplicat̃ effectꝰ hꝰ ſacti. qꝛ nõ ẽ niſi vnũ ſacrificiũ. nihil.n. virtutis plꝰ ẽ in multis hoſtijs cõſectis q̃ꝫ i vna. cuꝫ ſub oĩbꝫ ⁊ ſub vna nõ ſit niſi totꝰ xp̃s. vñ nec ſi aliq̃s ſil̃ i vna miſſa multas hoſtias conſecratas ſumat ꝑticipabit maio rẽ effectũ ſacti. in pluribus vero miſſis multiplicat̃ ſacri ficij oblatio. ⁊ iõ multiplicat̃ effectꝰ ſacrificij ⁊ ſacramẽti.

## Ad octauuꝫ ſic pꝛoceditur

Videt̃ ꝙ ꝑ veniale pctĩn nõ ĩpediat̃ effectꝰ hꝰ ſacti. dic.n. Aug. ſup illud Ioh.vi. Si q̃s ex ipõ mãducauerit panẽ celeſtẽ ſpũalit̃ mãducãte. inocẽtiã ad altare poꝛtãte. pctã ⁊ ſi ſint q̃ttidiana nõ ſunt moꝛtifera. ḡ pꝫ ꝙ q̃tidiana pctã q̃ dicunt̃ venialia ſpũalẽ mãducatõeꝫ nõ ĩpediũt. ſꝫ ſpũa lit̃ mãducãtes effectũ hꝰ ſacti ꝑcipiũt. ḡ pctã venialia nõ ĩpediũt effectũ hꝰ ſacti. ¶ Pꝛe. hoc ſacĩm nõ ẽ minoꝛis vir tutis quã baptiſmꝰ ſꝫ effectũ baptiſmi impedit ſola fictio ad quã nõ ꝑtinẽt pctã venialia. qꝛ ſic dꝛ Sap.i. Spũs di ſcipline effugiet fictũ q̃ tñ ꝑ pctã venialia nõ fugat̃. ḡ neqꝫ effectũ hꝰ ſacti ĩpediũt pctã venialia. ¶ Pꝛe. nihil qḋ re mouet̃ ꝑ actõeꝫ alicꝰ cãe põt ĩpedire eius effectũ. ſꝫ pctã ve nialia tollunt̃ ꝑ hoc ſacĩm. ḡ nõ ĩpediũt eiꝰ effectũ. ¶ Sꝫ ꝯ̃ ẽ qḋ Dam. dic in.iiij.li. ignis eius qḋ ĩ nob ẽ deſiderij aſſumẽs cã q̃ ex carbone.i.hoc ſacto ignitõeꝫ cõburet nr̃a pctã ⁊ illuminabit coꝛda nr̃a vt ꝑticipatõe diuini ignis igniamur ⁊ deificemur. ſꝫ ignis nr̃i deſiderij vl̃ amoꝛis ĩpe dit̃ ꝑ pctã vẽialia q̃ ĩpediũt feruoꝛẽ charitatis. vt i.ij.pre hitũ ẽ. ḡ pctã vẽialia ĩpediũt effectũ hꝰ ſacti. ¶ Rñ.dõ.ꝙ pctã venialia duplr̃ accipi pñt. vno mõ ꝓut ſunt ꝑterita. alio õm ꝓut ſunt actu exercitata. Pꝛio q̃dẽ mõ pctã vẽia lia nullo mõ ĩpediũt effectũ hꝰ ſacti. põt.n.ꝯtigere ꝙ aliq̃s poſt multa pctã ꝯmiſſa vẽialia deuote accedit ad hoc ſacĩꝫ ⁊ plenarie ꝯſeq̃t̃ effectũ hꝰ ſacti. Scdo mõ pctã vẽialia ñ ex toto ĩpediũt effectũ hꝰ ſacti ſꝫ ex ꝑte. dictũ ẽ.n.ꝙ effectꝰ hꝰ ſacti nõ ſolũ ẽ adeptio hitual̃ gratie vel charitatis. ſed etiã q̃dã actual̃ refectio ſpũal̃ dulcedĩs. q̃ ĩpedit̃ ſi aliquis accedit ad hoc ſacĩm mẽte diſtracta ꝑ pctã vẽialia. nõ aũt tollit̃ augmẽtũ gratie hitual̃ vel charitatis. ¶ Ad.i.ḡ dõ. ꝙ ille q̃ cũ actu venialis pcti ad hoc ſacĩm accedit hitualit̃ q̃dẽ mãducat ſpũalit̃ ſꝫ nõ actualiter. ⁊ iõ hitualẽ effectũ hꝰ ſacti ꝑcipit. nõ aũt actualẽ. ¶ Ad.ij.dõ.ꝙ baptiſmus nõ ita oꝛdinat̃ ad actualẽ effectũ.i.ad feruoꝛẽ charitatis. ſi cut hoc ſacĩm. nã baptiſmus ẽ ſpũalis regñatio ꝑ quã ac q̃rit̃ pꝛima ꝑfectio q̃ ẽ hitus vel foꝛma. hoc aũt ſacmentuꝫ ẽ ſpũal̃ manducatio q̃ hꝫ actualẽ delectatõeꝫ. ¶ Ad.iij. dõ.ꝙ rõ illa ꝓcedit de venialibꝫ preteritis q̃ ꝑ hoc ſacramẽ tum tollunt̃.

LXXX.

## Deinde ꝯſiderãdum

eſt de vſu hꝰ ſacramenti. Et pꝛimo in cõi. Se cundo quõ xp̃s ẽ vſus hoc ſacramento. Circa pꝛimum querunt̃ duodecim. Pꝛimo vtrũ ſunt duo mo di manducandi hoc ſacramentum.ſ.ſacrãliter ⁊ ſpũaliter Secundo vtrum ſoli homini conueniat manducare ſpũ aliter. Tertio vtrum ſolius hoĩs iuſti ſit mãducare ſacra liter. Quarto vtrum pctõꝛ manducans ſacrãliter peccet. Quinto de q̃ꝫtitate huius pcti. Sexto vtrum pctõꝛ acce dens ad hoc ſacramẽtum ſit repellendus. Septio vtꝝ no cturna pollutio impediat hoĩeꝫ a ſumptõe hꝰ ſacramenti. Octauo vtꝝ ſit ſolũ a ieiunis ſumendũ. Nono vtꝝ ſit ex hibendũ non hñtibus vſum rõis. Decio vtꝝ ſit q̃ttidie ſu mendũ. Undecimo vtꝝ liceat oĩo abſtinere. Duodecimo vtꝝ liceat accipe coꝛpus ſine ſanguine.

## Ad primum ſic procedit

Videt ꝙ nō debeāt diſtingui duo modi corp⁹ xp̄i mādu-
cādi. ſ. ſpūalit ⁊ ſacřalit. ſic. n. baptiſm⁹ ē ſpūalis regñatio.
ſm illud Ioh. iij. niſi qs renatus fuerit ex aq̄ ⁊ ſpūſcō ⁊c.
ita etiā hoc ſacřm ē cibꝰ ſpūalis. vn̄ dn̄s loquēs de hoc ſa-
cramēto dic. Ioh. vi. verba q̄ ego locut⁹ ſum vobis. ſpūs
⁊ vita ſunt. ſ; circa baptiſmū nō diſtinguit duplex mod⁹
ſumēdi. ſ. ſacřal' ⁊ ſpūalis. ḡ neqꝫ circa hoc ſacřm d; hec di-
ſtinctio adhiberi. ¶ Pre. ea q̄ꝝ vnū ē ꝓpter alteꝝ non de-
bent ab inuicē diſtingui. q2 vnū ab alio ſpēꝫ trahit. ſ; ſacř-
mental' māducatio ordinat ad ſpūalē ſic ad finē. nō ḡ d;
ſacřalis māducatio ꝯ ſpūalē diuidi. ¶ Pre ea q̄ꝝ vnum
nō pōt eſſe ſine altero nō debēt ꝯ ſe diuidi. ſ; videt ꝙ nul-
lus poſſit māducare ſpūalit niſi etiā ſacřaliter māducet.
alioqn antiq p̄rēs hoc ſacřm ſpūalit māducaſſent. fruſtra
etiā eſſet ſacrālis māducatio ſi ſine ea ſpūalis eſſe poſſet.
nō ḡ ꝯuenieter diſtinguit duplex māducatio. ſ. ſacrālis ⁊
ſpūalis. ¶ S; ꝯ ē qꝺ ſup illud. i. Cor. xi. qui māducat ⁊
bibit indigne. dic glo. duos eſſe dicim⁹ modos māducā-
di. vnū ſacrālem ⁊ aliū ſpūalē. ¶ Rn̄ dō. ꝙ in ſumptōe
h⁹ ſacři duo ſunt ꝯſiderāda. ſ. ipm ſacřm ⁊ effect⁹ ipius d̄
q̄ꝝ vtroqꝫ ſup̄ iā dictū ē. ꝑfectus ḡ modus ſumēdi hoc ſa-
cramentū ē qn̄ aliqs hoc ſacřm ita ſuſcipit ꝙ ꝑcipit ei⁹ ef-
fectū. ꝯtigit aūt qn̄; ſic ſup̄. d. ē. ꝙ impedit aliqs a ꝑcipiē-
do effectū h⁹ ſacři. ⁊ tal' ſumptio h⁹ ſacři ē impfecta. ſic ḡ i-
pfectū ꝯ pfectū diuidit. ita ſacřal' māducatio ꝑ quā ſumi-
tur ſolū ſacřm ſine effectu ipius diuidit ꝯtra ſpūalē man-
ducatōeꝫ ꝑ quā aliqs ꝑcipit effectū ſacři q̄ ſpūalit hō xp̄o
ꝯiungit ꝑ fidē ⁊ charitatē. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ etiā circa bap-
tiſmū ⁊ alia hmōi ſacřa ſilis diſtinctio adhibet. nā qdā ſu-
ſcipiūt tm̄ ſacřm. qdā vero ſacřm ⁊ rē ſacři. In hoc tn̄ dif-
fert. q2 cū alia ſacřa ꝑficiant in vſu materie. ꝑcipe ſacřm ē
ipa pfectio ſacři. hoc aūt ſacřm ꝑficit in cōſecratōe mate-
rie. ⁊ iō vterqꝫ vſus ē ꝯn̄s hoc ſacřm. i baptiſmo āt ⁊ aliqs
ſacřis caracterē imprimētibꝰ illi q̄ accipiūt ſacřm recipiūt
aliquē ſpūalē effectū. ſ. caracterē qꝺ nō accidit i hoc ſacřo
⁊ iō magis in hoc ſacřo diſtinguitur vſus ſacřal' a ſpūali
quā in baptiſmo. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ſacřal' māducatio q̄ ꝑ-
tigit ad ſpūalē nō diuidit ꝯtra ſpūalē ſ; includit ab ea. ſ;
illa ſacřal' māducatio ꝯtra ſpūalē diuidit q̄ effectū nō con-
ſequit ſicut ipfectū qꝺ nō ꝑtigit ad ꝑfectōeꝫ ſpēi diuidit
ꝯ pfectū. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ ſicut ſup̄. d. ē. effect⁹ ſacři pōt ab
aliq̄ ꝑcipi ſi ſacřm habeat in voto qꝫuis nō habeat in re. ⁊
ſicut aliq̄ baptiſant baptiſmo flāmis ꝓpt deſideriū bap-
tiſmi añqꝫ baptiſent baptiſmo aq̄. ita etiā aliq̄ māducāt
ſpūalit hoc ſacřm añqꝫ ſacrālit ſumāt. ſ; hoc ꝯtigit dupl'r.
Vno mō ꝓpt deſideriū ſumēdi hoc ſacřm. ⁊ hoc mō dicū-
tur baptizari ⁊ māducare ſpūalit ⁊ nō ſacřalit illi q̄ deſi-
derāt ſumere hec ſacřa iā īſtituta. Alio mō ꝓpt figurā. ſic
dic apl'us. i. Cor. x. ꝙ antiq p̄rēs baptizati ſunt in nube ⁊
mari. ⁊ ſpūalē eſcā māducauerūt ⁊ ſpūalem potū biberūt.
Nec tn̄ fruſtra adhibet ſacrāl' māducatio. q2 pleni⁹ induc̄
ſacramenti effectum ipſa ſacramenti ſuſceptio qꝫ ſolū deſi-
derium. ſicut ſup̄ circa baptiſmū dictum eſt.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videt ꝙ nō ſoli⁹ hoīs ſit hoc ſacřm ſumere ſpūalit ſ; etiā
angeloꝝ. q2 ſup illud p̄s. panē āgeloꝝ māducauit hō. dic
g'o. i. corp⁹ xp̄i q̄ vere ē cibꝰ āgeloꝝ. ſ; hoc nō eēt ſi angeli
ſpūalit xp̄m nō māducarēt. ḡ āgeli xp̄m ſpūalit māducāt.
¶ Pre. Aug. dic ſup Ioh. hūc cibū ⁊ potū vult intelli-
gi corpis ⁊ mēbroꝝ ſuoꝝ. qꝺ ē eccl'a in p̄deſtinatis. ſed ad
iſtā ſocietatē nō ſolū ꝑtinēt hoīes ſ; etiā āgeli. ḡ ſci ange-
li ſpūalit māducāt. ¶ Pre. Augu. dic in li. de verbis dn̄i
ſpūaliter māducādus ē xp̄s. qm̄ ipe dic. q̄ māducat carnē
meā ⁊ bibit meū ſanguinē in me manet ⁊ ego in eo. ſ; hoc
ꝯueit nō ſolū hoībꝰ ſ; etiā ſcis angel' in qbꝰ ꝑ charitatē ē
xp̄s ⁊ ipi in eo. ḡ videt ꝙ ſpūalit māducare nō ſolū ſit ho-
minū ſ; etiā āgeloꝝ. ¶ S; ꝯ ē qꝺ Aug. ſup Ioh. dic. pa-
nē de altari ſpūalit māducare ē innocētiā ad altare appor-
tare. S; angeloꝝ nō ē accedere ad altare tāqꝫ aliqd inde
ſumpturi. ḡ āgeloꝝ nō ē ſpūalit māducare. ¶ Rn̄. dō. ꝙ
in hoc ſacřo ꝯtinet ipe xp̄s. nō qdē in ſpē ꝓpria ſed in ſpē
ſacři. Dupl'r ḡ ꝯtigit māducare ſpūaliter. Vno mō ipſu;
xp̄m ꝓut in ſua ſpē ꝯſiſtit. ⁊ hoc mō āgeli māducāt ipſum
xp̄m ſpūalit inqꝫtū ei vniunt fruitōe charitatis ꝑfecta. ⁊
viſione manifeſta quē panē expectam⁹ in patria. nūc ꝑ fi-
dem ſic nos ei vnimur. Alio mō ꝯtigit ſpūalit māducare
xp̄m ꝓut ē ſub ſpēbꝰ h⁹ ſacři. inqꝫtū aliqs in xp̄m credit cū
ꝺſiderio ſumēdi hoc ſacřm. ⁊ hoc nō ſolū ē māducare xp̄;
ſpūalit ſ; etiā corpaliter māducare hoc ſacřm qꝺ nō ꝯpetit
angel'. ⁊ iō āgeli ⁊ ſi ſpūalit māducēt xp̄m nō ꝯueit tn̄ eis
ſpūaliter māducare hoc ſacřm. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ ſumptio
xp̄i ſub hoc ſacřo ordinat ſic ad finē ad fruitōeꝫ patris q̄ an-
geli eo fruunt. ⁊ q2 ea q̄ ſunt ad finē deriuāt a fine. inde ē
ꝙ iſta māducatio xp̄i q̄ eū ſumim⁹ ſub hoc ſacřo q̄dāmō
deriuant ab illa māducatōe q̄ āgeli fruunt xp̄o in patria.
⁊ iō d̄r hō māducare panē āgeloꝝ. q2 p̄rio ⁊ principalit ē
angeloꝝ q̄ eo fruunt in ꝓpria ſpē. ſcd̄ario aūt ē hoīm. qui
xp̄m ſub ſacřo accipiūt. ¶ Ad. ij. dō ꝙ ad ſocietatē corpo-
ris myſtici ꝑtinēt qdē ⁊ hoīes ꝑ fidē. āgeli aūt ꝑ manife-
ſtā viſionē. ſacřa aūt ꝓportionant fidei ꝑ quā veritas vi-
det in ſpeculo ⁊ in enigmate. ⁊ iō hic ꝓprie loquēdo nō an-
gel' ſ; hoībꝰ ꝯuenit ꝓprie māducare hoc ſacřm ſpūalit.
¶ Ad. iij. dō. ꝙ xp̄s manet in hoībꝰ ſm p̄ntē ſtatū ꝑ fidē. ſ;
in āgelis ē ꝑ manifeſtā viſionē. ⁊ iō nō ē ſile. ſic. d. eſt.

## Ad tertiu; ſic proceditur

Videt ꝙ null⁹ poſſit māducare xp̄m ſacrāliter niſi hō iu-
ſtus. Dic. n. Aug. in li. d̄ remedio pn̄ie. vt q̄d paras den-
tē ⁊ ventrē crede ⁊ māducaſti. credere. n. in eū hoc ē panē
viuū māducare. ſ; pctōr nō credit in eū. q2 nō h; fidem for-
matam ad quā ꝑtinet credere in deum. vt in ſcd̄a pte hi-
tum eſt. ḡ pctōr non poteſt manducare hoc ſacramentum
qui eſt panis viuus. ¶ Pre. hoc ſacramentū d̄r eē maxi-
me ſacramentum charitatis. vt ſup̄ dictu; eſt. ſed ſicut in-
fideles priuant fide. ita omnes peccatores ſunt p̄uati cha-
ritate. infideles aūt nō vident poſſe ſumere ſacrāliter hoc
ſacramentum. cum in forma h⁹ ſacramenti dicat myſteri-
um fidei. ḡ pari rōne nec aliquis pctōr poteſt corpus chri-
ſti ſacrāliter māducare. ¶ Pre. Pctōr magis abhōiabilis
ē deo quā creatura irrōalis. d̄r. n. in p̄s. de hoīe pctōre. ho-
mo cū in honore eſſet nō intel. ꝯpa. eſt. iu. inſi. ⁊ ſi. fa. eſt il-
lis. ſ; aīal brutu;. puta mus aut canis nō pōt ſumere hoc
ſacramentum. ſicut etiā nō pōt ſumere hoc ſacramentu;
baptiſmi. ḡ videt ꝙ pari rōe neqꝫ peccatores hoc ſacřmen-
tū māducāt. ¶ S; ꝯ ē qꝺ ſup illud Ioh. vi. vt ſi qs ex ip-
ſo māducauerit nō morietur. dic Aug. multi d̄ altare accipi-
unt ⁊ accipiēdo moriunt. vn̄ ⁊ apl's. iudiciū ſibi māducat
⁊ bibit. ſ; nō moriunt ſumēdo niſi pctōres. ḡ pctōres cor-
pus xp̄i ſacrālit māducāt. ⁊ nō ſolū iuſti. ¶ Rn̄. dō. ꝙ cir-
ca hoc quidā antiq errauerūt dicentes ꝙ corp⁹ xp̄i nec etiā
a pctōribꝰ ſacrālit ſumit. ſ; qꝫ cito labijs pctōꝝ contingit

tā cito ſub ſpēbꝫ ſacꝛalibꝫ deſinit eſſe corpus xp̄i. Sꝫ hoc ē erroneū. derogat. n. veritati hꝰ ſacꝛi ad qꝫ ptīt. ſic ſup̄. d. ē ꝙ manentibꝫ ſpēbꝫ corpꝰ xp̄i eſſe ſub eis nō deſinit. ſpēs aūt manet qꝫdiu ſubſtātia pāis maneret ſi ibi adeſſet. vt ſup̄ dictū ē. manifeſtū ē aūt ꝙ ſubſtantia panis ſumpta a pctōꝛe nō ſtati eſſe deſinit. ſꝫ manet qꝫdiu ꝑ calorē nālem digeraꝛ. vñ tā diu corpus xp̄i ſub ſpēbus ſacꝛalibꝫ manet a pctōꝛibꝫ ſumptis. Vñ dō. ē ꝙ pctōꝛ ſacꝛaliter corpus xp̄i māducare pōt. ⁊ nō ſolū iuſtus. Ad. i. ḡ dō. ꝙ verba illa ⁊ ſilia ſunt intelligēda de ſpūali māducatiōe. q̄ pctōꝛibus nō ꝯuenit. ⁊ iō ex ꝑuo intellectu hoꝝ verboꝝ videꝛ predictus erroꝛ ꝓceſſiſſe. dū neſcierūt diſtiguere inter ſpūalē ⁊ corꝑalē māducatōēꝫ. Ad. ij. dō. ꝙ etiā ſi infidelis ſumat ſpēs ſacꝛales corpus xp̄i ſub ſacꝛo ſumit. vñ manducat xp̄m ſacꝛaliter ſi li ſacꝛaliter determinat verbū ex parte māducati. ſi aūt ex pte māducātis tūc ꝓprie loquēdo non māducat ſacꝛaliter. qꝛ nō vtiꝛ eo qđ accipit vt ſacꝛo. ſꝫ vt ſimplici cibo. niſi forte infideꝛ intēderet recipe id qđ eccl̄a ꝯfert. lꝫ nō haberet fidē vt alij circa alios articulos vel circa hoc ſacꝛm. Ad. iij. dō. ꝙ ſi mus aut canis hoſtiā ꝯſecratā māducet ſubſtātia corꝑis xp̄i nō deſinit eſſe ſub ſpēbus qꝫdiu ſpēs ille manēt. hoc ē qꝫdiu ſubſtātia pāis maneret ſicetiā ſi ꝓijcereꝛ in lutū. nec hoc ꝯtigit i detrimentū dignitatis xp̄i q̄ voluit a pctōꝛibꝫ crucifigi abſqꝫ diminutione ſue dignitatis. p̄ſertim cū mus aut canis nō tāgat ipſum corpꝰ xp̄i ſcꝫm ꝓpriā ſpēꝫ. ſꝫ ſolū ſcꝫm ſpēs ſacꝛales. quidā aūt dixerūt ꝙ ſtati cū ſacꝛm tāgiꝛ a mure vel a cane deſinit eſſe corpus xp̄i. qđ etiā derogat veritati ſacꝛi. ſic ſup̄ dictū ē. Nec tñ dō. ē ꝙ aīal brutū ſacꝛaliter corpꝰ xp̄i māducet. qꝛ nō ē natū vti eo vt ſacꝛo. vñ nō ſacꝛaliter ſꝫ ꝑ accidēs corpus xp̄i māducat. ſic manducaret ille q̄ ſumeret hoſtiā ꝯſecratā qꝛ neſciēs eā eſſe ꝯſecratā. Et qꝛ illud qđ ē ꝑ accñs nō cadit in diuiſionē alicꝰ generis. iō hic modus māducādi corpꝰ xp̄i nō poniꝛ tertius p̄ter ſacꝛalē ⁊ ſpūalē

## Ad quartum ſic procedit

bio ſub pane intincto corpus xp̄i nō ſumpſit ſed ſimplicē
panē.ſignificaꝭ aūt fortaſſe vt Aug⁹ dicit ibidē per panis
intinctōꝫ fictio iude. vt eſſi inficiant nōnulla tinguntꝭ.ſi
aūt bonū aliqđ hec ſignat tinctio ſcꝫ dulcedinē bonitatis
diuine qꝛ panis ex ītinctōe ſapidioꝛ reddiꝭ eidē bono in/
gratū.nō inmerito ſecuta ē dampnatio.ꝛ ꝓpter hāc ingra
titudinē id qđ ē bonū factū ē ei malū.ſic accidit circa ſu/
mentes corpus xp̄i indigne ꝛ ſicut Aug⁹.ibidē dicit ītel/
ligendū ē ꝙ dn̄s iam antea diſtribuerat oībus diſcipulis
ſuis ſacramenta corꝑis ꝛ ſanguinis ſui: vbi ꝛ ipſe iudas
erat.ſicut lucas narrat.ac deinde ad hoc vētuꝫ ē.vbi ſm
narrationem Johannis dominus ꝑ bucellam intinctam
atq̄ʒ porrectam ſuū exprimit proditorem.

## Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Videꝭ ꝙ xp̄s ſumpſerit ꝛ dederit corpus ſuū diſcipulis
impaſſibile.qꝛ ſuꝑ illud Matt.xvij.trāſfiguratus ē ante
illos dicit quedā glo.illud corp⁹ qđ habuit ꝑ naturā de/
dit diſcipulis in cena.nō mortale ꝛ paſſibile.ꝛ Leuit.ij.
ſuꝑ illud.ſi oblatio tua fuerit de ſartagine dicit glo.crux
ſuꝑ omnia fortis carneꝫ xp̄i q̄ ante paſſionē nō videbaꝭ
eſui apta poſt aptā fecit.ſed chriſtus dedit corpus ſuum
vt aptum admanducandum .ergo dedit tale quale ha/
buit poſt paſſionē.ſ.impaſſibile ꝛ īmortale. Pre.omē
corpus paſſibile ꝑ cōtactū ꝛ māducatiōꝫ patiꝭ ſi ğ corp⁹
xp̄i erat paſſibile ꝑ cōtactū ꝛ cōmeſtionē diſcipuloꝝ paſ/
ſum fuiſſet. Pre.verba ſacramentalia nō ſunt maio/
ris virtutis quando ꝓferunꝭ a ſacerdote in ꝑſona xp̄i q̄ʒ
tunc qn̄ fuerūt ꝓlata ab ipſo xp̄o.ſʒ nūc virtute vborum
ſacramentaliū in altari cōſecraꝭ corp⁹ xp̄i impaſſibile ꝛ ī
mortale.ğ multomagis tūc. Sed ɔ̄ ē qđ ſicut innocē
tus tertius dicit tale corp⁹ tūc diſcipulis dedit.quale ha
buit.habuit aūt tūc corpus paſſibile ꝛ mortale.ğ corpus
paſſibile ꝛ mortale dedit diſcipulis. Rn̄.dđ. ꝙ Hu.
de.ſancto victore ſic poſuit.ꝙ xp̄s ante paſſionem diuer
ſis tꝑibus quattuoꝛ dotes corꝑis glorificati aſſumpſit.
ſ.ſubtilitatem in natiuitate qn̄ exiuit de clauſo vtero vir/
ginis.agilitateꝫ qn̄ ſiccis pedibus ambulauit ſuꝑ mare.
claritateꝫ ī transfiguratione.impaſſibilitatē ī cena qn̄ cor
pus ſuū tradidit diſcipulis ad manducādū ꝛ ſm hoc de
dit diſcipulis ſuis corp⁹ impaſſibile ꝛ īmortale.ſʒ q̄cq̄d
de alijs ſit de quibus ſuꝑ dictū ē q̄d ſentiri debeat circa
impaſſibilitatē tn̄ īpoſſibile ē eē qđ dꝛ.manifeſtū ē .n. ꝙ
idem verū corpus xp̄i erat qđ a diſcipulis tūc ī ꝓpria ſpe
cie videbatur.ꝛ in ſpecie ſacramenti ſumebatur.nō autē
erat īpaſſibile ſm ꝙ ī ꝓpria ſpē videbaꝭ.quīymo erat paſ/
ſioni paratū.vn̄ nec ipꝫ corp⁹ qđ ī ſpē ſacti dabaꝭ īpaſſi
bile erat.īpaſſibile tn̄ mō erat ſub ſpē ſacti qđ in ſe erat
viſibile.ſicut .n.viſio requirit cōtactū corꝑis qđ videꝭ a
circūſtantia ꝑ mediū viſionis ita paſſio requirit cōtactū
corꝑis qđ patiꝭ ad ea q̄ agūt.corpus aūt xp̄i ſm qđ ē ſub
ſacramēto nō cōꝑatur ad ea q̄ circūſtāt mediātib⁹ ꝓprijs
dimenſionib⁹.qb⁹ corꝑa ſe tangūt.ſʒ mediātibꝫ dimēſio
nibus ſpēꝝ panis ꝛ vini.ꝛ iō ſpēs ille ſūt q̄ patiunꭲ ꝛ vi
denꝭ nō aūt corp⁹ xp̄i. Ad.i.ğ dōm ꝙ xp̄s dr̄ nō dediſ
ſe in cena corpus ſuum mortale ꝛ paſſibile.qꝛ non dedit
corꝑali ꝛ paſſibili mō.crux aūt facit carneꝫ xp̄i aptā man
ducationi.ī quātū hoc ſacramētū repn̄tat paſſionē xp̄i.
Ad.ij.dōm ꝙ ratio illa procederet ſi corpus xp̄i ſicut
erat paſſibile ita paſſibili mō ſit ſub ſacramēto. Ad.iij.
dōm ꝙ ſicut ſuꝑ dictū eſt accidentia corꝑis xp̄i ſunt ſub
hoc ſacramēto.ex reali cōcomitātia nō aūt ex vi ſacramē
ti ex quo eſt ibi ſubſtātia corꝑis xp̄i.ꝛ iō virt⁹ verborū ſa/
cramentaliū ad hoc ſe extēdit vt ſit ſub hoc ſacramēto cor
pus xp̄i.ſ.quibuſcūq̄ʒ accidentib⁹ realiter ī eo exiſtētib⁹.

## Ad quartū ſic proceditur

Videꝭ ꝙ ſi hoc ſacꝫm tempe mortis xp̄i fuiſſet ſeruatū
in pixide vel ab aliq̄ aploꝝ cōſecratū nō ibi moreretur.
mors.n.xp̄i accidit per eius paſſionē ſʒ xp̄s īpaſſibili mō
etiā tūc erat in hoc ſacꝫo.ğ non poterat mori in hoc ſacꝫo.
Pre.in morte xp̄i ſepata fuit anima a corꝑe.ſed ī hoc
ſacramēto ſimul ē corpus xp̄i et ſanguis.ergo xp̄s in hoc
ſacramento nō moreꝛeꭲ. Pre.mors accidit ꝑ ſeꝑatio
nem anime a corꝑe.ſed ī hoc ſacꝫo cōtinetur tam corpus
q̄ʒ anima.ergo ī hoc ſacramēto nō poterat xp̄s mori.
Sʒ ɔ̄ ē ꝙ idē xp̄s qui erat ī cruce fuiſſet in ſacꝫo.ſed ī cru
ce moriebaꭲ.ergo ī hoc ſacꝫo reſuato moreꝛeꭲ. Rn̄.dōꝫ
ꝙ corpus xp̄i idē in ſubſtantia ē in hoc ſacramēto ꝛ in ꝓ
pria ſpē.ſed nō eodē mō.nā in ꝓpria ſpē cōtingit circūſtā/
tia corꝑi ꝑ proprias dimēſiōes.nō aūt ꝓut eſt ī hoc ſacra
mēto.vt ſupra dictū ē.ꝛ ideo q̄cq̄d ꝑtinet ad xp̄m ſm qđ
eſt in ſe pōt attribui ꝛ in ꝓpria ſpē ꝛ ī ſacramēto exiſtenti
ſicut viuere.dolere mori.aīatū vel īanimatū eē.ꝛ cetera
hmōi.q̄cūq̄ʒ vero cōueniūt ei ꝑ cōꝑationē ad corꝑa extri
ſeca poſſunt ei attribui in ꝓpria ſpē exiſtenti.nō aūt ꝓut ē
ī ſacꝫo.ſicut irrideri cōſpui ꝛ crucifigi flagellari et cetera
hmōi.vn̄ quidaꝫ metrice dixerūt. Pixide ſuato poterit
ſignificare dolorē Innatū.ſed nō illatus cōuenit illi.
Ad.i.ergo dđ.ſic dictū ē paſſio cōuenit corꝑi poſſe ꝑ cō/
ꝑationem ad agēs extrinſecū.ꝛ iō xp̄s ſm qđ ē ſub ſacra/
mēto pati nō pōt.pōt tamē mori. Ad.ij.dōm ꝙ ſicut
ſuꝑ dictū ē ſub ſpē panis ē corp⁹ xp̄i ex vi conſecrationis.
ſanguis aūt ſub ſpē vini.ſed nūc quidē qn̄ realiter ſang
uis xp̄i nō eſt ſeꝑatus ab eius corꝑe ex reali cōcomitātia
ꝛ ſanguis xp̄i eſt ſub ſpē panis ſil' cuꝫ corꝑe.ꝛ corp⁹ ſub
ſpē vini ſil' cū ſanguine. Sʒ ſi in tēꝑe paſſionis xp̄i qn̄ re
aliter ſanguis fuit ſeꝑatus a corꝑe fuiſſet hoc ſacramētū
conſecratum ſub ſpecie panis fuiſſet ſolū corp⁹.ꝛ ſub ſpe
cie vini fuiſſet ſolus ſanguis. Ad.iij.dōm ꝙ ſicut ſuꝑ
dictū ē anima xp̄i eſt in hoc ſacramēto ex reali cōcomitā/
tia.qꝛ nō eſt ſine corꝑe.n̄ aūt ex vi cōſecratiōis.ꝛ iō ſi tūc
fuiſſet hoc ſacramētū cōſecratū vel ꝑactum qn̄ aīa erat
realiter a corꝑe ſeꝑata nō fuiſſet aīa xp̄i ſub hoc ſacramē/
to.nō ꝓpter defectū virtutis verborum ſed ꝓpter aliaꝫ diſ
poſitionem rei.

Queſtio.LXXXII

## Deinde ɔſiderandūꝫ

eſt de miniſtro huius ſacramēti. Et circa hoc
querūtur decē. Pmo vtꝝ cōſecrare ſit ꝓpriuꝫ
ſacerdotis. Secūdo vtꝝ plures ſacerdotes ſil' poſſint eā
deꝫ hoſtiā cōſecrare. Tertio vtꝝ diſpenſatio hui⁹ ſacramē
ti ꝑtineat ad ſolū ſacerdotē. Quarto vtꝝ liceat ſacerdoti
ɔſecranti a cōmuniōe abſtinere. Quinto vtꝝ liceat ſacer
doti a celebratione abſtinere. Sexto vtrum ſacerdos pec
catoꝛ poſſit conficere hoc ſacꝫm. Septimo vtrum miſſa
mali ſacerdotis min⁹ valeat q̄ʒ boni. Octauo vtrū here/
tici ſciſmatici vel excommunicati poſſint cōficere hoc ſa
cramentum. Nono vtrum degradati. Decimo vtrum
peccent a talibus ɔmunionem recipientes.

## Ad primum ſic proceditꭲ

Videt̄ ꝙ cōſecratō huiꝰ ſacramēti nō ꝓprie ſit ſacerdotis dictū eſt enī ſup̄ ꝙ hoc ſacramētū cōſecratur v̄tute v̄boꝝ que ſunt forma huiꝰ ſacramēti. ſed illa v̄ba non mutant̄ ſiue dicātur a ſacerdote ſiue a q̄cūq; alio. ergo videt̄ ꝙ nō ſolum ſacerdos ſed etiā quilibet alius poſſit hoc ſacramētū cōſecrare. ¶ Pre. ſacerdos hac ſacramētū cōficit i pſona xp̄i. ſed laycus ſanctus eſt vnitus xp̄o p caritatē. ergo videt̄ ꝙ etiā laycus poſſit hoc ſacramētū conficere. vñ ⁊ Criſo. dicit ſup matthe. ꝙ omnis ſcs̄ eſt ſacerdos. ¶ Pre. ſicut baptiſmus ordinat̄ ad hominū ſalutē ita ⁊ hoc ſacramentū vt ex ſup̄ dictis patet. ſed etiaʒ laycus pōt baptiſare vt ſup̄ hitum eſt. ergo non ē ꝓpriū ſacerdotis ꝯficere hoc ſacramētū. ¶ Pre. hoc ſacramētū pficit̄ in cōſecratōe materie ſed alias materias cōſecrare ſcʒ criſma ⁊ oleū ſanctum et oleū bñdictū ptinet ad ſolū ep̄m quaꝝ tamen conſecratio non eſt tāte dignitatis ſicut cōſecratō eucariſtie. i qua eſt totus xp̄s ergo non eſt ꝓpriū ſacerdotis ſed ſolius ep̄i hoc ſacramētū ꝯficere. ¶ Sʒ cōtra eſt qđ Iſi. dic̄ in quadā ep̄la et habet̄ in decretis diſ. xv. ad pſbiterū ptinet ſacramētū corpis et ſanguinis domini in altare dei ꝯficere. ¶ Rñ dicēdū ſicut ſupra dictum eſt hoc ſacrm̄ ē tāte dignitatis qđ cōficit̄ niſi in pſona xp̄i quicunq; autem aliquid agit in perſona alterius oportet hoc fieri per poteſtateʒ ab illo cōceſſam. ſicut aūt baptiſato cōcedit̄ poteſtas ſumēdi hoc ſacramētū ita ſacerdoti cum ordinatur cōfertur poteſtas hoc ſacramētū conſecrandi in pſona xp̄i per hoc enim ponitur in gradu eorū quibꝫ dictū eſt a domino hoc facite in meā cōmemoratōnē et ideo dōm eſt ꝙ ꝓpriū eſt ſacerdotū conficere hoc ſacramētū. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ v̄tus ſacramentalis in pl̄ibus cōſiſtit et nō in vno tātum. ſicut virtus baptiſmi conſiſtit et in verbis ⁊ in aqua. vnde et v̄tus conſecratiua nō ſolū conſiſtit in ip̄is verbis ſed etiā in poteſtate ſacerdoti tradita in ſua conſecratione vel ordinatōne. cū ei dicit̄ ab ep̄o accipite poteſtatē offerēdi ſacrificiū in eccl̄ia tam p viuis q̄ȝ p mortuis. nam ⁊ virtus inſtrumentalis in pl̄ibus inſtrumentis conſiſtit. p que agit principale agens. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ laycus ſāctus vnitus ē xp̄o vnione ſpūali p fidē ⁊ caritatem. ⁊ iō habet ſpūale ſacerdotiū ad offerendū ſpūales hoſtias. de quibus dicitur in ps. ſacrificiū deo ſpūs cōtribulatꝰ. ⁊ cor contritum et ad Ro. xij. exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem vnde ⁊ prima Petri. ij. dicit̄ ſacerdotiū ſanctū offerre ſpirituales hoſtias. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ pceptō huiꝰ ſacramenti nō eſt tante neceſſitatis ſicut pceptō baptiſmi vt ex ſup̄ dictis patet et ideo licet neceſſitatis articulo laycus poſſet baptiſare non tamen pōt hoc ſacramētū conficere. ¶ Ad iiij. dōm ꝙ ep̄s accipit poteſtateʒ vt agat in pſona chriſti ſup̄ corpus eius miſticū id eſt ſup eccl̄iam quā quidē poteſtateʒ nō accipit ſacerdos in ſua conſecratōe. licet poſſit eā habere ex ep̄i cōmiſſione. et ideo ea que nō ptinent ad diſpoſitōnē corpis miſtici non reſeruant̄ ep̄o. ſicut conſecratō huiꝰ ſacramenti. ad ep̄m vero ptinet non ſolū tradere populo ſed etiā ſacerdotibꝫ ea quibꝫ poſſūt ex ꝓprijs offitijs vti. et quia benedictio criſmatis et olei ſācti ⁊ olei infirmoꝝ ⁊ alioꝝ que conſecrantur puta altaris eccl̄ie veſtium et vaſorum pſtant quādā ydoneitatē ad ſacramēta pficiēda que ptinēt ad officiū ſacerdotis ideo tales conſecratōnes ep̄o reſeruāt̄ tāq; principi eccl̄iaſtici ordinis.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Videtur ꝙ plures ſacerdotes nō poſſint vnā et eandem hoſtiam cōſecrare. dictū eſt enim ſup̄ ꝙ pl̄es non poſſunt vnū baptiſare. ſed non minor vis ē ſacerdotis cōſecrātis q̄ȝ hominis baptiſantis. ergo etiā non poſſunt plures vnā hoſtiam conſecrare. ¶ Pre. qđ pōt fieri p vnū ſupflue fit p plures. in ſacramētis aūt nihil debet eſſe ſupfluū. cum ergo vnꝰ ſufficiat ad cōſecrādū videt̄ ꝙ pl̄es nō poſſint vnā hoſtiā cōſecrare. ¶ Pre. ſicut dicit Augꝰ. ſup Io hoc ſacramētū eſt ſacramētū vnitatis. ſed cōtrariū vnitati videt̄ eſſe multitudo. ergo non videt̄ eſſe cōueniēs huic ſacramēto ꝙ plures ſacerdotes eandē hoſtiā cōſecrent. ¶ Sed contra ꝙ ſm̄ cōſuetudinē quarūdam eccl̄iaꝝ ſacerdotes cum de nouo cōſecrant̄ ꝯcelebrant ep̄o ordināti. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſup̄ dictum ē ſacerdos cū ordinat̄ ꝯſtituit̄ i gradu eorū qui a dño acceperunt poteſtatē cōſecrādi in cena. ⁊ ideo ſm̄ cōſuetudinē quarūdaʒ eccl̄iarū ſicut ap̄li xp̄o cenanti cōcenauerunt ita noui ep̄i ep̄o ordināti cōcelebrant nec per hoc iterat̄ cōſecratō ſup eadem hoſtiā. quia ſicut Innocentius tertius dicit. intentō debet fieri ad idē inſtās cōſecrationis. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ xp̄s non legit̄ ſimul baptiſaſſe cū ap̄lis. quādo iniunxit eis offitiū baptiſandi. et ideo non eſt ſimilis ratō. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſi quilibet ſacerdos oparet̄ in virtute ꝓpria ſupfluerēt alij celebrantes vno ſuffitiēter celebrāte. ſed quia ſacerdos non conſecrat niſi in pſona xp̄i multi autē ſūt vnū in xp̄o ideo nō refert vtrū p vnū vel multos hoc ſacramentū conſecret̄ niſi ꝙ oportet ritum eccl̄ie ꝯſeruari. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ eucariſtia eſt ſacramētū vnitatis eccl̄ie que attēdit̄ ſm̄ hoc ꝙ multi ſunt vnum in xp̄o.

## Ad tertiuʒ ſic proceditur

Videtur ꝙ nō ptineat ſolum ad ſacerdotem diſpēſatio huius ſacramenti. ſanguis enī xp̄i non ptinet minus ad hoc ſacramentū q̄ȝ corpꝰ. ſed ſanguis xp̄i diſpēſat̄ p dyacones. vnde et beatus Laurētiꝰ dixit beato ſixto. experire vtꝝ ydoneū miniſtrū elegeris cui cōmiſiſti dñici ſāguinis diſpenſatōnē. ergo pari rōne diſpēſatio dominici corpis nō ptinet ad ſolos ſacerdotes. ¶ Pre. ſacerdotes cōſtituunt̄ miniſtri ſacramētoꝝ. ſed hoc ſacramentū pficit̄ in conſecratōne materie non in vſu. ad quē ptinet diſpēſatō. ergo videt̄ ꝙ non ptineat ad ſacerdotē dñicū corpus diſpēſare ¶ Pre. Dyo. dicit in li. eccl̄iaſtice ierar. ꝙ hoc ſacramētum habet v̄tutē ꝑfectiuā. ſic et criſma. ſʒ ſignare criſmate baptiſatos non ptinet ad ſacerdotem ſed ad ep̄m. ergo et diſpenſare hoc ſacramentum ptinet ad ep̄m non ad ſacerdoteʒ. ¶ Sed cōtra eſt qđ dicit̄ de cōſe. diſ. ij. puenit ad noticiā noſtram. ꝙ quidā pſpiteri layco aut femine corpus domini tradunt ad deferendū infirmis. ergo interdicit ſynodus ne talis pſumptō vlteriꝰ fiat. ſed pſpiter per ſeip̄m infirmos cōmunicet. ¶ Rñ. dōm ꝙ ad ſacerdotē ptinet diſpenſatō corporis xp̄i ꝓpter tria. Primo quia ſic dictū eſt ipſe ꝯſecrat in pſona xp̄i ipſe autē xp̄s ſicut conſecrauit corpus ſuū in cena ita et alijs ſumendum dedit. vnde ſicut ad ſacerdotē ptinet conſecratō corpis xp̄i ita ad eum ptinet diſpenſatio. Secundo quia ſacerdos cōſtituit̄ medius inter deum et populū. vnde ſicut ad eum ptinet deo populi dona offerre. ita pertinet ad eum dona ſanctificata diuinitus populo tradere. Tertio quia in reuerentiā huius ſacramenti a nulla re ꝯtingitur niſi conſecrata. vnde et corpale et calix conſecrant̄. ſimiliter ⁊ manus ſacerdotis ad tāgendum hoc ſacramētū. vnde nulli alij licet tangere niſi in neceſitate puta ſi caderet in terrā vel in alia neceſſitatis cauſa. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ dyaconus quaſi ꝓpinquius ordini ſacerdotali aliquid pticipat

de eius officio.vt ſcʒ diſpenſet ſanguinē non autē corp⁹
niſi i neceſſitate iubēte pſpitero vł epo. Pꝛio quidē.quia
ſanguis xpi cōtinetur in vaſe.vñ non opoꝛtet ꝙ tangant̄
a diſpenſante ſicut tangitur coꝛpus xpi. Secūdo quia ſā-
guis deſignat redemptionē a xpo in populū deriuatam
vnde ⁊ ſanguini admiſcet̄ aqua que deſignat populū.et
quia dyaconi ſūt inter ſacerdotē ⁊ populū magis ↄuenit
dyaconibus diſpēſatō ſanguinis ꝗ̄ȝ diſpenſatō coꝛpoꝛis
¶ Ad.ij.dōm ꝙ eiuſdē eſt hoc ſacramētū diſpenſare et
conſeruare rōne iam dicta. ¶ Ad.iij.dōm ꝙ ſicut dyaco-
nus in aliquo pticipat illūīatiuā ↄ̄tutis ſacerdotis in-
quantū diſpenſat ſanguinē ita ſacerdos pticipat pfectiuā
virtutē epi inquātū diſpenſat hoc ſacramētū. quo pficit̄
homo ſm ſe per ↄparōnem ad xpm.alie aūt pfectōes qui-
bus homo perficit̄ per ↄparōneȝ ad alios epo reſuāt̄.

## Ad quartuȝ ſic proceditur

Uidetur ꝙ ſacerdos cōſecrās non teneat̄ ſumere hoc ſa-
cramētū in alijs eñ cōſecratōnibus ille qui cōſecrat ma-
teriā non vtit̄ ea.ſicut eps cōſecrās criſma non linit̄ eodē
ſed hoc ſacramētū cōſiſtit in cōſecratōne materie.ğ ſacer-
dos pficiēs hoc ſacramentū nō neceſſe habet vti eodē.ſed
pōt licite aſumptōne eius abſtinere. ¶ Pre.in alijs ſa-
cramentis miniſter non pbet ſacramētum ſibiipi.nullus
eñ ſeipm̄ baptiſare pōt vt ſup̄ habitū ē.ſed ſic baptiſm⁹
oꝛdinate diſpēſat̄ ita ⁊ hoc ſacramētū.ğ ſacerdos pficiēs
hoc ſacramētū nō debet ipm ſumere a ſeipo. ¶ Pre.cō-
tingit qñqȝ miraculoſe ꝙ coꝛp⁹ xpi in altari appet ſub ſpē
carnis.et ſanguis ſub ſpē ſanguis.que nō ſunt apta cibo
et potui.vñ ſicut ſup̄ dictū eſt ꝑpter hoc ſub alia ſpē tra-
dunt̄ ne ſit hoꝛroꝛ ſumentibꝫ.ğ ſacerdos cōſecrās nō ſēp
tenet̄ hoc ſacramētū ſumere. ¶ Sed cōtra eſt qꝺ in con-
cilio toletano legit̄.et habet̄ de ↄſe.diſ.ij.c.ꝑlatū.modis
omnibus tenēdum eſt vt quociēſcūqȝ ſacerdos ſacrificās
coꝛpus et ſanguinē domini noſtri ieſu xpi ī altari ymolat
tōnēs ꝑceptōne coꝛpis et ſanguinis pticipem ſe prebeat.
¶ Rñ.dōm ꝙ ſicut ſup̄ dictū eſt in eucbariſtia nō ſolū
eſt ſacramentū ſed etiā ſacrifitiū quicūqȝ aūt ſacrifitium
offert debet fieri ſacrificij pticeps.quia exterius ſacrificiū
qꝺ offertur ſignū eſt interioꝛis ſacrificij quo aliqs ſeipm
offert deo.vt dicit Aug⁹.x.de ci.dei.vñ p hoc ꝙ pticipat
ſacrifitio oſtenditur ad ſe ſacrifitiū interi⁹ ptinere ſimili-
ter etiā per hoc qꝺ ſacrifitiū populo diſpenſat oſtendit eē
ſe diſpenſatoꝛē diuinoꝝ populo.quoꝝ ipe primo debet
pticeps eſſe ſicut Dyo.dicit in li.eccl'iaſtice ierar.et ideo
añ debet ſumere ꝗ̄ȝ populo diſpenſare.vñ et in pdicto.c.
legit̄ quale eſt ſacrifitiū cui nec ipſe ſacrificans pticeps eē
dinoſcit̄ p hoc autē fit pticeps ꝙ de ſacrifitio ſumit ſm
illud prima Coꝛ.x.nōne qui edunt hoſtias pticipes ſunt
altaris et ideo neceſſe eſt ꝙ ſacerdos quociēſcūqȝ cōſecrat
ſumat hoc ſacramētū integre. ¶ Ad.j.ğ dōm ꝙ cōſecratio
criſmatis vel cuiuſcūqȝ alterius materie non eſt ſacrifitiū
ſicut ↄſecratio eucariſtie.et ideo nō eſt ſilis ratō. ¶ Ad.ij.
dōm ꝙ ſacrifitiū baptiſmi pficit̄ in ipo vſu materie.⁊ iō
nullus pōt baptiſare ſeipm quia in ſacramēto nō pōt eſſe
idem agens ⁊ patiēs.vnde nec in hoc ſacramēto ſacerdos
cōſecrat ſeipſū.ſed panē et vinū.in qua cōſecratōne pfici-
tur hoc ſacramētū.vſus aūt ſacramēti hui⁹ ē cōſequenter
ſe habens ad hoc ſacramētū.⁊ ideo ñ eſt ſimile. ¶ Ad
iij.dōm ꝙ ſi miraculoſe coꝛp⁹ chꝛiſti in altari ſub ſpē car-
nis appareat aut ſanguis ſub ſpē ſanguinis nō ē ſumēdū
dicit enim Hiero.ſuper leuit.de hac quidē hoſtia.que in
xpi ↄmemoꝛatōne mirabiliter fit.de illa vero quā chꝛiſt⁹
in ara crucis obtulit ſm ſe nulli edere licet.nec ꝑpter hoc
ſacerdos tranſgreſſoꝛ efficit̄.quia ea que miraculoſe fiunt
legibus nō ſubdunt̄.ↄcedēdum tñ eſſet ſacerdoti ꝙ itera-
to coꝛpus ⁊ ſanguinē dñi cōſecraret et ſumeret.

## Ad quintuȝ ſic proceditur

Uidetur ꝙ malus ſacerdos eucariſtiā cōſecrare nō poſſit
dicit enim Hiero.ſup ſophoniam ſacerdotes qui eucari-
ſtie ſeruiūt et ſanguinē dñi diuidūt impie agunt in legē.
putantes eucariſtiā pcantis facere verba nō vitā.⁊ neceſſa-
riā eſſe ſolēpnē oꝛatōeȝ ⁊ nō ſacerdotis merita de quibus
dicit̄ ſacerdos ī quacūqȝ fuerit macula nō accedat offerre
oblatōnes deo.ſed ſacerdos peccatoꝛ cū ſit maculoſus non
habet vitā nec merita huic cōuenientia ſacramēto.ğ ſacer-
dos peccatoꝛ nō pōt cōſecrare eucariſtiā. ¶ Pre.Dama.
dicit in li.iiij.ꝙ panis et vinū per aduētū ſpūs ſancti ſup
naturaliter trāſit in coꝛpus et ſanguinē dñi.ſed gelaſius
papa dicit ⁊ habet̄ in decretis.i.queſt.j.c.ſacro ſācta quo-
mōad diuini miniſterij ↄſecratōnē celeſtis ſpūs inuocatus
aduenit ſi ſacerdos qui eū adeſſe depcat̄ crimīoſis plene
actōnibus cōprobet̄.ğ per malū ſacerdotē nō pōt eucari-
ſtia cōſecrari. ¶ Pre.hoc ſacramētū ſacerdotis bñdictōe
ↄſecrat̄.ſed benedictō ſacerdotis peccatoꝛis non eſt efficax
ad conſecratōnē huius ſacramēti.cū ſcriptū ſit maledicā
benedictōnibus veſtris.et Dyo.dicit in ep'la ad thimo-
theū monachū.pfecte cedit a ſacerdotali oꝛdine qui non
ē illūīatus.audax quidē mihi videt̄ talis ſacerdos qui
talibꝫ manus apponere audet inmūdas.et īfamias nō eñ
dicā oꝛationes ſup diuina ſymbola xpo firmiter enūciare
¶ Sed cōtra ē qꝺ Aug⁹ dicit ī li.de coꝛpe dñi inter eccle-
ſiaȝ catholicā in miſterio coꝛpis ⁊ ſāguinis dñi nihil a bo-
no magis nihil a malo minus pficit̄ ſacerdote.quia nō ī
merito cōſecrātis ſed in verbo pficit̄ creatoꝛis ⁊ in virtute
ſpūs ſancti. ¶ Rñ.dōm ꝙ ſicut ſupꝛa dictū eſt ſacerdos
cōſecrat hoc ſacramētū non in virtute ꝓpria.ſed ſicut mi-
niſter xpi in cuius pſona conſecrat hoc ſacramentū.non
autē ex ipſo deſinit aliquis eſſe miniſter xpi ꝙ eſt malus
habet eñ dominus bonos et malos miniſtros ſeu ſeruos
vnde Matt.xxiiij.dominus dicit.quis putas eſt fidelis
ſeruus et prudens.⁊ poſtea ſubdit ſi aūt dixerit malus
iſte ſeruus in coꝛde ſuo ⁊c̄.et ap⁹.dicit.j.Coꝛ.iiij.ſic nos
exiſtimet homo vt miniſtros chꝛiſti.et iñ poſtea ſubdit
nihil mihi conſcius ſum ſed in hoc ñ iuſtificat⁹ ſum.erat
ergo cert⁹ ſe eſſe miniſtrū xpi.non tamen erat certus ſe eſſe
iuſtum.pōt ergo aliquis eſſe miniſter chꝛiſti et ſi iuſtus
non ſit.et hoc ad excellentiā xpi ptinet.cui ſicut vero deo
ſeruiūt nō ſolū bona ſed etiā mala.que p ipi⁹ ꝓuidētiā
in eius gloꝛiā oꝛdinant̄.vñ manifeſtū eſt qꝺ ſacerdotes ſi
non ſint iuſti ſed peccatoꝛes poſſūt eucariſtiā conſecrare.
¶ Ad.j.ergo dōm ꝙ Hiero.p illa verba improbat erroꝛē
ſacerdotū qui credebāt ſe dignum poſſe eucariſtiam cōſe-
crare ex hoc ſolo qꝺ ſunt ſacerdotes etiā ſi ſint peccatoꝛes
qꝺ improbat Hiero.p hoc ꝙ maculoſe ad altare accedere
ꝓhibent̄ non tñ remouet̄ quin ſi acceſſerint ſit verū ſacri-
fitiū qꝺ aſſerunt. ¶ Ad.ij.dōm ꝙ ante illa verba gelaſi⁹
papa premittit ſacroſcā religio que catholicam continet
diſciplinaȝ tantā ſibi reuerentiā vendicat vt ad eam quī-
libet niſi pura cōſciētia non audeat ↄuenire.ex quo patet
manifeſte ei⁹ ītētōiſ eē.ꝙ peccatoꝛ ſacerdos ñ dȝ accedere
ad hoc ſacrm̄.vnde p hoc qꝺ ſubdit quō celeſtis ſpirit⁹
inuocat⁹ adueniet ītelligi opoꝛtet ꝙ nō aduenit ex meri-

to ſacerdotis. ſed ex merito xpi. cuiꝰ verba ꝓfert ſacerdos.
¶ Ad. iij. dõm ꝙ ſicut eadem actõ inquantũ fit ex praua
intentione miſtri põt eſſe mala bona aũt inquantũ fit ex
bona intentõne domini ita benedictõ ſacerdotis inquãtũ
ab ipo indigne fit eſt maledictõne digna. ⁊ quaſi infamia
ſeu blaſphemia. et ideo non oratio reputaẽ. inquantũ tñ
ꝓfertur ex pſona xpi eſt ſancta et efficax. vnde ſignãter dẽ
maledicã benedictionibus veſtris.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videẽ ꝙ miſſa ſacerdotis mali nõ minꝰ valeat q̃ miſſa
ſacerdotis boni. dicit enĩ Gre. in regiſtro. heu in q̃ ma-
gnũ laqueum incidũt qui diuina et occulta miſteria plus
alijs ſanctificata fieri poſſe credũt. cuz vnus idemq; ſpũs
ſanctus ea miſteria occulte atq; inuiſibiliter opando ſã-
cti ficet. ſed hec occulta miſteria celebrantur in miſſa. ergo
miſſa mali ſacerdotis non minus valet q̃ miſſa boni.
¶ Pre. ſicut baptiſmus traditur a miſtro in virtute xpi
qui baptiſat. ita ⁊ hoc ſacramẽtũ qd̓ in pſona xpi cõſecraẽ
ſed non melior baptiſmus datur a meliori miſtro. vt ſupͣ
habitũ eſt. g̃ etiã neq; melior eſt miſſa que celebraẽ a me
liori ſacerdote. ¶ Pre. ſicut merita ſacerdotũ differunt
ꝑ bonũ et melius ita etiã differũt ꝑ bonũ et malũ. ſi ergo
miſſa melioris ſacerdotis eſt melior ſequiẽ ꝙ miſſa mali
ſacerdotis ſit mala qd̓ eſt incõueniens. quia malitia mi-
niſtrorum non poteſt redũdare in xpi miſteria. ſicut dicit
Augꝰ. in li. de baptiſmo. g̃ neq; miſſa melioris ſacerdotis
eſt melior. ¶ Sed contra eſt qd̓ habeẽ. j. q. j. quãto ſacer-
dotes fuerint digniores tanto in neceſſitatibus ꝓ quibꝰ
clamãt exaudiũtur. ¶ Rñ. dd̓m ꝙ i miſſa duo eſt ꝯſidera
re. ſ. ipm̃ ſacramẽtũ. qd̓ eſt principale. ⁊ oratões que in
miſſa fiũt ꝓ viuis et mortuis. quãtũ ergo ad ſacramentũ
nõ minus valet miſſa mali ſacerdotis q̃ boni. quia vtro-
biq; idem cõficiẽ ſacramẽtũ. oratõ etiã que fit i miſſa. põt
cõſiderari dupliciter. vno modo inquantũ habet efficatiã
ex deuotõne orõnis ſacerdotis orantis. et ſic nõ eſt dubiũ
quin melioris ſacerdotis miſſa magis eſt fructuoſa. alio
mõ inquantũ orõ in miſſa ꝓferẽ a ſacerdote in pſona tociꝰ
eccleſie cuius ſacerdos eſt miſter. qd̓ quidẽ miſteriũ etiã
in peccatoribꝰ manet. ſicut ſupͣ dictũ eſt de miſtro chriſti
vnde quantũ ad hoc eſt fructuoſa non ſolũ oratõ peccato-
ris ſacerdotis in miſſa ſed etiã oẽs alie eius oratões q̃s
facit in eccleſiaſticis officijs in quibus gerit pſonã eccl'ie
ſed oratões eius puate nõ ſũt fructuoſe ſcḋm illud. Pro-
uer. xxviij. qui declinat aurẽ ſuã ne audiat legem orõ eius
erit execrabilis. ¶ Ad. j. g̃ dõm ꝙ Gre. loquitur quantũ
ad diuini ſacramẽti ſanctitatẽ. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ in ſacra-
mento baptiſmi nõ fiũt ſolẽpnes oratões ꝓ omnibus fi
delibꝰ ſicut in miſſa. et ideo quantũ ad hoc nõ eſt ſimile
eſt aũt ſimile quantũ ad effectũ ſacramẽti. ¶ Ad. iij. dõm.
ꝙ ꝓpter virtutẽ ſpũſſancti qui ꝓpter vnitatẽ caritatis cõ-
municat inuicẽ bona mẽbrorũ xpi fit ꝙ bonũ priuatum
qd̓ eſt in miſſa ſacerdotis boni eſt fructuoſũ alijs. malum
autem priuatũ vnius hominis non põt alteri nocere niſi
ꝓpter aliqualem conſenſum. vt Augꝰ dicit in li. contra per
menianum.

## Ad ſeptimuz ſic proceditᷣ

Videtur ꝙ heretici ſciſmatici et excõmunicati conſecrare
nõ poſſint. dicit enim Augꝰ. ꝙ extra eccl'iaz catholicã non
eſt locꝰ veri ſacrificij. et leo papa dicit. ⁊ habeẽ in decretis
j. q. j. aliter ſcz q̃ in eccl'ia que corpus xpi eſt nec rata ſunt
ſacerdotia. nec vera ſacrificia. ſed heretici ſciſmatici ⁊ excõ
municati ſunt ab eccl'ia ſepati. g̃ nõ poſſũt verũ ſacrificiũ
cõficere. ¶ Pre. ſic legiẽ ibidẽ inno. papa dicit arrianas
ceteraſq; hmõi peſtes quia laycos eorũ ſub ymagine peni
tentie ſuſcepimꝰ nõ videnẽ clerici eoꝝ ſecum ſacerdotij aut
cuiuſpiã miſterij ſuſcipiendi dignitate eſſe. quibus ſolis
baptiſma ratũ eſſe pmittimꝰ. ſed nõ põt aliquis cõſecrare
euchariſtiã niſi ſit cũ ſacerdotij dignitate. g̃ heretici et alij
hmõi nõ poſſunt euchariſtiã cõficere. ¶ Pre. ille qui eſt
extra eccl'iã nõ videẽ aliquid poſſe agere in pſona tocius
eccl'ie. ſed ſacerdos cõſecrans euchariſtiã hoc agit i pſona
tocius eccl'ie. qd̓ patet ex hoc ꝙ omẽs oratões ꝓponit in
pſona eccl'ie. g̃ videtur ꝙ illi qui ſunt extra eccl'iam ſcz
heretici et ſciſmatici et excõmunicati nõ poſſunt cõſecrare
eucharistiã. ¶ Sed contra eſt qd̓ Augꝰ dicit in. ij. contra
pmenianum. ſicut baptiſmꝰ in eis ſcz hereticis ⁊ ſciſmati-
cis et excõmunicatis ita ordinatõ manſit integra. ſed ex
vi ordinatõnis ſacerdos põt conſecrare euchariſtiã. ergo
heretici et ſciſmatici et excõmunicati cũ in eis maneat or-
dinatõ integra videtur ꝙ poſſint cõſecrare euchariſtiaz.
¶ Rñ. dõm ꝙ quidã dixerũt ꝙ heretici ſciſmatici et excõ
municati quia ſũt extra eccl'iã non poſſũt cõficere hoc ſa-
cramẽtũ. ſed in hoc decipiũẽ. quia ſicut dicit Augꝰ. in. ij.
contra pmenianũ. aliud eſt omĩo nõ habere aliquid. aliud
aũt non recte habere. et ſimiliter etiã eſt aliud non dare et
aliud non dare recte. illi g̃ intra eccl'iaz ꝯſtituti receperũt
poteſtatẽ cõſecrandi in ordinatõne ſacerdotij. recte quidẽ
habent poteſtatem. ſed non recte ea vtunẽ ſi poſtmõ per
hereſim aut ſciſma vel excommunicatõnez ab eccl'ia ſepa-
rentur. qui autẽ ſic ſepati ordinantur nõ recte habẽt. nec
recte vtunẽ. ꝙ tamẽ vterq; poteſtatẽ habeat ꝑ hoc patet
quia ſicut Augꝰ. ibidẽ dicit cũ redeunt ad eccl'ie vnitatez
non reordinanẽ. ſed recipiuntur in ſuis ordinibus. Et q̃
conſecratio euchariſtie eſt actus conſequens ordinis po-
teſtatez illi qui ſunt ab eccl'ia ſepati ꝑ hereſim aut ſciſma
vel excommũicatõnem poſſunt quidẽ euchariſtiam conſe-
crare. que ab eis conſecrata verum chriſti et corpus et ſan
guinẽ ꝯtinet. nõ tamẽ hoc recte faciũt. ſed peccant facientes
et ideo fructum ſacrificij non recipiũt. qd̓ eſt ſacrificium
ſpirituale. ¶ Ad. j. g̃ dõm ꝙ auctoritas illa et ſimiles in
telligende ſunt quantũ ad hoc ꝙ non recte extra eccl'iam
ſacrificiũ offerunt. vnde extra eccl'iam non poteſt eſſe ſpi-
rituale ſacrificium qd̓ eſt verũ veritate fructꝰ. licet ſit veꝝ
veritate ſacramenti. ſicut etiã ſupra dictum eſt ꝙ peccator
ſumit corpus chriſti ſacramẽtaliter. ſed non ſpiritualiter
¶ Ad. ij. dõm ꝙ ſolus baptiſmus permittitur eſſe ratus
hereticis quia poſſunt licite baptiſare in articulo neceſſita
tis. in nullo autẽ caſu licite poſſunt euchariſtiã conſecra-
re vel alia ſacramenta cõferre. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ ſacerdos
in miſſa in oratõnibus quidez loquitur in pſona eccl'ie in
cuius vnitate conſiſtit. ſed in conſecratõne ſacramentali
loquitur in pſona xpi cuius virtutẽ in hoc gerit per ordi-
nis poteſtatem. ⁊ ideo ſi ſacerdos ab vnitate eccleſie pſciſꝰ
miſſam celebraret quia poteſtatem ordinis non amittit
conſecrat veꝝ corpꝰ ⁊ ſanguinem chriſti. ſed quia eſt ab ec
cleſie vnitate ſeparatus oratões eius efficaciã nõ habent.

## Ad octauum ſic proceditᷣ

Videtur ꝙ ſacerdos degradatus nõ poſſit hoc ſacramẽtũ
conficere. nullus enim conficit hoc ſacramentum niſi per
poteſtatem conſecrandi quam habet. ſed degradatus nõ
habet poteſtatem licet habeat poteſtatem baptiſandi. vt

dicit canon. ergo videtur ꝙ p̄ſbiter degradatus non poſſit eucbariſtiā cōſecrare. ¶ Pre. ille qui aliquid dat pōt etiā auferre. ſed ep̄s dat p̄ſbitero poteſtatē conſecrandi ordinando ipm̄. ergo etiā poteſt ei auferre degradando ipſū. ¶ Pre. ſacerdos ꝑ degradatiōꝫ aut amittit p̄tātēꝫ cōſecrādi aut ſolam executōnem. ſed non ſolā executōnēꝫ. quia ſic non plus amitteret degradatus q̄ꝫ excōmunicatus qui executōne caret. ergo videt̄ ꝙ amittit poteſtatē conſecrandi et ita videt̄ ꝙ non poſſit cōficere boc ſacramētū. ¶ Sed cōtra eſt ꝙ Aug⁹. in. ij. cōtra ꝑmenianū ꝓbat ꝙ apoſtate a fide nō carent baptiſmate ꝑ boc ꝙ ꝑ penitētiā redeūtes nō reſtituūtur. et ideo non poſſe amitti iudicant̄. ſed ſimiliter degradatus ſi recōciliatur nō eſt iterum ordinandus ergo nō amiſit poteſtatē cōſecrādi. et ita ſacerdos degradatus pōt cōficere boc ſacramētū. ¶ Rn̄. dōm ꝙ poteſtas cōſecrandi eucbariſtiaꝫ ꝑtinet ad caracterem ſacerdotalis ordinis. caracter autē quilibet quia cū quadā cōſecratōne dat̄ indelibil' eſt. vt ſup̄ dictū eſt. ſicut etiā quarūcūqꝫ reꝝ cōſecratōnes ꝑpetue ſunt nec amitti nec reiterari poſſunt vnde manifeſtuꝫ eſt ꝙ p̄tās conſecrandi non amitti[t] per degradatōnēꝫ. dicit Aug⁹. in. ij. contra ꝑmenianū vtrūqꝫ ſcꝫ baptiſmus et ordo ſacramētū eſt. et quadā cōſecratōne vtrūqꝫ homī dat̄. ⁊ illud cū baptiſatur ⁊ illud cū ordinat̄ et ideo non licet a catbolicis vtrūqꝫ iterari. ⁊ ſic patet ꝙ ſacerdos degradatus pōt boc ſacramētū conficere. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ canon ille nō loquitur aſſertiue ſicut ex circūſtantia lr̄e baberi pōt. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ep̄s nō dat p̄tātēꝫ ſacerdotalis ordinis ꝓpria virtute ſed inſtrumētaliter. ſicꝫ miniſter dei. cuius effectus ꝑ bominē tolli nō pōt. ſm̄ illud Math. xix. quos de⁹ cōiunxit bō nō ſeparet. et idō ep̄s nō poteſt banc poteſtatē auferre. ſicut nec ille q̄ baptiſat pōt auferre caracterē baptiſmalē. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ excōmunicatō eſt medicinalis. et ideo excōmunicatis non aufert̄ executō ſacerdotalis poteſtatis quaſi imꝑpetuum. ſed ad correctōnem vſqꝫ ad tempus. degradatis autem aufert̄ executō. quaſi imꝑpetuum condempnatis.

## Ad nonum ſic ꝓceditur.

Videtur ꝙ aliquis licite poſſit cōmūionē recipere a ſacerdotibus excōmunicatis vel etiā bereticis aut etiā peccatoribus ⁊ ab eis miſſam audire. ſicut dicit Aug⁹. ꝯtra cecilianum neqꝫ in bomine bono neqꝫ in bomine malo aliqs dei fugiat ſacramēta. ſed ſacerdotes q̄ꝫuis ſint peccatores et beretici vel excōmunicati verū conficiūt ſacramentū. ergo videt̄ ꝙ nō ſit vitandū ab eis cōmunionē accipere vel eoꝝ miſſā audire. ¶ Pre. corpus xp̄i verū figuratiuū eſt corporis miſtici ſicut ſup̄ dictū eſt. ſed a p̄dictis ſacerdotib⁹ verū corpus xp̄i cōſecrat̄. ergo videt̄ ꝙ illi qui ſunt de corpe miſtico poſſint eorū ſacrificijs cōmunicare. ¶ Pre. multa peccata ſūt grauiora q̄ꝫ fornicatō ſed non eſt ꝓbibitum audire miſſas ſacerdotū aliter peccantiū. ergo etiā non debet eſſe ꝓbibitū audire miſſas ſacerdotū fornicatoꝝ. ¶ Sed contra eſt qd̄ canon dicit. xxij. diſ. nullus audiat miſſam ſacerdotis quē indubitāter ꝯcubinā babere nouit ⁊ Gre. dicit in. iiij. dyalogoꝝ ꝙ pater ꝑfidus ad arrianum ep̄m miſit filiū vt ex eius manu ſacrilege conſecratōnis ꝯmūniōnēꝫ acciperet. ſed vir dei deuotus arriano ep̄o venienti exprobrauit vt debuit. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſup̄ dictū eſt ſacerdotes ſi ſint beretici ſciſmatici excōmunicati vel etiam peccatores q̄ꝫuis babeāt poteſtatē cōſecrādi eucbariſtiaꝫ non tamē ea recta vtunt̄. ſed peccāt vtētes. quicūqꝫ autēꝫ cōmunicat alicui in peccato ip̄e ꝑticeps peccati efficit̄. vn̄ in. ij. canonica Jo. legit̄ ꝙ qui dixerit eis aue ſcꝫ beretico ꝯmunicat opibus illius malignis. et ideo nō licet a p̄dictis ꝯmunionē accipe aut eorū miſſam audire. differt tamē inter p̄dictas ſectas. nam beretici ſciſmatici et excommunicati ſunt per ſentētiā eccl'ie ab executōne cōſecrādi priuati. et ideo peccat quicūqꝫ eoꝝ miſſā audit. vel ab eis accipit ſacramēta. ſed omnes peccatores ſūt ꝑ ſententiam eccl'ie executione buius poteſtatis priuati. et ſic q̄ꝫuis ſint ſuſpenſi quantū eſt ex ſententia diuina nō tn̄ quantū ad alios ex ſententia eccl'ie. et ideo vſqꝫ ad ſententiā eccl'ie licet ab eis ꝯmunionē accipere et eoꝝ miſſā audire. vn̄ ſup illud. j. Cor. v. cū bm̄oi nec cibū ſumere dicit glo. Aug⁹. boc dicendo noluit ab bomine iudicari ex arbitrio ſuſpitionis. vel etiā extra ordinarie vſurpato iudicio. ſed poti⁹ ex lege dei ſm̄ ordinē eccl'ie. ſiue vl' ro cōfeſſum. vel accuſatum et ꝯuictū. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ ex boc ꝙ refugim⁹ audire taliū ſacerdotū miſſam aut ab eis cōmunionēꝫ recipe non refugimus dei ſacramēta. ſed poti⁹ ea veneram̄. vn̄ boſtia a talibus ſacerdotib⁹ cōſecrata eſt adoranda. ⁊ ſi reſeruet̄ licite pōt ſumi a ſacerdote legittimo. ſed refugimus culpam indigne miniſtrantiū. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ vnitas corporis miſtici eſt fructus corporis veri ꝑcepti. illi autēꝫ qui ꝑcipiūt vel miniſtrant indigne priuantur fructu vt ſupra dictum eſt. ⁊ ideo non eſt ſumendū ex eorū diſpēſatione ſacramētū ab eis qui non ſunt in vnitate eccleſie. ¶ Ad iij. dōm ꝙ licet fornicatio nō ſit grauior ceteris peccatis tn̄ ad eā ſunt bomines ꝓniores ꝓpter carnis cōcupiſcētiā et ideo ſpecialiter boc peccatū a ſacerdotib⁹ ꝓbibitū eſt ab eccl'ia ne aliquis audiat miſſā cōcubinarij ſacerdotis. ſed boc intelligendū eſt de notorio. vel ꝑ ſententiā que fertur in ꝯuictū vel cōfeſſionē in iure factā qn̄ non poteſt peccm̄ aliqua tergiuerſatione celari.

## Ad decimū ſic procedítur

Videtur ꝙ liceat ſacerdoti omnino a conſecratōne eucbariſtie abſtinere. ſicut eīn̄ ad officiū ſacerdotis ꝑtinet cōſecrare eucbariſtiā ita ⁊ baptiſare et in alijs ſacramētis miniſtrare. ſed ſacerdos non tenet̄ miſtrare in alijs ſacramētis niſi ꝓpter curā aīarum ſuſceptā. ergo videt̄ ꝙ nec etiam teneat̄ eucbariſtiā cōſecrare ſi curā non babeat animarū. ¶ Pre. nullus tenet̄ facere qd̄ ſibi nō licet alioquin eſſet ꝑplexus. ſed ſacerdoti peccatori vel etiā excōmunicato nō licet eucbariſtiā conſecrare vt ex ſup̄ dictis patet. videt̄ ergo ꝙ tales nō teneant̄ ad celebrandū. et ita nec alij. alioquin ex ſua culpa comodū reportarent. ¶ Pre. dignitas ſacerdotalis nō ꝑdit̄ per ſequentē infirmitatē. dicit eīn̄ gelaſi⁹ papa et babet̄ in decretis diſ. lv. p̄cepta canonum ſicut non patiūtur venire ad ſacerdotiū debiles corpore. ita ſi quis in eo fuerit cōſtitutus ac tūc fuerit ſanatus amittere non poteſt qd̄ tempe ſue ſanitatis accepit. ꝯtingit autem q̄nqꝫ ꝙ ordinati in ſacerdotes incurrunt aliquos defect⁹ ex quibus a celebratōne impediūtur. ſicꝫ eſt lepra vel morbus caducus. vel aliqd̄ bm̄ōi. non ergo videtur ꝙ ſacerdotes ad celebrandum teneant̄. ¶ Sed contra eſt quod Ambro. dicit in quadam oratione. graue eſt ꝙ ad mēſam tuam mundo corde et manibus innocentib⁹ non venim⁹ ſed grauius eſt ſi de peccatis metuimus etiā ſacrificiū non reddamus. ¶ Rn̄. dōm ꝙ quidam dixerūt qd̄ ſacerdos poteſt omnino licite a cōſecratione abſtinere niſi teneat̄ ex cura ſibi ꝯmiſſa celebrare populo. et ſacramenta p̄bere Sed boc nō ratōnabiliter dicit̄. quia vnuſquiſqꝫ tenetur vti grā ſibi data cū fuerit oportunū. ſꝫ illud. ij. Cor. vj.

hortamur vos ne in vacuum gratiã dei recipiatis. oportunitas autē ſacrificiū offerendi non ſolū attenditur per cōparatōnem ad fideles xp̄i quibus oportet ſacramenta miniſtrari. ſed principaliter ꝑ ꝯparatōnem ad deum. cui in conſecratōne huius ſacramenti ſacrificiū offert᷑. vn̄ ſacerdoti etiã ſi non habeat curã animarum non licet omino a celebratōne ceſſare. ſed ſaltem videt᷑ ꝙ celebrare tenet᷑ in ꝓcipuis feſtiuitatibus. et maxime in illis dieb⁹ in quibus fideles cōmunicare ꝯſueuerunt. et hinc eſt ꝙ dicitur ij. Machab. iiij. contra quoſdã ſacerdotes. ꝙ iaȝ nō circa altaris officia dediti erãt contēto tēplo. et ſacrificijs neglectis. ¶ Ad. j. ergo dicendū ꝙ alia ſacramenta perficiūtur in vſu fidelium et ideo in illis miniſtrare non tenet᷑. niſi ille qui ſuꝑ fideles ſuſcipit curam. ſed hoc ſacramētū ꝑficitur in conſecratōne eucariſtie. in qua ſacrificiū offertur ad qḋ ſacerdos obligatur ex ordine iaȝ ſuſcepto. ¶ Ad. ij. dicēdū ꝙ ſacerdos peccator ſi ꝑ ſententiã eccl̄ie ſit executōne ordinis priuatus vel ſimpliciter vel ad tempus reddit᷑ eſt impotens ad ſacrificiū offerendū. et ideo obligatio tollit᷑. hoc autē cedit ſibi in detrimentū ſpūalis fructus magis q̃ȝ in emolimentū. ſi vero non ſit priuatus poteſtate celebrandi nō ſoluit᷑ obligatō. nec tñ eſt ꝑplexus. quia de peccato pōt penitere et celebrare. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ debilitas vel egritudo ſuperueniens ordini ſacerdotali ordinem non tollit executōnē tñ ordinis impedit quantū ad ꝯſecratōnē eucariſtie. qñq̄ȝ quidē ꝓpter impoſſibilitatē executōnis ſicut ſi priuet᷑ oculis. aut digitis. aut vſu lingue. quãdoq̄ȝ aūt ꝓpter ꝑiculū. ſicut patet de eo qui patit᷑ morbū caducū vel etiã quãcūq̄ȝ alienatōnem mētis. qñq̄ȝ aūt ꝓpter abhoīatōnem. ſicut patet de leproſo. qui nō debet publice celebrare. poteſt tñ dicere miſſã occulte. niſi lepra adeo inualuerit ꝙ corroſio mēbrorū eū ad hoc reddiderit impotētē.

## ¶ Queſtio. LXXXIII.

## De inde conſiderãduȝ

eſt de ritu huius ſacramēti. Et circa hoc querunt᷑ ſex. Primo vtrum in celebratōne huius miſterij xp̄s ymoletur. Secundo de tēpore celebratōnis. Tertio de loco et alijs que ꝑtinēt ad apparatū huius celebratiōis. Quarto de hijs que ī celebratōne hui⁹ miſterij dicunt᷑. Quinto de hijs que circa celebratōnē hui⁹ miſterij fiūt. Sexto de defectib⁹ qui circa celebrationem hui⁹ ſacramenti occurrunt.

## ¶ Ad primum ſic procedit᷑

Videt᷑ ꝙ in celebratōne hui⁹ ſacramenti xp̄s nō ymolet᷑ dicit᷑ enī ad Hebre. x. ꝙ xp̄s vna oblatōne cōſumauit in ſēpiternū ſanctificatos. ſed illa oblatō fuit ymolatō. ḡ xp̄s non ymolat᷑ in celebratōne hui⁹ ſacramēti. ¶ Pre. ymolatō xp̄i facta eſt in cruce in qua tradidit ſemetipſū oblatōnem et hoſtiam deo in odore ſuauitatis vt dicit᷑ ad Ephe. v. ſed in celebratōne hui⁹ miſterij xp̄s non crucifigitur. ḡ nec ymolat᷑. ¶ Pre. ſicut dicit Aug⁹. iiij. de tri. in ymolatione xp̄i idē eſt ſacerdos et hoſtia. ſed in celebratione hui⁹ ſacramenti nō ē ideȝ ſacerdos et hoſtia. ḡ celebratō hui⁹ ſacramēti non eſt oblatō chriſti. ¶ Sed contra eſt qḋ Aug⁹. dicit in li. ſententiaꝝ proſperi ſemel ymolatus eſt in ſemetipſo xp̄s. et tñ quotidie in ſacramēto ymolat᷑. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ duplici ratōne celebratō huius ſacramēti dicit᷑ chriſti ymolatio. Primo quidē quia ſicut dicit Aug⁹. ad ſimpliciū ſolent ymagines eaꝝ reꝝ nominibus appellari quarū ymagines ſunt ſicut cū intuētes tabulã aut parietem depictū dicimus ille cicero eſt ille ſaluſtius. celebratō autē huius ſacramenti ſicut ſuꝑ dictū eſt ymago eſt quedam repſentatiua xp̄i paſſiōis. q̄ eſt vera ymolatō. vn̄ Ambro. dicit ſuꝑ ep̄lam ad Hebre. in xp̄o ſemel oblata eſt hoſtia ad ſalutē ſēpiternã potens q̄d ergo nos nōne per ſinglos dies offerimus ad recordatōnē mortis eius? Alio modo quãtū ad effectū paſſionis. quia ſcȝ ꝑ hoc ſacramētū participes efficimur fructus dñice paſſionis. vnde ⁊ in quadã dñicali oratōne ſecreta dicit᷑. quotiens hm̄oi hoſtie ꝯmemoratō celebrat᷑ opus noſtre redēptōnis exercet᷑. Quantum ḡ ad primū modum poterat xp̄s dici ymolari etiam in figuris veteris teſtamēti. vnde ⁊ Apoc. xiij. quoꝝ noīa nō ſunt ſcripta in li. vite et agni. qui occiſus ē ab origine mundi ſed quãtū ad ſcḋm modū ꝓpriū eſt huic ſacramēto ꝙ in eius celebratōne xp̄us ymolet᷑. ¶ Ad. j. ḡ dicendum ꝙ ſicut Ambro. dicit ibidē vna eſt hoſtia quã ſcȝ xp̄s obtulit et nos offerim⁹ et nō multe. quia ſemel oblatus eſt xp̄us. hoc autē ſacrificiū exemplum eſt illius. ſicut enī qḋ vbiq̄ȝ offertur vnū eſt corpus et non multa corpora ita ⁊ vnum ſacrificiū. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ſicut celebratō hui⁹ ſacramenti eſt ymago repſentatiua paſſionis xp̄i ita altare ē repſentatiuū crucis ipſi⁹. in qua xp̄s in ꝓpria ſpecie ymolatus eſt. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ per eandem ratōneȝ ſacerdos etiaȝ gerit ymaginem xp̄i. in cui⁹ ꝑſona et virtute verba ꝓnūciat ad cōſecrãdū vt ex dictis patet. et ita quodãmodo idem eſt ſacerdos et hoſtia.

## ¶ Ad ſecūdū ſic proceditur

Videtur ꝙ inconuenienter ſit determinatū tempus celebratōnis huius miſterij. hoc enim ſacramentū eſt repſētatiuū dñice paſſionis vt dictū eſt. ſed ꝯmemoratō dñice paſſionis fit in eccl̄ia ſemel in anno. dicit enī Aug⁹. ſuper ꝑs. quotiens paſca celebratur nunq̄d totiens chriſtus occiditur. ſed tamē ãniuerſaria recordatio repreſentat quod olim factum eſt. et ſic nos facit moueri tanq̄ȝ dominum ꝑſenteȝ in cruce videamus. ergo hoc ſacramentum non debet celebrari niſi ſemel ī anno. ¶ Preterea paſſio xp̄i cōmemoratur in eccleſia ſexta feria ante paſca. non auteȝ in feſto natalis. cum ergo hoc ſacramentū ſit cōmemoratiuum dñice paſſionis non videtur cōueniens ꝙ die natalis ter celebretur hoc ſacramentū. in paraſceue vero totaliter intermittitur. ¶ Preterea in celebratōne huius ſacramenti eccleſia debet imitari inſtitutōnem chriſti. ſed chriſtus conſecrauit hoc ſacramentū hora ſerotina. ergo videtur ꝙ tali hora debeat hoc ſacramētū celebrari. ¶ Pre. ſicut habetur de ꝯſe. di. j. leo papa ſcribit dyaſtoro alexandrino ep̄o. ꝙ in prima parte diei miſſas celebrare licet ſed dies incipit a media nocte vt ſupra dictum eſt. ergo videtur ꝙ poſt mediã noctē liceat celebrare. ¶ Preterea in quadaȝ dñicali oratōne ſecreta dicitur concede nobis domine queſumus hec frequētare miſteria. ſed maior erit frequentia ſi etiã pluribus horis in die ſacerdos celebret ḡ videt᷑ ꝙ nō debeat ꝓhiberi ſacerdos pluries in die celebrare. In cōtrarium eſt conſuetudo quã ſeruat eccl̄ia ſcḋm canonum ſtatuta. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt in celebratōne huius miſterij attenditur et repſentatō dominice paſſiōis et participatō fruct⁹ ei⁹. et ſcḋm vtrūq̄ȝ oportuit determinare tempus aptū celibratōni huius ſacramenti. Quia enī fructu dominice paſſionis quotidie indigemus ꝓpter quotidianos defectus. quotidie in eccleſia regulariter hoc ſacramētum offertur. vnde et domin⁹ nos petere docet Luc. xj. panē noſtrum quotidianū da nobis

hodie.quod exponens Augꝰ.in li.de verbis domini dicit
ſi quotidianus eſt panis cur poſt annū illū ſumis. quem
admodum greci in oriente facere ꝯſueuerūt.accipe quoti
die ꝙ quotidie tibi ꝓſit.Quia vero dñica paſſio celebra/
ta eſt a tertia hora vſqꝫ ad nonaꝫ. ideo regulariter in ſcd̃a
parte diei ſolēpniter celebratur in eccl'ia hoc ſacramentū
¶Ad.j. ergo dōm ꝙ in ſacramento recolitur paſſio xp̄i
ſm̄ ꝙ eius effectus ad fideles deriuat̃.ſed tēpe paſſionis
recolitur paſſio xp̄i ſolū ſm̄ ꝙ in ip̄o capite noſtro fuit per
fecta.qđ quidē factū eſt ſemel.quotidie autē fructū domi
nice paſſionis fideles ſuſcipiunt.et ideo ſola cōmemora/
tio fit ſemel in āno.hoc aūt quotidie.et ꝓpter fructum et
ꝓpter iugem memoriā.¶Ad.ij.dōm ꝙ veniēte veritate
ceſſat figura.hoc autē ſacramentū eſt quedam figura.⁊ ex
emplū dñice paſſionis vt ſupra dictū eſt.et ideo in die q̄
ipſa paſſio domini recolit̃ ꝓut realiter geſta ē nō celebrat̃
conſecratō huius ſacramenti.Nec tñ eccleſia eo etiaꝫ die
ſit ſine fructu paſſionis ꝑ hoc ſacramētū nobis exhibitum
corpus xp̄i conſecratū in die p̄cedenti reſeruat̃ ſumendū
in illa die.non aūt ſanguis ꝓpter piculū.et' quia ſanguis
ſpecialius eſt ymago dñice paſſionis vt ſup̄ dictū ē. Nec
etiā verum eſt ꝙ quidā dicūt ꝙ ꝑ īmiſſionē p̄ticle corpis
in vinū conuertat̃ vinū in ſanguinē.hoc em̄ aliter fieri nō
poteſt q̄ꝫ ꝑ ꝯſecratōnē factā ſub debita forma verboꝝ.In
die autē natiuitatis xp̄i plures miſſe celebrant̃ ꝓpter tri/
plicem xp̄i natiuitatē.quarū vna eſt eterna.que quantū
ad nos eſt occulta.et ideo vna miſſa cantatur in nocte.in
cuius introitu dicitur.dñs dixit ad me filius meus es tu
ego hodie genui te.Alia eſt tempalis ſed ſpiritualis.qua
ſcꝫ xp̄us oritur tāq̄ꝫ lucifer in cordibus noſtris vt dicitur
ij petri.j.et ꝓpter hoc cantat̃ miſſa in aurora.in cuius in/
troitu dicitur lux fulgebit ſup̄ nos.Tertia eſt xp̄i natiui/
tas corpalis et tempalis.ſm̄ quam viſibilis nobis ꝓceſ/
ſit ex vtero virginali.carne indutus.⁊ ob hoc cantatur
tertia miſſa in plena luce.in cuius introitu dicit̃ puer na/
tus eſt nobis.Licet poſſit ecōuerſo dici ꝙ natiuitas eter
na ſm̄ ſe eſt in plena luce.et ob hoc in euangelio tertie
miſſe fit mentio de natiuitate eterna.ſm̄ aūt natiuitatem
corpalem ad literam natus eſt de nocte in ſignum qđ ve/
niebat ad tenebras noſtre infirmitatis.vñ ⁊ in miſſa no/
cturna euangeliū dicit̃ de corpali xp̄i natiuitate.Sic etiā
in diebus alijs in quib⁹ occurrūt plura xp̄i bñficia vel re/
colenda vel expetenda ⁊ plures miſſe in die celebrantur.
vna ꝓ feſto et alia ꝓ viuo vel mortuo. ¶Ad.iij.dōm ꝙ
xp̄us voluit vltimo hoc ſacramentum diſcipulis tradere
vt fortius cordibus eorū imprimeret̃ et iō poſt cenā in fi
ne diei hoc ſacramentū conſecrauit et diſcipulis tradidit
a nobis autē celebrat̃ hora dñice paſſionis.ſcꝫ vel diebus
feſtis tertia qñ crucifixus ē linguis iudeoꝝ vt dꝫ Marci.
xv.et qñ ſpūs ſanctus deſcendit ſup̄ diſcipulos.vel dieb⁹
ꝓfeſtis in ſexta.quādo crucifixus eſt manibus militū. vt
habet̃ Io.xix.vel diebus ieiuniorū in nona. quando voce
magna clamās emiſit ſpūꝫ vt dicit̃ Math.xxvij.Poteſt
tamē tardari.maxime qñ ſunt ordines faciēdi.et p̄cipue
in ſabbato ſancto.tum ꝓpter ꝓlixitatem officij. tum etiaꝫ
quia ordines ad diē dñicū ptinent.vt habet̃ in decre.diſ.
lxxv.c.q̄a patribus.Poſſūt tñ etiā miſſe celebrari in pri
ma parte diei ꝓpter aliq̄ꝫ neceſſitateꝫ.vt habet̃ de ꝯſe.diſ/
j.c.neceſſe eſt. ¶Ad.iiij.dōm ꝙ regulariter miſſa debet
celebrari in die et non in nocte quia ipſe xp̄us eſt preſens
in hoc ſacramēto qui dicit Io.jx.me oportet operari opera
eius qui me miſit donec dies eſt.venit nox quādo nemo
pōt operari q̄ꝫdiu in mundo ſum lux ſum mūdi.ita tamen
ꝙ principiū diei ſumat̃ non a media nocte nec etiam ab
ortu ſolis id eſt qñ ſubſtantia ſolis apparet ſup̄ terrā ſed
quādo incipit apparere aurora tūc em̄ dicitur qđāmō ſol
ortꝰ inquātū claritas radiorum eius apparet. Unde et
Marci.xvj.dicit̃ ꝙ mulieres venerūt ad monumentum
orto iam ſole cum tñ venerūt dum adhuc tenebre eſſent.
vt dicitur Io.xx.ſic em̄ hanc ꝯtrarietatē ſoluit Augꝰ. in
li.de ꝯſenſu euāgeliſtaꝝ ſpecialiter tamē in nocte natalis
miſſa celebrat̃ ꝓpter hoc ꝙ dñs eſt natus vt habet̃ de ꝯſe.
diſ.j.c. nocte et ſimiliter etiā in ſabbato ſancto circa princi
piū noctis ꝓpter hoc ꝙ dñs nocte ſurrexit id eſt cū adhuc
tenebre eſſent ante manifeſtū ſolis ortū.¶Ad.v.dōm.
ꝙ ſicut habet̃ de conſe.diſ.i.ex decreto alexādri pape ſuf/
ficit ſacerdoti in die vnā miſſaꝫ celebrare.quia ſemel xp̄s
paſſus eſt.et totū mūdū redemit.et valde felix ē qui vnā
digne celebrare pōt.Quidā tñ ꝓ defunctis vnaꝫ faciunt
et alterā diei ſi neceſſe ē.qui vero ꝓ pecūia aut adulatōib⁹
ſclariū vno die p̄ſumit plures celebrare miſſas non eſti/
mo euadere dāpnatōneꝫ.Et extra de cele.miſ.dicit innoc.
tertiꝰ ꝙ excepto die natiuitatis dñice niſi cauſa neceſſitatꝭ
ſuadeꝫ ſufficit ſacerdoti ſemel in die vnam miſſā ſolum
modo celebrare.

## ¶Ad tertium ſic procedit

Videt̃ ꝙ non oporteat hoc ſacramentū celebrare et in do
mo et in vaſis ſacris.hoc em̄ ſacramētū eſt rep̄ſentatiuū ꝫ
dñice paſſionis.ſed xp̄s non eſt paſſus ī domo ſed extra
portā ciuitatis ſm̄ illud ad Hebre.vlt.ieſus vt per ſuum
ſanguinē ſanctificaret populū extra portā paſſus eſt.ergo
videtur ꝙ hoc ſacramentū nō debeat celebrari in domo ſꝫ
magis ſub diuo. ¶Pre.in celebratōne huius miſterij
debet eccleſia imitari moreꝫ xp̄i et apl'orum.ſed domus
in qua xp̄us hoc ſacramentū primo ꝯfecit non fuit conſe
crata.ſed fuit qđdā ꝯmune cenaculū a quodā p̄refamili/
as p̄paratū.vt habetur Luc.xxij.legit̃ etiā Act.ij.ꝙ apl'i
erāt ꝑdurantes in templo vnanimiter et frangentes circa
domos panē ſumebāt cū exultatōne.ergo nec mō oportet
domos ꝯſecratas eſſe in quibus hoc ſacramētū celebret̃.
¶Pre.nihil fruſtra fieri debet in eccl'ia que ſpūſancto
regit̃ et gubernat̃.ſed fruſtra videt̃ adhiberi ꝯſecratō ec/
cleſie vel altaris in hmōi rebus inanimatis que non ſūt
ſuſceptiua gratie vel virtutis ſpūalis.incōueniēter ergo
hmōi cōſecratōnes fiūt in eccl'ia. ¶Pre.ſolū diuia opa
debent recoli cum quadaꝫ ſolempnitate.ſm̄ illud p̄s.in
operibus manuū tuaruꝫ exultabo.ſed eccl'ia vel altare ope
hūano cōſecrat̃ ſicut et calix ⁊ miniſtri et alia hmōi. ſed hoꝝ
ꝯſecratōnes nō recolūt̃ celebriter in eccl'ia.ergo neqꝫ con/
ſecratō eccl'ie vel altaris cum ſolempnitate recoli debet.
¶Pre.veritas debet rñdere figure. ſed in veteri teſta/
mento qđ gerebat figuraꝫ noui non fiebat altare de lapi
dibus ſectis.dicit̃ em̄.Exo.x.altare de terra facietis mihi
ꝙ ſi altare lapideum feceritis mihi non edificabitis illud
de lapidibus ſectis.Exo.etiā.xxvij.mandatur fieri altare
de lignis ſethim veſtitis ere.vel auro vt habet̃ Exo.xxv.
ergo videtur incōuenienter obſeruari in eccl'ia ꝙ altare
fiat ſolum de lapidibus. ¶Pre.calix cum patena rep̄ſen
tat ſepulchrum chriſti.qđ fuit exciſum in petra.vt in euā
gelijs habetur.ergo calix debet de petra fieri et nō ſolum
de auro argento vel ſtagno.¶Pre.ſicut aurum p̄cioſiꝰ
eſt in materia vaſorum ita pāni ſerici p̄cioſiores ſūt inter
alios pānos.ergo ſicut calix fit de auro ita palle altaris

debent fieri de ſerico et non ſolum de pāno lineo ¶ Pre. diſpenſatō ſacramentoꝝ ⁊ ordinatō eoꝝ ad miniſtros ecclie ꝑtinent ſicut diſpenſatō rerū tpaliū ſubiacet ordinationi principium ſeculariū. vnde Apꝰ. dicit. j. Cor. iiij. ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros xpi et diſpenſatores miſteriorum dei. ſed ſi circa diſpenſatōnem reꝝ tpaliū aliquid fieret contra ſtatutū principū haberet irritū. g̃ ſi hec que dicta ſunt cōuenienter ſunt ſtatuta per ꝑlatos ecclie videtur ꝙ ſine hijs confici nō poſſunt. et ſic videt ſequi ꝙ verba xpi non ſunt ſufficientia ad hoc ſacramentum conficiendū qd̓ eſt incōueniens. ergo videt incōueniens fuiſſe ꝙ hec circa celebratōnem ſacramenti ſtatuerentur. ¶ Sed contra eſt quod ea que per eccleſiam ſtatuuntur ab ipſo chriſto ordinantur qui dicit Math. xviij. vbicūqꝫ duo vel tres cōgregati fuerīt in noīe meo ibi ſum in medio eorū. ¶ Rn̄. dōm ꝙ in hijs que circūſtant hoc ſacramentū duo cōſiderant quoꝝ vnū ꝑtinet ad rep̄ſentatōez eorum que circa dn̄icam paſſionem ſunt acta. aliud autē ꝑtinet ad reuerentiā huius ſacramēti in quo chriſtus ſcḋm veritatem cōtinet. et nō ſolum ſicut figura. vnde ⁊ conſecratōnes adhibent his rebus que veniūt in vſum huius ſacramenti ad rep̄ſentandum effectum ſanctitatis. qui ex paſſione xpi ꝓuenit. ſcḋm illud Jo. vt ſanctificaret ꝑ ſuum ſanguinem populum. ¶ Ad. j. g̃ dōm ꝙ regulariter hoc ſacramentum celebrare debet in domo. ꝑ quā ſignificatur eccleſia ſcḋm illud Thymo. iij. ſcias qm̄ oportet in domo dei conſeruare que eſt ecclia di viui. extra enim eccliam non ē locꝰ veri ſacrificij vt Aug. dic. Et quia eccl'a nō erat ꝯcludenda finibus gentis iudaice ſed erat in vniuerſo mūdo fundanda et ideo paſſio xpi non eſt celebrata infra ciuitatem iudeoꝝ ſed ſub diuo. vt ſic totus mūdus haberet ſe ad paſſionem xpi vt domus. Et tn̄ vt dicit de cōſe. diſ. j. c. concedimus ꝙ in itinere poſitis ſi eccl'ia defuerit ſub diuo vel ſub tectorio ſi tabula conſecrata ceteraqꝫ ſacra miſteria ad illud officiū ꝑtinentia ibi fuerint miſſarū ſolēpnia celebrari concedimus. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ domus in qua hoc ſacramentū celebrat ꝑ eccleſiam ſignat. et eccleſia nominat. Conuenienter tn̄ conſecrat ad rep̄ſentandū ſanctificatōnem qua ecclia conſecrata eſt ꝑ paſſionem xpi. tum etiam ad ſanctitatem ſignificandā que requirit in hijs q̄ hoc ſacramentū ſuſcipe debent. Per altare aūt ſignificat ipſe xps de quo Apꝰ. dicit ad Hebre. vlt. ꝑ ipm̄ offeramus hoſtiam laudis deo. vn̄ et cōſecratō altaris ſignificat ſanctitatem xpi de qua dicit Luc. j. qd̓ ex te naſcetur ſanctum vocabitur filius dei. vn̄ de ꝯſe. diſ. j. dicit altaria placuit nō ſolum vnctōne criſmatis ſed etiam ſacerdotali vnctōne cōſecrari. et ideo regulariter non licet celebrare hoc ſacramentū niſi in domibus conſecratis vnde ſicut habetur de conſe. diſ. j. nullus p̄ſpiter miſſā celebrare p̄ſumat niſi in ſacratis ab ep̄o locis. Propter qd̓ quia etiā pagani non ſunt de eccl'ia nec alij infideles ideo eadem diſtinctōne dicitur ecclia in qua cadauera mortuoꝝ infidelium ſepeliūt ſanctificare non licet. ſed ſi apta videtur ad cōſecrandum inde euulſis corpibꝫ ⁊ raſis parietibꝫ vl' tignis eiꝰ loci reedificet. ſꝫ ſi hec ꝯſecrata priꝰ fuit miſſas ī ea celebrare licꝫ tn̄ ſi fideles fuerint qui ī ea ſepulti ſūt. Propter neceſſitatē tn̄ pōt hoc ſacramētū pagi ī domibꝫ nō cōſecratis vl' violatꝭ ſꝫ tn̄ d̓ ꝯſēſu epi. vn̄ ſic ī eadē diſtictōe legit miſſaꝝ ſolēpnia vbicūqꝫ ī locꝭ ab ep̄o cōſecratꝭ vl' vbi ipſe pmiſerit celebrāda ceſemꝰ ē tn̄ ſine altare portatili cōſecrato. vn̄ ⁊ eadem diſ. legitur. concedimus vt ſi eccleſie fuerint incenſe vel cōbuſte in capellis cū tabula conſecrata miſſam celebrari. quia enim ſanctitas chriſti fons eſt totius ſanctitatis eccleſiaſtice ideo in neceſſitate ſufficit ad pagendum hoc ſacramentum altare ſanctificatum. ꝓpter ꝙ ecclesia ſancta nūqꝫ ſine altari conſecratur. cum tamen ſine eccleſia quandoqꝫ conſecratur altare cum reliquijs ſanctorum. quorū vita abſcondita ē cum chriſto in deo. vnde in eadem diſtinctōne legit placuit vt altaria in quibꝫ nullum corpus aut reliquie martirum cōdite comprobantur ab ep̄is qui eiſdem locis preſunt ſi fieri poteſt euertantur ¶ Ad. iij. dōm ꝙ eccleſia et altare et alia hmōi inaīata conſecrantur. non quia ſint gratie ſuſceptiua. ſed quia ex conſecratōne adipiſcuntur quādam ſpūalem virtutem. ꝑ quam apta reddunt diuino cultui. vt ſcꝫ homo deuotōnē quādā exinde ꝑcipiat. vt ſint peccatores ad diuina ꝓmptōres. niſi hoc ꝓpter irreuerentiam impediatur. vn̄ et. ij. Mach. iij. dicitur vere virtus dei quedam eſt in loco. nā ipſe qui habet in celis habitatōnem viſitator et adiutor ē loci illius. et inde eſt ꝙ hmōi ante conſecratōnem emundantur et exorciſantur. vt exinde virtus inimici pellat. Et eadem ratōne eccleſie que ſanguinis effuſione aut cuiuſcūqꝫ ſemine pollute fuerint reconcilientur. quia per peccatum ꝯmiſſum ibi apparet aliqua opatō inimici. ꝓpter ꝙ etiam in eadem diſ. legitur eccl'ias arrianorum vbicūqꝫ inueneritis catholicas eccleſias dominicis opibus et p̄cibꝫ abſqꝫ vlla mora coſecrate. Unde et quidā ꝓbabiliter dicunt ꝙ per ingreſſum eccl'ie conſecrate homo conſequitur remiſſionē peccatorū venialiū. ſicut ⁊ ꝑ aſꝑſionē aque benedicte. inducentes qd̓ in p̄s. dicitur benedixiſti domine terrā tuā. remiſiſti iniquitatē plebis tue. ⁊ iō ꝓpter virtutem quā in conſecratione acquirit eccl'ia non iterat conſecratō. vnde in eadem diſ. legitur ex concilio niceno. eccleſijs ſemel conſecratis non debet iterū conſecratō adhiberi niſi aut ab igne exuſte aut ſanguinis effuſione aut cuiuſcūqꝫ ſemine pollute fuerint quia ſicut infans a qualicūqꝫ ſacerdote in noīe patris et filij ⁊ ſpiritusſancti ſemel baptiſatus non debet iterum baptiſari. ita nec locus deo dedicatus eſt iterum conſecrandus. niſi ꝓpter cauſas quas nominauimus ſupius. ſi tamen fidē trinitatis tenuerunt qui conſecrauerunt. alioquin qui ſunt extra eccleſiam conſecrare non poſſunt. ſed ſicut in eadem diſ. legitur eccleſie vel altaria que ambigua ſunt de cōſecratōe conſecrentur. Preter hoc etiam ꝙ aliqꝫ ſpiritualem virtutem adipiſcuntur per conſecratōnem in eadē diſ. legit ligna eccleſie dedicate non debent ad aliud opus iungi. niſi ad aliam eccleſiam vel igni cōburenda vel ad ꝓfectū in mōaſterio fratribus ī opa laycoꝝ non debent admitti Et ibidē legit altaris palla cathedra candelabrū ⁊ velum ſi fuerīt vetuſtate cōſūpta incendio dentur. cineres quoqꝫ eorum in baptiſterio inferant. aut in pariete aut in foſſis pauimētoꝝ iaciāt ne introeuntiū pedibus inquinentur ¶ Ad. iiij. dōm. ꝙ quia conſecratō altaris rep̄ſentat ſanctitatem xpi conſecratō vero domus ſanctitatē totius eccleſie ideo cōuenientius recolit cū ſolēpnitate eccleſie conſecratō q̄ꝫ altaris ꝓpter ꝙ in octo diebꝫ ſolēpnitas dedicatōnis agitur ad ſignificandam ſanctā reſurrectionem xpi et eccleſie mēbrorum non eſt opus ſolius hominis conſecratō eccleſie vel altaris cum habeat ſpūalem virtutem. vn̄ de ꝯſe. diſ. eadē dr̄ ſolēpnitates eccl'iaꝝ dedicatōnū ꝑ ſinglos ānos ſolēpnit ſūt celebrāde ꝙ autē octo diebꝫ encenia ſint celebrāda. iij. li. Re. ꝑlecta d̓dicatōe tēpli repies. ſ. ¶ Ad. v. dō. ꝙ ſicut legitur de cōſe. diſ. j. altaria ſi non ſint lapidea criſmatis vnctione non conſecrantur. Quod

quidem competit ſignificationi huius ſacramēti· tum qꝛ
altare ſignificat xp̄m. dicit̄ aūt .i. Cor. x. petra autē erat
xp̄s. tum etiam quia corpus xp̄i in ſepulchro lapideo fue
rat conditum. cōpetit etiā quo ad vſum ſacr̄i. lapis enim
⁊ ſolidus ē ⁊ de facili poteſt inueniri vbiq̄ꝫ. qḋ non erat ne
ceſſarium in veteri lege vbi fiebat in loco vno altare· qḋ
autem mandatur altare fieri de terra vel de lapidibus n̄
ſectis fuit ad ydolatriam remouendam. ¶ Ad .vi. dōm
ꝙ ſicut in eadem diſ. legitur. c. vaſa quidam ſacerdotes
non aureis ſed ligneis calicibus vtebantur. zepherinus
autem papa patenis vitreis miſſas celebrari inſtituit. de
inde vrbanus omnia fecit argentea. poſtmodum autem
ſtatutū eſt vt calix domini cum patena ſiue ex auro ſiue ex
argento fiat. vel ſaltem ſtanneus habeatur calix. De ere
autem aut ex auricalco nō fiat qꝛ hoc vini virtute erugi
nem parit. ⁊ vomitum prouocat. Nullus aūt ī vitreo ſeu
ligneo calice celebrare preſumat miſſam. quia lignum po
roſum eſt ⁊ ſanguis conſecratus in eo remaneret. vitrum
aūt fragile eſt ⁊. poſſet fractiōis periculum imminere. ⁊ ea
dem ratio eſt de lapide. ⁊ ideo propter reuerentiā ſtatutū
eſt. vt ex predictis materijs calix fiat. ¶ Ad .vij. dōm ꝙ
vbi potuit ſine p̄iculo fieri eccleſia inſtituit circa hoc ſa
cramentū id qḋ xp̄i paſſionē expreſſius repreſentat. non
erat aūt tantum periculū circa corpus qḋ ponitur in cor
porali ſicut circa ſanguinem qui continetur in calice. ⁊ ideo
licet calix non fiat de petra corporale tamē fit de panno li
neo. quo corpus xp̄i erat inuolutum. vnde in ep̄la ſilue.
pape in eadem diſ. legitur. cōſilio oīm ſtatuim⁹ ne ſacrifi
cium altaris aut in ſerico panno aut intincto quiſq̄ꝫ cele
brare preſumat miſſam. ſed ī puro lineo ab ep̄o cōſecrato
ſicut corpus xp̄i in ſindone munda ſepultū fuit. Competit
etiam pannus lineus ꝓpter munditiam ſui ad ſignificā
dam conſcientie puritatem. et propter laborum multi
plicitatem quo talis pannus preparatur ad ſignificandā
paſſionem xp̄i. ¶ Ad .viij. dōm ꝙ diſpenſatio ſacramen
torū ꝑtinet ad miniſtros eccleſie. ſed cōſecratio eoꝝ eſt ab
ipſo deo. ⁊ ideo miniſtri eccleſie nō habent aliud ſtatue
re circa conſecrationis formam. ſed circa vſum ſacramen
ti ⁊ commodū celebrandi. et ideo ſi ſacerdos verba conſe
crationis proferat ſuper materia debita cū intentione cō
ſecrandi abſq̄ꝫ omnibus predictis ſcilicet domo altarica
lice ⁊ corporali conſecratiſ ⁊ ceteris hmōi per eccleſiam in
ſtitutis conſecrat quidē in rei veritate corpus xp̄i. peccat
tamen grauiter. ritum eccleſie nō obſeruans.

## Ad quartū ſic proceditur

Videt̄ ꝙ īcōuenienter ordinent̄ ea q̄ circa hoc ſacr̄m dicū
tur. hoc. n. ſacr̄m verbis xp̄i conſecrat̄. vt Amb. dic in. li.
de ſacramentis. non ergo debent aliqua alia in hoc ſacra
mento dici q̄ꝫ verba xp̄i. ¶ Pre. verba ⁊ facta xp̄i per
euangelium innoteſcunt. ſed quedā dicuntur circa con
ſecrationem huius ſacramenti que in euangelijs non po
nuntur. non enim legitur in euāgelio ꝙ xp̄s ī inſtitutione
huius ſacramenti oculos ad celum leuauerit. ſimiliter etiam
nec in euangelijs legit̄ accipite ⁊ cōmedite. nec ponit̄ oēs
cum in celebratione huius ſacr̄i dicatur eleuatis oculis ī
celum. ⁊ iterum accipite ⁊ cōmedite ex hoc oēs. ḡ incon
uenienter hmōi verba dicuntur in celebratiōe hui⁹ ſacr̄i.
¶ Pre. omnia alia ſacramēta ordinant̄ ad ſalutē oīm
fidelium. ſed in celebratione alioꝝ ſacramētoꝝ nō fit com
munis oratio ꝓ ſalute omniū fidelium viuoꝝ et defunc
torum. ergo inconuenienter fit in hoc ſacramento mentio

¶ Pre. baptiſmus dicitur ſpecialiter fidei ſacramentū
ea ergo que pertinent ad inſtructionem fidei magis debēt
circa baptiſmū tradi q̄ꝫ circa hoc ſacramentū ſicut doctri
na ap̄lica ⁊ euangelica. ¶ Pre. in omni ſacramento exi
gitur deuotio fidelium. non ergo magis in hoc ſacramē
to q̄ꝫ in alijs debet deuotio fidelium excitari ꝑ laudes di
uinas ⁊ per admonitiones. puta cum dicitur ſurſum cor
da ¶ Pre. miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos vt
dictum eſt. omnia ergo que in hoc ſacramento dicuntur
a ſacerdote dici deberēt ⁊ nō quedam a miniſtro et que
dam a choro. ¶ Pre. hoc ſacramentum per certitudinē
virtutis diuine operatur ſuꝑflue. ergo ſacerdos petit hu
ius ſacramenti perfectionem cū dicit quā oblationem ⁊c̄.
¶ Pre. ſacrificium noue legis multo excellentius eſt q̄ꝫ
ſacrificium antiquorum patrum. inconuenienter ergo
ſacerdos petit ꝙ hoc ſacrificium habeatur ſicut ſacrifici
um abel abrahe melchiſedech. ¶ Pre. corpus xp̄i ſicut
non incepit eſſe in hoc ſacramento per loci mutationem
vt ſupra dictum eſt ita etiam nec deſinit. inconuenienter
ḡ ſacerdos petit iube hec ꝑferri per manus ſancti ange
li tui in ſublime altare tuum. ¶ Sed contra eſt quod
dicitur de conſecratio. diſ. i. Jacobus frater domini ſm̄
carnem ⁊ baſilius ceſarienſis epiſcopus ediderunt miſ
ſe celebrationem. ex quorum auctoritate patet. conuenie
ter ſingula circa hoc dici ¶ Rn̄. dōm ꝙ quia in hoc ſa
cramento totum miſterium noſtre ſalutis comprehendi
tur ideo pre ceteris ſacramentis cum maiori ſolennitate
peragitur. Et quia ſcriptum eſt Eccleſiaſtici. iiij. cuſtodi
pedem tuum. ingrediens domum domini. ⁊ Eccleſiaſti.
xviij. ante orationem prepara animam tuam. ideo an
te celebrationem huius miſterij. primo quidem premit
titur preparatio quedam ad digne agenda ea que ſequū
tur. Cuius preparationis prima pars eſt laus diuina. q̄
fit in introitu miſſe. ſm̄ illud p̄s. ſacrificium laudis ho
norificabit me. ⁊ illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei.
⁊ ſumitur hoc vt pluries de pſalterio vel ſaltem cum pſal
mo cantatur. quia vt Dio. dicit. iij. c. eccleſiaſtici hier.
in pſalmis comprehēditur per modum laudis quicquid
in ſacra ſcriptura continetur. Secunda pars continet cō
memorationem preſentis miſerie. dum miſericordia pe
titur cum dicitur kyrieleyſon. ter pro perſona patris. et
ter pro perſona filij cum dicitur xp̄eleyſon ⁊ ter pro perſo
na ſpiritusſancti cum dicitur ter kyrieleyſon. contra tri
plicem miſeriam. ignorantie culpe ⁊ pene. vel ad ſigni
ficandum ꝙ omnes perſone ſunt in ſe inuicem. Tertia
autem pars commemorat celeſtem gloriam ad quam tē
dimus per preſentē miſeriam dicendo gloria in excelſis
deo. que cantatur in feſtis. in quibus commemoratur ce
leſtis gloria. intermittitur autem in officijs luctuoſiſque
ad cōmemoratiōem miſerie pertinent. Quarta autem
pars cōtinet oratiōem quam ſacerdos ꝓ populo facit. vt
digni habeantur tantis miſterijs. Secundo aūt premit
titur fidelis inſtructio populi. qꝛ hoc ſacramētum ē miſte
riū fidei vt ſup̄ habitū ē. que quidē inſtructio diſpoſi
tiue quidem fit ꝑ doctrinam ꝓphetaꝝ ⁊ ap̄loꝝ. q̄ in eccl̄ia
legit̄ per lectores ⁊ ſubdiaconos. Poſt quā lectiōem cā
tatur a choro graduale. qḋ ſignificat ſpūalē exultationem
vel tractus ī officijs luctuoſis. q̄ ſignificat ſpūalem gemi
tū. hec. n. ꝑfecṫ debēt ī populo ex p̄dicta doctrīa. ꝑfecte aūt
popul⁹ īſtruit̄ per doctrinā xp̄i in euāgelio contētam. q̄ a
ſūmis miſtris. legit̄. ſ. a diaconib⁹. ⁊ qꝛ xp̄o credim⁹ tā
q̄ꝫ diuine veritati ſꝫ illḋ Jo. viij. ſi veritatē dico vob̄ q̄re nō

creditis mihi lecto euangelio ſimbolū fidei cantatur in q̄
populus oſtendit ſe perfidem doctrine xp̄i aſſentire. ¶ Cā
tatur autem hoc ſimbolum in feſtis xp̄i ⁊ beate virginis
⁊ apl'oꝝ. q̄ hanc fidem fundauerūt ⁊ ī alijs hmōi. ¶ Hic ḡ
preparato populo ⁊ inſtructo acceditur ad celebrationeꝫ
miſterij. qđ quidē ⁊ offertur vt ſacrificiuꝫ ⁊ cōſecratur ⁊
ſumitur. ⁊ ſc̄m hoc primo quidē ꝑagitur oblatio. ſecūdo
vero conſideratio materie oblate. tertio. perceptio eiuſdē
¶ Circa oblationem vero duo aguntur. ſ. laus populi in cā
tu offertorij. per qđ ſignificatur leticia offerentium. ⁊ ora
tio ſacerdotis qui petit vt oblatio populi ſit deo accepta
vnde. i. paralip. dixit dauid. ego in ſimplicitate cordiſ mei
obtuli vniuerſa hec. ⁊ populum tuum qui hic repertus eſt
vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. ¶ Et poſtea
orat dicens domine deus cuſtodi hanc voluntatem. ¶ De
inde circa cōſecrationem que ſupernaturali virtute agit̄
primo excitatur populus ad deuotionem in prefatione.
vnde ⁊ monentur ſurſum corda habere ad dominū. ¶ Et
ita finita prefatione populus cum deuotione laudat di/
uinitatem xp̄i cum angelis dicens. ſanctus ſanctus ſanct⁹
et humanitatem cum pueris dicens. ¶ Benedict⁹ qui ve/
nit in nomine domini. ¶ Deīde ſacerdos ſecrete cōmemo
rat. primo quidē illos pro quibus hoc ſacrificiū offertur.
ſcilicet ꝓ vniuerſali eccleſia ⁊ ꝓ hijs qui in ſublimitate
ſunt conſtituti ⁊ ſpēaliter quoſdā qui offerunt vel ꝓ qui
bus offert̄. ¶ Secūdo cōmemorat ſanctos quorum patro/
cinia implorat ꝓ predictis cum dic̄ cōmunicantes ⁊ me/
moriā venerātes. ¶ Tertio peticionem concludit. cuꝫ dicit
hec oblatio pro quib⁹ offertur ſalutaris. ¶ Deinde accedit
ad ipſaꝫ conſecrationem. ¶ In qua primo petit cōſecratio
nis effectum cū dicit quā oblationē tu deus ⁊c̄. ¶ Secun
do conſecrationem peragit per verba ſaluatoris cū dicit
qui pridie q̄ȝ pateretur. ¶ Tertio excuſat preſumptionē ꝑ
obedientiā ad mandatum xp̄i. cū dicit vnde ⁊ memores
¶ Quarto petit hoc ſacrificiū peractum eſſe deo acceptū. cū
dic̄ ſup̄ q̄ ꝓpicio. ¶ Quīto petit ꝑ huiuſ ſacrificij ⁊ ſacramē
ti effectum. ¶ Primo quidem quātū ad ipſos ſumentes
cum dicit ſupplices te rogamus. ¶ Secundo quantum ad
mortuos qui iam ſumere non poſſunt cuꝫ dicit. memē
to etiam domine. ¶ Tertio ſpecialiter quantum ad ipſos
ſacerdotes offerentes cū dicit nobis quoq; peccatoribus.
¶ Deinde agitur de perceptione ſacramēti. ¶ Et primo qui/
dem ꝑparatur populus ad percipiendum. ¶ Primo qui/
dem per orationem cōmunem totius populi que eſt ora
tio dominica in qua petimus panem noſtrū q̄tidianuꝫ
nobis dari ⁊ etiam priuatam quā ſpecialiter ſacerdos ꝓ
populo offert. cum dicit. libera nos queſumus domine.
¶ Secundo preparatur populus per pacem que datur di/
cendo agnus dei. eſt eniꝫ hoc ſacramētū vnitatis ⁊ pacis
vt ſupra dictum eſt. ¶ In miſſis aūt defunctorum in qui/
bus hoc ſacrificium offertur nō pro pace preſenti ſed pro
requie mortuoꝝ pax intermittitur. ¶ Deinde ſequitur per/
ceptio ſacramenti. primo percipiēte ſacerdote. ⁊ poſtmo/
dum alijs dāte. quia vt ¶ Dio. dicit. iij. c. eccle. hier. qui
alijs diuina tradit. primo debet ipſe ꝑticeps eſſe. ¶ Vlti/
mo aūt tota miſſe celebratio in gratiarum actione termi/
natur populo exultāte pro ſumptione miſterij qđ ſignifi
cat cantus poſt cōmunionem. ⁊ ſacerdote per orationem
gratias offerente. ſicut ⁊ xp̄s celebrata cū diſcipulis com
munione ymnum dixit. vt dicitur ¶ Math. xxvi. ¶ Ad. i.
ergo dōm ꝙ conſecratio ſolum in verbis xp̄i conficitur
alia vero neceſſe fuit addere ad preparationem populi ſu
mentis vt dictū eſt. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſicut dicitur ¶ Iohā.
vltimo multa ſunt a domino facta vel dicta que euange
liſte non ſcripſerunt inter que fuit hoc ꝙ dominus ocu/
los leuauit in celum in cena. quod tamen eccleſia ex tradi
tione apl'oꝝ habuit. rationale enim videt̄ vt qui in ſuſci
tatione lazari vt habetur ¶ Ioh. xi. ⁊ in oratione quā ꝓ diſ
cipulis fecit ¶ Ioh. xvij. oculos leuauit ad patrem in hui⁹
ſacramēti inſtitutione multomagis hoc fecerit. tanq̄ȝ in
re potiori. quod aūt dicit̄ manducate ⁊ nō comedite non
differt quātum ad ſenſū. nec refert multum quod dicat̄
preſertim cum verba illa non ſunt de forma. vt ſup̄ dic/
tum eſt. ¶ Quod aūt additur omnes intelligitur in verbiſ
euangelij licet non exprimatur. quia ipſe dixerat ¶ Ioh. vi
niſi manducaueritis carnem filij hominis non habebi/
tis vitam in vobis. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ eucariſtia eſt ſacra
mentum totius eccleſie vnitatis. ⁊ ideo ſpecialiter in hoc
ſacramento magis q̄ȝ in alijs debet fieri mentio de omni
bus. que pertinent ad ſalutem totius eccleſie. ¶ Ad. iiij
dōm ꝙ duplex eſt īſtructio ¶ Vna que fit nouiter imbu
endis ſcilicet cathecuminis ⁊ talis īſtructio fit circa bap
tiſmum. ¶ Alia autē ē inſtructio qua inſtruitur fidelis po/
pulus qui communicat huic miſterio. ⁊ talis inſtructio
fit in hoc ſacramento. ¶ Et tamen ab hac inſtructione nō
repellūtur cathecumini ⁊ infideles. vnde dicitur de cō/
ſecra. diſ. i. ep̄us nulluꝫ prohibeat eccleſiam ingredi et au
dire verbum dei ſiue gentilē ſiue hereticum ſiue iudeuꝫ
vſq; ad miſſam cathecuminorum. in qua ſcilicet cōtine
tur inſtructio fidei. ¶ Ad. v. dōm ꝙ in hoc ſacramento
maior deuotio requiritur q̄ȝ in alijs ſacramētis. propter
hoc ꝙ in hoc ſacramento totus xp̄s cōtinetur. quia in hoc
ſacramento requiritur deuotio totius populi pro quo ſa
crificium offertur ⁊ non ſolum ꝑcipientium ſacramentū
ſicut in alijs ſacramentis. ¶ Et ideo ſicut ciprianus dicit.
ſacerdos ꝑfatione ꝑmiſſa parat fratrum mentes dicendo
ſurſum corda. vt dum reſpondet populus habemus ad
dominum admoneatur nihil aliud cogitare ſe q̄ȝ que di/
cuntur. ¶ Ad. vi. dōm ꝙ in hoc ſacramento ſicut dictum
eſt tāguntur ea que pertinent ad totam eccleſiam. ⁊ ideo
quedam dicuntur a choro que pertinent ad populuꝫ quo
rum quedam chorus totaliter proſequitur ſcilicet que to
ti populo inſpirantur. ¶ Quedam vero populus ꝓſequit̄
ſacerdote inchoante. qui perſonam dei gerit. in ſignum
ꝙ talia peruenerunt ad populum ex reuelatione diuina
ſicut fides ⁊ gloria ī excelſis. ⁊ ideo ſacerdoſ inchoat ſim
bolum fidei ⁊ gloria in excelſis deo. ¶ Quedam vero dicū
tur per miniſtros ſicut doctrina noui ⁊ veteris teſtamen
ti. in ſignum quod per miniſtros a deo miſſa eſt hec doc
trina populis nunciata. ¶ Quedam vero ſacerdos ſolus ꝓ
ſequitur que ſcilicet ad proprium officium ſacerdotis ꝑ
tinent. vt ſcilicet dona ⁊ ꝑces offerat pro populo. ſicut di
citur ad ¶ Hebr. v. ¶ In hijs tamē quedā dic̄ publice q̄. ſ. ꝑ/
tinēt ⁊ ad ſacerdotē ⁊ ad populū. ſic̄ ſūt oratiōes cōmu/
neſ. q̄dā v̄o ꝑtinēt ad ſolū ſacerdotē ſic̄ oblatio ⁊ cōſecra
tio. ⁊ iō q̄ circa hec ſūt dicēda oculte a ſacerdote dicūtur.
¶ In vtriſq; tamē excitat actionē populi dicēdo dn̄ſ vobiſ
cū ⁊ expectat aſſenſū dicentiū amē. ⁊ iō in hijs que ſecre/
te dicunt̄ publice ꝑmittit dn̄s vobiſcū. ⁊ ſubiūgit per oīa
ſecl'a ſeculoꝝ. ¶ Vl ſecrete aliq̄ ſacerdos dic̄ ī ſignū ꝙ circa
xp̄i paſſionē diſcipuli nō niſi oculte xp̄m cōfitebant̄.
¶ Ad. vij dōm ꝙ efficacia verboꝝ ſacramētaliū īpediri pōt
per intentionem ſacerdotis. ¶ Nec tamen eſt inconueni/
ens ꝙ a deo ſcilicet petamus id quod certiſſime ſcimus

ipſum facturuȝ. ſicut xp̄s Ioh. xvij. petijt ſuā clarificatio
nem. non tamen ibi videtur ſacerdos orare vt cōſecratio
impleatur ſed vt nobis fiat fructuoſa. vnde ſignanter dic
vt nobis corpus et ſanguis fiat. ⁊ hoc ſignant verba que
premittit dicens. hanc oblationem facere digneris bene
dictaȝ. ſm̄ Aug. i. per quam benedicimur. ſ. per gratiam.
aſcriptā. i. per quā in celo aſcribimur. ratam. i. per quam
in viſcerib⁹ xp̄i cenſeamur. rationabilē. i. per quā a beſtia
li ſenſu exuamur. acceptabilē. i. vt qui nobiſipis diſplice
mus per hanc acceptabiles eius vnico filio ſimus. ¶ Ad
viij. dicendum ꝙ licet ſacrificium ex ſeipſo preferatur omnib⁹
antiquis ſacrificijs tamē ſacrificia antiquoꝝ fuerūt deo
acceptiſſima ex eoꝝ deuotione. petit ergo ſacerdos vt hoc ſa
crificium acceptetur a deo ex deuotione offerentiuȝ. ſicut
illa accepta fuerunt deo. ¶ Ad. ix. dicendum ꝙ ſacerdos non
petit ꝙ ſpecies ſacramentales deferantur in celū. neq̄
corpus xp̄i verum quod ibi eſſe non deſinit. ſed petit hoc p
corpore miſtico. quod ſcȝ in hoc ſacramēto ſignificatur. vt
ſcȝ orationes et populi et ſacerdotes angelus aſſiſtens di
uinis miſterijs deo repreſentet. ſm̄ illud Apoc. viij. aſcē
dit fumus incenſoꝝ de oblationibus ſanctoꝝ de manu
angeli. Sublime autē altare dei dicitur vel ipſa eccleſia
triumphās. in quam transferri petimus. vel ipſe deus cu
ius participationem petimus. De hoc aūt altari dicitur
Exo. xx. non aſcendes ad altare meum per gradus id eſt
in trinitate gradus non facies. Vel per angeluȝ intelligi
tur ipſe xp̄s. qui eſt magni cōſilij angelus. qui corpus ſuū
miſticum deo patri coniungit. ⁊ eccleſie triūphanti. Et
ꝓpter hoc etiam miſſa nominatur. quia per angelum pre
ces ſacerdos ad deum mittit. ſicut populus per ſacerdo
tem. vel quia xp̄s hoſtia eſt nobis miſſa. vnde ⁊ in fine
miſſe diaconus in feſtiuis diebus populum licentiat di
cens. ite miſſa eſt ſcilicet hoſtia ad deum per angelum. vt
ſcilicet ſit deo accepta.

## Ad quintuȝ ſic proceditur

Videtur ꝙ ea que in celebratione huius ſacramēti agū
tur non ſunt ꝯuenientia. hoc enim ſacramentū ad nouū
teſtamentum pertinet. vt ex forma ipſius apparet. in no
uo aūt teſtamento non ſunt obſeruande cerimonie vete
ris teſtamēti. ad quas pertinebat ꝙ ſacerdos ⁊ miniſtri
lauabantur quando accedebant ad offerendum. legitur
enim Exo. xxx. lauabunt aaron ⁊ filij eius manus ſuas
ac pedes. quando ingreſſuri ſunt ad altare. non eſt ergo con
ueniens ꝙ ſacerdos lauet manus inter miſſarum ſolen
nia. Item ibidem dominus mandauit ꝙ ſacerdos ado
leret incenſum ſuaue fraglans ſuper altare. quod erat an
te ꝓpiciatorium. quod etiam pertinebat ad ceremoniam
veteris teſtamenti. inconuenienter ergo ſacerdos in miſ
ſa thurificatione vtitur. ¶ Preterea ea que in ſacramentis
eccleſie aguntur non ſunt iteranda inconuenienter. ergo
ſacerdos iterat cruce ſignationes ſuper hoc ſacramentum
¶ Preterea Apo. dicit ad hebre. vij. ſine vlla contradictione
quod minus eſt a maiori benedicitur. ſed xp̄s qui eſt in
hoc ſacramento. poſt conſecrationē eſt multo maior ſacer
dote. inconuenienter. ergo ſacerdos poſt conſecrationeȝ
benedicit hoc ſacramentū cruce ſignando. ¶ Preterea in ſa
cramentis eccleſie nihil debet fieri quod ridiculoſum vi
deatur. videtur autem ridiculoſum geſticulationes face
re. ad quas pertinere videtur ꝙ ſacerdos quandoq̄ brachia ex
tendit. manus iungit. digitos implicat. ⁊ ſeipſum incur
uat. ergo hec non debent fieri in hoc ſacramēto. ¶ Pre.
ridiculoſum etiam videtur ꝙ ſacerdos multotiens ad po
pulū ſe vertit. multotiens etiam populū ſalutat. nō ergo
debēt hec fieri in hoc ſacramento. ¶ Pre. Apo. i. Cor. i
pro inconuenienti habet ꝙ xp̄s ſit diuiſus. ſed poſt con
ſecrationem xp̄us eſt in hoc ſacramento. inconuenienter
ergo hoſtia frangitur a ſacerdote. ¶ Pre. ea que in hoc
ſacramento aguntur paſſionem chriſti repreſentāt. ſed in
paſſione chriſti corpus fuit diuiſum in locis quinq̄ vul
nerum. ergo corpus xp̄i in quinq̄ partes frangi deberet
magis quam in tres. ¶ Pre. corpus xp̄i totum in hoc ſacra
mento ſeorſum conſecratur a ſanguine. inconuenienter ergo
vna pars eius ſanguini admiſcetur. ¶ Pre. ſicut corpus
xp̄i proponitur in hoc ſacramento vt cibus ita ſanguis vt
potus. ſed ſumptioni corporis xp̄i non adiungitur in ce
lebratione miſſe alius corporalis cibus. incōuenienter ergo
ſacerdos poſt ſumptionem ſanguinis xp̄i vinū non con
ſecratum ſumit. ¶ Pre. veritas debet reſpondere figu
re. ſed de agno paſcali qui fuit figura huius ſacramēti mā
datur ꝙ non remaneret ex eo quicquid vſq̄ mane. incō
uenienter ergo hoſtie cōſecrate reſeruantur ⁊ nō ſtatim ſu
muntur. ¶ Pre. ſacerdos pluraliter loquitur audienti
bus puta cum dicit dominus vobiſcuȝ ⁊ gratias agam⁹
ſed incōuenienter videtur loqui pluraliter vni ſoli ⁊ maxi
me minori. ergo inconueniens videtur ꝙ ſacerdos vno
tm̄ miniſtro preſente celebret miſſam. ergo videtur ꝙ in
conuenienter aliqua aguntur in celebratiōe huius ſacra
menti. Sed in contrarium eſt eccleſie conſuetudo que
errare non poteſt ſpiritu ſancto inſtructa. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ
ſicut ſupra dictum eſt. in ſacramentis aliquid dupliciter
ſignificatur. ſcilicet verbis ⁊ factis. ad hoc ꝙ ſit perfectior
ſignificatio. ſignificātur autem in verbis in celebratione
huius ſacramenti quedā pertinentia ad paſſioneȝ xp̄i ad
que repreſentatur in hoc ſacramento. vel etiam ad corp⁹
miſticum quod ſignificatur. ⁊ quedā pertinentia ad vſū
ſacramenti que debent eſſe cum deuotione ⁊ reuerentia
Et ideo in celebratione huius miſterij quedam aguntur
ad repreſentandum paſſionem xp̄i. vel etiam diſpoſitio
nem corporis miſtici. ⁊ quedam aguntur pertinentia ad
deuotionem ⁊ reuerentiam vſus huius ſacramenti.
¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ablutio manuum fit in celebratione
miſſe ꝓpter reuerentiam ſacramēti ⁊ hoc dupliciter. Pri
mo quidē quia aliqua ꝓcioſa tractare nō cōſueuimus ni
ſi manibus ablutis. vnde indecēs videtur ꝙ ad tātū ſacra
mentū aliquis accedat manibus etiā corporaliter inqui
natis. Secundo ꝓpter ſignificatiōem. quia vt dicit Dio.
iij. c. eccle. hier. extremitatū ablutio ſignificat emunda
tiōem etiā a minimis peccatis. ſm̄ illud Ioh. xiij. qui lo
tus eſt nō indiget niſi vt pedes lauet. Et talis emūdatio
requiritur ab eo qui accedit ad hoc ſacramentum. quod etiā ſignificatur per
cōfeſſionē que fit ante introitū miſſe. ⁊ hoc idem deſigna
bat ablutio ſacerdotū in veteri lege vt ibideȝ Dio. dicit.
nec tamē eccleſia hoc cōſeruat tanq̄ cerimoniale veteris le
gis ꝓceptū. ſȝ quaſi ab eccleſia iſtitutū ⁊ eſt quoddam ſm̄ ſe ꝯueni
ens. ⁊ ideo nō eodē mō obſeruatur ſicut tūc. pretermittitur enim pe
dum ablutio ⁊ ſeruatur manuū ablutio que pōt fieri magis in
promptu. ⁊ que ſufficit ad ſignificādā perfectā mūditiā. cū enim
man⁹ ſit organū organoꝝ. vt dicitur iij. de anima opera attribuū
tur manib⁹. vnde ⁊ in pſ. dicitur lauabo inter inocentes manus
meas. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ thurificatiōe nō vtimur quaſi cerimo
niali ꝓcepto legis. ſȝ ſicut eccleſie ſtatuto. vnde nō eodē mō
vtimur ſicut in veteri lege erat ſtatutum. Pertinet autē
ad duo. Primo quidem ad reuerentiam huius ſacramēti

vt ſcilicet per bonum odorem depellatur ſi quid corporaliter praui odoris in loco fuerit. qđ poſſet ꝓuocare horrorem. Secundo ꝑtinet ad repreſentandum effectū gratie quo ſicut bono odore xp̄s plen⁹ fuit. ſm illud Geñ. xxvij. ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. ⁊ a xp̄o deriuatur ad fideles officio miniſteriorum ſm illud. ij. Cor. ij. odorem noticie ſue ſpargit per nos in oī loco. ⁊ ideo vndiq; thurificato altari per qđ xp̄s deſignatur thurificant oēs ꝑ ordinem. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſacerdos in celebratione miſſe vtitur cruce ſignatione. ad exprimendā paſſionem xp̄i que ad crucem eſt determinata. Eſt autem paſſio xp̄i quibuſdam quaſi gradibus peracta. Nam primo fuit xp̄i tradicio. que facta eſt a iuda ⁊ a iudeis que ſignat trina cruce ſignatio. ſuper illa verba hec dona hec munera hec ſancta. ⁊c̄. Secundo fuit xp̄i vendicio. eſt autem vē ditus ſacerdotibus ſcribis ⁊ phariſeis ad qđ ſignificādū fit iterū terna cruce ſignatio ſuꝑ illa verba benedictā aſcriptam ratā. vel ad oſtendendū preciū venditiōis. ſ. triginta denarios. additur etiā ⁊ duplex ſignatio ſuꝑ illa verba. vt nobis corpus ⁊ ſanguis ⁊c̄. ad deſignandam ꝑſonā iude venditoris. Tercio aūt fuit p̄ſignatio paſſionis xp̄i facta in cena. ad qđ deſignādū fiūt tertio due cruces. vna in cōſecratione corporis. alia in cōſecratiōe ſāguinis. vbi vtrobiq; dicit̄ benedixit. Quarto aūt fuit ipſa paſſio xp̄i vñ ad repreſentādū q̄nq; plagas fit q̄rto q̄ntuplex crucis ſignatio ſuꝑ illa verba hoſtiā purā hoſtiā ſanctā hoſtiā inmaculatam panem ſanctū vite eterne ⁊ calicē ſalutis perpetue. Quīto repreſentat̄ extēſio corpis xp̄i. ⁊ effuſio ſanguinis. ⁊ fluxus paſſionis. per trinam cruce ſignationem que fit ſuꝑ illis v̄bis corp⁹ ⁊ ſāguinē ſūpſerim⁹ et benedictione ⁊c̄. Sexto repreſentat̄ triplex oratio quā fecit ī cruce. vnā ꝓ ꝑſecutorib⁹ cū dixit pater ignoſce illis. ſcdā ꝓ liberatione a morte. cū dixit deus deus meus vt q̄d dereliquiſti me. tertia ꝑtinet ad adeptionē glorie. cū dixit pater in manus tuas cōmendo ſpūm meū. ⁊ ad hoc ſignādū fit trina cruce ſignatio ſuꝑ illa verba ſanctificas viuificas benedicis. ⁊c̄. Septimo rep̄ſentat̄ tres hore quib⁹ pependit in cruce. ſ. a ſexta hora vſq; ad nonam. ⁊ ad hoc ſignificandum fit iter̄ trina cruce ſignatio ad illa verba ꝑ ipſū ⁊ cū ip̄o ⁊ in ip̄o. Octauo aūt rep̄ſentat̄ ſeꝑatio aīe a corpe ꝑ duas cruces ſubſequentes extra calicem factas. Nono aūt repreſentatur reſurrectio tertia die facta. per tres cruces. que fiunt ad illa verba pax domini ſit ſemper vobiſcū. Poteſt aūt breuius dici ꝙ cōſecratio huius ſacramenti ⁊ acceptio ſacrificij ⁊ fructus ip̄ius ꝓcedit ex virtute crucis xp̄i. ⁊ ideo vbicūq; fit mentio de aliquo hor̄ ſacerdos cruce ſignatione vtitur. ¶ Ad. iiij. dōm ꝙ ſacerdos poſt cōſecrationē non vtit̄ cruce ſignatione ad benedicendum ⁊ cōſecrandū. ſ; ſolū ad cōmemorādū virtutē xp̄i ⁊ modū paſſionis xp̄i vt ex dictis patet. ¶ Ad. v. dōz ꝙ ea que ſacerdos in miſſa facit ñ ſūt ridiculoſe geſtationes. fiūt enim ad aliquid repreſentandū. Ad. n. ſacerdos brachia extendit poſt cōſecrationē ſignificat extenſionem brachior̄ xp̄i in cruce. Leuat etiā manus orādo ad deſignandū ꝙ oratio eius ꝓ populo dirigitur ad deū ſm illud treno. iij. leuemus corda noſtra cū manib⁹ ad deū in celū et Exo. xviij. dr̄ ꝙ cū leuaret moyſes manus vincebat iſrl̄. quod aūt manus iterdū iūgit ⁊ īclinat ſe ſuppliciter ⁊ humiliter orans deſignat humilitatē ⁊ obedientiā xp̄i ex q̄ paſſus eſt. Digitos aūt cōiungit poſt cōſecrationē. ſ. pollicem cū indice quibus corpus xp̄i cōſecratū tetigerat vt ſi qua particula digitis adheſerat non diſpgatur. qđ ꝑtinet ad reuerentiā ſacramēti. ¶ Ad. vi. dōm ꝙ quinquies ſe ſacerdos vertit ad populū. ad deſignandū ꝙ domin⁹ die reſurrectionis quinquiēs ſe manifeſtauit. vt ſupra dictum eſt in tractatu de reſurrectiōe xp̄i. Salutat aūt ſepties populū. ſ. quinq; vicib⁹ qñ ſe v̄tit ad populū. ⁊ bis qñ ſe non vertit. ſ. ante p̄fationem cum dicit dñs vobiſcum et cum dicit pax domini ſit ſemꝑ vobiſcū. ad deſignandā ſeptiformem gratiā ſpūs ſancti. Ep̄us aūt celebrans in feſtis in prima ſalutatione dicit. pax vobis. qđ poſt reſurrectionem dixit domin⁹. cuius perſonā precipue repreſentat ep̄s. ¶ Ad. vij. dōm ꝙ fractio hoſtie tria ſignat. Primo quidem ipam diuiſionem corpis xp̄i que facta eſt in paſſione. Secūdo diſtinctionem corpis miſtici ſm diuerſos ſtatus. Tertio diſtributionē gratiar̄ ꝓcedētiū ex paſſione xp̄i. vt Dio. dicit. iij. c. eccl̄e. hier. vnde talis fractio nō inducit diuiſionem xp̄i. ¶ Ad. viij. dōm ꝙ ſicut ſergius papa dicit. ⁊ habet̄ in decretis de con. diſ. ij. triforme eſt corpus domini. pars oblata in calice miſſa corpus domini qđ iam reſurrexit deſignat. ſcilicet ipſum chriſtū ⁊ beatam virginem vel ſi qui alij ſancti cum corporibus ſunt in gloria. pars comeſta ambulans adhuc ſuꝑ terrā quia ſcilicet viuentes in terra ſacramento vniant̄. ⁊ paſſionibus cōteruntur ſicut panis cōmeſtus cōteritur dentibus. Pars in altari vſq; ad finem miſſe remanens eſt corpus xp̄i in ſepulchro remanēs vſq; in finem ſeculi. q: corpora ſanctorum in ſepulchris erūt. quor̄ tamen anime ſunt vel in purgatorio vel in celo. hic tamen ritus nō ſeruatur vt ſcilicet vna pars ſeruetur vſq; in finem miſſe. manet tamen eadem ſignatio partiū. quā quidē metrice expreſſerunt dicentes. Hoſtia diuiditur in partes. tincta beatos Plene ſicca notat viuos. ſeruata ſepultos. Quidam tamen dicunt ꝙ pars in calice miſſa ſignificat eos qui viuūt in hoc mundo. pars autem extra ſeruata ſignificat plene beatos quantū ad animam ⁊ corpus. pars autem cōmeſta ſignat tertios. ¶ Ad. ix. dōm ꝙ per calicem duo poſſunt ſignari. Vno modo ipſa paſſio que repreſentatur in hoc ſacramento. ⁊ ſm hoc per partem in calice miſſam ſignātur illi qui adhuc ſunt participes paſſionis xp̄i. Alio modo poteſt ſignificari fruitio beata. que etiam in hoc ſacramento prefiguratur. ⁊ ideo illi quorum corpora ſunt in plena beatitudine ſignantur per partem in calice miſſam. Et eſt notandum ꝙ pars in calice miſſa non debet populo dari in ſupplemento ꝯmunionis. quia panem intinctū nō porrexit chriſtus niſi iude proditori. ¶ Ad. x. dōm ꝙ vinum ratione ſue humiditatis eſt ablutiuum. ⁊ ideo ſumitur poſt perceptionem huius ſacramenti ad abluendum os. quod pertinet ad reuerentiam ſacramenti. vnde extra de cele. miſ. c. ex ꝑte. ſacerdos vino os perfundere debet. poſtq; totum percipit ſacramentum niſi cum eodem die miſſam aliam debuerit celebrare. ne ſi forte vinum perfuſionis acciperet. celebrationem aliam impediret. Et eadem ratione perfundit vino digitos quibus corpus chriſti tetigerat. ¶ Ad. xi. dōz ꝙ veritas in quantum ad aliquid debet reſpondere figure. quia ſcilicet non debet pars hoſtie conſecrate de qua ſacerdos et miniſter vel etiam populus communicat in craſtinum reſeruari. vnde vt habetur de conſecratio. diſ. ij. Clemens papa ſtatuit. tanta holocauſta in altari offerantur quanta populo ſufficere debeant quod ſi remanſerit in craſtinum nō reſeruentur. ſed cum timore et clericorum diligentia conſummantur quia tamen hoc ſacramētum q̄tidie ſumendum eſt non autem agnus paſchalis q̄tidie ſumebatur.

ideo oportet alias hoſtias cōſecratas pro infirmis cōſer
uare. vñ et ī eadē diſ. legit̄ preſbiter eucbariſtiā ſemꝑ ha
beat paratam. vt quando quis infirmatus fuerit ſtatim
euꝫ cōmunicet ne ſine cōmuniōe moriat̄. ¶ Ad. xij. dōm
ꝙ in ſolempni celebratione miſſe plures debent adeſſe
vnde ſother papa dicit. ⁊ habetur de cō. diſ. i. hoc quoqꝫ
ſtatutū eſt vt nullus p̄ſpiterorꝫ miſſarum ſolempnia cele
brare preſumat. niſi duobus p̄ñtibus ſibiqꝫ reſpōdenti-
bus ipſi tertius habeatur. quia cū pluraliter ab eo dicit̄
dñs vobiſcū ⁊ illud in ſecretis orate pro me aptiſſime cō
uenit vt ipſi reſpondeatur ſalutationi. vnde ⁊ ad maiorē
ſolempnitatē ibidem ſtatutū legit̄ vt ep̄s cū pluribꝫ miſ
ſaruꝫ ſolempnia ꝑagat In miſſis tamē priuatis ſufficit
vnū habere miniſtrum. qui gerit perſonā tocius populi
catholici. ex cuius perſona ſacerdoti pluraliter reſpondet.

## ¶ Ad ſextuꝫ ſic proceditur

Uidetur ꝙ non poſſit ſufficienter occurri defectibuſ que
circa celebrationem huius ſacramenti occurrunt ſtatuta
eccleſia obſeruando. cōtingit enī qñqꝫ ꝙ ſacerdos ante
cōſecrationem vel poſt morit̄ vel alienat̄ vel aliqua alia
īfirmitate p̄peditur. ne ſacr̄m ſumere poſſit ⁊ miſſam ꝑfi-
cere. ergo videt̄ ꝙ nō poſſit īpleri ſtatutū eccleſie quo p̄ci
pit̄ ꝙ ſacerdos cōſecrās ſuo ſacrificio ꝯmunicet. ¶ Pre.
ꝯtingit ꝙ ſacerdos ante cōſecratiōeꝫ vel poſt recolit ſe ali
quid ꝯmediſſe. aut bibiſſe aut alicui pc̄to mortali ſub-
iacere. vel etiā ex cōmunicatiōi cuiꝰ prius memoriā non
habebat. neceſſe eſt g̃ ꝙ ille qui in tali articulo eſt ꝯſtitu-
tus peccet mortaliter ꝯtra ſtatutū eccleſie. ſiue ſumat ſiue
non ſumat. ¶ Pre. cōtingit qñqꝫ ꝙ in calice muſca aut
aranea aut aliqđ animal venenoſū cadit in calicē poſt cō
ſecrationem vel etiā cognoſcat ſacerdos calici venenum
eſſe immiſſuꝫ ab aliquo maliuolo. cauſa occidendi ipſuꝫ
in q̄ caſu ſi ſumat videt̄ peccare mortaliter ſe occidendo
vl̄ deū tēptando. ſimiliter ſi non ſumat peccat cōtra ſta-
tutū eccleſie faciēs. g̃ videt̄ eē ꝑplexus. ⁊ ſubiectꝰ neceſſi-
tati peccandi qđ eſt incōueniēs. ¶ Pre. cōtingit ꝙ ꝑ ne
gligētiā miniſtri aut aqua nō ponit̄ in calice. aut etiā nec
vinum ⁊ hoc ſacerdos aduertit. g̃ etiaꝫ in hoc caſu videt̄
eē ꝑplexus. ſiue ſumat corpus ſine ſaguine q̄ſi īperfectū
faciens ſacrificiū ſiue non ſumens. nec corpus nec ſangui
nem. ¶ Pre. contingit ꝙ ſacerdos nō recolit ſe dixiſſe
verba ꝯſecratiōis. vel etiā alia que ī conſecratiōe huiꝰ ſa-
cramēti dicūtur. videt̄ g̃ peccare ī hoc caſu. ſiue reiteret
verba ſuꝑ eandē materiā q̄ forte iam dixerat. ſiue vtat̄ pa
ne ⁊ vino nō cōſecratis. q̄ſi cōſecratis. ¶ Pre. contingit
qñqꝫ propter frigus ꝙ ſacerdoti dilabit̄ hoſtia in caliceꝫ
ſiue ante fractionē ſiue poſt. g̃ in hoc caſu nō poterit ſa-
cerdos implere ritū eccleſie. vel de ipſa fractiōe vel etiam
de hoc ꝙ tertia pars mittat̄ ī calicē. ¶ Pre. cōtigit qñqꝫ
ꝑ negligentiā ſacerdotis ꝙ ſanguis xp̄i effundit̄. vel etiā
ꝙ ſacerdos ſacramētū ſumptuꝫ vomit. vel ꝙ etiā hoſtie
cōſecrate tamdiu reſeruētur ꝙ putrefiāt. vel etiā ꝙ a mu
ribus corrodātur. vel etiā qualitercūqꝫ perdant̄. in quibꝫ
caſibus nō videt̄ poſſe huic ſacramēto debita reuerentia
exhiberi ſcḋm eccleſie ſtatuta. nō videt̄ ergo ꝙ hꝫ defec-
tibus ſeu ꝑiculis occurri poſſit. ſaluis eccleſie ſtatutis.
Sed contra eſt qđ ſicut deus ſic eccleſia non p̄cipit ali-
quod impoſſibile. ¶ Rñ. dōm ꝙ ꝑiculis ſeu defectibus
circa hoc ſacr̄m euenientibus dupliciter pōt occurri. vno
mō p̄ueniēdo ne. ſ. ꝑiculum accidat. alio mō ſubſequen-
do. vt. ſ. id qđ accidit emendetur. vel adhibēdo remediū

vel ſaltē per penitētiā eius qui negligenter egit circa hoc
ſacramētū ¶ Ad. i. g̃ dōm ꝙ ſi ſacerdos morte aut īfir
mitate graui occupatur ante conſecrationē corporis ⁊ ſan-
guinis domini ñ oꝑtet vt ꝑ aliū ſuppleat̄. Si vero poſt
inceptam cōſecrationeꝫ hoc accidit puta conſecrato corꝑe
ante conſecratiōem ſanguinis vel etiā ꝯſecrato vtroqꝫ de
bet miſſe celebritas ꝑ aliū expleri. vnde vt habet̄ ī decre.
vij. q. i. nihil in toletano concilio legit̄ cenſuimus conue-
nire. vt a ſacerdotibus miſſarum tempore ſacra miſteria
cōſecrentur. ſi egritudinis acciderit cuiuſlibet euētus quo
ceptum nequeat expleri miſterium ſit liberū ep̄o vel p̄ſpi
tero alterius cōſecrationē exequi incepti officij. non. n. ali
ud cōpetit ad ſupplementū initiatis. ſ. miſterijs quā aut
incipientis aut ſubſequentis benedictione cōpleta ſacer-
dotis. quia nec perfecta videri poſſit niſi ꝑfecto ordine cō
pleantur. cū enim oēs vnū ſumus in xp̄o nihil cōtrariū
diuerſitas perſonaruꝫ format vbi efficaciam ꝓſperitatis
vnitas fidei repreſētat Nec tamē ꝙ vere languoris cauſa
ꝯſulitur in preſumptiōis perniciem cōuertatur. nullus
abſqꝫ patenti ꝓuentu moleſtie miniſter vel ſacerdos cū
ceperit imꝑfecta officia preſumat omnino relinquere. ſi
quis hoc temerarie preſūpſerit excōmunicationis ſenten
tiam ſuſtinebit. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ vbi difficultas occur-
rit ſemper eſt accipiendū illud qđ habet minus de peri-
culo. maxime aūt periculoſum circa hoc ſacr̄m eſt qđ eſt
contra ꝑfectionem ipſiꝰ ſacramēti. quia hoc ē īmane ſacri
legiū. minus aūt ē illud qđ pertinet ad qualitatē ſumē-
tis. Et ideo ſi ſacerdos poſt cōſecrationem inceptā recor-
detur aliquid comediſſe vel bibiſſe nihilominꝰ debet per
ficere ſacrificiū ⁊ ſumere ſacramentū. Similiter ſi recor-
detur ſe peccatū aliquod ꝯmiſiſſe debet penitere cū ꝓpoſi
to cōfitendi ⁊ ſatiſfaciendi. ⁊ ſic etiā non indigne ſed fruc
tuoſe poteſt ſumere ſacramentum. Et eadem ratio eſt ſi
ſe meminerit excōmunicationi cuicūqꝫ ſubiacere. debet
enim aſſumere ꝓpoſitum abſolutionem petendi. ⁊ ſic ꝑ
inuiſibilem pontificem ſcḋm xp̄m abſolutionem cōſequit̄
quantū ad hunc actum. ꝙ peragat diuina miſteria. Si
vero ante conſecrationem alicuius predictorum ſit me-
mor tutius reputaretur maxime in caſu manducationis
⁊ excommunicationis ꝙ miſſam inceptā deſeret niſi gra
ue ſcandalum timeretur. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſi muſca vel
aranea in calicem ante conſecrationem ceciderit aut etiaꝫ
venenum deprehenderit eſſe immiſſum debet effundi. et
abluto calice denuo aliud vinum imponi ad conſecrandū
Si vero aliquid horum poſt conſecrationem acciderit
debet animal caute capi. ⁊ diligenter lauari et comburi
⁊ ablutio ſimul cum cineribus in ſacrarium mitti. Si ve
ro venenum ibi eſſe deprehenderit inmiſſuꝫ nullo mō
debet ſumere. nec alij dare. ne calix vite vertat̄ in morteꝫ
ſed debet diligenter in aliquo vaſculo ad hoc apto cum re-
liquijs cōſeruari. Et ne ſacramētū maneat imperfectū
debet vinū apponere in calice. ⁊ denuo reſumere a conſe-
cratione ſanguinis. ⁊ ꝑficere ſacrificiū. ¶ Ad. iiij. dōm
ꝙ ſi ſacerdos ante conſecrationem ſanguinis ⁊ poſt con-
ſecrationem corporis aut vinum aut aquam percipiat nō
eſſe in calice debet ſtatim apponere ⁊ conſecrare. Si vero
poſt conſecrationis verba hoc perceperit ꝙ aqua deſit de
bet nihilominus procedere quia appoſitio aque. vt ſuꝑ
dictum eſt non eſt de neceſſitate ſacramenti. Debet tamē
puniri ille ex cuius negligentia hoc contingit Nullo au
tem modo debet aqua vino iam conſecrato apponi. quia
ſcilicet ſequeretur quod corruptio ſacramenti pro aliqua

parte vt ſupra dictum eſt. Si vero percipiat poſt ver-
ba conſecratiõis q vinũ nõ fuit ĩ calice poſitũ ſi qdẽ hoc
pcipiat ante ſũptionẽ corpis debet depoſita aq̃ ſi ibi fue
rit ĩponere vinũ cũ aq̃. ⁊ reſumere a vbis ꝯſecratiõis ſãg
uinis. ſi vo hoc pceperit poſt ſũptionẽ corpis dʒ appõere
aliam hoſtiã. iteꝝ ſimul ꝯſecrandã cũ ſanguine. qd̕ iõ di
co quia ſi diceret ſola verba ꝯſecratiõis ſanguinis nõ ſer
uaretur debitus ordo cõſecrandi. ⁊ ſic dicit̃ ĩ p̃dicto .c.
tholetani cõcilij pfecta nõ poſſunt videri ſacrificia niſi p-
fecto ordine compleant̃. ſi vo inciperet a conſecratiõe ſang
uinis ⁊ repeteret omnia vba cõſequẽtia nõ cõpeterent ni
ſi adeſſet hoſtia cõſecrata cũ in verbis illis occurrãt que
dam dicenda ⁊ fienda nõ ſolũ circa ſanguinẽ. ſed etiã cir-
ca corpus. Et debet ſumere hoſtiã iteꝝ cõſecratã ⁊ ſangui
nem. non obſtante etiã ſi prius ſũpſerit aquã que erat in
calice. q2 p̃ceptũ dei de pfectiõe ſacri maioris ẽ põderis q̃3
p̃ceptũ q hoc ſacrm a ieiunis ſumat̃ vt ſup̃ dictũ ẽ.

Ad .v. dõm q licet ſacerdos nõ recolat ſe dixiſſe aliqua
eorũ que dicere debuit nõ debet ex hoc mẽte pturbari. nõ
enim qui multa dicit recolit oĩm q̃ dixit niſi forte in dicẽ
do aliquid apprehenderit ſub rõe iã dicti ſic eni aliquid
efficit̃ memoriale. vñ ſi aliqd attente cogitet aliqd qd̕ di-
cit nõ tñ cogitat ſe dicere illud nõ multũ recolit ſe poſtea
dixiſſe. ſic. n. fit aliqd obiectũ memorie. ĩquãtũ accipitur
ſub rõe p̃teriti ſic dicit̃ in li. de memoria. Si tñ ſacerdoti
pbabiliter cõſtet ſe aliq̃ obmiſiſſe. ſi quidẽ nõ ſũt de ſa-
cramẽti neceſſitate nõ eſtimo q ppter hoc debeat reſume
re ĩmutando ordinẽ ſacrificij. ſʒ debet vlteri⁹ pcedere. ſi
vero certificet̃ ſe omiſiſſe aliqd eoꝝ q̃ ſũt de ſacri neceſſita
te. ſ. formã cõſecratiõis cũ forma ſit de ſacri neceſſitate ſicͨ
⁊ materia idẽ videt̃ faciẽdũ qd̕ dictũ ẽ in defectu materie
vt. ſ. reſumat̃ a forma ꝯſecratiõis. et cetera p ordinẽ rei-
terentur. ne mutet̃ ordo ſacrificij. Ad .vi. dõm q frac-
tio hoſtie cõſecrate ⁊ q ps vna mittat̃ in calicem reſpicit
corpus miſticũ. ſicut et admixtio aque ſignat populuʒ. ⁊
iõ hoꝝ p̃termiſſio nõ facit impfectionẽ ſacri. vt ppter hoc
ſit neceſſe aliqd reiterare circa celebrationẽ hui⁹ ſacri.

Ad .vij. dõ. q ſic legit̃ de cõ. diſ. ij. ex decre. pij pape. ſi p
negligẽtiã aliqd ſtillauerit de ſãguie tabula q̃ terre adhe
ret lingua lambet̃ ⁊ tabula radet̃. Si vero nõ fuerit tabu
la terra radat̃ et igni cõburet̃. ⁊ cinis intra altare cõdet̃. ⁊
ſacerdos. xl. dies peniteat. Si aũt ſup altare ſtillauerit ca
lix ſorbeat miniſter ſtillaʒ. ⁊ trib⁹ dieb penitẽat. Si ſup
lintheũ altaris ⁊ ad aliud ſtilla puenerit. iiij. dieb peni
teat. Si vſq3 ad tertiũ. ix. dieb⁹ peniteat. Si vſq3 ad q̃r-
tũ. xx. dieb peniteat. Et lintheamina q̃ ſtilla tetigerit tri
bus vicibus lauet miniſter. calice ſubt⁹ poſito. ⁊ aqua ab
lutionis ſumat̃ et iuxta altare recõdat̃. poſſet etiã ſumi in
potu a miniſtro. niſi propter abhominatiõnẽ dimitteret̃
Quidã aũt vlterius partẽ illã lintheaminũ incidũt ⁊ cõ-
burunt. ⁊ cinerẽ in altari vel ſacrario reponunt. Sub-
dit̃ aũt ibidẽ ex penitentionali bede preſpiteri. Si quis p
ebrietatẽ vel voracitatẽ euomerit eucbariſtiã. xl diebus
peniteat. epĩ ſ ãt. lxx. ſi ãt ĩfirmitatꝭ cã euomerit. vij. dieb⁹
peniteat. Et eadẽ diſ. legit̃ ex concilio aurelianẽſi. qui nõ
bene cuſtodierit ſacrificiuʒ ⁊ mus vel aliqd̕ aĩal in ecclia
cõmederit. xl. dies peniteat. Qui aũt pdiderit illud in ec
cleſia aut pars eius ceciderit et nõ inuenta fuerit. xx. di-
es peniteat. Et eadẽ penitẽtia videt̃ dignus ſacerdos per
cui⁹ negligentiã hoſtie cõſecrate putreſiũt. Predictis aũt
dieb debet penitens ieiunare ⁊ a cõmuniõe ceſſare. pen
ſatis tñ cõdictiõib⁹ negotij ⁊ perſone poteſt minui vl̕ ad
di ad penitentiã predictã. hoc tñ obſeruandũ ẽ. q vbicũ-
q̃3 ſpẽs ĩtegre ĩueniũtur ſũt reuerenter obſeruãde. vl̕ etiã
ſumende q2 manentib ſpẽbus manet ibi corpus xp̃i. vt
ſup̃ dictũ ẽ. Ea vero ĩ quib⁹ inueniũtur cõburenda ſũt.
ſi cõmode fieri poteſt cinere ĩ ſacrario recõdito. ſic de raſu
ra tabule dictũ ẽ. Et tñ dictũ ſit de ſacramẽto eucariſtie
diuiniſſimo. Sequitur nũc de ſacramẽto penitẽtie.

## Queſtio. LXXXIIII.

Conſequẽter ꝯſiderã-
dũ, eſt de ſacramẽto penitẽtie. Circa qd̕ p̃io
conſiderandũ eſt de penitentia. Secũdo de
effectu ipſius. Tertio de partibus eius. Quarto de ſuſ-
cipientibus hoc ſacramẽtuʒ. Quinto de poteſtate mini
ſtrorũ. Sexto de ſolempni ritu hui⁹ ſacramẽti. Circa pri
mũ cõſiderãda ſunt duo. Primo de penitẽtia ſm q ẽ ſa
cramẽtũ. Secundo de penitentia ſm qd̕ ẽ virtus. Circa
primũ querũtur decẽ. Primo vtꝝ penitẽtia ſit ſacramẽ-
tũ. Secundo de ppria materia eius. Tertio de forma ip
ſius. Quarto vtrum impoſitio manus requirat̃ ad hoc
ſacramentũ. Quinto vtrum hoc ſacramẽtũ ſit de neceſſi
tate ſalutis. Sexto de ordĩe ei⁹ ad alia ſacramẽta. Sep-
timo de inſtitutiõe eius. Octauo de duratiõe ipſi⁹. No
no de cõtinuitate ipſius. Decimo vtrum poſſit iterari.

## Ad primum ſic procedit

Videt̃ q penitẽtia nõ ſit ſacrm. Greg. n. dicit ⁊ habetur
in decretis. i. q. i. ſacramenta ſunt baptiſma. criſma corpus
⁊ ſanguis xp̃i. que ob id ſacramẽta dicunt̃ quia ſub tegu
mento corporalium reꝝ diuina virtus ſecreti⁹ operatur ſa
lutẽ. ſʒ hoc nõ cõtingit in penitentia. q2 nõ adhibent̃ ali
que res corporales ſub quibus diuina virtus operatur ſa-
lutem. g̃ penitentia non eſt ſacramẽtum. Pre. ſacra
menta eccleſie a miniſtris xp̃i exhibent̃ ſm illud. i. Coꝝ.
iiij. ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros xp̃i ⁊ diſpenſa-
tores miniſterioꝝ dei. ſed penitentia nõ exhibetur a mini
ſtris xp̃i. ſed interius a deo hoĩbus inſpiratur ſm illud
Hiere. xxxi. poſtq̃3 cõuertiſti me egi penitentiam. ergo vi
detur q penitẽtia non ſit ſacramẽtũ. Pre. in ſacramẽ
tis de quibus ſupra diximus eſt aliqd̕ quod eſt ſacramẽ-
ti tantũ. aliquid qd̕ eſt res ⁊ ſacramẽtum. aliquod qd̕ eſt
res tñ. vt ex premiſſis patet. ſed hoc nõ inuenit̃ in peni-
tentia. ergo penitentia non eſt ſacramentum. Sed con
tra eſt q ſicut baptiſmus adhibet̃ ad purificandũ a pec-
cato ita ⁊ penitẽtia. vnde ⁊ petrus dixit ſymoni Act. viij.
penitẽtiã age ab hac nequicia tua. ſed baptiſm⁹ ẽ ſacrm
vt ſup̃ dictũ eſt. ergo pari ratiõe ⁊ penitẽtia. Rñ. dõʒ
q ſicut Greg. dicit in. c. ſup̃ dicto ſacrm eſt in aliqua ce-
lebratione cum res geſta ita fit. vt aliquid ſignificatiue ac
cipiamus quod ſane accipiendum eſt. Manifeſtum eſt
autem q in penitentia ita res geſta fit. q aliquid ſanctũ
ſignificatur tam ex parte peccatoris penitentis q̃3 ex par-
te ſacerdotis abſoluentis. nam peccator penitens per ea
que agit ⁊ dicit ſe penitere ſignat cor ſuum a peccato re-
ceſſiſſe. ſimiliter etiam ſacerdos per ea que agit ⁊ dicit cir
ca penitentem ſignat opus dei remittentis peccata. vn-
de manifeſtum eſt q penitentia que in eccleſia agitur eſt
ſacramentum. Ad .i. ergo dõm q nomine corporaliũ
rerum intelliguntur large etiam ipſi exteriores actus ſen
ſibiles. q̃ ita ſe habẽt in hoc ſacro ſicut aqua in baptiſmo
vl̕ criſma ĩ confirmatione. Eſt aũt attendendũ q in illis

ſacramentis in quibus confert excellens gratia que ſuperabundat omnem facultatem humane actus adhibetur aliqua corꝑalis materia exterius. ſicut ī baptiſmo vbi fit plena remiſſio peccatoꝝ ⁊ quantum ad culpam ⁊ quātū ad penā. in confirmatione vbi daſ ſpūſſanctꝰ plenitudo in extrema vnctōne vbi cōfertur ꝑfecta ſanitas ſpūalis que ꝓuenit ex virtute xp̄i quaſi ex q̄dam extrinſeco principio. vn̄ ſi q̄ actus humani ſunt in talibꝰ ſacramētis non ſunt de eſſentia materie ſacramentorū ſed diſpoſitiue ſe habent ad ſacramenta. In illis aūt ſacramentis que habent effectum correſpondentem humanis actibꝰ ipi actꝰ humani ſenſibiles ſunt loco materie. vt accidit in penitētia et matrimonio. Sicut etiā ī medicinis corꝑalibꝫ. quedam ſunt res exterius adhibite ſicut emplaſtra ⁊ electuaria. quedā vero ſunt actus ſanandorum. puta exercitationes quedam. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ in ſacramentis que habent corꝑalē materiam oportet ꝙ illa materia adhibeaſ a miniſtro eccleſie qui gerit ꝑſonam xp̄i. in ſignū ꝙ excellentia virtutis in ſacramento oꝑantis eſt a xp̄o. In ſacramento aūt penitentie ſicut dictū ē, ſunt actus humani ꝓ materia. qui ꝓueniūt ex īſpiratione interena. vnde materia nō adhibetur a miniſtro ſed a deo interius oꝑante ſed complementū ſacramenti exhibet miniſter. dū penitentem abſoluit. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ etiā in penitentia eſt aliquid quod eſt ſacramētū tm̄. ſcꝫ actus exercitatus exterius tam per peccatorem penitentem q̄ etiam per ſacerdotem abſoluentem. Res aūt ⁊ ſacramētū eſt penitētia interior peccatoris. Res autem tm̄ ⁊ nō ſacramētū ē remiſſio peccati. quoꝝ primū totū ſimul ſumptū. eſt cauſa ſecundi primum aūt ⁊ ſecundū ſunt cauſa tertij.

## ¶ Ad ſecunduꝫ ſic procedit

Uidetur ꝙ peccata non ſint ꝓpria materia huiꝰ ſacramenti. materia enī in alijs ſacramētis ꝑ aliqua verba ſātificaſ. ⁊ ſanctificata effectū ſacramēti oꝑatur. peccata autem non poſſunt ſanctificari eo ꝙ contrariantur effectui ſacramenti qui eſt gratia remittēs peccata. ergo peccata non ſunt propria materia huius ſacramenti. ¶ Preterea. Auguſtinꝰ. dicit in li. de penitentia. nullus poteſt inchoare nouam vitā. niſi eū veteris vite peniteat. ſed ad vite vetuſtatem pertinet nō ſolū peccata ſed etiā penalitates preſentis vite. nō ergo peccata ſunt ꝓpria materia penitentie ¶ Preterea. peccatoꝝ quoddā eſt originale. q̄ddam mortale quoddā veniale. ſed penitentie ſacramentū nō ordinaſ cōtra originale peccatū. qđ tolliſ ꝑ baptiſmū. neq̄ etiā cōtra veniale qđ tollitur ꝑ tunſiōeꝫ pectoꝝ ⁊ aquā benedictam ⁊ alia hmōi. g̊ peccata nō ſunt ꝓpria materia penitentie. ¶ Sed cōtra eſt qđ Apl's. dicit. i. Coꝝ. xij. nō egerunt penitētiā ſuꝑ immundicia ⁊ fornicatiōe ⁊ impudicicia quā geſſerūt. ¶ Rn̄. dō. ꝙ duplex ē materia. ſ. ꝓxima ⁊ remota. ſic ſtatue ꝓxima materia ē metallū. remota vero aqua. dictū ē aūt ꝙ proxima materia huiꝰ ſacramenti ſunt actꝰ penitētis. cuiꝰ materia ſunt peccata de q̄bus dolet. ⁊ q̄ confiteſ ⁊ pro q̄bus ſatiſfacit. vnde relinquiſ ꝙ remota materia penitentie ſunt peccata nō attēſtanda. ſed deteſtanda ⁊ deſtruenda ¶ Ad. i. g̊ dōm ꝙ ratio illa procedit de proxima materia ſacramēti. ¶ Ad ij. dōm ꝙ vetus ⁊ mortalis vita eſt obiectū penitentie. nō ratione pene ſꝫ ratione culpe annexe. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ penitētia q̄dāmō eſt de quolibet peccatoꝝ genere. non tm̄ eodē mō. Nam de peccato actuali mortali eſt penitentia ꝓprie ⁊ principaliter. ꝓprie quidē qꝛ ꝓprie dicimur penitere de hijs que noſtra volūtate ꝯmiſimus. principaliter aūt quia ad delectationē peccati mortalis hoc ſacramentū eſt īſtitutū. De peccatis aūt venialibus ē quedā penitentia proprie īquātū ſunt noſtra voluntate facta. nō tm̄ cōtra hoc principaliter ē hoc ſacramētū īſtitutū. De peccato vero originali penitentia nec principaliter ē. quia cōtra ipſum nō ordinatur hoc ſacramētū ſed magis baptiſmus. nec etiā ꝓprie qꝛ peccatū originale nō ē noſtra volūtate ꝑactum. niſi forte inquantū voluntas a deo reputatur noſtra. ſm̄ modū loquendi quo apl's dicit ad Ro. v. in quo oēs peccauimus. inquantū tm̄ accipiſ penitentia large ꝓ quacūq̄ deteſtatiōe rei p̄terite pōt dici penitētia de peccato originali ſic loquiſ Augꝰ. ī libro de penitētia.

## ¶ Ad tertiuꝫ ſic proceditur

Uidetur qꝫ hec nō ſit forma huiꝰ ſacramēti ego te abſoluo. forme enī ſacramētoꝝ ex inſtitutione xp̄i et vſu eccleſie habenſ. ſed xp̄s nō legiſ hāc formā inſtituiſſe. neq̄ etiam ī cōmuni vſu hētur. quinymo ī quibuſdā abſolutionibꝰ q̄ in eccleſia publice fiūt ſicut ī prima ⁊ cōpletorio ⁊ in cena domini nō vtitur oratione indicatiua vt dicatur ego vos abſoluo. ſed in oratione deprecatiua. vt cuꝫ dicit miſereaſ veſtri omnipotēs deus vel abſolutionē tribuat vobis omnipotens deus g̊ hec nō ē forma huius ſacramenti ego te abſoluo. ¶ Preterea. leo papa dicit indulgentia dei niſi ſupplicationibꝫ ſacerdotū pōt obtineri. loquitur aūt de indulgētia dei que preſtatur penitentibꝰ g̊ forma huiꝰ ſacramēti debꝫ eē ꝑ modū deprecatiōis ¶ Preterea. idē eſt abſoluere a pctō qđ pctm̄ remittere. ſꝫ ſolꝰ deꝰ peccatū remittit. q̄ etiam ſolꝰ īterius a pctō mūdat vt Augꝰ. dicit ſuꝑ Iob. g̊ videtur ꝙ ſolꝰ deꝰ a pctō abſoluat. n̄. g̊ debet dicere ſacerdos ego te abſoluo. ſic nō dicit ego tibi peccata remitto. ¶ Preterea. ſic dn̄s dedit ꝑtātē diſcipl'is abſoluendi a pctīs ita etiā dedit eis poteſtatē curandi īfirmitates vt demonia eijcerēt. ⁊ vt languores curarent vt habetur Matt. x. ⁊ Luc. ix. ſed ſanando īfirmos apl'i nō vtebātur hijs ꝟbis. ego te ſano. ſed ſanet te dn̄s ieſus xp̄s. g̊ videſ ꝙ ſacerdotes habentes ꝑtātem ab apl'is a xp̄o traditā nō debeāt vti hac forma verboꝝ ego te abſoluo. ſed abſolutionē tibi prebeat xp̄s. ¶ Preterea. quidā hac forma vtentes ſic eam exponūt ego te abſoluo. i. abſolutū oſtendo. ſꝫ neq̄ etiā ⁊ ſacerdos pōt facere niſi ei diuinitus reueleſ. vn̄ legiſ Matt. xvi. anteq̄ petro diceret q̄dcūq̄ ſolueris ſuꝑ terrā. ⁊c̄. dictū ē ei beatꝰ es ſymō bariona. qꝛ caro ⁊ ſanguis n̄ reuelauit tibi. ſed pater meꝰ, q̄ eſt in celis. g̊ videſ ꝙ ſacerdos cui nō ē facta reuelatio ꝓſūptuoſe dicat ego te abſoluo. etiā ſi exponaſ. i. abſolutū oſtēdo.

¶ Sꝫ ꝯ̄ ē ꝙ ſic dn̄s dixit Matt. vlt. eūtes docete oēs gentes baptiſantes eos ita dixit petro Mat. xvi. q̄dcūq̄ ſolueris ⁊c̄. ſed ſacerdos auctoritate illorum verboꝝ xp̄i fretus dicit ego te baptiſo. g̊ eadē auctoritate dicere dēt in hoc ſacr̄o ego te abſoluo. ¶ Rn̄. dō. ꝙ ī qualibet rei ꝑfectio attribuiſ forme. dictū ē aūt ſuꝑ ꝙ hoc ſacr̄m ꝑficiſ ꝑ ea q̄ ſūt ex ꝑte ſacerdotis. vn̄ optet ꝙ ꝑ ea q̄ ſūt ex ꝑte penitētꝫ ſiue ſint ꝟba ſiue facta ſint q̄dā materia huiꝰ ſacr̄i. ea ꝟo q̄ ſūt ex ꝑte ſacerdotis ſe habēt ꝑ modū forme. cū g̊ ſacramēta noue legis efficiant qđ figurāt. vt ſuꝑ dictum eſt. optet ꝙ forma ſacramēti ſignificet id quod in ſacramento agitur proportionabiliter materie ſacramenti. vn̄ forma ſacramenti baptiſmi eſt ego te baptiſo. ⁊ forma confirmationis. ego te cōſigno ſigno crucis et cōfirmo te criſmate ſalutis. eo ꝙ hec ſacramenta perficiuntur in vſu materie

i ſacramēto aūt eucariſtie qđ cōſiſtit in ipa cōſecratiōe exprimit̄ veritas cōſecrationis cum dicit̄ hoc ē corpꝰ meum. Hoc aūt ſacramētum ſcꝫ penitentie nō cōſiſtit in conſecratōe alicuius materie ſactificate. ſꝫ magis in remotōe cuiuſdā materie ſcꝫ peccati. ꝓut peccata dicūt̄ eſſe materia penitētie. vt ex ſupra dictis patꝫ. talis aūt remotō ſignificatur a ſacerdote cum dicit̄ ego te abſoluo. nam peccata ſunt quedā vincula ſm̄ illud Prouer. v. iniquitates ſue capiūt impiū et funibus peccatorū ſuoꝝ quis cōſtrīgitur vnde patꝫ ꝙ hec ē cōueniētiſſima forma huiꝰ ſacramenti ego te abſoluo. ¶ Ad .j. ḡ dđ. ꝙ illa forma ſumit̄ ex ipis verbis xp̄i quibꝫ petro dixit qđcūqꝫ ſolueris ſup terrā ⁊c̄ ⁊ tali forma vtit̄ eccl'ia in ſacramētali abſolutione hmōi aūt abſolutōnes in publico facte nō ſunt ſacramētales ſꝫ ſūt orōnes quedā ordinate ad remiſſionē venialiū pcc̄oꝝ vnde in ſacramentali abſolutōe nō ſufficeret dicere miſereatur tui omnipotens deus. vel ablutōnē ⁊ remiſſioneꝫ tribuat tibi deus. quia ꝑ hec verba ſacerdos abſolutōnē nō ſignat fieri. ſed petit vt fiat. Permittit̄ tn̄ in ſacramentali abſolutōne talis oratio ne impediat̄ effectus ſacramēti ex ꝑte penitentis. cuiꝰ actus materialiter ſe habēt ī hoc ſacramento. nō aūt in baptiſmo vel confirmatione. ¶ Ad ij. dđm ꝙ verbum leonis pape intelligēdū eſt quantum ad dep̄catōnem que p̄mittitur abſolutōni. non aūt remouet quin ſacerdos abſoluat. ¶ Ad iij. dđm ꝙ ſolus deus ꝑ auctoritatē a peccato abſoluit. ⁊ peccata remittit. ſacerdotes aūt vtrūqꝫ faciūt ꝑ miſteriū. inquantum ſcꝫ verba ſacerdotis in hoc ſacramēto inſtrumētaliter opant̄. ſicut ⁊ in alijs ſacramētis. nā virtus diuina ē q̄ interius opat̄ in omnibꝰ ſacramētalibꝫ ſignis. ſiue ſint res. ſiue ſint verba ſicut ex ſup̄ dictis patet. vnde et dominus vtrūqꝫ expreſſit. nam Matt. xv. dixit petro. qđcūqꝫ ſolueris ſup terram ⁊c̄. et Jo. xx. diſcipulis dicit quoꝝ remiſeritis peccata remittūt̄ eis. Ideo tn̄ ſacerdos potius dicit ego te abſoluo q̄ꝫ ego tibi peccata remitto. quia hoc magis cōgruit verbis que dominus dicit ꝟtutem clauiū oſtendens per quas ſacerdotes abſoluūt. Quia tn̄ ſacerdos ſicut miſter abſoluit ꝯueniēter apponit̄ aliquid quod ꝑtineat ad p̄mā auctoritatem dei. vt ſcꝫ dicatur ego te aſoluo ī nomine. p. ⁊. f. ⁊. ſ. ſ. vel per virtutem paſſionis xp̄i. vel auctoritate dei ſicut Dyo. dicit. iij. c. ce Hier. quia tn̄ hoc non determinatum eſt ex verbis ſicut in baptiſmo talis appoſitō relinquitur arbitrio ſacerdotis. ¶ Ad iiij. dđm ꝙ apoſtolis non eſt data potās vt ipi ſanarent infirmos. ſꝫ vt ad eoꝝ orationem infirmi ſanarent̄. Eſt aūt eis collata poteſtas opandi inſtrumentaliter ſiue miſterialiter in ſacramētis et ideo magis poſſunt in formis ſacramētalibꝫ exp̄mere actum ſuū q̄ꝫ in ſanationibus infirmitatū. In quibus tn̄ non ſemper vtebantur mō deprecatiuo ſed quādoqꝫ etiā modo indicatiuo ⁊ imparatiuo. ſicut Act. iij. legit̄ ꝙ petrus claudo dixit qđ habeo tibi do. in nomine ih̄u xp̄i ſurge ⁊ ambula. ¶ Ad v. dđm ꝙ iſta expoſitio ego te abſoluo .i. abſolutū oſtendo quātū ad aliqđ quidē vera ē nō tn̄ ꝑfecta. ſacramēta .n. noue legis nō ſolū ſignant ſed faciūt qđ ſignant. vnde ſicut ſacerdos baptiſando aliquem oſtendit hominem interius abſolutum per verba et facta. non ſolum ſignificatiue ſed etiam effectiue ita etiam cum dic̄ ego te abſoluo oſtendit hominem abſolutū nō ſolū ſignificatiue ſed etiam effectiue. nec tamē loquitur quaſi de re incerta. quia ſicut alia ſacramenta noue legis habent de ſe certum effectū ex virtute paſſionis xp̄i licet poſſit impediri ex parte recipientis ita etiā ē in hoc ſacramēto. vn̄ Augꝰ. dicit in li. de adulterinis cōiugijs. nō eſt turpis nec difficilis poſt patrata ⁊ purgata adulteria recōciliatio cōiugij vbi per claues regni celoꝝ nō dubitat̄ fieri remiſſio peccatorum. vnde nec ſacerdos indiget ſpeciali reuelatione ſibi facta. ſed ſufficit generalis reuelatio fidei. per quā remittunt̄ peccata. vn̄ reuelatio fidei dicit̄ petro facta fuiſſe. eſſet autē perfectior expoſitio ego te abſoluo id ē ſacramentum abſolutionis tibi impendo.

## ¶ Ad quartum ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ impoſitio manuū ſacerdotis requirat̄ ad hoc ſacramētū dicit eni Matth. vlti. ſup egros manus imponēt ⁊ bene habebūt. egri aūt ſūt ſpiritualiter peccatores. qui recipiunt bonam habitudinē ꝑ hoc ſacramētū. ergo in hoc ſacramēto ē manus impoſitio facienda. ¶ Pre. in hoc ſacramēto penitentie recupat homo ſpiritū ſanctū amiſſuꝫ. vn̄ ex ꝑſona penitētis dicit̄ in p̄s. redde mihi leticiam ſalutaris tui. ⁊ ſpiritu principali cōfirma me. ſed ſpirituſſanctus datur per impoſitionē manuū. legitur .n. Act. viij. ꝙ Ap̄li iponebant manus ſup illos ⁊ accipiebant ſpiritumſanctū. ⁊ Matth. xix. dicitur ꝙ oblati ſunt domino ꝑuuli. vt eis manus imponeret. ḡ in hoc ſacramento ē manꝰ impoſitio facienda. ¶ Pre verba ſacerdotis in hoc ſacramento non ſunt maioris efficacie q̄ꝫ in alijs ſacramentis. nō aūt ſufficiūt verba miniſtri niſi aliquē actuꝫ exerceat ſicut ī baptiſmo ſil' cū hoc ꝙ ſacerdos dicit ego baptiſo te requiritur corporalis ablutio ḡ etiā cū hoc ꝙ dicit ſacerdos ego te abſoluo oportet ꝙ aliqueꝫ actū exerceat circa penitentem. imponēdo ei manus.

¶ Sed cōtra ē qđ dn̄s petro dicit qđcūqꝫ ſolueris ſup terrā ⁊c̄ nullam mētionē de manꝰ impoſitiōe faciēs. neqꝫ etiā cū omnibus ap̄lis ſil' dixit. quoꝝ remiſeritis peccata ⁊c̄. n̄ ergo ad hoc ſacramētū requirit̄ manus īpoſitio. ¶ Rn̄. dđm ꝙ manuū impoſitio in ſacramētis eccleſie fit ad deſignandum aliquē copioſū gratie effectuꝫ quo illi quibꝰ manus īponitur q̄dammō cōtinuat̄ per quādā ſimilitudinem in miniſtris ī quibꝫ copia eſſe debet. ⁊ iō manus impoſitio fit in ſacramento cōfirmationis ī quo confert̄ plenitudo ſpirituſſancti. ⁊ ī ſacramento ordinis ī quo cōfert̄ quedaꝫ excellentia poteſtatis ī diuinis miſterijs. vn̄ ⁊ .ij. ad Thi. i. dicitur reſuſcites gratiā dei que ē in te ꝑ impoſitionem manuum meaꝝ. ſacramētū aūt penitētie n̄ ordinat̄ ad conſequēdū aliquā excellentiā gr̄e. ſed ad remiſſionē peccatorū. ⁊ ideo ad hoc ſacramētū n̄ requiritur impoſitio. ſicut nec ad baptiſmum. in quo tn̄ fit plenior remiſſio peccatoꝝ. ¶ Ad .i. ḡ dđm ꝙ illa manus impoſitio non eſt ſacramentalis. ſed ordinatur ad miracula facienda vt ſcilicet per cōtactū manus hominis ſanctificati etiā corporalis infirmitas tollat̄. ſicut legit̄ de dn̄o Mar. vi. ꝙ infirmos impoſitis manibus curauit. ⁊ Matt. viij. legitur ꝙ leproſum per contactū mundauit. ¶ Ad ij. dđm ꝙ nō quelibet acceptio ſpirituſſancti requirit manꝰ impoſitionem. quia etiam in baptiſmo accipit homo ſpiritū ſanctū nec tamē fit ibi manus impoſitio. ſed acceptio ſpirituſſancti cū plenitudine requirit manus impoſitionem. ¶ Ad iij. dđm ꝙ in ſacramētis que ꝑficiūtur ī vſu materie miniſter habet aliquē corporalem actū exercere circa eum qui ſuſcepit ſacramentū ſicut in baptiſmo ⁊ in confirmatione ⁊ extrema vnctione. ſed hoc ſacramētū nō conſiſtit in vſu alicuius materie exterius appoſite. ſꝫ loco materie ſe habent ea que ſunt ex ꝑte penitētis. vnde ſicut in eucbariſtia ſacerdos ſola ꝓlatiōe verboꝝ ſup materiā

ꝑficit ſacramentū ita etiā ſola verba ſacerdotis abſoluen
tis ſuꝑ penitentē ꝑficiunt abſolutionis ſacramentū. ⁊ ſi
aliquis actus corporalis eſſet ex parte ſacerdotis. nō minus
com peteret cruce ſignatio que adhibet̃ in eucharistia quā
manus impoſitio. in ſignum ꝙ ꝑ ſanguinē crucis xp̄i re
mittuntur peccata. ⁊ tn̄ non eſt de ſacramenti neceſſitate.
ſicut nec de neceſſitate eucharistie.

## Ad quintū ſic proceditur

Videt̃ ꝙ hoc ſacramentum non ſit de neceſſitate ſalutis.
quia ſuꝑ illud ps. qui ſeminat in lacrymis dicit glo. no.
eſſe triſtis ſi adſit tibi bona voluntas. vn̄ metitur pax. ſed
triſticia eſt de ratione penitentie ſm̄ illud. ij. Cor. vij. que
ſm̄ deum eſt triſticia. penitentiam in ſalutem operatur. er
go bona voluntas ſine penitentia ſufficit ad ſalutem.
Pre. Prouer. x. dicitur vniuerſa delicta operit charitas.
⁊ infra. xv. per miſericordiam ⁊ fidem purgantur peccata.
ergo habendo charitatem ⁊ fidē ⁊ miſericordiam poteſt
quiſqꝫ ſalutem conſequi etiam ſine penitentie ſacramen
to. Pre. ſacramenta eccleſie initium habent ab inſtitu
tione chriſti. ſed ſicut legitur Joh. viij. chriſtus mulierē
adulteram abſoluit abſqꝫ penitentia. ergo videtur ꝙ peni
tentia non ſit de ſalutis neceſſitate. Sed contra eſt ꝙ
dominus dicit Lu. xiij. ſi penitentiam non egeritis om
nes ſimul peribitis. Rn̄. dicendum ꝙ aliquid eſt ne
ceſſarium ad ſalutem dupliciter. vno modo abſolute. alio
modo ex ſuppoſitione. abſolute quidem neceſſarium eſt
illud ſine quo nullus ſalutem conſequi poteſt. ſicut gratia
chriſti ⁊ ſacramentum baptiſmi. per quod aliquis in chri
ſto renaſcitur. ex ſuppoſitione autem eſt neceſſarium ſacra
mentum penitentie. quod quidem non neceſſarium eſt om
bus. ſed peccato ſubiacentibus. dicitur enī. ij. paralip. vlti. et
tu dn̄e iuſtoꝝ. non poſuiſti penitentiā iuſtis abraā yſaac
⁊ iacob his qui tibi non peccauerūt. peccatū aūt cum cōſu
matum fuerit generat mortem vt dicitur iac. i. ⁊ ideo ne
ceſſarium eſt ad ſalutem peccatoris ꝙ peccatū remoueat̃
ab eo. quod quidem fieri non pōt. ſine penitētie ſacramē
to. in quo opatur virtus paſſionis xp̄i per abſolutionē ſa
cerdotis ſimul cum ope penitētis. qui coopatur gratie ad
deſtructionem peccati. ſicut dicit Aug. ſuper iohannem.
qui creauit te ſine te non iuſtificabit te ſine te. vn̄ patꝫ ꝙ ſa
cramentū penitentie eſt neceſſarium ad ſalutem poſt pec
catū. ſicut medicatio corporalis. poſtqꝫ hō in morbū peri
culoſum inciderit. Ad. i. ergo dm̄ ꝙ glo. illa videt̃ eē
intelligenda de eo cui adeſt bona voluntas ſine interpola
tione que fit per peccatū. tales autem non habent triſticie
cauſam. ſed ex quo bona voluntas tollitur per peccatum.
non pōt reſtitui ſine triſticia. qua quis dolet de peccato pre
terito. quod pertinet ad pniam. Ad. ij. dm̄ ꝙ ex quo ali
quis peccatū incurrit. charitas ⁊ fides ⁊ miſericordia nō
liberāt hoīem a peccato ſine penitentia. requirit enī chari
tas ꝙ homo doleat de offenſa in amicum cōmiſſa. ⁊ ꝙ hō
amico reconciliari ſtudeat. requirit etiam ipſa fides vt ꝑ
virtutem chriſti paſſionis que in ſacramentis eccleſie ope
ratur querat iuſtificari a peccatis. requirit etiam ipſa miſe
ricordia ordinata. vt homo ſubueniat penitendo ſue miſe
rie quā per peccatum incurrit. ſm̄ illud Prouer. xiiij. mi
ſeros facit populos peccatum. vnde ⁊ eccleſiaſtici. xxx. dici
tur miſerere aīe tue placens deo. Ad. iij. dicendum ꝙ
ad poteſtatem excellentie quā ſolus chriſtus habuit vt ſu
pra dictum eſt ptinuit ꝙ chriſtus effectum ſacramenti pe
nitentie qui eſt remiſſio peccatorum ꝯtulit mulieri adul
tere ſine penitentie ſacramento licet non ſine interiori pe
nitentia. quā ipſe in ea per gratiam eſt opatus.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videtur ꝙ penitentia non ſit ſecunda tabula poſt nau
fragium quia ſuper illud Eſa. iij. peccatum ſuum ſicut ſo
doma predicauerunt glo. dicit. ſecūda tabula poſt naufra
gium eſt peccata abſcondere. ſed penitentia non abſcon
dit peccata ſed magis ea reuelat. ḡ penitentia nō eſt ſecū
da tabula. Pre. fundamentum in edificio non tenet ſe
cundum locum ſed primum. penitentia autem in ſpūali
edificio eſt fundamentum ſm̄ illud ad Heb. vi. nō rurſuꝫ
iacientes fundamentum penitentie ab operibus mortuis
vnde ⁊ precedit ipſm̄ baptiſmum ſm̄ illud Actu. ij. peni
tentiā agite. ⁊ baptizetur vnuſquiſqꝫ veſtrum. ergo penitē
tia non debet dici ſecunda tabula. Pre. omnia ſacra
menta ſunt quedam tabule id eſt remedia contra peccatū
ſed penitentia non tenet ſecundum locum inter ſacramē
ta. ſed magis quartum vt ex ſupra dictis patet. ergo peni
tentia non debet dici ſecunda tabula poſt naufragium.
Sed contra eſt ꝙ hierony. dicit ꝙ ſecunda tabula poſt
naufragium eſt penitentia. Rn̄. dicendum ꝙ illud qd̄
eſt per ſe naturaliter prius eſt eo quod eſt per accidens. ſi
cut ⁊ ſubſtantia prior eſt accidente. ſacramenta aūt quedā
ordinantur ad ſalutem hominis. ſicut baptiſmus qui eſt
ſpiritualis generatio. ⁊ confirmatio que eſt ſpirituale au
gmentum. ⁊ euchariſtia que eſt ſpirituale nutrimentum
penitentia autem ordinatur ad ſalutem hominis quaſi ꝑ
accidens. ſuppoſito quodam ſcilicet ex ſuppoſitione pecca
ti. niſi enim homo peccaret actualiter penitentia non in
digeret. indigeret tamen baptiſmo ⁊ confirmatione ⁊ eu
chariſtia. ſicut ⁊ in vita corporali non indigeret homo me
dicatione niſi infirmaretur. indigeret autem homo ꝑ ſe
ad vitam generatione ⁊ augmento ⁊ nutrimento. ⁊ ideo
penitentia ſecundū locum tenet reſpectu ſtatus integri
tatis. qui confertur ⁊ conſeruatur per ſacramenta predi
cta. vnde metaphorice dicitur ſecunda tabula poſt nau
fragium. nam primum remedium mare tranſeuntibus
eſt vt conſeruentur in naui integra ſcd̄m aūt remediuꝫ
eſt poſt nauim fractā vt aliquis tabule adhereat. ita etiā
primum remedium in mari huius vite eſt. ꝙ homo inte
gritatem ſeruet. ſcd̄m autem remedium eſt ſi per peccatū
integritatem perdiderit ꝙ per penitentiam redeat. Ad
i. ergo dm̄ ꝙ abſcondere peccata contingit dupliciter.
Vno modo dum ipſa peccata fiunt. eſt autem peius pec
care publice qꝫ occulte. tum quia peccator publicus. vide
tur ex contemptu maiori peccare tum quia etiam peccat
cum ſcandalo aliorum. ⁊ ideo eſt quoddam remedium in
peccatis ꝙ aliquis in occultis peccet. ⁊ ſm̄ hoc glo. dicit
ꝙ ſecunda tabula poſt naufragium eſt peccata aſcondere
non ꝙ per hoc tollatur peccatum ſicut per penitentiam.
ſed quia hoc peccatum fit minus. Alio mō aliquis abſcō
dit pctm̄ prius factū ꝑ negligentiā confeſſionis. ⁊ hoc cō
trariat̃ pnīe. ⁊ ſic aſcondere peccata non eſt ſecūda tabula
ſed magis contrariū tabule. dicitur enī Prouer. xxviij.
qui abſcondit ſcelera ſua nō diriget̃. Ad. ij. dd̄. ꝙ pnīa
non pōt dici fundamentū ſpūalis edificij ſimplr̄. ideſt in
prima edificatione. ſed eſt fundamentū in ſecūda reedifica
tione. que fit poſt peccati deſtructionem. nā primo redeū
tibus ad deum occurrit pnīa. aplʼs tn̄ ibi loquit̃ de funda
mento ſpūalis doctrine. pnīa aūt que baptiſmuꝫ precedit
non eſt pnīe ſacramentū. Ad. iij. dd̄. ꝙ tria ꝑcedentia

ſacramenta pertinent ad nauim integram id eſt ad ſtatuꝫ
integritatis reſpectu cuius. penitentia dicit̃ ſecũda tabula

## ¶ Ad ſeptimũ ſic procedit̃ur

Videtur ꝙ hoc ſacramentum non fuerit cõuenienter in
ſtitutum in noua lege. ea enim que ſunt de iure naturali
non indigent inſtitutione. ſed penitere de malis que qs
geſſit. eſt de iure naturali. non enim aliquis poteſt bonuꝫ
diligere quin de contrario doleat. ergo non eſt pnia cõue
nienter inſtituta in noua lege. ¶ Pre. quod fuit in vete
ri lege. non fuit inſtituendum. ſed etiam in veteri lege fu
it penitentia. vnde ⁊ dñs conqueritur. hier. viij. dicens
nullus eſt qui agat penitentiam ſuper peccato ſuo. dicens
quid feci. ergo penitentia non debet inſtitui in noua lege
¶ Pre. penitentia conſequenter ſe habet ad baptiſmuꝫ
cum ſit ſecunda tabula vt ſupra dictum eſt. ſed peniten
tia videtur a dño inſtituta ante baptiſmum. nam in pri
cipio predicationis ſue legitur dominus dixiſſe Math.
iiij. penitentiam agite. appropinquabit regnum celorum
ergo hoc ſacramentum non fuit conuenienter inſtitutum
in noua lege. ¶ Pre. ſacramenta noue legis inſtitutionē
habent a chriſto. ex cuius virtute operantur ſicut ſepe di
ctum eſt. ſed chriſtus non videtur inſtituiſſe hoc ſacramē
tum. cum non ſit vſus eo ſicut alijs ſacramentis que ipſe
inſtituit. ergo hoc ſacramentum non fuit cõuenienter in
ſtitutum in noua lege. ¶ Sed contra eſt qd dominus di
cit Lu. vlti. oportebat chriſtum pati ⁊ reſurgere a mortu
is die tertia. ⁊ predicari in nomine eius penitentiam ⁊ re
miſſionem peccatorum in omnes gentes. ¶ Rñ. dñ ꝙ
ſicut dictum eſt in hoc ſacramento actus penitentis ſe hꝫ
vt materia. id autem quod eſt ex parte ſacerdotis qui ope
ratur vt miniſter chriſti ſe habet vt formale ⁊ completiuũ
ſacramenti. materia vero etiam in alijs ſacramentis p̃exi
ſtit a natura vt aqua vel ab aliqua arte vt panis. ſed ꝙ ta
lis materia ad ſacramentum ſumatur indiget inſtitutiõe
hoc determinãte. ſed forma ſacramenti et virtus ipſius. to
taliter eſt ex inſtitutione chriſti. ex cuius paſſiõe procedit
virtus ſacramentorum. ſic ergo materia preexiſtit a natu
ra. ex naturali enim poſitione homo mouetur ad penitē
dum de malis que fecit. ſed ꝙ hoc vel illo modo peniten
tiam agat eſt ex inſtitutione diuina. vnde ⁊ dominus in
principio predicationis ſue indixit hominibus vt non ſo
lum peniterent ſed etiam penitentiam agerent ſignificanſ
determinatos modos actuum. qui requiruntur ad hoc ſa
cramentum. ſed id quod pertinet ad officium miniſtrorũ
determinauit Math. xvi. vbi dixit petro. tibi dabo cla
ues regni celorum. Efficaciam autem huius ſacramenti
⁊ origineꝫ virtutis eius manifeſtauit poſt reſurrectionē
Lu. vlti. vbi dicit ꝙ oportebat predicari in nomine eius
penitentiam ⁊ remiſſionem peccatorum in omnes gētes
premiſſo de paſſione ⁊ reſurrectione. virtute enim no
minis ieſu chriſti patientis ⁊ reſurgentis. hoc ſacramen
tum efficaciam habet ad remiſſionem peccatorum. Et ſic
pꝫ conuenienter hoc ſacrm̃ in noua lege fuiſſe inſtitutũ
¶ Ad. i. ergo dñm ꝙ de iure naturali eſt ꝙ aliquis peni
teat de malis que fecit. quantuꝫ ad hoc ꝙ doleat ſe feciſſe
⁊ doloris remedium querat per aliquē modum. ⁊ etiã ali
qua ſigna doloris oſtendat. ſicut niniuite fecerunt vt legi
tur ione. iij. in quibus tamen aliquid fuit adiunctum ſi
dei quã ceperant ex predicatione ione. vt ſcꝫ hoc agerent
ſub ſpecie venie conſequende a deo. ſcdm ꝙ legitur ibi qs
ſcit ſi conuertatur ⁊ ignoſcat deus. ⁊ reuertatur a furore
ire ſue ⁊ non peribimus. ſed ſicut alia que non ſunt de iu
re naturali. determinationem acceperũt ex legis diuine
inſtitutione vt in ſecunda parte dictum eſt ita etiam pe
nitentia ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ea que ſunt iuris natura
lis diuerſimode determinationem accipiunt in veteri et
noua lege. ſcdm ꝙ congruit imperfectioni veteris legis ⁊
perfectioni noue legis. vnde ⁊ penitentia in veteri lege ali
quam determinationem habuit quantum ad dolorem vt
eſſet magis in corde ꝙ in exterioribus ſignis. ſm illud io
hel. ij. ſcindite corda veſtra ⁊ non veſtimenta veſtra. quan
tum autem ad remedium doloris querendum. vt aliquo
modo miniſtris dei peccata ſua confiterentur. ad minus
in generali. vnde dominus leuit. v. dicit anima que pec
cauerit per ignorantiam offeret arietem immaculatum
de gregibus ſacerdoti iuxta menſuram eſtimationemqꝫ
peccati. qui orabit pro eo ꝙ neſciens fecerit. ⁊ dimittetur
ei. in hoc enim ipſo ꝙ oblationem faciebat aliquis p pec
cato ſuo quodammodo peccatum ſuum ſacerdoti confi
tebatur. ⁊ ſm hoc dicitur Prouer. xxviij. qui abſcondit
ſcelera ſua non dirigetur. qui autem confeſſus fuerit ⁊ re
liquerit ea miſericordiam conſequetur. nondum autem
erat inſtituta poteſtas clauium que a paſſione chriſti di
riuatur ⁊ per conſequens nondum erat inſtitutũ ꝙ aliqs
doleret de peccato cũ propoſito ſubijciendi ſe per cõfeſſionē
⁊ ſatiſfactionem clauibus eccleſie. ſub ſpe cie conſequēde
venie. virtute paſſionis chriſti. ¶ Ad. iij. dñ ꝙ ſi quis
recte conſideret ea que dominus dixit de baptiſmi neceſſi
tate. Iohan. iij. tempore precelſerunt ea que dixit Matt.
iiij. de penitentie neceſſitate. nam illud quod dixit nico
demo de baptiſmo. fuit ante incarcerationem ioh. de quo
poſtea ſubditur ꝙ baptiſabat. illud vero quod de peniten
tia dixit Math iiij. fuit poſt incarcerationem Ioh. Si tñ
prius ad penitentiã duxiſſet ꝙ ad baptiſmum hoc ideo
eſſet quia ante baptiſmum etiam requiritur quedam pe
nitentia. ſicut ⁊ petrus dixit actuũ. iij. penitentiam agite
⁊ baptizetur vnuſquiſqꝫ veſtrum. ¶ Ad. iiij. dicenduꝫ
ꝙ chriſtus non eſt baptiſmo vſus quod ipſe inſtituit ſed eſt
baptizatus baptiſmo iohan. vt ſupra dictum eſt. ſed nec
actiue eſt vſus ſuo miniſterio. quia ipſe nõ baptizabat cõ
muniter ſed diſcipuli eius vt dicitur iohan. iiij. Quis cre
dendum videtur ꝙ diſcipulos baptizauerit. vt Augu.
dicit ad celeſtinum. Vſus autem huius ſacramenti ab
eo inſtituti. nullo modo ei competebat. neqꝫ quantum ad
hoc ꝙ ipſe peniteret. in quo peccatum non fuit. neqꝫ quan
tum ad hoc ꝙ hoc ſacramentũ alijs preberet. quia ad oſtē
dendum miſericordiam ⁊ virtutem ſuam. effectum hui9
ſacramenti ſine ſacramento prebebat. vt ſupra dictum ē
Sacramentum autem eucharìſtie ⁊ ipſe ſumpſit ⁊ alijs
dedit. tum ad cõmendandam excellentiam huius ſacra
menti. tum quia hoc ſacramentum eſt memoriale ſue paſ
ſionis. inquantum chriſtus eſt ſacerdos ⁊ hoſtia.

## ¶ Ad octauum ſic pcedit̃ur

Videtur ꝙ penitentia non debeat durare vſqꝫ ad finem
vite. penitentia enim ordinatur ad deletionem peccati.
ſed penitens ſtatim conſequitur remiſſionem peccatorũ
ſm illud ezech. xviij. ſi penitentiam egerit impius ab om
nibus peccatis ſuis que operatus eſt vita viuet. ⁊ nõ mo
rietur. ergo non oportet alterius penitentiam pretendi.
¶ Pre. agere penitentiam pertinet ad ſtatum incipien
tium. ſed homo de hoc ſtatu debet procedere ad ſtatum
proficientium. ⁊ vlterius ad ſtatum perfectoruꝫ. ergo nõ

debet homo penitentiam agere vſq; ad finē vite. ¶ Pre. ſicut in alijs ſacramētis homo debet conſeruare ſtatuta ec
cleſie ita ⁊ in hoc ſacramento. ſed ſm̄ canones determinata
ſunt tempora penitendi. vt ſcilicet ille qui hoc peccatū in
vel illud commiſerit. tot annis peniteat. ergo videtur ꝙ
non ſit penitentia extendenda vſq; ad finem vite. ¶ Sꝫ
contra eſt ꝙ Aug. dicit in libro de penitentia quid reſtat
nobis niſi dolere in vita vbi enim dolor finitur deficit pe-
nitentia. ſi ergo penitentia finitur quid relinquitur de ve-
nie? ¶ Rñ. dicendum ꝙ duplex eſt penitentia ſcilicet in
terior ⁊ exterior. Interior quidem penitentia eſt qua quiſ
dolet de peccato cōmiſſo. ⁊ talis penitentia debet durare
vſq; ad finem vite. ſemper enim debet homini diſplicere
ꝙ peccauit. ſi enim ei placeret peccaſſe iam ex hoc ipo pec-
catum incurreret. ⁊ fructus venie perderet. diſplicentia
autem dolorem cauſat in eo qui eſt ſuſceptiuus doloris.
qualis eſt homo in hac vita. poſt hanc autem vitam ſancti
non ſunt ſuſceptiui doloris vnde diſplicebunt eis pecca
ta preterita ſine omni triſticia. ſm̄ illud Eſa. lv. obliuioni
tradite ſunt anguſtie priores. Penitentia vero exterior ē
qua quis exteriora ſigna doloris oſtendit ⁊ verbotenus cō
fitetur peccata ſua ſacerdoti abſoluenti. vt iuxta eius ar
bitrium ſatiſfaciat. ⁊ talis penitentia non oportet ꝙ duret
vſq; ad finem vite. ſed vſq; ad determinatū tempus ſm̄
menſuram peccati. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ vera peni
tentia non ſolum remouet peccata preterita. ſed etiam p̄
ſeruat eum a futuris. Quis ergo homo in primo inſtanti
vere penitentie remiſſionem conſequatur preteritorū pec
catorum. oportet tamen in homine perſeuerare penitentiā
ne iterum incidat in peccatū. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ age
re penitentiam interiorem ſimul ⁊ exteriorem. pertinet
ad ſtatum incipientium. ſcilicet qui redeunt de nouo a pec
cato. ſed penitentia interior habet locum etiam in profici-
entibus ⁊ perfectis. ſm̄ illud pſ. aſcenſiones in corde ſuo
diſpoſuit in valle lacrimarum. vnde ⁊ ipſe paulus dicebat
i. Cor. xv. non ſum dignus vocari apoſtolus. quoniam p̄
ſecutus ſum eccleſiam dei. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ illa tē
pora prefiguntur penitentibus quantū ad actionē exte
rioris penitentie.

## Ad nonū ſic proceditur

Videtur ꝙ penitentia non poſſit eſſe continua. dicit̄ enī
hier. xxxi. quieſcat vox tua a ploratu ⁊ oculi tui a lachry-
mis. ſed hoc eſſe non poteſt ſi penitentia continuaretur. q̄
conſiſtit in ploratu ⁊ lachrymis. ergo penitentia non pōt
continuari. ¶ Pre. de quolibet bono opere debet homo
gaudere ſm̄ illud pſ. ſeruite domino in le. ſed agere peni
tentiam eſt bonum opus. ergo de hoc ipo debet homo gau
dere. ſed non poteſt homo ſimul triſtari ⁊ gaudere. vt pa
tet per philoſophum. ix. ethi. ergo non poteſt eſſe ꝙ peni
tens ſimul triſtetur de peccatis preteritis. quod pertinet
ad rationem penitentie. ¶ Pre. i. Cor. ij. apoſtolꝰ dicit
conſolamini ſcilicet penitentem. ne forte habundantiori
triſticia abſorbeatur. ſed conſolatio depellit triſticiā que
pertinet ad rationem penitentie. ergo penitentia non de
bet eſſe continua. ¶ Sed contra eſt ꝙ Aug. dicit in libro
de penitentia. dolor in penitentia continue cuſtodiatur.
¶ Rñ. dicendum ꝙ penitere dicitur dupliciter ſcilꝫ ſm̄
actum ⁊ ſm̄ habitum. Actu quidem impoſſibile eſt ꝙ hō
continue peniteat. quia neceſſe eſt ꝙ actus penitētis ſiue
interior ſiue exterior interpoletur. ad minus ſompno. et
alijs que ad neceſſitatem corporis pertinent. Alio modo
dicitur penitere ſm̄ habitum. ⁊ ſic oportet ꝙ homo conti
nue peniteat. ⁊ quantum ad hoc ꝙ homo nunq; aliquid
contrarium faciat penitentie. per quod habitualis diſpo
ſitio penitentis tollatur. ⁊ quantum ad hoc ꝙ debet in p̄
poſito gerere ꝙ ſemper ſibi peccata preterita diſpliceant.
¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ploratus ⁊ lachryme ad actū
exterioris penitentie pertinent qui non ſolum non debet
eſſe continuus. ſed nec oportet ꝙ duret vſq; ad finem vi
te vt dictum eſt. vnde ⁊ ſignanter ibi ſubditur ꝙ eſt mer
ces operi tuo. eſt autem merces operis penitentis. plena
peccati remiſſio. ⁊ quantum ad culpam ⁊ quantū ad pe
nam. poſt cuius conſecutionem non eſt neceſſe ꝙ homo
vlterius exteriorem penitentiam agat. per hoc tamen nō
excluditur continuitas penitentie qualis dicta eſt. ¶ Ad
ij. dicendum ꝙ de dolore ⁊ gaudio dupliciter loqui poſſu
mus. Uno modo ſm̄ ꝙ ſunt paſſiones appetitus ſenſiti
ui. ⁊ ſic nullo modo poſſunt eē ſimul. eo ꝙ ſunt omnino
contrarie. vel ex p̄te ſubiecti puta cum ſunt de eodem. vel
ſaltem ex parte motus cordis. nam gaudium eſt cum di-
latione cordis triſticia vero cum conſtrictione. ⁊ hoc mo
do loquitur phūs. ix. ethi. Alio modo loqui poſſumus de
gaudio ⁊ triſticia ſm̄ ꝙ conſiſtunt in ſimplici actu volun
tatis. cui aliquid placet vel diſplicet. ⁊ ſm̄ hoc non poſſūt
habere contrarietatem niſi ex parte ſubiecti. puta cū ſunt
de eodem ⁊ ſcd̄m idem. ⁊ ſic non poſſunt ſimul eſſe gau-
dium ⁊ triſticia. quia non poteſt ſimul idem ſcd̄m idem
placere ⁊ diſplicere. Si vero gaudium ⁊ triſticia ſic acce-
pta non ſint de eodem ⁊ ſcd̄m idem. ſed vel de diuerſis vl'
de eodem ſcd̄m diuerſa. ſic non eſt contrarietas gaudij et
triſticie. vnde nihil prohibet hominem ſimul gaudere et
triſtari. puta ſi videamus iuſtum affligi ſimul placet no-
bis eius iuſticia. ⁊ diſplicet afflictō. ⁊ hoc modo poteſt ali
cui diſplicere ꝙ peccauit ⁊ placere ꝙ ei diſplicet. cum ſpe
venie. ita ꝙ ipa triſticia ſit materia gaudij. vnde ⁊ Aug.
dicit in libro de pnīa. ſemper doleat penitens ⁊ de dolore
gaudeat. Si tamen triſticia nullo mō compateretur ſibi
gaudium per hoc non tolleretur habitualis continuitas
penitentie ſed actualis. ¶ Ad. iij. dcm̄ ꝙ ſm̄ phm̄ in. ij.
ethi. ad virtutem pertinet tenere medium in paſſionibus
triſticia aūt que in appetitu ſenſitiuo penitentis cōſequit̄
ex diſplicentia voluntatis paſſio quedam eſt. vnde mode
randa eſt ſm̄ virtutem. ⁊ eius ſuperfluitas eſt vitioſa.
quia inducit deſperationem. quod ſignificat aplꝰs. ibi-
dem dicens. ne maiori triſticia abſorbeatur qui hmōi ē.
⁊ ſic conſolatio de qua apoſtolus ibi loquitur eſt modera
tiua triſticie non autem tota ablatiua.

## Ad decimum ſic procedit̄

Videtur ꝙ ſacramentū penitentie non debeat iterari. dic̄
enī aplꝰs ad Heb. vi. impoſſibile eſt eos qui ſemel illumi
nati ſunt. ⁊ guſtauerunt donum celeſte ⁊ participes facti
ſunt ſpūſſancti ⁊ prolapſi ſunt rurſus renouari ad pnīaꝫ
ſed quicunq; penituerunt ſunt illuminati. ⁊ acceperunt
donum ſpūſſancti. ergo quicunq; peccat poſt penitentiaꝫ
non pōt iterato penitere. ¶ Pre. Ambro. dicit in lib. de
pnīa reperiuntur qui ſepe agendam pnīam putant q̄ lu-
xuriantur in xp̄o. nam ſi vere penitentiam agerent iteran
dā poſtea non putarent. q2 ſicut vnum eſt baptiſma. ita
vna penitentia. ſed baptiſmus non iteratur. ergo nec pe
nitētia. ¶ Pre. miracula quibus dominus infirmitates
corporales ſanauit. ſignificāt ſanationes ſpiritualium in
firmitatum. quibus ſcilicet homines liberantur a peccatꝭ

ſed non legitur ꝙ dominus ſecum aliquem bis illuminauerit. vel aliquem leproſum bis mundauerit. aut aliquem mortuum bis ſuſcitauerit. ergo videtur ꝙ nec alicui peccatori bis per penitentiam venia largiatur. Preterea. Grego. dicit in omelia. xl. penitentia eſt ante acta peccata deflere ⁊ flenda iterum non committere. ⁊ Iſido. dicit in libro de ſummo bono. irriſor eſt ⁊ nõ penitẽs q̃ adhuc agit quod penitet. ſi ergo aliquis vere peniteat iterum non peccabit. ergo non poteſt eſſe ꝙ penitentia iteretur. Preterea. ſicut baptiſmus habet efficaciam ex paſſione chriſti ita et penitentia. ſed baptiſmus non iteratur propter vnitatẽ paſſionis ⁊ mortis chriſti. ergo pari ratione ⁊ penitentia non iteratur. Preterea. Grego. dicit facilitas venie incẽtiuum prebet delinquendi. ſi ergo deus frequenter veniã prebet per penitentiam videtur quod ipſe incentiuum prebeat hominibus delinquẽdi. ⁊ ſic videtur delectari in peccatis. quod eius bonitati non congruit. non ergo poteſt penitentia iterari. Sed contra eſt quod homo inducitur ad miſericordiam exemplo diuine miſericordie. ſcḋm illḋ Lu. vi. eſtote miſericordes ſicut ⁊ pater veſter miſericors eſt. ſed dominus hanc miſericordiam diſcipulis imponit vt ſepius remittent fratribus contra ſe peccantibus. vnde ſicut dicitur Math. xviij. petro querenti. quotiens peccauerit in me frater meus dimittam ei? vſq; ſepties. non dico tibi ſepties. ſed vſq; ſeptuageſies ſepties. ergo etiaꝫ deus ſepius per penitentiam veniam prebet peccantibus. preſertim cum doceat nos petere. dimitte nobis debita noſtra. ſicut ⁊c. Reſpõ. dicendum ꝙ circa penitentiam errauerunt quidam dicentes non poſſe hominem per penitentiam ſecundo veniam peccatorum conſequi. hoc in tantum extenderunt ꝙ dixerunt poſt primam penitentiam que agitur in baptiſmo peccantes non poſſe per penitentiã iterato reſtitui. Alij vero fuerũt heretici. vt Aug. dicit in libro de penitentia qui poſt baptiſmum dicebant quidem eſſe vtilem penitentiam non tamen pluries ſed ſemel tantum. Videntur autẽ huiuſmodi errores ex duobus proceſſiſſe. Primo quidem ex eo quod errabant circa rationem vere penitentie. cum enim ad veram penitentiam charitatis requiratur. ſine qua non delentur peccata credebant ꝙ charitas ſemel habita non poſſit amitti. ⁊ ꝑ conſequens ꝙ penitentia ſi ſit vera nunq; per peccatũ tollatur vt ſit neceſſe eam iterari. ſed hoc improbatum eſt in ſecunda parte vbi oſtenſum eſt ꝙ charitas ſemel habita propter libertatem arbitrij poteſt amitti. ⁊ per conſequens peccatum ⁊ per conſequens poſt veram penitentiam poteſt aliquis peccare mortaliter. Secundo ex eo ꝙ errabant circa eſtimationem grauitatis peccati. putabãt enim adeo graue eſſe peccatum ꝙ aliquis cõmittit poſt veniam impetratam ꝙ non ſit poſſibile ipſum remitti. in q̃ quidem errabant ⁊ ex parte peccati quod poſt remiſſionẽ conſecutam poteſt eſſe ⁊ grauius ⁊ leuius. etiam q̃ fuerit ipſum primum peccatum remiſſum. ⁊ multo magis circa infinitatem diuine miſericordie que eſt ſuper omnem numerum ⁊ magnitudinem peccatorum. ſcḋm illud pſ. miſerere mei deus ſcḋm magnam miſericordiam tuam. vnde reprobatur verbum cayn dicentis. Gen. iiij. maior eſt iniquitas mea q̃ vt veniam merear. ⁊ ideo miſericordia dei peccantibus per penitentiam veniam prebet abſq; vllo termino. vnde dicit. ij. paralip. vlt. imenſa ⁊ inueſtigabilis miſericordia promiſſionis tue ſuper malicias hominum. vnde manifeſtum eſt ꝙ penitentia eſt pluries iterabilis. Ad. i. ergo dicendum ꝙ quia apud iudeos erant ſcḋm legem quedã lauacra inſtituta quibus pluries ſe ab immundicijs purgabant. credebant aliqui iudeorum ꝙ etiam per lauacrum baptiſmi aliquis pluries purificari poſſet. ad quod excludendum apoſtolus ſcribit iudeis ꝙ impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati ſcilicet ꝑ baptiſmum. rurſum renouari ad penitentiam ſcilicet per baptiſmum. qui eſt lauacrum ſpiritualis regenerationis et renouationis ſpũſſancti. vt dicitur ad tytu. iij. ⁊ rationem aſſignat ex hoc ꝙ per baptiſmum homo chriſto moritur. vnde ſequitur rurſum crucifigentes in ſemetipſis filium dei. Ad. ij. dicendum ꝙ Ambro. loquitur de penitentia ſollenni. que in eclceſia non iteratur. vt infra dicetur. Ad. iij. dicendum ꝙ ſicut dicit Augu. in libro de penitentia multos cecos in diuerſo tempore dominus illuminauit. ⁊ multos debiles confortauit. oſtendens in diuerſis illis. eidem ſepe peccata dimitti. vt quem prius ſanauit leproſum. alio tempore illuminauit cecum. ideo enim tot ſanauit cecos claudos ⁊ aridos. ne deſperet ſepe peccator. ideo non ſcribitur aliquem niſi ſemel ſanaſſe vt q̃ſq; timeat ſe iungi peccato. medicum ſe vocat ⁊ non ſanis ſed male habentibus operatiuum. ſed qualis hic medicus qui malum iteratum neſciret curare? medicorum enim eſt centies infirmum curare. qui ceteris minor eſſet ſi alij poſſibilia ignoraret. Ad. iiij. dicendum ꝙ penitere eſt ante acta peccata deflere. ⁊ flenda non committere ſimul dum flet. vel actu vel propoſito. ille eſt enim irriſor ⁊ non penitens. qui ſimul dum penitet agit quod penitet. proponit enim iterum ſe facturum quod geſſit. vel etiam actualiter peccat eodem vel alio peccato. quod autem aliquis poſtea peccat vel actu vel propoſito non excludit quin prima penitentia vera fuit. nunq; enim veritas prioris actus excluditur per actum contrarium ſubſequentem ſic enim vere currit qui poſtea ſedet. ita vere penituit qui poſtea peccat. Ad. v. dicendum ꝙ baptiſmus habet virtutem ex paſſione chriſti ſicut quedam ſpiritualis regeneratio cum ſpirituali morte precedentis vite ſtatutum. eſt autem omnibus hominibus ſemel mori ⁊ ſemel naſci. ⁊ ideo ſemel tantum debet homo baptizari. Sed penitentia habet virtutẽ ex paſſione chriſti ſicut ſpiritualis medicatio. que frequenter iterari poteſt. Ad. vi. dicendum ꝙ ſicut Aug. in libro de penitentia dicit conſtat deo multum diſplicere peccata. qui ſemper preſto eſt ea deſtruere ne ſoluatur qḋ creauit ne corrumpatur quod amauit ſcilicet per deſperationem.

Queſtio. LXXXV.

## Deinde cõſiderandum

eſt de penitentia ſcḋm quod eſt virtus. Et circa hoc queruntur ſex. Primo vtrum penitẽtia ſit virtus. Secundo vtrum ſit virtus ſpecialis. Tertiõ ſub qua ſpecie virtutis contineatur. Quarto de ſubiecto eius. Quinto de cauſa ipſius. Sexto de ordine eius ad alias virtutes.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ penitentia nõ ſit virtus. penitentia enim eſt qḋdam ſacramentum alijs ſacramentis connumeratum vt ex ſupra dictis patet. ſed nullum aliud ſacramentorum eſt virtus. ergo neq; penitẽtia eſt virtus. Preterea. ſcḋm philoſ. iiij. ethi. verecundia non eſt virtus. tum quia eſt paſſio habens corporalem immutationem. tum etiam quia nõ eſt diſpoſitio perfecti. cum ſit de turpi actu. quod non hꝫ locum in homine virtuoſo. ſed ſimiliter eſt quedã paſſio

habens corporalem immutationem. ſcilicet ploratum ſicut
dicit Grego. ꝙ penitere eſt peccata preterita plangere. ē
etiam de turpibus factis ſcilicet de peccatis que non hñt
locum in homine virtuoſo. ergo penitentia non eſt virt9.
¶ Pre. ſm phm̃. iiij. ethi. nullus eſt ſtultus eorum que
ſunt ſm virtutem. ſed ſtultum ē dolere de cōmiſſo preteri
to. quod non poteſt non eſſe quod tamen pertinet ad pe-
nitentiam. ergo penitentia non eſt virtus. ¶ Sed cōtra
eſt ꝙ precepta legis dantur de actibus virtutum ꝙ legis
lator intendit ciues facere virtuoſos vt dicitur. ij. ethi. ſꝫ
preceptum diuine legis eſt de penitentia ſm illud Matt.
iij. penitentiam agite ⁊c. ergo penitentia eſt virt9. ¶ Rñ.
dicendum ꝙ ſicut ex dictis patet penitere eſt de aliquo a ſe
prius facto dolere. dictum eſt autem ſupra ꝙ dolor vel tri
ſticia dupliciter dicitur. vno modo ſm ꝙ eſt paſſio que-
dam appetitus ſenſitiui. ⁊ quantum ad hoc penitentia nō
eſt virtus ſed paſſio. alio modo ſm ꝙ conſiſtit in volunta
te. ⁊ hoc modo eſt cum quadam electione. que quidem ſi
ſit recta neceſſe eſt quod ſit actus virtutis. dicitur enim
in. ij. ethi. ꝙ virtus eſt habitus electiuus ſm rationem re
ctam. pertinet autem ad rationem rectam ꝙ aliquis dole
at de quo dolendum eſt. quod quidem obſeruatur in peni
tentia de qua nunc loquimur. nam penitens aſſumit mo
deratum dolorem de peccatis preteritis. cum intentōne re
mouendi ea. Vñ manifeſtum eſt ꝙ penitentia de qua
nunc loquimur vel eſt virtus. vel virtutis actus. ¶ Ad. i.
ergo dicendum ꝙ ſicut dictum eſt in ſacramento penitē
tie materialiter ſe habent actus humani. quod non contī
git in baptiſmo vel in confirmatione. ⁊ ideo cum virtus
ſit principium alicuius actus. potius penitentia eſt virt9
vel cum virtute. ꝙ̃ baptiſmus vel confirmatio. ¶ Ad. ij.
dicendum ꝙ penitentia ſm ꝙ eſt paſſio non eſt virtus
vt dictum eſt ſupra. ſic autem habet corporalem trāſmu
tationem adiunctam. eſt autem virtus ſm ꝙ habet ex p-
te voluntatis electionem rectam. quod tamen magis pōt
dici de penitentia ꝙ̃ de verecundia. nam verecundia re-
ſpicit turpe factuꝫ vt preſens. penitentia vero reſpicit tur
pe factum vt preteritum. eſt autem contra perfectionem
virtutis ꝙ aliquis in preſenti habet turpe factum de quo
oporteat eum verecundari. non autem eſt contra perfecti
onem virtutis ꝙ aliquis prius cōmiſerit turpia facta. de
quibus oporteat eum penitere. cum ex vicioſo fiat aliquiſ
virtuoſus. ¶ Ad. iij. dicendū ꝙ dolere de eo quod priuſ
factum eſt cum hac intentione conandi ad hoc ꝙ factum
non fuerit eſſet ſtultum. hoc autem non intendit penitēs
ſed dolor eſt eius diſciplicentia vel reprobatio facti prete-
riti. cum intentione remouendi ſequelam ipſius. ſcilicet
offenſam dei. ⁊ reatum pene ⁊ hoc non eſt ſtultum.

## ¶ Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ penitentia non ſit virtus ſpecialis. eiuſdem
enim rationis videtur eſſe gaudere de bonis prius actis
⁊ dolere de malis perpetratis. ſed gaudium de bono pri9
facto non eſt ſpēalis virtus. ſed eſt quidam affectus lau-
dabilis ex charitate ꝓueniens vt patet per Augu. xiiij. d
ci. dei. ⁊ aplꝰs. i. Cor. xiij. dicit ꝙ charitas non gaudet ſu
per iniquitate. congaudet autem veritati. ergo pari rōne
penitentia que eſt dolor de peccatis preteritis nō eſt ſpē
cialis virtus ſed eſt quidam affectus ex charitate proue-
niens. ¶ Pre. quelibet virtus ſpecialis habet ſpēalem
materiam. quia habitus diſtinguuntur per actus. ⁊ act9
per obiecta. ſed pnīa non habet materiā ſpēalem. ſunt enī
eius materia peccata preterita circa quācunqꝫ materiam
ergo penitentia non eſt virtus ſpecialis. ¶ Pre. nihil ex
pellitur niſi a ſuo contrario. ſed penitentia expellit omnia
peccata. ergo contrariatur omnibus peccatis. nō eſt ergo
ſpecialis virtus. ¶ Sed contra eſt ꝙ de ea datur ſpeciale
preceptum vt ſupra dictum eſt. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut
in ſecunda parte habitum eſt. ſpecies habituum diſtin-
guuntur ſm ſpecies actuum. ⁊ ideo vbi concurrit ſpecia
lis actus laudabilis ibi neceſſe eſt ponere ſpecialem habi-
tum virtutis. manifeſtum eſt autem ꝙ in penitentia in-
uenitur ſpecialis ratio actus laudabilis. ſcilicet operari
ad deſtructionem peccati preteriti. inquantum eſt dei of-
fenſa quod non pertinet ad rationeꝫ alterius virtutis vñ
neceſſe eſt ponere ꝙ penitentia ſit virtus ſpecialis. ¶ Ad
i. ergo dicendum ꝙ a charitate deriuatur aliquis actus
dupliciter. Vno modo ſicut ab eo elicitus. ⁊ talis actus
virtuoſus. non requirit aliam virtutem preter charitatē.
ſicut diligere bonum. ⁊ gaudere de eo ⁊ triſtari de oppoſi
to. Alio modo aliquis actus a charitate procedit. quaſi a
charitate imperatus. ⁊ ſic quia ipſa imperat omnibꝫ vir-
tutibus vtpote ordinans eas ad finem ſuū actus a chari-
tate procedens poteſt etiam ad aliquā virtutem ſpecialeꝫ
pertinere. Si vero in actu penitentis cōſideretur ſola diſ
plicentia peccati preteriti. hoc immediate ad charitatem
pertineret. ſicut ⁊ gaudere de bonis preteritis. ſed intētio
operandi ad deletionem peccati preteriti requirit ſpecialē
virtutem ſub charitate. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ penitentia hēt
generalem materiam realiter inquantuꝫ reſpicit omnia
peccata ⁊ tñ ſub rōne ſpēali inquantum ſunt emēdabilia
per actum hoīs. cooperantis deo ad ſuam iuſtificationem.
¶ Ad. iij. dō. ꝙ quelibet virtus ſpēalis expellit habituꝫ
vitij oppoſiti. ſicut albedo expellit nigredinē ab eodē ſub
iecto. ſed penitentia expellit omne pctm̃ effectiue inquan
tum operatur ad deſtructionem peccati ꝓut eſt remiſſibile
ex diuina gratia. hoīe cooperante. vnde non ſequitur ꝙ ſit
virtus generalis.

## ¶ Ad tertium ſic proceditur

Videt̃ ꝙ virtus pnīe non ſit ſpecies iuſticie. iuſticia enī
non eſt virtus theologica vt in ſecunda pte habitum eſt.
pnīa aūt videtur eſſe virtus theologica. qꝛ habet deuꝫ ꝓ
obiecto ſatiſfacit enī deo. cui ⁊ reconciliat peccatorē. ergo
videtur ꝙ penitentia nō ſit pars iuſticie. ¶ Pre. iuſticia
cū ſit virtus moralis conſiſtit in medio. ſꝫ pnīa in medio
non conſiſtit. ſed in quodam exceſſu ſm illud hiere. vi. lu
ctum vnigeniti fac tibi planctum amarū. ergo penitentia
non eſt ſpecies iuſticie. ¶ Pre. due ſunt ſpecies iuſticie
vt dicitur in. v. ethi. ſcilicet diſtributiua ⁊ cōmutatiua.
ſed ſub neutra videtur pnīa contineri. ergo videt̃ ꝙ pnīa
non ſit ſpecies iuſticie. ¶ Pre. ſup illud Lu. vi. beati qui
nunc fletis dicit glo. ecce prudentia ꝑ quā oſtenditur ꝙ̃
terrena ſint miſera. ⁊ ꝙ̃ beata celeſtia. ſed flere eſt actus
pnīe. ergo pnīa magis eſt ſpecies prudentie ꝙ̃ iuſticie.
¶ Sed cōtra eſt ꝙ Aug. dicit in li. de pnīa. pnīa eſt que
dam dolentis vindicta. ſꝑ puniens in ſe qd̄ dolet ſe com
miſiſſe. ſed facere vindictam ꝑtinet ad iuſticiā. vñ tulius
in ſua rethorica ponit vindicatiuā vnam ſpeciem iuſticie
ergo videt̃ ꝙ pnīa ſit ſpecies iuſticie. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut
ſupra dictū eſt pnīa non hꝫ ꝙ ſit virtus ſpēalis ex hoc ſo-
lo qd̄ dolet de malo ꝑpetrato. ad hoc enī ſufficeret chari-
tas. ſed ex eo ꝙ penitens dolet de peccato cōmiſſo. inqꝫ-
tum eſt offenſa dei. cū emendationis ꝓpoſito. emendatio

aūt offenſe contra aliquē cōmiſſe fit non ſolū per ceſſatōꝫ offenſe ſed exigitur vlterius quedam recōpenſatio. q̄ hēt locum in offenſis in alterꝝ cōmiſſis ſicut ⁊ retributio niſi ꝙ recōpenſatio eſt ex parte eius qui offēdit. vtputa cū ſatiſfactione. retributio aūt ex pte eius in quē fuit offenſa commiſſa. vtrūqꝫ aūt ad materiam iuſticie pertinet. q2 vtrūqꝫ eſt cōmutatio quedam. vnde manifeſtum eſt ꝙ penitentia ſm ꝙ eſt virtus eſt pars iuſticie. Sciendū tū ꝙ ſm phm̄ in. v. ethi. duplr̄ dicitur iuſtū ſcꝫ ſimplr̄ ⁊ ſm quid. Simplr̄ quidem iuſtū eſt inter equales. eo ꝙ iuſticia eſt equalitas quedā quod ipſe vocat iuſtum politicū vel ciuile. eo ꝙ oēs ciues equales ſunt quantū ad hoc ꝙ imediate ſunt ſub principe ſicut liberi exiſtentes. Iuſtū autē ſm quid dr̄ quod eſt inter illos quoꝝ vnus eſt ſub poteſtate alterius ſicut ſeruus ſub dn̄o. fili9 ſub pr̄e. vxor ſub viro ⁊ tale iuſtū conſideraṫ in penitentia. vn̄ penitens recurrit ad deum cum emendationis propoſito. ſicut ſeruus ad dn̄m. ſm illud ps̄. ſicut oculi ſeruoꝝ in manib9 dn̄oꝝ. ita oculi ad dn̄m deum noſtrum. donec miſereaṫ noſtri. ⁊ ſicut filius ad patrem ſm illud Lu. xv. pater peccaui in celum ⁊ corā te. ⁊ ſicut vxor ad virū. ſm illud hier. iij. tu fornicata es cū amatoribus multis. tn̄ reuertere ad me dicit dn̄s.

¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ſicut in. v. ethi. dr̄ iuſticia eſt ad alterū. ille aūt ad quē iuſticia dr̄ non eſt materia iuſticie. ſꝫ magis res que diſtribuunṫ vel cōmutanṫ. vn̄ ⁊ materia penitentie non eſt deus ſed actus humani. quib9 deus oſfēdiṫ vel placaṫ. ſed deus ſe hꝫ ſicut ille ad quē eſt iuſticia. ex q̄ pꝫ ꝙ pn̄ia non eſt virtus theologica. q2 non hꝫ deū pro materia vel pro obiecto. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ mediū iuſticie eſt equalitas que conſtituiṫ inter illos inter quos ē iuſticia. vt dr̄. v. ethi. in quibuſdam aūt non pōt pfecta equalitas conſtitui propter alterius excellentiam. ſicut inter filium ⁊ patrem inter hominem ⁊ deum vt phūs dicit in. viij. ethi. vnde in talibus ille qui eſt deficiens debet facere quicquid poteſt. nec tamen hoc erit ſufficiens. ſed ſolum ſm acceptionem ſuperioris. ⁊ ſignificatur per exceſſum qui attribuitur penitentie. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ ſicut eſt commutatio quedam in beneficijs cum ſcilicet aliquis pro beneficio accepto gratiam rependit. ita etiam eſt commutatio quedam in offenſis. cum aliquis pro offenſa in alterum commiſſa vel inuitus punitur quod pertinet ad vindicatiuam poteſtatem vel iuſticiam. vel voluntarie recompenſat emendam. quod pertinet ad penitentiam q̄ reſpicit peccatoris perſonam. ſicut iuſticia vindicatiua perſonam iudicis. vnde manifeſtum eſt ꝙ vtraqꝫ ſub iuſticia commutatiua continetur. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ penitentia licet directe ſit ſpecies iuſticie. comprehendit tn̄ quodammodo ea que pertinent ad omnes virtutes. In quantum enim eſt iuſticia quedaꝫ hominis ad deū. oportet ꝙ participet ea que ſunt virtutum theologicarum. q̄ habent deum pro obiecto. Unde penitentia eſt cum fide paſſionis chriſti. per quam iuſtificamur a peccatis. ⁊ cum ſpe venie. ⁊ cum odio vitiorum que pertinent ad charitatem. Inquantum vero eſt virtus moralis participat aliquid prudentie que eſt directiua omnium virtutum moralium. ſed ex ipſa ratione iuſticie non ſolum habet quod iuſticie eſt. ſed etiam ea que ſunt temperantie ⁊ fortitudinis. inquantum ſcilicet ea que delectationem cauſanṫ. ad temperantiam pertinentem timoreꝫ incutiunt. quem fortitudo moderatur in commutationem iuſticie veniunt ⁊ ſm hoc ad iuſticiam pertinet. ⁊ abſtinere a delectabilibus quod pertinet ad temperantiaꝫ. ⁊ ſuſtinere dura q̄d pertinet ad fortitudinem.

## ¶ Ad quartum ſic procedit̄ur

Uidetur ꝙ ſubiectum pn̄ie non ſit ꝓpria voluntas. pn̄ia enī eſt triſticie ſpecies. ſed triſticia eſt in concupiſcibili ſicut ⁊ gaudium. ergo pn̄ia eſt in concupiſcibili. ¶ Pre. pn̄ia eſt vindicta quedam vt Aug. dicit in lib. de pn̄ia. ſed vindicta videtur ad iraſcibilem pertinere. quia ira eſt appetitus vindicte. ergo videtur ꝙ pn̄ia ſit in iraſcibili. ¶ Pre. preteritum eſt ꝓprium obiectum memorie. ſm phm̄ in li. de memoria. ſed penitentia eſt de preterito vt dictum eſt. ergo penitentia eſt in memoria vt in ſubiecto. ¶ Prete. nihil agit vbi non eſt. ſed pn̄ia excludit ab oībus virib9 anime peccata. ergo pn̄ia eſt in qualibet vi anime. ⁊ non in voluntate tantum. ¶ Sed contra eſt pn̄ia eſt ſacrificiū quoddam ſm illud ps̄. ſacrificium deo ſpūs contribulat9 cor contri. ſed offerre ſacrificium eſt actus voluntatis ſm illud ps̄. voluntarie ſacrificabo tibi. ergo pn̄ia eſt in voluntate. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ de pn̄ia dupliciter loqui poſſumus. Uno modo ſm ꝙ eſt paſſio quedam. ⁊ ſic cum ſit ſpecies triſticie eſt in concupiſcibili ſicut in ſubiecto. Alio modo ſm ꝙ eſt virtus. ⁊ ſic ſicut dictum eſt. eſt ſpecies iuſticie. iuſticia aūt vt in ſecunda parte habitum eſt habet pro ſubiecto appetitum rationis. qui eſt voluntas. vnde manifeſtum eſt ꝙ pn̄ia ſm ꝙ eſt virtus eſt in voluntate ſicut in ſubiecto. ⁊ proprius eius actus eſt ꝓpoſitum emendandi deo quod contra eum cōmiſſum eſt. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ ratio illa procedit de pn̄ia ſm ꝙ eſt paſſio. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ vindictam expetere ex paſſione de alio ptinet ad iraſcibilem. ſed appetere vel facere vindictam ex rōne de ſe vel de alio ptinet ad voluntatem. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ memoria eſt vis apprehenſiua preteriti. pn̄ia aūt non pertinet ad vim apprehenſiuam ſed appetitiuā. que preſupponit actum apprehenſiue. vnde pn̄ia nō eſt in memoria. ſed preſupponit eam. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ voluntas ſicut in ſecunda pte habitum eſt mouet oēs alias potentias anime. et ideo non eſt inconueniens ſi pn̄ia in voluntate exiſtens aliquid in ſingulis potentijs aīe operetur.

## ¶ Ad quintū ſic procedit̄ur

Uidetur ꝙ principium pn̄ie non ſit ex timore. pn̄ia enīꝫ incipit in diſplicentia peccatoꝝ. ſed hoc pertinet ad charitatem vt ſupra dictuꝫ eſt. ergo pn̄ia magis oritur ex amore q̄ꝫ ex timore. ¶ Pre. ad pn̄iam hoīes ꝓuocantur per expectationem regni celeſtis. ſm illud Math. iij. pn̄iam agite appropinquabit enī regnum celorum. ſed regnū celorum eſt obiectum ſpei. ergo pn̄ia magis ꝓcedit ex ſpe q̄ꝫ ex timore. ¶ Pre. timor eſt interior actus hominis. pn̄ia aūt non videtur eſſe ex ope hominis ſed ex opere dei. ſm illud hiere. xxxi. poſtq̄ꝫ conuertiſti me egi pn̄iaꝫ. ergo penitentia non procedit ex timore. ¶ Sed ɔtra eſt ꝙ Eſa. xxvi. dicitur ſicut q̄ cōcepit cū appropinquauerit ad tpus partus. dolens clamat in dolorib9 ſuis. ſic facti ſumus. ſ. per pn̄iam ⁊ poſtea ſubditur ſm aliam litteram. a timore tuo dn̄e concepimus. ⁊ quaſi parturiuimus ⁊ peperim9 ſpm̄ ſalutis id eſt pn̄ie ſalutaris. vt per pmiſſa pꝫ. ergo penitentia ꝓcedit ex timore. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ de pn̄ia loqui poſſumus duplr̄. Uno mō quantū ad habitum. ⁊ ſic immediate a deo infunditur. ſine nobis principaliter operantib9. non tn̄ ſine nobis diſpoſitiue cooperantib9 per aliquos act9. Alio mō poſſum9 loqui de pn̄ia quantū ad actus quibus deo operanti in pn̄ia cooperamur. quorum actuū primum

principium eſt dei opatio conuertentis coꝛ. ſꝫm illud tre. iiij. conuerte nos dñe ad te. ⁊ conuertemur. ſecund⁹ act⁹ eſt motus fidei. tertius actus eſt motus timoꝛis ſeruilis. quo quis timoꝛe ſuppliciorum a peccatis retrahitur. quartus actus eſt motus ſpei. quo quis ſub ſpe venie conſequende aſſumit ꝓpoſitum emendandi. quintus actus eſt motus charitatis quo alicui peccatum diſplicet ſꝫm ſeipm ⁊ nõ ꝓpter ſupplicia. ſextus actus eſt motus timoꝛis filialis. quo ꝓpter reuerentiam dei aliquis emendã deo voluntari⁹ offert. Sic ergo patet. ꝙ actus pnĩe a timoꝛe ſeruili ꝓcedit. ſicut a pꝛimo motu affectus ad hoc oꝛdinati. a timoꝛe aũt filiali ſicut ab ĩmediato ⁊ ꝓximo pꝛincipio. ¶ Ad .i. ergo dõm ꝙ peccatũ pꝛius incipit hoĩ diſplicere maxime peccatoꝛi ꝓpter ſupplicia, que reſpicit timoꝛ ſeruilis. ꝗ̃ ꝓpter dei offenſam vel peccati turpitudinem. quod pertinet ad charitatem. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ in regno celoꝝ appropinquante intelligitur aduentus regis. non ſolũ pmiantis ſed etiam punientis. vnde ⁊ Matt. iij. iohãnes baptiſta dicebat progenies viperaꝝ quis demonſtrabit vobis fugere a ventura ira. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ etiam ipe motus timoꝛis ꝓcedit ex actu dei conuertentis coꝛ. vnde dicit̃ deuteronõ .v. quis det eos talẽ hr̃e mentem vt timeant me. ⁊ ideo per hoc ꝙ penitentia a timoꝛe pꝛocedit nõ excludit̃ quin ꝓcedat ex actu dei conuertentis coꝛ.

## Ad ſextum ſic pꝛoceditur

Uidetur ꝙ pnĩa ſit pꝛima virtutum. quia ſup illud mat. iij. pnĩam agite dicit glo. pꝛima virtus eſt per penitentiam punire veterem hoĩem ⁊ vitia odire. ergo ⁊c. ¶ Pꝛe. recedere a termino pꝛius videtur eſſe ꝗ̃ accedere ad terminum. ſed oẽs alie virtutes videntur pertinere ad acceſſuꝫ ad terminum q2 per oẽs homo oꝛdinatur ad bonũ agendum. pnĩa aũt oꝛdinari videtur ad receſſum a malo. ergo pnĩa videtur eſſe omnibus pꝛioꝛ alijs virtutibus. ¶ Pꝛe. ante pnĩam peccatũ eſt in aĩa. ſed ſimul cum peccato nulla virtus anime ineſt. ergo nulla virtus eſt ante penitẽtiam. ſed ipa videtur eſſe pꝛima que alijs animam apperit. excludendo peccatum. ¶ Sed contra eſt ꝙ penitẽtia pꝛocedit ex fide ſpe ⁊ charitate ſicut iam dictum eſt. non ergo penitentia eſt pꝛima virtutum. ¶ Rñ. dõm ꝙ in virtutibus non attenditur oꝛdo tpis quantum ad habitum. quia cum virtutes ſint connexe vt in ſecunda parte habitum eſt omnes ſimul incipiunt eſſe in anima. ſed dicitur vna earum eſſe pꝛioꝛ altera oꝛdine nature. qui conſideratur ex oꝛdine actuũ. ſꝫm ꝙ actus vnius virtutis pꝛeſupponit actum alterius virtutis. Scdm hoc ergo dõꝫ eſt. ꝙ act⁹ quidam laudabiles etiam a tempoꝛe pcedere poſſunt actũ ⁊ habitum pnĩe. ſicut actus fidei ⁊ ſpei infoꝛmiũ ⁊ actus timoꝛis ſeruilis. actus aũt ⁊ habitus charitatis ſimul ſũt tempoꝛe cum actu ⁊ habitu penitentie. ⁊ cum habitibus aliarum virtutum. nam ſicut in ſecunda parte habitum eſt in iuſtificatione impij ſimul eſt motus liberi arbitrij in deum. qui eſt actus fidei per charitatẽ foꝛmatus. ⁊ motus liberi arbitrij in peccatum qui eſt actus pnĩe. hoꝛum tamen duoꝛum actuuꝫ pꝛimus naturaliter pꝛecedit ſecũdũ. nam actus penitentie virtutis eſt contra peccatum ex amoꝛe dei. vnde pꝛimus actus eſt ratio ⁊ cauſa ſecundi. ſic ergo penitentia non eſt ſimpliciter pꝛima virtutuꝫ nec oꝛdine tẽpoꝛis nec oꝛdine nature. quia oꝛdine nature ſimpliciter pꝛecedunt ipſam virtutes theologice. ſed quantũ ad aliquid eſt pꝛima inter ceteras virtutes oꝛdine tempoꝛis. quantum ad actum eius qui pꝛius occurrit in iuſtificatione impij. ſed oꝛdine nature videntur eſſe alie virtutes pꝛioꝛes. ſicut quod eſt per ſe pꝛius eſt eo quod eſt per accidens. nam alie virtutes per ſe videntur eſſe neceſſarie ad bonum hominis. penitentia autem ſuppoſito quodam ſcilicet peccato pꝛeexiſtenti. ſicut ſupꝛa dictum eſt circa oꝛdinem ſacramenti penitentie ad alia ſacramenta pꝛedicta ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ glo. illa loquitur quantum ad hoc ꝙ actus penitentie pꝛimus eſt tempoꝛe inter actus aliarum virtutum. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ in motibus nõ ſucceſſiuis recedere a termino eſt pꝛius tempoꝛe ꝗ̃ peruenire ad terminum. ⁊ pꝛius natura quantum ex parte ſubiecti ſiue ſꝫm oꝛdinem cauſe materialis. ſed ſꝫm oꝛdinem cauſe agentis ⁊ finalis pꝛius eſt peruenire ad terminum hoc enim eſt quod pꝛimo agens intendit. ⁊ hic oꝛdo pꝛecipue attenditur in actibus anime vt dicitur in .ij. phi. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ penitentia aperit aditum virtutibus gratie. expellendo peccatum. per virtutem fidei ⁊ charitatis. que ſunt naturaliter pꝛioꝛes. ita tamen aperit eis aditum ꝙ ipa ſimul intrat cum ipſis nam in iuſtificatione impij ſimul cum motu liberi arbitrij in deum ⁊ in peccatum eſt remiſſio culpe ⁊ infuſio gratie. quo ſimul infunduntur omnes virtutes. vt in ſcda pte habitum eſt

Queſtio. LXXXVI.

## Deinde ꝯſiderandū

eſt de effectu penitentie. Et pꝛimo quantuꝫ ad remiſſionem peccatoꝛum moꝛtalium Secundo quantum ad remiſſionem peccatoꝛum venialium. Tertio quantum ad reditum peccatoꝛum dimiſſoꝛum. Quarto quantum ad reſtitutionem virtutum. Circa pꝛimum queruntur ſex. Pꝛimo vtrum peccata moꝛtalia per penitentiam auferantur. Secundo vtrum poſſint ſine penitentia tolli. Tertio vtrum poſſit vnum remitti ſine alio. Quarto vtrum penitentia auferat culpam remanente reatu. Quinto vtrum remaneant reliquie peccatoꝛũ. Sexto vtrum auferre peccatum ſit effectus penitentie. inquãtum eſt virtus vel inquantum eſt ſacramentum.

## Ad pꝛimuꝫ ſic pꝛoceditur

Uidetur ꝙ per pnĩam non remoueantur omnia peccata. Dicit eñi apl's ad Heb. xij. ꝙ eſau non inuenit locuꝫ penitentie. ꝗ̃uis cum lachꝛymis inquiſiuiſſet eam non inuenit locum venie ⁊ benedictionis per penitentiam. ⁊ .ij. mat. .ix. dicitur de antiocho oꝛabat ſcelestus ille dominũ a quo non erat miſericoꝛdiam conſecuturus. non ergo videtur ꝙ per penitentiam omnia peccata tollant̃. ¶ Pꝛe. Aug. dicit in libꝛo de ſermone domini in monte ꝙ tanta eſt labes illius peccati. ſcilicet cum poſt agnitionem dei per gratiam chꝛiſti oppugnat aliquis fraternitatem. ⁊ aduerſus ipam gratiam inuidie facibus agitatur vt depꝛecandi humilitatem ſubuenire non poſſit. etiaꝫ ſi peccatũ ſuum mala conſcientia agnoſcere ⁊ annunciare cogat̃ nõ ergo omne peccatum poteſt per penitentiã tolli ¶ Pꝛe. dominus dixit matth. xij. qui dixit cõtra ſpiritum ſanctũ verbum non remittetur ei neq3 in hoc ſeculo neq3 in futuro. non ergo omne peccatum remitti poteſt per penitentiam ¶ Sed contra eſt quod dicitur ezech. xviij. omniuꝫ iniquitatum eius quas operatus eſt non recoꝛdaboꝛ amplius. ¶ Rñ. dicendum ꝙ hoc ꝙ aliquod peccatum per penitentiam tolli non poſſit poſſet contingere dupliciter. vno mõ quia aliquis de peccato penitere non poſſet. alio modo quia penitentia non poſſet delere peccatum. ⁊ hoc

quidem primo modo non poſſunt deleri peccata demonū ⁊ etiam hominum damnatorum. quia affectus eorum ſunt in malo confirmati. ita ꝙ nō poteſt eis diſplicere peccatū inquantum eſt culpa. ſed ſolum diſplicet eis inquantum eſt pena. quā patiunt̄. ratione cuius aliquaȝ penitentiam infructuoſam habent. ſm̄ illud Sap. v. penitentiam agentes ⁊ pre anguſtia ſpiritus gementes. vnde talis penitentia non eſt cum ſpe venie. ſed cum deſperatione tale autem non poteſt eſſe peccatum aliquod hominis viatoris. cuius liberum arbitrium flexibile eſt ad bonuȝ ⁊ ad malum. vnde ꝙ aliquod peccatum ſit in hac vita de quo aliquis penitere non poſſit eſt erroneum. Primo quideȝ quia per hoc tolleretur libertas liberi arbitrij. ſecundo quia derogaretur virtuti gratie. per quam moueri poteſt cor cuiuſcꝫ peccatoris ad penitendum. ſm̄ illud Prouer. xxi. cor regis in manu dei et quocunqꝫ voluerit vertet illud. Quod autem ſecundo modo non poſſit per penitentiam aliquod peccatum remitti eſt etiam erroneum. primo quidem quia repugnat diuine miſericordie. de qua dicitur Iohel. ij. ꝙ benignus ⁊ miſericors eſt. ⁊ multe miſericordie ⁊ preſtabilis ſuper malicia. vinceretur enim quodam modo deus ab homine ſi homo vellet peccatum deleri. qḋ deus delere non vellet. ſecundo quia hoc derogaret virtuti paſſionis chriſti. per quam penitētia operatur. ſicut ⁊ cetera ſacramenta. cum ſcriptum ſit. i. Ioh. ij. ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris non ſolum noſtris ſed etiam totius mundi. vnde ſimpliciter dicendum eſt ꝙ omne peccatum in hac vita per penitentiam poteſt deleri. Ad. i. ergo dicendum ꝙ eſau non penituit. quod patȝ ex hoc ꝙ dixit. venient dies luctus patris mei ⁊ occidaȝ iacob fratrem meum. ſimiliter etiam nec antiochus vere penituit. dolebat enim de culpa preterita non propter offenſaȝ dei ſed propter infirmitatem corporalem quā patiebatur.

Ad. ij. dicendum ꝙ verbum illud Aug. ſic eſt intelligendum. tanta eſt labes illius peccati vt deprecandi humilitatem ſubire non poſſit ſcilicet de facili. ſm̄ quod dicitur ille non poteſt ſanari. qui non poteſt de facili ſanari. poteſt tamē hoc fieri per virtutem diuine gratie que etiam interdum conuertit in profundum maris. vt dicitur in ps. Ad iij. dicendum ꝙ illud verbum vel blaſfemia contra ſpm̄ ſanctum eſt finalis impenitentia. vt Aug. dicit in lib. de verbis domini que penitus irremiſſibilis eſt. quia poſt finem huius vite non eſt remiſſio peccatorum. Vel ſi intelligatur per blaſfemiam ſpiritus ſancti. peccatum quod fit ex certa malicia. vel etiam ipſa blaſfemia ſpiritus ſancti dicitur non remitti ſcilicet de facili quia tale non habet in ſe cauſam excuſationis vel quia pro tali peccato punitur aliquis in hoc ſeculo ⁊ in futuro. vt in ſecunda parte expoſitum eſt.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ ſine penitentia peccatum remitti poſſit. non enim eſt minor dei virtus circa adultos quā circa pueros ſed pueris peccata dimittuntur ſine penitentia ergo etiā ⁊ adultis. Pre. deus virtutem ſuam ſacramentis non alligauit. ſed penitentia eſt quoddam ſacramentuȝ. ergo virtute diuina poſſunt peccata ſine penitentia dimitti. Pre. maior eſt dei miſericordia ꝗ̄ miſericordia hominis ſed homo interdum remittit offenſam ſuam homini etiaȝ non petenti. vnde ⁊ ipſe dominus mandat Matth. v. diligite inimicos veſtros. benefacite his qui vos oderunt ꝗ̄ multomagis deus dimittit offenſam ſuam hominibus non petentibus. Sed contra eſt quod dominus dicit hiere. xviij. ſi penitentiam egerit gens illa a malo. quod fecit agam ⁊ ego penitentiam a malo quod cogitaui vt facerem ⁊ ſic econuerſo videtur ꝙ ſi homo penitentiaȝ nō agat ꝙ deus ei non remittit offenſam. R. ñ. dicenduȝ ꝙ impoſſibile eſt peccatum actuale mortale ſine penitentia remitti. loquendo de penitentia que eſt virtus. cū enī peccatum ſit dei offenſa eo modo deus remittit peccatū quo remittit offenſam in ſe cōmiſſam. offenſa autem directe opponitur gratie. ex hoc enim dicitur aliquis alteri offenſus quod repellit eum a gratia ſua ſicut autem habitum eſt in ſecunda parte hoc intereſt inter gratiam dei et gratiam hominis quod gratia hominis non cauſat ſȝ ſupponit bonitatem veram vel apparentem in homine grato ſed gratia dei cauſat bonitatem in homine grato. eo ꝙ bona voluntas dei que nomine gratie intelligitur eſt cauſa boni creati. vnde poteſt contingere ꝙ homo remittit offenſam qua offenſus eſt alicui abſqꝫ immutatione voluntatis eius. non autem poteſt contingere ꝙ deus remittat offenſam alicui abſqꝫ immutatione voluntatis eius. offēſa autem peccati mortalis procedit ex hoc ꝙ voluntas hominis eſt auerſa a deo per conuerſionem ad aliquod bonum cōmutabile. vnde requiritur ad remiſſionem diuine offenſe ꝙ volūtas hominis ſic immutetur ꝙ vertatur ad deum cum deteſtatione predicte conuerſationis ⁊ propoſito emende. quod pertinet ad rationem penitentie ſm̄ ꝙ eſt virtus. Sacramentum autem penitentie ſicut ſupra dictum eſt perficitur per officium ſacerdotis ligantis et ſoluentis. ſine quo poteſt deus peccatum remittere. ſicut remiſit chriſtus mulieri adultere. vt legitur Iohan. viij. ⁊ peccatrici vt legitur Lu. vij. quibus tamen non remiſit deus peccata ſine virtute penitentie. Nam ſicut Grego. dicit in omelia per gratiam traxit intus ſcilicet ad penitentiam. quam per miſericordiam foris ſuſcepit. Ad i. ergo dicendū ꝙ in pueris nō eſt niſi peccatum originale quod non conſiſtit in actuali deordinatione voluntatis ſed in quadā habituali deordinatione nature vt in ſecūda parte habitum eſt. ⁊ ideo remittit eis peccatum cum habituali immutatione per infuſionem gratie ⁊ virtutum non autē cum actuali. ſed adulto in quo ſunt actualia peccata que conſiſtunt in deordinatione voluntatis actualis non remittitur peccatum etiam in baptiſmo ſine actuali immutatione voluntatis quod fit per penitentiaȝ. Ad ij. dicendum ꝙ ratio illa procedit de penitentia ſm̄ ꝙ eſt ſacramentum. Ad. iij. dicendum ꝙ miſericordia dei eſt maioris virtutis ꝗ̄ miſericordia hominis in hoc ꝙ immutat voluntatem hominis ad penitenduȝ. quod miſericordia hominis facere non poteſt.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ poſſit per pniām vnum peccatuȝ ſine alio remitti dicitur enim amos. iiij. pluit ſuper vnam ciuitatē. ⁊ ſuper alteram non pluit. pars vna conpluta eſt. ⁊ pars ſuper quam non pluit aruit. quod Grego. exponit ſuper ezech. dicens cum ille qui proximum odit ab alijs vicijs ſe corrigit vna ⁊ eadem ciuitas ex parte conpluitur ⁊ ex pte arida manet. q2 ſunt qui cū quedā vicia reſecant. in alijs grauiter pdurāt. ꝗ̄ pōt vnū peccatū p pniaȝ remitti ſine alio. Pre. Amb. dic ſup illū pſalmū beati imaculati. pria ꝯſolatio ē q2 nō oblíuiſcit̄ miſereri de᷒. ſcd̄a ppunitōȝ vbi ⁊ ſi fides dſit pena ſatiſfac̄ ⁊ releuat. pōt ꝗ̄ aliqs releuari ab aliq̄ pctō manēte pctō iſidelitaꝫ Pre. cor. ꝗ̄

non neceſſe eſt eſſe ſimul vnum poteſt auferri ſine alio. ſed peccata vt in ſecunda parte habitum eſt. non ſunt cõnexa. ⁊ ita vnum eorum poteſt eſſe ſine alio. ergo vnuʒ eorum poteſt remitti per penitentiam ſine alio. ¶ Preterea. Peccata ſunt debita que nobis relaxari petimus cũ dicimus dimitte nobis debita noſtra. ſed homo quãdoqʒ dimittit vnum debitum ſine alio. ergo deus per penitentiam dimittit vnum peccatum ſine alio. ¶ Prete. Per dilectionem dei relaxantur hominibus peccata. ſm illud Hiere. xxxi. In charitate ꝑpetua dilexi te. ideo attraxi te miſerans. ſed nihil prohibet quin deus diligat hominem quantum ad vnum ⁊ odiat quantum ad aliud ſicut peccatorem diligit quantum ad naturam. odit autem ꝗ̃tuʒ ad culpam. ergo videtur poſſibile ꝙ deus per penitentiã vnum peccatum remittat ſine alio. ¶ Sed contra eſt ꝙ Aug. dicit in libro de penitentia ſunt plures quos penitet peccaſſe. ſed non omnino reſeruantes ſibi quedam in quibꝫ delectantur. non animaduertentes dominuʒ ſimul mutum ⁊ ſurduʒ a demonio liberaſſe. per hoc docens nos nunqʒ niſi de omnibꝫ ſanari ¶ Reſponſio dicendũ quod impoſſibile eſt vnum peccatuʒ ſine alio dimitti. Primo quidem qꝛ peccatum remittit̃ inq̃ntum tollit̃ dei offenſa per gratiam. Unde in ſecunda parte habitum eſt ꝙ nullum peccatum poteſt remitti ſine gratia. omne autem peccatum mortale contrariat̃ gratie. i. excludit eam vnde impoſſibile eſt ꝙ vnum peccatum ſine alio remittat̃. Secũdo quia ſicut oſtenſum eſt peccatum mortale non poteſt ſine penitentia vera remitti ad quam ꝑtinet deſerere peccatum inquantum eſt ꝯtra deum qđ quideʒ eſt cõmune omnibus peccatis mortalibꝫ. vbi autem eſt eadeʒ ratio et idem eſt effectus vnde non poteſt eſſe vere penitens qui de vno peccato penitet ⁊ non de alio. ſi enim diſplicʒ vnũ peccatum qđ eſt ꝯtra deum ſuper omnia dilectum qđ requirit̃ ad rationem vere penitentie ſequit̃ ꝙ de omnibus peccatis peniteret. vnde ſequitur ꝙ impoſſibile ſit vnuʒ peccatum remitti ſine alio. Tertio quia hoc eſſet ꝯtra perfectioneʒ miſericordie dei cuius perfecta ſunt opera. vt dicitur Deutro. xxij. Unde cuius miſeret̃ totaliter miſeret̃ ⁊ hoc eſt ꝙ Aug. dicit in libro de penitẽtia. quedaʒ impietas infidelitatis eſt ab illo qui iuſtus ⁊ iuſticia ẽ. dimidiam ſperare veniam. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ verbum illud Grego. non eſt intelligendum ꝗ̃tuʒ ad remiſſionem culpe. ſed quantum ad ceſſationeʒ ab actu. qꝛ interdum ille qui plura peccata conſueuit committere deſerit vnum non tamen aliud. qđ quidem fit auxilio diuino. qđ tamen non pertingit vſqʒ ad remiſſionem culpe. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ in verbo illo Ambroſij fides non poteſt accipi qua credit̃ in chriſtum. qꝛ vt Aug. dicit ſuper illud Johannis. xv. Si non veniſſeʒ ⁊ locut9 fuiſſem eis non peccatum non haberent. ſ. infidelitatis. hoc enim eſt peccatum quo tenent̃ cuncta peccata. ſʒ accipit̃ fides pro conſciẽtia. quia interduʒ ꝑ penas quas quis patienter ſuſtinet ꝯſequit̃ peccati remiſſionem. cuiꝰ ꝯſcientiam non hʒ. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ peccata ꝗ̃uis nõ ſint connexa ad bonum commutabile ſunt tamen ꝯnexa ꝗ̃tũ ad auerſionem a bono incommutabili. in qua conueniũt omnia peccata mortalia. ⁊ ex hac parte habent rationẽ offenſe quam oportet ꝑ penitentiam tolli. ¶ Ad. iiij. dicendum qđ debitum exterioris rei puta pecunie non ꝯtrariatur amicicie ex qua debitum remittit̃ ⁊ ideo poteſt vnum dimitti ſine alio. ſed debitum culpe contrariat̃ amicicie. ⁊ ideo vna culpa vel offenſa non remittitur ſine altera ridiculum etiam videret̃ ꝙ aliquis ab homine veniam peteret de vna offenſa et non de alia. ¶ Ad. v. ſic dicendum ꝙ dilectio qua deus diligit hominis naturam non ordinatur ad bonum glorie. a qua impedit̃ homo per quodlibʒ peccatum mortale. ſed dilectio gratie per quam fit remiſſio peccati mortalis ordinat hominem ad vitam eternã ſm illud ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna. vnde non eſt ſimilis ratio.

## ¶ Ad quartuʒ ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ remiſſa culpa per penitentiam. non remaneat reatus pene. remota enim cauſa remouet̃ effectus. ſʒ culpa eſt cauſa reatus pene. ideo non eſt aliquis dignus pena quia culpam commiſit. ergo remiſſa culpa non poteſt remanere reatus pene. ¶ Pre. ſicut Apoſtolus dicit ad Ro. v. Donum chriſti eſt efficatius ꝗ̃ peccatum. ſʒ peccando homo ſimul incurrit peccatum ⁊ pene reatuʒ. ergo multomagis per donum gratie ſimul remittit̃ culpa ⁊ tollitur pene reatus. ¶ Pre. Remiſſio peccatorum fit in penitentia per virtutẽ paſſionis chriſti. ſm illud ad Ro. iij. Quem propoſuit deus propiciatorem per fidem in ſanguine ipſius. ꝓpter remiſſionem precedentium delictorũ. ſed paſſio chriſti ſufficienter eſt ſatiſfactoria pro omnibꝫ peccatis vt ſupra habitum eſt. non ḡ poſt remiſſionẽ culpe remanet aliquis reatus pene. ¶ Sed ꝯ eſt q. ij. Re. xij. Dicit̃ ꝙ cum dauid penitens fuiſſet ait Nathã. ad illum. dominus quoqʒ tranſtulit peccatum tuum. nõ morieris. veruntamen filius qui natus eſt tibi morte morietur. qđ fuit in pena precedentis peccati vt ibidem dicit̃. ergo dimiſſa culpa remanet reatus alicuius pene. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut in ſecunda parte habitum eſt. in peccato mortali ſunt duo ſcʒ auerſio ab incommutabili bono. ⁊ conuerſio ad bonum ꝯmutabile inordinata. Ex parte ḡ auerſionis ab incommutabili bono conſequitur peccatum mortale reatus pene eterne. vt qui ꝯ eternũ bonum peccauit in eternum puniat̃. Ex parte etiam conuerſionis ad bonum commutabile inquantum eſt inordinata conſequit̃ peccatum mortale reatus alicuius pene. qꝛ inordinatio culpe non reducit̃ ad ordinem iuſticie niſi ꝑ penaꝫ. iuſtũ enim eſt vt qui voluntati ſue plus indulſit ꝗ̃ debuit contra voluntateʒ ſuam aliquid patiat̃. ſic enĩ erit equalitas. vnde ⁊ Apoc. xviij. dicitur Quantuʒ glorificauit ſe ⁊ in delitijs fuit tantum date illi tormentum ⁊ luctum. Quia tamen conuerſio ad bonum commutabile finita eſt non habet ex hac parte peccatum mortale ꝙ debeatur ei pena eterna. vnde ſi ſit inordinata conuerſio ad bonum commutabile ſine auerſione a deo ſicut eſt in peccatis venialibus non debetur peccato pena eterna ſed temporalis. quando ergo per gratiam remittitur culpa tollitur auerſio a deo inquantum per gratiam anima deo coniungitur. vnde ⁊ per conſequẽs ſimul tollitur reatus pene eterne. põt tñ remanere reatus alicuius pene temporalis. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ culpa mortalis vtrũqʒ hʒ. ⁊ auerſionem a deo ⁊ ꝯuerſionẽ ad bonũ creatum. ſed ſicut in ſcđa pte habitũ eſt auerſio a deo ẽ ibi ſicut formale ꝯuerſio aũt ad bonuʒ creatum eſt ibi ſicut materiale remoto aũt formali cuiuſcũqʒ rei tollit̃ ſpecies. ſicut remoto rationali tollit̃ ſpecies humana. et iđ ex hoc ipſo dicitur culpa mortalis remitti ꝙ per gratiam tollit̃ auerſio mentis a deo. ſimul cum reatu pene eterne. remanet tamen id quod eſt materiale ſcilicet inordinate conuerſio ad bonũ creatuʒ pro qua debet̃ reatus pene eterne. ¶ Ad

ſecundum dicendum ꝙ ſicut in ſecunda parte habitum eſt ad gratiam pertinet operari in homine iuſtificando a peccato. ⁊ cooperari homini ad recte operandum. remiſſio ergo culpe et reatus pene eterne pertinet ad gratiam operantem. ſed remiſſio reatus pene temporalis pertinꝫ ad gratiam cooperantem. inquantum ſcꝫ homo cum auxilio diuine gratie patienter penas tolerando abſoluit etiam a reatu pene temporalis. ſicut ergo prius eſt effectus gratie operantis ꝙꝫ cooperantis ita etiaꝫ prius eſt remiſſio culpe ⁊ pene eterne ꝙꝫ plena abſolutio a pena temporali. vtrunqꝫ enim eſt a gratia. ſed primum eſt a ſola gratia. ſcd̄m ex grā ⁊ ex libero arbitrio. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ paſſio chriſti de ſe ſufficiens eſt ad tollendum omnem reatum pene non ſolum eterne ſed etiam temporaliſ ⁊ ſm̄ modum quo hō participat virtutem paſſionis chriſti percipit etiam abſolutioneꝫ a reatu pene. in baptiſmo autem totaliter homo participat virtuteꝫ paſſionis chriſti. vtpote per aquam ⁊ ſpiritum chriſto conmortuꝰ peccato. ⁊ in eo regeneratus ad nouam vitam. et ideo homo conſequitur in baptiſmo remiſſionem reatus totius pene. in penitentia vero conſequitur per virtutem paſſiōis chriſti ſm̄ modum propriorum actuuꝫ. qui ſunt materie penitentie. ſicut aqua baptiſmi. vt ſupra dictum eſt. et iō non ſtatim per primum actuꝫ penitentie quo remittitur culpa ſoluitur reatus totius pene. ſed completis omnibus penitentie actibus.

## ¶ Ad quintum ſic procedit

Videtur ꝙ remiſſa culpa mortali tollantur omnes reliquie peccati. Dicit enim Aug. in libro de penitētia. nūꝙꝫ dominus aliquem ſanauit quem omnino non liberauit. totum enim hominem ſanauit in ſabbato. quia corpꝰ ab omni infirmitate ⁊ animam ab omni contagione. ſed reliquie pertinent ad infirmitatem peccati. ergo non videt̄ poſſibile ꝙ remiſſa culpa remaneant pctī reliqe. ¶ Preterea. ſm̄ Diony. iiij. ca. de di. no. bonuꝫ eſt efficatius ꝙꝫ malum. quia malum non agit niſi in virtute boni. ſed homo peccando ſimul totam infectionem peccati contrahit. ergo multomagis penitendo liberatur etiam ab omnibꝫ peccati reliquijs. ¶ Preterea. Opus dei eſt efficatius ꝙꝫ opus hominis. ſed per exercitium humanorum operum ad bonum tolluntur reliquie peccati contrarij. ergo multomagis tolluntur per remiſſionem culpe, que eſt opꝰ dei. ¶ Sed contra eſt ꝙ Marci. viij. legitur ꝙ cecus illuminatus a domino primo reſtitutus eſt ad imperfectum viſum. vnde ait video homines velut arbores ambulare. deinde reſtitutus eſt perfecte. ita vt videret clare omnia illuminatio autem ceci ſignificat liberationem peccatoris poſt primam ergo remiſſionem culpe quo peccator reſtituitur ad viſum ſpiritualem adhuc remanēt in eo alique reliquie peccati preteriti. ¶ Reſponſio dicenduꝫ ꝙ peccatum mortale ex parte conuerſionis inordinate ad bonū cōmutabile quandam diſpoſitionē cauſat in anima vel etiam habitum ſi actus frequenter iteretur. ſicut auteꝫ dictū eſt culpa peccati mortalis remittitur inquantum tollitur per gratiam auerſio mentis a deo. ſublato autem eo qđ eſt ex parte auerſionis nihilominus remanere poteſt id qđ eſt ex parte conuerſionis inordinate. cum hanc contingat eſſe ſine illa. ſicut prius dictum eſt. ⁊ ideo nihil ꝓhibet quin remiſſa culpa remanent diſpoſitiones ex precedentibus actibus cauſate. que dicuntur peccati reliquie. Remanent tamen debiliter ⁊ diminute ita ꝙ homini nō dominentur. ⁊ hoc magis per modum diſpoſitiōis ꝙꝫ ꝑ modum habituum. ſicut etiam remanet fomes poſt baptiſmum. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ deus totum hominem perfecte curat. ſed quandoqꝫ ſubito ſicut ſocrū petri ſtatim perfecte reſtituit ſanitati. ita vt reſurgeret et miniſtraret ei. vt legitur Luce. iiij. Quandoqꝫ auteꝫ ſucceſſiue. ſicut dictū eſt de ceco illuminato. Marci. viij. Et ita etiam ſpiritualiter quandoqꝫ tanta cōmotione conuertit cor hominis. vt ſubito perfecte conſequatur ſanitatem ſpiritualem. non ſolum remiſſa culpa. ſed ſublatis omnibus peccati reliquijs. vt patet de magdalena Luce. vij. Quandoqꝫ auteꝫ prius remittit culpam per gratiā operantem. ⁊ poſtea per gratiam cooperantem ſucceſſiue tollit peccati reliquias. ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ poſt baptiſmum etiam quandoqꝫ ſtatim inducit debilem diſpoſitionem. vtpote per vnum actum cauſataꝫ. quādoqꝫ autem fortiorem. vtpote cauſataꝫ per multos acꝰ. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ vno actu humano non tollunt̄ omnes reliquie peccati. quia vt dicit̄ in predicamentis prauus ad meliores exercitationes perductus ad modicum aliquid faciet vt melior ſit. multiplicato autem exercitio ad hoc peruenit vt ſit bonus virtute acquiſita. hoc auteꝫ multo efficatius facit diuina gratia. ſiue vno ſiue pluribꝰ actibus.

## ¶ Ad ſextum ſic procedit.

Videtur ꝙ remiſſio culpe non ſit effectus penitentie ſm̄ ꝙ eſt virtus. Dicit̄ enim penitentia virtus ſm̄ ꝙ eſt principium actus humani. ſed humani actus non operantur ad remiſſioneꝫ culpe que eſt effectus gratie operantis. ḡ remiſſio culpe non eſt effectus penitentie ſm̄ ꝙ eſt ꝟtuſ. ¶ Preterea. Quedam alie virtutes ſunt excellentiores penitentia. ſed remiſſio culpe nō dicitur effectus alicuꝰ virtutis. ergo etiam non eſt effectus penitentie ſm̄ ꝙ eſt virtus. ¶ Preterea. Remiſſio culpe non eſt niſi ex virtute paſſionis chriſti. ſm̄ illud ad Hebre. ix. Sine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. ſed penitētia inquantum eſt ſacramentum operatur in virtute paſſionis chriſti ſicut ⁊ cetera ſacramenta. vt ex ſupradictis patet. ergo remiſſio culpe non eſt effectus penitentie inquantum eſt virtus ſed inquantum eſt ſacramentum ¶ Sed contra illud eſt proprie cauſa alicuius ſine quo eſſe non pōt omnis enim effectus dependet a ſua cauſa. ſed remiſſio culpe poteſt eſſe a deo ſine penitentie ſacramento non autem ſine penitentia ſm̄ ꝙ eſt virtus vt ſupra dictum eſt. Vnū ⁊ ante ſacramenta noue legis penitentibus deus peccata remittebat. ergo remiſſio culpe eſt effectuſ penitentie ſm̄ ꝙ eſt virtus. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ penitētia eſt virtus ſm̄ ꝙ eſt principium quorundam actuum humanorum actus autē humani qui ſunt ex parte peccatoris materialiter ſe habent in ſacramento penitentie. omne auteꝫ ſacrametum producit effectum ſuum non ſolum virtute forme ſed etiam virtute materie. ex vtroqꝫ enim eſt vnū ſacramentum vt ſupra dictuꝫ eſt. vnde ſicut remiſſio culpe fit in baptiſmo non ſolum ꝟtute forme ex qua et ipſa aqua ꝟtuteꝫ recipit ita etiam remiſſio culpe eſt effecꝰ penitentie. principalius quidem ex ꝟtute clauium quā habent miniſtri. ex quoꝝ ꝑte accipit̄ id qđ eſt formale in hoc ſacramento vt ſupra dictum eſt. ſecundario autem ex vi actuum penitentis. pertinentium ad virtutem penitentie. tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claues eccleſie. Et ſic patet ꝙ remiſſio culpe eſt effectus

effectus penitentie. ſcḋm ꝙ eſt virtus. principalius tñ ſcḋm ꝙ eſt ſacramentum. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ effectus gratie operantis eſt iuſtificatio impij vt in ſecunda parte habitum eſt: in qua vt ibidem dictum eſt non ſolum eſt gratie infuſio ⁊ remiſſio culpe. ſed etiam motus liberi arbitrij in deum. qui eſt actus fidei formate. ⁊ motus liberi arbitrij in peccatum qui eſt actus penitentie. hi tamen actus humani ſunt vt effectus gratie operantis ſimul ꝓducti cum remiſſione culpe. Unde remiſſio culpe non fit ſine actu penitentie virtutis. licet ſit effectus gratie operãtis. ¶ Ad ſecunduꝫ dicendum ꝙ in iuſtificatione impij non ſolum eſt actus penitentie. ſed etiam actus fidei. vt dictum eſt ⁊ ideo remiſſio culpe non ponitur ſolum effectus penitentie virtutis. ſed principalius fidei ⁊ charitatis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ad paſſionem chriſti ordinatur actus penitentie virtutis ⁊ per fidem ⁊ per ordinem ad claues eccleſie. ⁊ ideo vtroqꝫ modo cauſat remiſſionem culpe virtute paſſionis chriſti. Ad id autem qḋ in contrarium obijcitur dicendum eſt ꝙ actus penitentie virtutis habet ꝙ ſine eo non poſſit fieri remiſſio culpe inquantum eſt inſeparabilis effectus gratie. ꝑ quam principaliter culpa remittitur. que etiam operatur in omnibꝫ ſacramentis. ⁊ ideo ꝑ hoc non poteſt concludi niſi ꝙ gratia ē principalior cauſa remiſſionis culpe qꝫ penitentie ſacramentum. Sciendum tamen ꝙ etiam in veteri lege ⁊ in lege nature erat aliqualiter ſacramentum penitentie. vt ſupra dictum eſt.

## Queſtio. LXXXVII.

**Deinde cōſiderandū** eſt de remiſſione venialium peccatorum. Et circa hoc queruntur quattuor. Primo vtrū ſine pñia veniale peccatum poſſit remitti. Secundo vtrum poſſit remitti ſine gratie infuſione. Tertio vtrum peccata venialia remittantur per aſperſionem aque benedicte. ⁊ tūſionem pectoris ⁊ oratione dominica et alia hmōi. Quarto vtrū veniale peccatum poſſit dimitti ſine mortali.

### ¶ Ad primum ſic procedit.

Videt̃ ꝙ veniale peccatum poſſit remitti ſine penitentia. pertinet enim vt ſupra dictum eſt. ad rationem vere penitentie ꝙ non ſolum homo doleat de peccato preterito ſꝫ etiam proponat cauere de futuro. ſed ſine tali ꝓpoſito peccata venialia dimittuntur. cum certum ſit homini ꝙ ſine peccatis venialibꝫ preſentem vitam ducere non poſſit. ḡ peccata venialia poſſunt remitti ſine penitentia. ¶ Pre. Penitentia non eſt ſine actuali diſplicentia peccatoꝝ. ſꝫ peccata venialia poſſunt dimitti ſine diſplicentia eorum. ſicut patet in eo qui dormiens occideret̃ propter chriſtuꝫ ſtatim enim euolaret qḋ non ꝯtingit manentibus peccatis venialibꝫ. ḡ peccata venialia poſſunt remitti ſine penitentia. ¶ Pre. Peccata venialia opponunt̃ feruori charitatis vt in ſecunda parte dictum eſt. ſed vnuꝫ oppoſitorum tollit̃ per aliud. ḡ per feruorem charitatis queꝫ ꝯtingit eſſe ſine actuali diſplicentia peccati venialis fit remiſſio peccatoꝝ venialium. ¶ Sed contra eſt ꝙ Aug. dicit in libro de penitentia ꝙ eſt penitentia. qui quotidie agitur in eccleſia pro peccatis venialibꝫ. que fruſtra eſſet ſi ſine penitentia peccata venialia poſſent dimitti ¶ Reſpōſio dicendum ꝙ remiſſio culpe ſicut dictum eſt fit ꝑ coniunctionem ad deum a quo aliqualiter ſepat culpa. ſꝫ hec ſepatio ꝑfecte fit ꝑ peccatum mortale. impꝰfecte autem ꝑ peccm̄ veniale nam ꝑ peccm̄ mortale mens oīno a deo auertitur. vtpote ꝯ charitatem agens. ꝑ peccm̄ aūt veniale retardat̃ affectus hoīs ne prompte in deū ferat̃. ⁊ idō vtrūqꝫ peccm̄ per pñiam remittit̃. qꝛ per vtrunqꝫ deordinat̃ volūtas hoīs ꝑ immoderatam ꝯuerſionem ad bonū creatum ſicut enim peccm̄ remitti non pōt q̄diu voluntas peccato adhereret ita etiam nec peccm̄ veniale. qꝛ manente cā manet effectus. exigit̃ autem ad remiſſionem peccati mortalis ꝑfectior pñia. vt .ſ. homo actualiter peccatum mortale commiſſum deteſtet̃. q̄tum in ipſo eſt. vt ſcꝫ diligentiam adhibeat ad rememorandū ſingula peccata mortalia vt ſingula deteſtet̃. ſed hoc non requirit̃ ad remiſſionem venialium peccatorū. non tñ ſufficit habitualis diſplicentia q̄ habet̃ per habitum charitatis vel penitentie virtutis. qꝛ ſic charitas non ꝯpateret̃ peccatum veniale qḋ patet eſſe falſum. vñ ſequit̃ ꝙ requiratur quedam virtualis diſplicentia. puta cum aliquis fert̃ hoc modo ſcḋm affectuꝫ in deum ⁊ res diuinas. vt quicquid ei occurrat qḋ eum ab hoc motu retardaret diſpliceret ei ⁊ doleret ſe hoc ꝯmiſiſſe etiam ſi actu de illo non cogitaret. qḋ tñ nō ſufficit ad remiſſionem peccati mortalis. niſi q̄tuꝫ ad peccata oblita poſt diligentem inquiſitionem. ¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ homo in gratia cōſtitutus poteſt vitare omnia peccata mortalia et ſingula. poteſt etiam vitare ſingula peccata venialia ſed non omnia. vt patet ex his que in ſecunda parte dicta ſūt ⁊ ideo penitentia de peccatis mortalibꝫ requirit ꝙ homo proponat abſtinere ab omnibꝫ ⁊ ſingulis peccatis mortalibus. ſed ad penitentiam peccatorum venialium requiritur ꝙ proponat abſtinere a ſingulis non tamen ab omnibꝫ. quia hoc infirmitas huius vite nō patitur. debet tamen habere propoſitum ſe preparandi ad peccata venialia minuenda. alioquin eſſet ei periculum deficiendi. cum deſereret appetitum proficiendi ſeu tollendi impedimenta ſpiritualis profectus que ſunt peccata venialia ¶ Ad ſecundum dicendum ꝙ paſſio pro chriſto ſuſcepta ſic ſupra dictum eſt. obtinet vim baptiſmi. et ideo purgat ab omni culpa mortali et veniali niſi actualiter voluntatem peccato inuenerit inherentem. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ feruor charitatis virtualiter implicat diſplicentiam venialium peccatorum vt ſupra dictum eſt.

### ¶ Ad ſecundū ſic procedit

Videtur ꝙ ad remiſſionem venialiuꝫ peccatorum requiratur gratie infuſio. effectus enim non eſt ſine ꝓpria cauſa. ſed propria cauſa remiſſionis peccatoruꝫ eſt gratia nō enim ex meritis proprijs hominis peccata propria remittuntur. Dicitur enim ad Ephe. ij. Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem qua dilexit nos cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos chriſto cuius gratia ſanati eſtis. ergo peccata venialia nō remittuntur ſine gratie infuſione. ¶ Preterea. Peccata venialia non remittuntur ſine penitentia. ſed in penitentia infunditur gratia ſicut in alijs ſacramentis noue legis. ḡ peccata venialia non remittuntur ſine gratie infuſione. ¶ Preterea. Peccatum veniale infert quandam maculam anime. ſed macula non auffertur niſi per gratiam. que ē ſpiritualis anime decor. ergo videtur ꝙ peccata venialia non remittantur ſine gratie infuſione. ¶ Sed contra eſt ꝙ peccatum veniale adueniens non tollit gratiam neqꝫ etiam diminuit eam. vt in ſecunda parte habitum ē. ḡ pari rōne ad hoc ꝙ peccm̄ veniale remittat̃ nō requirit̃ noue grē infuſio ¶ Rñ. dō. ꝙ vnūqḋqꝫ tollit̃ ꝑ ſuum

oppoſitum. peccatum autem veniale non contrariatur habituali gratie vel charitati ſed retardat actus eius. inquantum nimis adheret homo bono creato. licet non contra deuꝫ vt in. ij. parte habitum eſt. ⁊ ideo ad hoc ꝙ peccatum tollatur non requiritur aliqua habitualis gratia. ſed ſufficit aliquis motus gratie vel charitatis ad eius remiſſioneꝫ. quia tamen in habentibus vſuꝫ liberi arbitrij in quibus ſolum poſſunt eſſe peccata venialia non contingit eſſe infuſionem gratie ſine actuali motu liberi arbitrij in deuꝫ ⁊ in peccatuꝫ. ⁊ ideo quandocunq; de nouo gratia infundit peccata venialia remittuntur. ¶ Ad primum ergo dicendum ꝙ etiam remiſſio peccatorum venialium eſt effectus gratie. per actum ſcꝫ quem de nouo elicit. non auteꝫ per aliqđ habituale de nouo anime infuſum. ¶ Ad ſecūdum dicendum ꝙ veniale peccatum nunꝗ̄ remittit ſine aliquali actu penitentie ꝟtutis explicite vel implicite. vt ſupra dictum eſt. poteſt tamen remitti veniale peccatum ſine penitentie ſacramento qđ in abſolutione ſacerdotis formaliter pficitur. vt ſupra dictum eſt. ⁊ ideo nō ſequitur ꝙ ad remiſſionem venialis peccati requiratur gratie infuſio. que licet ſit in quolibet ſacramento non tamen in quolibet actu virtutis. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ ſicut in corpore contingit eſſe maculā dupliciter. Uno modo per priuationem eius qđ requiritur ad decorem. puta debiti coloris aut debite proportionis membroꝝ. Alio modo per ſuperinductionem alicuius impedientis decoreꝫ puta luti aut pulueris. ita etiam in anima inducitur macula. Uno modo per priuationem decoris gratie per peccatum mortale. Alio modo per inclinationem inordinatam affectus ad aliquid temporale. ⁊ hoc fit per peccatuꝫ veniale. ⁊ ideo ad tollendum maculam mortalis peccati requiritur infuſio gratie. ſed ad tollendum maculam venialis peccati requiritur actus procedens a gratia ꝑ quē remoueat inordinata adheſio ad rem temꝑalem.

## ¶ Ad tertiuꝫ ſic proceditur

